





KNIPSCHIL.
de fideicomm
familiz Nobil.
Knipshildt
de
Fideicomm:
II
6
40










Ex libris eruditissimi Viri Antonij Magliabechij

XXIX

KNIPSCHIL

de fideicomm.
familiar. Nobil




PHILIPPUS KNIPSCHILT. U. J. D. REIPUBLICÆ ESSLINGENSIS &c. SYNDICUS. ANNO CHRISTI. M DC LIV. ÆTATIS. LIX.
Cristæ KNIPSCHILDI surgunt Insignibus altæ.
Gloria sic surgat digna subinde Viri.
In clypeo, cordis fulcrum libramine versat:
Iustitiæ studium sustinet æqua Fides.



Ulmæ Typis et Impensis BALTHASARI Kühnen A°. MDCLIV.

DE
FIDEICOMMISSIS
FAMILIARUM NOBILIUM,
Sive,

DE BONIS, QUÆ PRO FAMILIARUM NOBILIUM CONSERVATIONE CONSTITUUNTUR.

Von Stammgütern/

TRACTATUS,

Authore

PHILIPPO Knipschildt / J.U.D. & Reipublicæ Esslingensis Syndico,

Cum Indice gemino, uno Capitum, altero rerum & Verborum locupletissimo.





MDC LXI.

ULMÆ,
Typis & Sumptibus BALTHASARI Kühnen/ Reip. Typogr. & Bibliop.

VIRIS,

ILLUSTRIBUS, GENEROSIS ET NOBILISSIMIS,

DN. DIRECTORIBUS, CAPITANEIS, DEPUTATIS ET CONSILIARIIS, TOTIque ordini Equestri Libero & immediato Sueviæ, Franconiæ, ad tractum Rheni, in Wedderavia & Alsatia inferiore, &c.

Dominis suis Clementibus & Gratiosis

Consecrat & offert Author

Philippus Knipschild / D.

EPI-



EPISTOLA DEDICATORIA.

NIhil parentibus triſtius, Viri Illuſtres, Generoſi, Nobiliſſimi, nihil ad dolorem in vita accidere poteſt acerbius, quàm ſine prole genus & nomen ſuum interire videre: Nihil quoque eſt, quod antiquæ alicujus familiæ ſplendidæ agnatis, atque poſteris evenire poteſt gravius, quàm bona, prædiaque majorum, ad nominis ſui illuſtrationem, ac totius familiæ ſplendorem, amplitudinem, dignitatem, gloriam & utilitatem comparata, ad extraneas tranſiviſſe familias experiri. At quantò magis hoc lugubre & deplorandum eſt, in qua domo pater defecit, minor crevit, majorum imagines non videre fixas, aut revulſas contueri eaſdem, ut ait Imperator Juſtinianus in *l. lex quæ tutores 22. C. de adminiſtr. tut.*

Luctuoſum ſanè non poteſt viro bono non videri, ita alicujus amplam, ſplendidam, inſtructiſſimamque domum exſpoliari, ut qui in ea nati ſunt, de majorum ſuorum proventibus, & ab avitis laboribus, ſudoribus, ſanguine & induſtria provenientibus bonis ditari alios, eorumque ſtipatos ſubſidio florere cogantur videre, ipſi verò iiſdem exuti, ab omnibus natalibus viles exiſtimentur, & propter inopiam, remque domi anguſtam, ab omnibus ludibrio habeantur. At luctuoſum magis, imò luctuoſiſſimum hoc eſt, cum fortè ad homi-

nes contemptibiles, atque indignos, illustris & Nobilis alicujus familiæ bona atque prædia avita pervenerint, quod utique ex indiscreta sexus, filiorum videlicet, & familiarum, agnatorum & cognatorum successione æquali, non raro minus, quàm facilè evenire consuevit. Quam sæpe enim hodie evenire videmus, filias parentibus succedentes, & amplam hæreditatem possidentes, crastino fortè, ut muliebris quandoque fert levitas, die in totius generis & agnationis ignominiam, atque dedecus, vili alicui & triobolari homini nuptui se, cum omni possessione, tradere: Nam ut ipse Imperator Justinianus conqueritur, adeò plerumque in novos maritos propensæ, ut illis non semetipsas tantum, & corpore & substantia, & omni vita tradant, *l. assiduis 12. C. qui potior, in pignor.* sed etiam liberorum vitam non rarò, ne dum bona iisdem addicant, *d. l. lex tutores, 22. C. de administr. tutor.*

Quæ cum ita sint, multa hinc adinventa sunt media & remedia, quibus bona avita, ad familiæ splendorem, dignitatem, gloriam, & amplitudinem conservandam, extra familiam ac extraneos transire, & alienari, prohibentur. Hinc enim primogenitura, sive majoratus instituitur, hinc renunciationes fœminarum adinventæ, hinc confraternitates, sive pacta successoria illustrium personarum sunt confirmata, statuta fœminas à successione paterna excludentia introducta, & fideicommissa familiæ conservandæ causa instituta.

Cum ergo ante viginti & octo annos à Nobili & amplissima facultate Juridica Argentoratensi, postquam pro conse-

quendis

quendis honoribus Doctoralibus, tentamen, & ut vocant examen rigoroſum ſuſtinuiſſem, pro more Academico, decreta & injuncta mihi fuiſſet diſputatio inauguralis publica, hanc de fideicommiſſis familiarum Nobilium materiam elegi, ea potiſſimum motus ratione, quod ea in hiſce terris multum ſit uſitata, nec tamen à quoquam, quem ego viderim, vel legerim, ex profeſſo pertractata.

Verum cum non ſit rarum, quod illi, qui ſcripta ſua, maximè in juvenili ætate, ac in Scholis adhuc verſantes, in publicam lucem emiſerunt, eadem poſtmodum, in foro verſati, ſub incudem revocent, enucleatius tractent & adaugeant, id ipſum & ego ſum imitatus, & ea, quæ hac de materia diſputationis loco prælibavi, paulo plenius tractavi, ubi ſiquid minus recte ſcripſerim, ejus veniam, ea qua par eſt, ſubmiſſione, deprecor, quam etiam me impetraturum eò facilius confido, quod nullum in hac materia verum præcentorem vel antambulonem habuerim, eaque per ſe ſatis ſit intricata, variisque Doctorum opinionibus involuta, ac quod etiam veteres Jureconſulti nobiliſſimi de jure conſulti erraverint, & quàm ſæpe contraria reſponſa dederint, imò quod & ipſe Imperator, qui tamen omnia jura in ſcrinio pectoris ſui habere dicitur, quid de jure reſpondendum ſit, hæſitaverit, & in hæc verba erumpere coactus fuerit: Omnium habere memoriam, & in nullo penitus errare, divinitatis, non humanitatis eſſe, & ſecundum Senecam, nemo mortalium ſit, quem non aliqua pars ignorantiæ attingat, hanc contagionem ex ipſa

mortalitate traximus: nam homo cum errat, humanitus errat, errorem autem in homine calumniari, eſt ipſi mortalitati convitium facere. Cenſuram igitur expeto bonorum, & ſi quid rectius iſtis edoctus, vel monitus fuero, meliora ſequar.

Vobis autem, viri illuſtres, Generoſi & Nobiliſſimi, hæc qualiacunque illa ſunt, dedico & conſecro, hac ſpe fretus, non adeò ingrata illa vobis futura, cum ad hoc non parum conducere, ſed manu quaſi ducere videantur, quomodò familiarum veſtrarum Illuſtrium, Generoſarum & Nobiliſſimarum ſplendor, gloria, decus & dignitas honeſtè & legitimè propagari, integraque & illæſa conſervari valeat. Boni igitur conſulite, favete, vivite, valete.

Scribebam Eſslingæ die 13. Julii Anno Chriſti 1654.

Philippus Knipſchildt *D.*

Scripto

Scripto tam eleganti, quàm utili

Nobilis, Amplissimi & Consultissimi Viri,

Dn. PHILIPPI KNIPSCHILDI, JCti eminentissimi, Reipubl. Esslingensis Imperialis Syndici, & Advocati gravissimi, Fautoris & amici mei honoratissimi,

Acclamo.

INgenua ingenuus scripto delector, in omni
Doctrina quò plus utilitatis habet.
Tale tibi, lector, Knipschildus Juris Jubar
Protulit in lucem, quod modo cernis opus.
Ipsus ego amplector. Nihil est mihi carius illo,
Dulce magis nihil est, candidiusque nihil.
Ybenhusa etenim ut fontes probat ipsa sapore;
Et propria Virtus inclyta luce nitet,
Sic proprio celebrem scripto se reddidit Author;
Laude nec alterius, qua celebretur eget.

M. Adamus Weinheimerus Imperialis Esslingæ Pastor & Superintendens, in acidulis Ybenhusanis 17. Julij 1654.

Aliud

ORdinis Imperii Illustris quis honor sit, & unde
Splendeat hic Ordo Virtutibus, & quibus ille
Servetur meditis, meus hic Knipschildius amplè
Explicat, atque suum de tota Nobilitate
Sincerum affectum demonstrat! Nobile corpus
Imperii, Deus æternus tueatur ab omni
Damno, quod nocuisse potest, & firmet in ævum,
Dum viget orbis opus. Cæsar dumq; imperat orbi:
Ac in Nestoreos vivat Knipschildius annos:
Hæc Kreidenmannus de fido corde precatur.

Ita genero suo gratulatur

Johannes Conradus Kreidenmann *I. V. D. Ordinis Equestris Suevici, & Reipublicæ Esslingensis Syndicus, Anno Christi 1654. ætatis suæ 77.*

Idyl-

Idyllion προσωπιον.

Ad frontiſpicium Operis,

Nobilis, Magnifici atque Excellentiſſimi Viri,

DN. PHILIPPI KNIPSCHILDI

JC. ET REIPUBLICÆ ESLINGENSIS SYNDICI, &c.

DE FIDEICOMMISSIS FAMILIARUM Nobilium.

GERMANICA NOBILITAS loquitur.

Fortia facta patrum [a] gentis cunabula noſtræ! b
Scilicet antiquo ſuccreſcit ſtemmate *Virtus*,
Armorumque decus *diffundit traduce ramos*,
inque Tholos ſubeunt vernantes culmine frondes.
Hinc haſtæ, gladii, litui, vexilla, trophæa,
Hinc plutei, galeæ, Romphæa, micantia tela,
Hinc picti clypei, ſignandaque imagine parma,
Hinc thorax rutilus, fuſtes criſtæque comanres.
Arboris armigeræ, ceu fructus, Gloria avita
Cujus raras honos generis, non defluet unquam.
Rurſus & huc iterum repetamus verba Maronis:
Fortia facta Patrum, gentis cunabula noſtræ:
Heus quoties mentem per tempora priſca revolvo;
Exuvias hoſtis meditor niveosque triumphos.
Buccina, (non mora!) clangit: ad arma, arma, arma, repentè!
CAROLUS ille Heros geſtorum nomine MAGNUS,
pacato Imperio bellorum extinxerat ignes:
Teutoniæ voluit fortunam ſiſtere Pace,
quæ ſpolium terram victrici redderet ære. c
Qui miles veteranus erat, condigna laborum
Prædia parta tulit: paſſim diviſa Viſurgis.

a Virgil. 1. Æneid. v. 640.
b Ibidem 3. Æneid. v. 105.
c Vid. Griphiander de VVeichbildis.

arvaq;

Arvaque clarifluî Rheni cessêre Colono.
Sæpius hæc nostro revocamus Carmine verba:
Fortia facta Patrum, gentis cunabula nostræ!
Roma triumphatrix palmari vomere terram
Persecuit; ceu fessa suis Germania bellis,
Laurigerum *retulit* feudum; d. *nec mollis oliva* d. Fahnen-Lehen/ vid. Hoping. de insignib. c. 17. n. 315.
Dona ferens: quoties Romana potentia turmas
Et gentem dominam armaret Bellona feroces
In vultus rediere Duces, fulgentibus alis:
Heic cataphracta phalanx, equitumque sequela, pedestri
Alter lege coit. Pretium mors raptat ab armis!
Allobrogumque acies, immansuetique Cherusci:
Robora conveniunt per longa ex ossa viarum.
Dulcius hæc rursus repetat mea fistula verba:
Fortia facta Patrum, gentis cunabula nostræ!
Quin fœcunda domus: patrios surrexit in ausus
Filius, ad seriem transmissa Nepotibus arva,
Unde suum à feudo nomen deduxit avitum
Nobilis: immunis, si gratia Principis adsit.
Ast hos Relligio eripuit male-condita fundos
Sollicita & pietas extrema addixit in hora
Templis: Ergo novis, Majorum vindice curâ,
Pactis opus, stirpis, queis stent munimina, jusque
Quod commissa fide, *jubeat Bona parta tueri,*
Effugio Turbæ; firmando verba Maronis:
Fortia facta Patrum, gentis cunabula nostræ!


In honorem Excell. Dn. Anthoris


L. M. Q. scribeb.

Georg. Philippus Harsdörf-
ferus, P. N.

Index Capitum.

DE FI-





INDEX
RERUM ET VERBORUM IN TRACTATU DE FIDEICOMMISsis Familiarum Nobilium, Comprehensorum.

QUORUM NUMERUS PRIMUS CAPUT, alter numerum Marginalem ostendit.

Item

Si

Si

Decu-

Et

Adversus

Census, Contractus censualis.

Cedere, Cessio.

Chirographum.

Mili-

Feuda-

Confraternitates.

Conjectura.

Conjugium, *vide*, Matrimonium.

Cele-

Contraria.

Contraventio.

Conventionale fideicommissum.

Corvus.

Creditores.

Ubi

riis

Si

Epi-

Illud

Etiamsi

Feudi confiscatio, *vide*, Confiscatio, Fiscus.

Feudi successio.

Feudum.

Fideicommiʃʃum.

Fidei-

Ad

Fœmininum.

Fœtus.

Forma.

Fortuitus casus.

In

Frater.

Fructus.

Idem

Alii

Hæredis inſtitutio.

Hæreſis.

Hæreticus.

Hagenſtelʒen.

Haſſiæ Landgravij

Heckenreuter.

Ni-

Imperia, Regna.

Imperium merum, *vide*, Merum.

Imperium mixtum, *vide*, Mixtum.

Impoßibile, poßibile

Impugnare.

Impubes, Infans.

Inæqualitas. *vide*, Æqualitas.

Incendiarii.

Incestuosi.

Jurisdictio.

Jus, Jura.

Legitimatio.

Legitimatio per rescriptum Principis.

Ubi

Legitimatio per subsequens matrimonium.

k tere,

Eorum

Malum.

Marchiones.

Maritus.

Mas, Masculus,

cur-

Mo-

Non

Necessitas.

Negatio.

Negligentia.

Nepos.

Ma-

Pa-

De

Permu-

Pri-

Re-

Re-


Stemma.

Stirps.

Studia.

In-

FINIS.





DE

FIDEICOMMISSIS FAMILIARUM NOBILIUM;

Sive

De Bonis, quæ pro Familiarum Nobilium conservatione constituuntur.

Von Stamm-Gütern.

CAPUT I.

De Origine, Notatione & Definitione Fideicommissorum Familiarum Nobilium.

Summaria.

1. *Fideicommissorum usus moribus introductus est.*
2. *Olim peregrini, cælibes & uxores directò hæredes institui non poterant.*
3. *Nec fideicommissa præstandi necessitatem habebant.*
4. *Preces non adferunt necessitatem.*
6. *Preces Principum sunt mandata.*
5. *D. Augustus fideicommissa ad necessitatem retraxit.*

7. Dn. Claudius duos Prætores constituit, qui de fideicommissis jus dicerent.
8. Senatusconsultum Trebellianum de fideicommissis præstandis introductum est.
9. Cui Imp. Iustinianus robur addidit.
10. Fideicomissa à jure gentium originem trahunt.
11. Fideicommissi vocabulum polysimon.
12. Fideicommissa unde dicantur?
13. Germanis dicuntur Stammgüter.
14. Differunt à bonis avitis, & quænam dicantur bona avita.
15. Bona avita jure Saxonico non possunt alienari.
16. Secus est de jure Civili.
17. Stammhäuser quid, & quomodo differant ab ædibus, à quibus quis originem & nomen trahit.
18. Principes & Nobiles à metropoli, & ædibus, quas inhabitant, denominari solent.
19. Sicuti & olim à re rustica.
20. Quandoque à naturalibus.
21. Et singularibus affectibus.
22. Familiæ appellatio refertur vel ad res, vel personas.
23. Familiæ appellatio ad res relata, quid denotet?
24. Familia etiam bove, & servo aratore constat.
25. Familia ad personas relata, quid denotet?
26. Quid ad Corpus?
27. Generali familiæ appellatione comprehenduntur pater familias.
28. Mater familias. 29. Liberi. 30. Domestici. 31. Nurus.
32. Colonus & laborator. 33 Servi.
34. Familia dicitur à famulando, sive serviendo.
35. Iure communi agnati familiæ nomine veniunt.
36. Familiæ nomen latè sumptum etiam cognatos comprehendit.
37. Et fœminas.
38. Fœminæ etiam dicuntur esse de agnatione & agnatæ.

39. Hoc

39. Hoc loco familiæ nomen agnatos tantum continet masculos.
40. Quando testator vult conservare familiam, vel agnationem, fœminæ familiæ nomine non continentur.
41. Fœminæ licet sint agnatæ, earum tamen descendentes non sunt de agnatione.
42. Nec tales sunt, quæ familiam conservant.
43. Masculinum concipit fœmininum.
44. Etiam ex proprietate sermonis.
45. Et in ultimis voluntatibus.
46. Vti & contractibus.
47. In pœnalibus & odiosis rationalibus.
48. Non verò in materiâ differenti, & in iis, quæ fœminis non conveniunt.
49. Nec quando diversa subest ratio.
50. Vel quando disponens familiam conservare voluit.
51. Vel masculi qualitatem expressit.
52. Vel masculus nomine proprio vocatus.
53. Si sequeretur absurdum.
54. Si disponentis voluntas contraria appareat.
55. Si contrarietas sequeretur.
56. Quando disponens ipse differentiam facit inter masculum & fœminam.
57. Si statutum fœminas masculis extantibus excludat.
58. Quando fœmina est incapax bonorum.
59. In feudis masculinum non concipit fœmininum.
60. Quando testator post masculos vocavit proximores de domo, vel familiâ.
61. Vel quando ex communi loquendi usu masculorum appellatione fœminæ non continentur.
62. Fœmininum non concipit masculinum.
63. Fœminino nomine compellantur viri effœminati & molles.
64. Vocabulum Stamm/masculos tantum comprehendit.

65. Schwerdtmagen quinam dicantur?

66. Stamm- oder Schwerdt-Lehen quid sit?

67. Stamm apud Principes & Magnates dicuntur Häuser.

68. Familiæ vocabuli synonima sunt, domus, quæ pro familia sæpè ponitur.

69. Vocabulum domus, comprehendit omnes, qui sanguine conjuncti sunt.

70. Et qui eadem arma & insignia ferunt.

71. Illegitimè nati non ferunt insignia familiæ patris, nec sunt de ejus domo.

72. De Casata esse dicuntur illi, qui sunt de agnatione.

73. Cippus dicitur stipes agnationis, & de masculis tantum accipitur.

74. Genus & generatio licet comprehendat tam masculos, quam fœminas, non tamen differt à familiâ, & illi dicuntur de genere, qui sunt de agnatione.

75. Gens familiæ nomine venit.

76. Differt tamen gens ab agnatione, & latius patet.

77. Sicuti etiam à familia.

78. Una familia diversas potest habere derivationes.

79. Familia & linea differunt.

80. Stemma dicitur stirps, radix & progressio personarum ejusdem gentis.

81. Stirps, sive stipes, idem importat, quod familia, ejusq; appellatione veniunt descendentes ex masculis.

82. Prosapia idem est, quod familia & generatio.

83. Progenies idem notat, quod generatio & stipes.

84. Prolis appellatione veniunt liberi.

85. Linea quamvis masculos & fœminas complectatur, secus tamen est, quando soli masculi ad successionem veniunt.

86. Vel quando disponens bona in agnatione conservare intendit.

87. Quando testator lineam vocat, de linea ipsius descendenti, & non de collaterali id intelligendum.

88. Secus

88. Secus est, si agnationem conservare voluit, & generaliter loquitur.
89. Descendentium nomine veniunt tam fœminæ, quam masculi, nisi fœminæ singulari ratione à successione excludantur.
90 Iure feudali descendentium nomine non veniunt fœminæ.
91. Vti nec tunc, quando fideicommissum pro conservatione agnationis, vel per lineam masculinam relictum.
92. Hæredum nomine etiam fœminæ comprehenduntur.
93. Nisi subjecta materia aliud suadeat, veluti in dispositione, ut bona in familia conserventur.
94. In feudis hæredum nomine soli masculi veniunt.
95. Talia sunt prædicata, qualia sunt subjecta, & verba secundum subjectam materiam sunt intelligenda.
96. In statutis fœminas excludentibus, liberorum, descendentium, hæredum nominibus non veniunt fœminæ.
97. Hæredibus vocatis, veniunt etiam hæredum hæredes.
98. Liberorum nomen commune est, & fœminas complectitur, secus est in casibus, ubi masculinum non concipit fœmininum.
99. Idem est, quoad vocabulum filiorum.
100. In feudis filiorum appellatione fœminæ non veniunt.
101. Sicuti nec in emphyteusi.
102. Vel quando fœminæ à successione excluduntur.
103. Posteritas quidem tam fœminas, quam masculos complectitur, secus tamen est in fideicommissis familiarum, & statutis, fœminas excludentibus.
104. Propinquorum nomine licet aliás fœminæ comprehendantur, secus tamen est in fideicommissis familiarum.
105. Sanguinis nomine agnati veniunt, secus si semen vocatum.
106. Electores seculares in Imperio Romano supremam familiam constituunt.
107. Secus est, quoad Ecclesiasticos.
108. Vti & Regem Bohemiæ.

109. *Comes Palatinus Rheni Imperii Archidapifer est, & dignitatem Electoralem ad filios transfert.*
110. *Idem est, quoad Electorem Saxoniæ, qui imperii Archimareschallus est.*
111. *Marchio Brandeburgensis Imperii Archicamerarius.*
112. *Archiducum familia illustrior cæteris, hocq; nomen soli Austriæ familiæ tribuitur.*
113. *Archiducum origo unde?*
114. *Hujus familiæ dona naturalia varia.*
115. *Ex hâc familiâ Reges Hispaniarum descendunt.*
116. *Magni Duces quinam?*
117. *Principis nomen cui competat?*
118. *Principis nomen denotat eum, qui præest.*
119. *Principum nomine veniunt etiam Comites & Barones.*
120. *Etiam Ecclesiastici.*
121. *Alius est Elector, alius Dux, alius Marchio.*
122. *Principis nomen aliis in specie tribuitur.*
123. *Principes alii dicuntur & sunt Principes Imperii,* Reichsfürsten.
124. *Alii* Landsfürsten.
125. *Prælati, & Comites nonnulli ad Principalem dignitatem evecti, & dicuntur* Fürstenmässige / *&* gefürstete Grafen.
126. *Ecclesiastici Principes familiam certam non constituunt, secus quoad seculares, inter quos Anhaldina nobilissima est.*
127. *Duces unde & quinam dicantur?*
128. *Duces Bavariæ unde originem ducant?*
129. *In duas lineas est divisa.*
130. *Brunsuicensium familia unde nata? ejusque divisio.*
131. *Holsatiæ Ducum familia unde nata?*
132. *Iuliacensium, Clivensium & Montensium Ducum origo quænam?*
133. *Lotharingiæ & Brabantiæ Duces unde Ducatus istos nacti?*

134. Bur-

134. *Burgundiæ Ducatus olim Regnum fuisse fertur.*
135. *Sabaudiæ Duces Principes & vasalli sunt Imperii.*
136. *Duces Megapolitani olim Principes Vandalorum nominati.*
137. *Duces Pomeraniæ unde nomen habeant?*
138. *Saxoniæ Duces unde orti?*
139. *Duces VVürtembergici unde sic dicti?*
140. *Comites Palatini, olim Palatii Cæsarei erant judices sive præfecti, eorumque dignitas est hæreditaria.*
141. *Palatina familia quotuplex?*
142. *Comites Palatini abusivè quinam?*
143. *Marchiones quinam, & unde dicti?*
144. *Olim nomen fuit officii, hodie dignitas est hæreditaria.*
145. *Brandeburgici Marchiones unde orti?*
146. *Adversus quos sint constituti.*
147. *Badenses & Hochbergenses unde descendant?*
148. *Misniæ Marchiones adversus Bohemos.*
149. *Styriæ, Moraviæ, Lusatiæ verò contra Hungaros & Polonos constituti fuerunt.*
150. *Landgravii olim fuerunt præsides Provinciarum, hodie hæreditaria eorum est dignitas.*
151. *Hassiæ Landgravii unde originem trahant?*
152. *Sunt Landgravii, qui tantum Barones sunt, & quinam?*
153. *Burggravii olim erant, quibus arcis, sive Burgi custodia commissa.*
154. *Hodie nulli amplius sunt Burggravii.*
155. *Comitum familia amplissima, & antiquissima.*
156. *Comites olim erant judices.*
157. *Hodie hæreditaria eorum est dignitas.*
158. *In Germania sunt Comites, qui de comitatu non sunt investiti.*

159. *Comi-*

159. Comitum variæ sunt familiæ, & gefürstete Grafen quinam?
160. Quatuor olim erant Comites majores, & quinam?
161. Comites quidam immediatè Imperio subjecti.
162. Sunt Comites immediati, qui ab inferiore aliquo Principe feudum tenent.
163. Sunt Comites mediati, sive Landsassii.
164. Comites nonnulli dicuntur Edle Herren.
165. Comitum olim varia fuerunt genera, remissivè.
166. Barones quinam dicantur?
167. Variis nominibus appellantur, veluti Freyen/ Freyherren/ rc.
168. Nobilium familiâ etiam Principes, Duces, &c. veniunt; & quinam hoc loco?
169. Sunt vel immediati & liberi, vel mediati & Landsassii; & quinam illi sint?
170. Nobilium innumeræ sunt familiæ, & in diversas lineas dividuntur.
171. Patritiorum familiæ quænam?
172. Imperator familiam Imperatoriam non constituit, & dignitatem illam ad hæredes non transmittit.
173. Imperator jurat in Capitulatione, quod nolit facere Imperium Romanum hæreditarium.
174. Austriæ Archiduces ad ducentos ferè annos Imperii Romani fasces obtinuerunt.
175. Ex quibus causis hoc factum sit?
176. Regnum Hungariæ electivum est.
177. Quid de Regno Bohemiæ?
178. Regna hæreditaria certam familiam constituunt.
179. Personæ Ecclesiasticæ, quoad suas dignitates, non constituunt familiam.
180. Sicuti nec Equites, cum hi creentur, & non nascantur.
181. Fœminæ familiam non constituunt, nec conservant, sed sunt caput & finis familiæ.

182. Fœ-

FIdeicommissorum usum Romæ, non quidem 1
certâ lege, sed moribus jam antè tempora Ciceronis inolevisse, ex Cicer. *lib. 2 de finib.* & Valer. Maxim. *lib. 4. c. 2. in fin.* colligit Joh. Harprecht *ad § 1. num. 1. I. de fideicommissar. hæred.* Cum enim olim jure civili, neque peregrini, neque 2
Cœlibes & orbi, neque uxores testamento virorum hæredes institui possent, *arg. l. 1. in princ. ff. ad L. Falcid. l. si is, qui hæres 11. ff. de vulg. & pupill. subst. l. unic. C. de his, qui se defer.* Quando tamen testator ad peregrinum, cœlibem orbum, vel ad uxorem, hæreditatem pervenire vellet, fidei hæredis committebat, eumque rogabat, ut hæreditatem peregrino cœlibi, orbo vel uxori restitueret. Verum cum hujusmodi fideicommissa sive rogationes essent infirmæ, *§. sciendum 1. I. de fideicommiss. hæred.* Siquidem olim hæc res tota nudo 3
pudori & fidei ejus, qui rogatus, erat alteri aliquid restituere, committebatur, adeò, ut nulla præstandi necessitas, jurisve vinculum ei esset injunctum, quo invitus cogeretur præstare id, de quo esset rogatus, *d. § sciendum 1.* Cum preces 4
non adferant necessitatem *arg. l. fideicommissa. 11. § 2. ff. de legat. 3.* Wesemb *ad d. § 1. n. 2 ff. de fideic. hæred.* nisi sint Tyrannorum, vel aliorum potentiorum Do- 5
minorum, quorum verba rogativa habent vim mandati & imperii, Glossa *in l. 1. ff. quod jussu.* Sichard. *in l. age. 3. n. 7. C. de transact.* Mascard. *de probat. conclus. 193.* Cardin. Tuschus *pract. conclus. lit. T. conclus. 484. n. 1. & per tot.* juxta illud vulgatum: *Estque rogare Ducum Species violenta jubendi.*

Unde Zeno, cum ab Antigono per literas obnixè fuisset rogatus, ut ad illum proficisceretur, respondit, se id facturum, quod juberet Antigonus, nisi ætas obsisteret, cum tamen non jussisset Antigonus, sed orasset, ut tradit Diogen. *in Laert.* & comprobat Tacitus *lib. 14. annal.* de Nerone ita loquens: Merces ab eo, qui jubere potest, vim necessitatis affert. Quo etiam spectat illud Ausonii ad Theodosium Augustum in epistola ad Paulum:

Scribere me Augustus jubet, & mea carmina poscit
Penè rogans, blando jus latet imperio.

Et hodie rogationes hujusmodi ita ferè concipi solent. Wir bitten euch/

 ihr

jhr müsset das thun. Unde etiam Principum blanditias vehementes vim & metum inducere tradunt Mascard. *d. conclus. 193. num. 1. & p. tot.* Tusch. *d. concl. 484. num. 2. & seq.*

6 Cum autem à fide & pudore alienum non præstare id, de quo quis rogatus esset, ideo D. Augustus, qui, ut Tacitus ait, ex horridâ antiquitate, multa mutavit, semel iterumque personarum gratia motus, vel quia per ipsius salutem rogatus quis diceretur, aut ob insignem quorundam perfidiam, liberum hoc restituendi arbitrium immutavit, & ad juris necessitatem retraxit, & jussit Consulibus authoritatem suam interponere, & vi magistratus ad præstanda fideicommissa cogere, *d. §. 1. & §. & quia prima 12. I. de fideicommiss. hæredit.* & ipse hæres à Lucio Lentulo in Africa decedente institutus, & ut aliquid faceret, rogatus, primus fideicommissa sponte implevit, & quod rogatus erat, restituit, *princ. I. de codicill.* Claud. Chiflet. *de fideicommiss cap. 3. in princ.*

7 Necessitate igitur fideicommissa præstandi ab Augusto impositâ, & quia justum & populare, id est, æquum & omni populo gratum acceptumque erat, paulatim postea hæc res conversa est in assiduam jurisdictionem, tantusque fideicommissorum favor factus, ut D. Claudius duos Prætores crearet, qui tantum de fideicommissis jus dicerent, ex quibus D. Titus Imper. unum detraxit, & alter remansit, qui Prætor fideicommissarius dictus, *l. 2. §. cap. 32. in fin. ff. de Orig. jur. d. §. sciendum. 1. I. de fideicommiss. hæred. l quæsitum 78. § cum vir. 6 ff. de legat. 3. l. si cui legat. 92. ff. de condit. & demonstr. l. Licinius 4. in fin ff. quibus ad libertat. proclam. non lic. l. 2.* C. *qui pot. in pign.*

8 Hinc quoque cùm Neronis temporibus, Trebellio Maximo, & Annæo Senecâ consulibus, assiduus & frequens fideicommissorum usus magis magisque invalesceret, Senatus consultum de hæreditariis actionibus transferendis factum est, quod etiam à Trebellio Maximo Trebellianum fuit dictum §. *& Neronis 4. I. de fideicom. hæred. l. 1. §. 1. ff. ad Sctum Trebell.*

9 Denique fideicommissa ab Imp. Justiniano reformata & interpolata sunt, nam cùm ex Scto Pegasiano inutiles, captiosæ & scrupulosæ descenderent stipulationes, exploso Scto Pegasiano, Imper. Justiniano placuit, omnem ejus authoritatem & vim Scto Trebelliano præstare, ut ex eo fideicommissariæ hæreditates restituantur, §. *sed quia. 7. I. de fideicommiss. hæred.* & multa alia salubriter & novè de fideicommissorum jure introduxit, ut apparet ex *Novel. 108. cap. 1. 2 & passim.*

10 Ex quibus facile patet fideicommissa à jure Gentium ortum traxisse, hoc est ab eo jure, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, & ex quo fides semper & ubique servanda, contra verò grave eandem frangere & fallere

fallere *l. 1. ff. de pact. l. 1. ff. de constitut pec. l. 1. § hæc autem ff. deposit.* Ex quo etiam naturalem produxerunt obligationem, is enim natura debet, quem jure Gentium dare oportet, cujus fidem secuti sumus, *l. cum amplius 84. § 1. ff de R. I.*

Fideicommissi vocabulum aliquando ipsam dispositionem, qua quid relinquitur, denotat, veluti *in §. & Neronis 4 & 5. I. de fideicom. hæred. rubr. princ. & § 1. & seq. I. de singul. reb. per fideicom. l. si res 57. l. domus 58 ff. de legat. 1.* aliquandò verò non ipsam dispositionem, sed rem, quæ per ejusmodi dispositionem relinquitur, ut in §. *& quia prima 12. vers. nuper I. de fideicom. hæred. l. 2. ff de legat. 1. l. nutu. 21. ff. de legat. 1.* 11

Dicuntur fideicommissa, quod fidei hæredis, vel alterius, à quo quid relinquitur, disponens committit, ut aliquid det, vel faciat alteri, §. *& quia prima 12. I. de fideicom. hæred.* Indeque hæc nostra fideicommissa, familiarum Nobilium conservandarum causâ constituta dicuntur, quod fidei possessoris, alteri de familia, restituenda committantur & demandentur. 12

Germanis dicuntur Stammgüter / so zu Erhaltung eines Fürstlichen / Gräfflichen / Freyherrlichen / Adenlichen Stammens und Namens verordnet seynd. Et differunt à bonis avitis, seu hæreditariis, quæ majorum nostrorum fuerunt, de quibus *in l. si in emptionem 35 ff. de minorib.* & à progenitoribus nostris ad nos pervenerunt, quæ etiam dicuntur Stammgüter / so nicht selbst erworben / sondern ererbete Güter seynd / Wehner. *pract. observ. verb.* Stammlehen / Theod. Reinking. *de tetract. consanguin quæst. 3. n. 11. & seq.* sicut feuda antiqua, sive paterna Germanis vocantur Altväterlich / Uraltväterlich oder Stamm-Lehen / Gail: *2. observ. 49. n. 1.* Et de jure Saxonico bona avita, Erb- oder Stammgüter / illa dicuntur, quæ possessor ipsemet non adquisivit, nec ea à suo parente solo, jure hæreditario habet, sed quæ à suis majoribus, avo nimirum, proavo, & ulterioribus parentibus ac majoribus accepit. *Constit. Novel. Elect. Augusti part. 2. Constit. 12. in princ. vers.* So ist zu wissen / *& ibi* Dan. Moller. *in Comment. n. 1.* Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 36 quæst 7. n. 27.* Berlich. *pract. conclus. part. 2. conclus. 13. n. 5.* Reinking. *d. quæst. 3. n. 14. & seqq.* Nec refert, an bona illa ab avis & majoribus paternæ, vel maternæ lineæ proveniant, *d. constit. Elector 12.* Berlich. *d. conclus. 1. num. 6.* Benedict. Carpzov. *juris prud. forens. part. 2 constit. 12. def. 1. n. 2.* Theodor. Höping. *tract. de iur. insign cap. 21. n. 223.* Reinking. *d. quæst. 3 n. 15.* Et hæc bona avita jure Saxonico sine hæredum consensu alienari nequeunt. Daniel Moller. *in comment. ad constit. Saxon part. 2. constit. 12. n. 1.* Beust. *in l. 1. n. 221. in princ. vers. qui textus ff. de jurejur* Schneidewin. *ad §. alia. 2. n. 42. I. de donat* Coler. *decis. 50. n. 8. seq. part. 1.* Modest. Pistor. *vol. 1. consil. 36. quæst. 6. n. 26. seq.* Wehner. *pract. observ. verb.* Stamm-Lehen. Köppen. *decis. 24. n. 1.* Berlich. *d. conclus. 13. n. 1. & seqq.* 13 14 15

16 Quod de jure civili Communi secus est, ubi quilibet bona sua, non tantum ea, quæ industria & labore suo adquisivit, sed etiam hæreditaria & avita, sine hæredum consensu donare & alio quovis modo alienare potest, *l. si avia. 19. C. & ibi* Bart. & Bald. *C. de donat* Schneidewin. *d. § alia autem. 2. I. de donat.*

17 Fideicommissa hæc familiarum, si constituantur, vel consistant in ædibus, dicuntur Stammhäuser / & differunt ab ædibus seu arcibus istis, ex quibus Nobilis aliqua familia originem & nomen ducit, eò quod hæ regulariter alienari possint, illæ verò alienationem non admittant, sicut ex subsequentibus, maximè *cap. 11.* dictis constat Cujusmodi ædium avitarum in Germania multæ deprehenduntur, & ab antiqua Nobilitate in magno fuerunt habitæ pretio, hodie verò, quod dolendum, maximam in partem vel ruinosæ, vel in totum collapsæ, ita ut earum vix vestigia, vel rudera appareant.

18 Sic etiamnum hodiè Principes & Nobiles à metropoli sua, vel ab ædibus, & arcibus, quas inhabitant, vel extruxere, nõnunquam etiam à pagis, cognomina & titulos assumunt, sicuti in Silesiæ Principibus videre licet, qui in quatuordecim Ducatus dividuntur, quorum singulis nomen à metropoli sua datum fuit, veluti 1 Ratisbariensis, 2. Tropaviensis, 3. Teschinensis, 4. Opoliensis, 5. Bregensis, 6. Nissensis, 7 Wratislaviensis, 8. Olsnicensis, 9. Lignicensis, 10. Monsterbergensis, 11 Suidnicensis, 12. Taurensis, 13. Glogoviensis, 14 Saganensis, Tob Paurmeist *de jurisdict. lib. 2 cap. 9. num. 9. vers. notis hisce.* Daniel
19 Otto *de jur. publ. cap. 18. fol. 627 seq.* prout olim quoque ex re rustica multa Nobilium familiarum cognomina sunt profecta; sic enim, ut ex Plinio *lib. 18. cap. 3.* Plutarch. *in Publicol* tradit. Tiraquel *de nobilitat. cap. 32. num. 10.* Lactutini, Melii, Frondisii, Fabii, Pisones, Lentuli, Cicerones, Bubulci, Bupecii, Juvenci, Portii, Scrofæ, Pilumni, Junii, Statitii, Tauri, Vituli, Vitellii, Suilli, Capriani, Ovini, Caprillii, Equini, &c. sunt cognominati.

20 Quandoque etiam familiarum cognomina originem traxerunt à natura, ita enim Planci à latitudine pedum ita dicti, sicuti & Crassi à crassitie, Cincinnati à capillis aliquando casu, ut Valerius Corvinus: quandoque moribus, veluti Metellus Celer, quia expeditiones suas celeriter peragebat: quandoque à loco, ut Scipio Africanus, &c. Theodor. Höping. *in tract. de jur. insigni. cap. 2. num. 984.*

21 Sicuti etiam in Illustribus & patriciis nonnullis familiis singulares affectus sunt notati & indè nominati: ita Appii truces, ambitiosi, superbi & adversarii plebis audiebant; Asinii feroces; Bruti constantes; Cassii severi & tristes; Claudii superbi; Fabii cunctatores & patriæ amantes; Hortensii eloquentes; Lœlii hilares; Manlii severi & duri; Publicolæ, sive Valerii benigni

benigni & populares; Scipiones ambitiosi & bellicosi laudantur, Michael Piccart. *observ. histor. decad. 6. cap. 10.* Johan Braco *de orig. & jur. patric. lib. 1. cap. 2. n 31.* Theod. Höping. *in tract. de jur. insign. cap. 18 n. 106.*

Familiæ appellatio refertur vel ad res, vel ad personas, *l. pronunciatio. 195.* 22
§. 1. & ibi Goedd *ff. de verb. signif.*

Ad res relata pro hæreditate & substant â bonorum accipitur, *d. l. pro-* 23
nunciatio. §. 1. seq. & ibi. Gœdd. *ff. de V. S. l. fin. C eod. l. 2. & tot. tit. ff famil. ercis-cund. §. quædam 20. I. de actionib.* ex familia pro re accepta, omnes res, omnes opes, omnia bona, quæ defunctus habuit, comprehendit, estque totum cujusque patrimonium & hoc significandi genere animalia quævis alia, quæ possidemus, continentur, Gœdd. *d. l. pronunciatio 195. §. 1. num. 2. ff. de V. S.* Indeque 24
rectè, familiam constare non solùm viro & conjuge, sed etiam bove & aratore servo, Hesiodum docuisse, colligit Gœdd. *d. num. 3.* Schönborn. *1. polit. 10.* Et servos rerum appellatione comprehendi constat *ex §. 1. I. de reb. cor. & incorpor. l. 1. §. 1. & 2. ff. de rer. division. l. 6. § fin. ff. de rei vindicat. l. 2. §. 1. ff. ad l. Aquil.* Gœdd. *d. l. num. 2.*

Ad personas dum refertur familiæ nomen, internum corpus significat, 25
quod aut jure proprio ipsorum, aut communi universæ cognationis continetur. *d. l. pronunciatio 195. §. familiæ appellatio 3. & ibi* Gœdd. *ff. de V. S.*

Familia ad corporis cujusdam jure proprio ipsorum significationem 26
relata significat omnes, qui sub eodem sunt œconomico imperio, ita ut ipsum etiam Oeconomię imperatorem, id est, patremfamilias comprehendat, Gœd. *d. § 3. num 3.* eodemque sensu non solùm liberas ejusdem domus personas, sed etiam servos & mancipia continet, cùm servorum quoque quædam sit familia & ipsi servi in familia existant, *l detestatio 40. §. fin. ff de V. S.*

Generali hâc significatione, familiæ nomine comprehenditur, 1. ipse pa- 27
terfamilias, qui princeps familiæ. *d. l pronunciatio 95. §. 3. l. familiæ 196. & ibi* Gœdd *num. 2. ff. de V. S* Familia enim non solis constat membris, sed capite & membris; quemadmodum ergò corporis appellatio non solùm membra, sed caput etiam utpotè potissimam partem complectitur: ita etiam familia. Gœdd. *d. l. 196. num. 2. ff. de V. S.* nec refert an uxoratus, an viduus sit, Besold *in differt de jur. famil. cap. 1. num 4.* 2. Materfamilias sive uxor *d l pronunciatio. 195.* 28
§ 3. ff. de V. S. 3 Filiusfamilias & filiafamilias, sive liberi, *d. l. 195. § 3.* Alexand. 29
consil. 178. in princ. lib 6 Card. Tusch. *pract. observ. lit. F. conclus. 75 num. 5.* etiam emancipati & manumissi, & patriâ potestate soluti, qui tum propriam familiam constituunt, & ipsi patresfamilias sunt *d l pronunciatio. 195. §. 3. & ibi num. 5 ff. de V. S.* 4. Domestici & familiares omnes, Alexand. *d. consil. 178. in pr.* 30

31 Tuſch. d. concluſ. 75. n 5. Nicol. Everhard. conſil. 0. num. 3. 5. Nurus, l. fin. C de
32 V.S. Tuſch. d. concluſ. 75. n. 2. & 4. 6. Colonus & laborator Roman. conſil. 152.
verſ. tertia ratio. Tuſch. d. concl. 75. n. 6. & mercenarii bonâ fide nobis ſervientes,
l. deteſtatio. 40 §. familiæ. 2. & ibi Gœddæ num. 1. ſeq. ff. de V.S. Beſold. in diſſertat.
33 de jur. famil cap. 1. num. 5. 7 Servi, d. l. pronunciatio 195. §. ſervitium 4. & ibi Gœdd.
ff de V.S. l. ædiles. 25. §. 2. l. quod ſi 31. § 15 ff. de ædil. edict. l. 2 § hæc actio. 1 . ff vi bon.
raptor. l. 1. § 16 ff de vi & vi armat. Gœdd. d. l. 195. §. ſervitium. ff. de V.S. Beſold.
diſſert. de jur. famil. cap. 1. num. 5. Valent. Forſter. de ſucceſſion. lib. 3. cap. 5. num. 6.
Quamvis enim hi propriè non habeant perſonam, l. quod attinet. 32. l ſervitutum. 209. ff. de R. I. l. 1. ff de jur. deliber. Qui capite civili, quo perſona conſtat, carent. l. 3. § fin. de capit. minut. unde & pecudibus æquiparantur, l. 2. §. 2. ff. ad L. Aquil. & eâ familiæ appellatione includuntur, quâ res ſignificat, ſupra num. 24. eorum tamen familia eſt, l. deteſtatio. 40. §. fin. ff. de V.S. & perſonæ appellantur, §. 1. I. de jur. perſon. l in perſonam. 22. ff. de R. I non quidem propriè, ſed per privationem, & relatione ad jus humanum primævum, l. 4. ff. de juſtit. & jur. d. l. quod attinet. 32. ff. de R. I. Gœddæ. d. l. 195. § 1. n. 2. ff de V.S.

34 Unde familia à famulando, ſive ſerviendo originem traxiſſe dicitur, cum authore Nonio & Feſto Pompejo, à Voce Oſcâ *famul*, quæ ſervum ſignificat, deſcendat; indeque & priſcis famulitas pro ſervitute uſurpata, Beſold. 1. polit. cap. 12. §. 2 n. 18. & de jure familiar. cap. 1. n. 2.

35 Jure communi familiam dicimus omnium agnatorum, d. l. pronunciatio 195. §. 2. verſ. communi jure, & §. item appellatur. 6. ff de V.S. propriè enim famllia conſiſtit in agnatis, Pariſ. conſ. 16. vol. 3. Rom. conſil. 16. & conſ. 32. Valent. Forſter. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 3. cap. 4. n. 20. & generatim, ex communi loquendi uſu, propriaque vocis ſignificatione obtinuit, familiam agnationem denotare, idemque eſſe familiam, domum & agnationem, d. l. 195. §. 2 ff de V.S. Menoch. conſ. 1171. n. 3. ſeq. lib. 12. Schurff. conſ. 27. num. 16. cent. 2. Valent. Forſter. de ſucceſſ. lib. 3. cap. 25. n. 11. & 13. atque ita familia communi jure univerſæ cognationis, definitur: univerſa agnatorum, gentiliumque cognatio, quæ eſt eorum, qui ex eodem patrefamilias originem gentemque ſuam trahunt, etiamſi ſinguli propriam alant familiam, ſuique juris omnes exiſtant, vel adhuc in poteſtate ſint d. verſ. communi jure. & ibi Gœddæ. num. 6.

36 Ex quo etiam familiæ verbum latè ſumptum cognatos comprehendit, l. cum. pater 77. §. cum inter 28. & §. libertis, 27. l cum ita legatur. §. in fideicommiſſo. ff de legat. 2. l. fin. C. de V.S. Alciatus in l. pronunciatio 195. §. familia. 2. verb. agnatorum ff de V.S. Socin. conſil. 43. num. 10. lib. 3. Ludov. de Molina. de Hiſpan. progen. lib. 3. cap 4. num. 9. & lib. 1. cap. 4. num. 42. etiam inſtituentis transverſales,

ſales, *d. l. pronunciatio 195. §. item appellatur. 4. ff. de V.S.* *& ibi* Alciat *l fin. C. de*
V.S. l cum ita legatur, § in fideicommiſſo. ff. de legat. 2. Molin. *d. l. lib. 1. cap. 4. num.*
40. ſeq. non tantùm maſculos, ſed etiam fœminas, *l. fin. C. de V.S.* l. *voluntas* 37
4. & ibi Dd. Comm. C. de fideicommiſſ. Angel. *conſil 191. in fin.* Cornel. *conſil. 230.*
num. 11. lib 2. Pariſ. *conſil. 51 num. 12. lib. 2.* Menoch. *4 præſumpt. 88. num. 3.* atque
ita familiâ ad fideicommiſſum vocatâ, etiam fœminam contineri; vel alie-
nationis prohibitione extra familiam facta, fœminam non excludi, tradunt,
Dd in l. voluntas C de fideicom Pariſ. *conſil. 40 num. 33. conſil 51. num. 12. conſ. 88. num.*
20. lib. 2 Alciat. *conſil 632. in fin.* Cravet. *conſil 656.* Menoch *conſil. 197. num. 37.*
Peregrin. *conſil 31 num. 7. lib. 4* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 12 num. 6.* Me-
noch. *4. præſ. 88 num 3* Peregrin. *de fideicomm. artic 22. num. 26.* Et poſt hæc
ſcripta mihi primum viſus Vincent. Fuſar. *de fideicommiſſarior. ſubſtitut. quæſt.*
352. num. 1 ſeq. Quæ etiam, ſi ex maſculis deſcendunt de agnatione, ſive agna- 38
tæ eſſe dicuntur, *d. l. pronunciat. 195 §. fin ff. de V.S. l. 2. §. fin. ff. de ſuis & legit. § ſunt*
autem. 1. & § cæterum. 3. verſ. & hæc quidem ibi omnes adgnatos ſive maſculos, ſive
fœminas I. *de legit. adgnat. ſucceſſ* Alex. *conſil. 55. lib. 3.* Corne. *conſil. 229. & 230 in*
fin. lib. 2 Bartholom Romule. *de teſtator præcept. bona extra famil. alienar. ad*
nobilitat. conſerv. inhibent, ſive in explic. l. filiusfamilias. 114. §. Divi 14. ff. de leg. 1.
Hondedæ. *1. conſil. 75. num. 2.* Et fœminam ex maſculo deſcendentem non mi-
nus, quàm maſculum, dici & eſſe de ſuâ familiâ, domo & agnatione maſcu-
linâ, tradunt *per l. voluntas C. de fideicommiſſ. l. lege duodecim. C. de legit. hæred.* Alex.
in l. cum quadam num 14. ff de juriſdict. Dec. *in l. 2. num. 95. ff. de R. I.* Cravet. *conſil.*
67. num. 3. lib. 1. Vultej. *1. Marpurg. conſil. 23. num. 26. & 4. conſil. 54. num. 96.* etiam-
ſi alteri ſint nuptæ, Socin. *conſil 227 num. 7. & 8. vol. 2.* Pariſ. *conſil 23. num. 45.*
volum. 1. Michael ab Aguir. *apolog part 3 num. 66* Marpurg. *d. conſil. 54. num 96.*
vel nuptæ ſint extra familiam, non etiam propterea deſinunt eſſe agnatæ, &
de familiâ patris. *l. voluntas, & ibi* Bald. *num. 2. C. de fideicommiſſ.* Dec *conſil. 287.*
num. 2. ſeq. Honded. *d. conſil. 75. num 3.*

Hoc loco, uti & communi loquendi uſu, teſte Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſt.*
lib. 3. cap. 25. num. 11 familiæ appellatio continet agnatos, qui de eodem ſangui- 39
ne procedunt, maſculos, idem cognomen, eademque inſignia portantes, Die
eines Stammens und Nahmens ſeynd / welche einerley Schild und Helm haben / at-
que ita fœminas excludit: Quando enim conſtat, teſtatorem & diſponen-
tem voluiſſe conſervare familiam & agnationem, tunc nomine familiæ non 40
continentur fœminæ, ſed illæ excluſæ intelliguntur. Menoch. *4. præſumpt 88.*
num. 5. & conſil 197 num 55 lib 2 Gabriel. *conſil. 132 num. 88 lib 5.* Cornel. *conſil. 26.*
num. 4. volum 4. Ruin. *conſil. 24. num. 5. volum. 2.* Pariſ. *conſil. 63. num. 19. in fin. vo-*
lum. 2.

lum.2.& cons.22.num.26.volum.3. Cravet. consil.180.num.1. Mantic. de conject.ult. vol.lib.8.tit.12.num.8.seq. Honded. cons.75. n.14.seq.lib.1. Menoch cons. 97 num.48. seq & 4. præs.88.num.5. Marzar. de fideicom.lib.2.quæst.43 Peregrin. de fideicom. art.25.num.47. Vinc. Fusar. de fideicommiss. substitut. quæst. 352. num.10. seq. ubi plures conjecturas refert, quibus familiæ appellatione fœminæ non continentur, & quæst 363.num.2. Sicuti etiam statutum excludens cognatos, fœminas adnatas non includit, Thesaur. decis.37.

41 Et licet fœminæ dicantur esse agnatæ, earum tamen descendentes non sunt de agnatione, per l. voluntas & ibi Dd C. de fideicommiss. Bart. Romul. de

42 testat. præc. bona extr famil. num.39. Ac filia nupta, licet sit de agnatione & familiâ, non tamen hæc talis est, quæ familiam istam conservare possit. Paris. consil. 22. num.41. Cravet. consil. 180. num. 1. Menoch. consil 95. num. 53. 56. seq. Hond. consil.75. num.16. lib.1. Fusar. d. quæst.352. num.44. seq & quæst.731.num.6. in fin.

43 Quamvis enim regulariter masculinum concipiat fœmininum, sive sermone masculino etiam sexus fœmininus comprehendatur, l.1. l. homines 152. l. pronunciatio.195. in pr. ff. de V.S. l. si quis 7. ff. de jurisdict. l. ait Divus 16. ff de jur. fisc. l. hæc autem satisdatio 20. l. seq. ff de adopt. l. 1 §. de eo. ff. de pecul. l. 1. ff. de constitut. pec. l. si quis in tantam. C. unde vi. l.3. §. hæc verba. ff. de negoc. gest. l. qui domum. 8. juncta l. mater. 10 §.1. ff. ad L. Iul. de adult. Bald. in l. si ita scriptum.45. & ibi Alberic. ff. de legat. 2. Decius in l. fœmina. num 90. seq. ff. de R.I. Socin. reg.312. in pr. Tusch. pract. conclus. lit. M. conclus. 101. num. 1. & per tot. Vincent. Fusarius de

44 fideicommiss. substit. quæst. 311. num. 1. seq. idque non tantum per modum interpretationis & significationis extensivæ, ut Dd. ferè omnes opinantur & affirmant, Gloss. in l. servis legatis. ff. de leg.1. Bart. in l si quis in tantam. 7. C. unde vi. Angel. in l. quicunque. C. de serv. fugit. Jason. in l. qui filiabus. num. 18. & 21. ff. de legat. 1. Alex. consil. 51. col. 1. vol. 1. Cujac. lib. 6. obs. 21. Mantic. de conject. ult. volunt. lib.7. tit.1. num. 19. Valent. Forster. de success. ab intest. lib. 4. cap.6. num.7. Peregrin. de fideicommiss. art. 25. num. 4. sed etiam ex interpretatione comprehensivâ, & ex proprietate sermonis, per l. si quis 7. ff. de jurisdict. l. 1. l. hominis 152. ff de V.S. l. qui duos. 62. in fin. ff. de legat. 3. Gœdd. in l. 1. num.39. seq. ff. de V.S. Menoch. consil. 496. num.36. Tiraquel. de retract. consang. §. 1 gloss. 9. num. 212. Fusar. d. quæst. 31. num. 6.

45 Quæ regula procedit, & masculinum concipit fœmininum, non solùm in dispositione legis, sed etiam testatoris & in ultimis voluntatibus, l. si ita scriptum. 45. ff. de leg. 2. l. servis urbanis. in pr. §. sed et si pueris. l. si quis duos malos. ff. de leg. 3. l. inter stuprum. § fin. de V.S. Simon. de Præt. de interpr. ult. lib.3. dub. 3. solut. 2.

lut.2.quæst.8.num.24. Peregrin. *de fideicom.artic.25.num.1.seq.* Vultej. *4.Marpurg. consil.30.num.161.* etiam in contractibus, in materiâ indifferenti, & quæ utrique sexui convenit. Jul. Clar. *lib.4. sentent. §. emphyteusis. quæst.32. num.1. vers. hæc tamen conclusio.* Joh.Cœdd *4.Marpurg.consil.38.num.65.* Tusch. *d.lit.M.conclus.101.num.3.4.5.* imò etiam in pœnalibus & odiosis, *l.si quis 7 ff.de jurisdict. & ibi* Jason. *num.2. l.ait Divus. ff.de jur.fisc.l.qui domum.8. juncta. l.mater.10. §.1.ff.ad l.Iul.de adulter.* Bart. *ad l.jura in fin.ff.de legib.* Angel. *in l.1.§.1.ff.de pecul.* Cœd. *d.consil.38.num.65.& in d.l.1. num.53.ff.de V.S.* si odiosum sit rationabile, Bald. *in l.si ita.ff.de injust.rupt test.* Angel. *in l.quicunque C.de serv.fugit.* Cœdd *d.l. num.57.ff.de V.S.& de consil.38.num.42.* & materia indifferens utrique sexui conveniens, Jason. *in l.à judice.C.de judic.* Tiraquel. *de legib.connub.leg.1.gloss.1.num.82, seq.* Cœdd. *d.num.42.* secus in odiosis irrationalibus, *gloss. in l.1. §.toties verb. filia & ibi* Bart. *ff.de ventr.inspic.* Cœdd *d.n.57.* 46 47

Hæc tamen non procedunt, & masculinum non concipit fœmininum, 48
1. in materia differenti, seu in iis, quæ non possunt adaptari utrique sexui, & fœminis non conveniunt, *l.meminimus.C.de lib.præter.l.fin.ff.de tutel.juncta. l.fœminæ. ff.de reg. jur.* Bart. *in l.1. & ibi* Alex. *ff.de V.S.* Bald. *in l servus. C.commun. de success.* Hippol.de Marsil *sing.20.* Tusch. *lit.M. conclus.101.num 55.* Socin. *reg. 312.limit.6.* Valent.Forster. *de success.ab intest.lib.3.cap.23.num.14.* Fusar. *de quæst. 311.num. 43.*

Atque ita 2. quando diversa militat ratio inter masculum & fœminam, 49
Alex. *consil. 80.num.3. lib.1. & consil. 234. num 7.lib.6.* Tusch. *de conclus.101. num. 101.*

Nec procedit 3. quando disponens familiam & agnationem conservare 50
voluit, Alex. *consil 38.num.6.lib.6.* Rol.à Valle. *consil.82.num.33.lib.3.* Socin.Sen. *consil.73.col.3.lib.4.* Paris. *consil.57.lib.2.* Menoch. *4.præsumpt 84.num.8.& præs. 85.num.25.* Fusar. *d quæst.31 num.28.* Peregrin. *de fideicomm artic.25.num.47.* vel ut bona in familiâ & agnatione permaneant & conserventur, Menoch. *consil. 926.num.36.* Fusar. *d.quæst 311.num.18.* Nam ex hoc casu, quando testator pro agnationis conservatione substitutionem fecit, vel fideicommissum instituit, filiorum appellatione non venire filias, docent Rol. à Valle, *consil. 82.num.33. lib.3.* Menoch. *consil.877.num.3. & consil.904.num.21.* Grass. *§ fideicommissum, quæst.12.num.4.* Molin. *de Hispan.primogen.cap.5.num.2* Peregrin. *de fideicom. artic.25.num.47.* Mantic. *de conject.ult.vol.lib.8.tit.7.num.1.* Farinac. *decis.Rom. 132.* Fusar. *d.quæst.311.num.28.*

Uti & 4. quando disponens expressit qualitatem masculi, Abbas *cons.36.* 51
lib.1. Tusch. *d.conclus.101.num.52.* Peregrin. *de fideicommiss.artic.25.num.48.* seu

quando vocavit filios masculos, Fusar. d. quæst. 311. num. 10. Peregrin. de fideicom. art. 27. n. 20. quando enim masculi vocati, fœminæ exclusæ intelliguntur, arg. l. cum prætor. ff. de judic. Menoch. consil. 1099. n. 20. Ripa in l. 1. n. 161. ff. de vulg. & pupill. subst. Fusar. d. quæst. 311. n. 12. Ita, ut si testator in unâ parte mentionem fecit simpliciter de filiis, in aliâ autem parte de filiis masculis ex præsumptâ testatoris mente, qualitas ista masculinitatis repetita intelligatur, secundum Bart. in l. fin. ff ad Sct. Trebell. Jason. in l. centurio. num. 59. ff. de vulg. & pupill. Decian. cons. 24. num. 20. Menoch. consil 95. num. 81. Rol. à Vall. consil. 82. n. 33. lib. 3. Molina. de Hispan. primog. lib 3. cap. 5. num 5. Menoch. 4. præs. 84. num. 5. Peregrin. de fideicom. art. 25. num. 48. & consil. 70. n. 12. lib 3. & consil. 41. num. 19. seq lib. 5. Fusar. d. l. quæst. 403. n. 1. seq. & ibi alleg. licet contrarium statuant Alex. consil. 55. lib. 3. Ruin. cons. 93. col. 2. Socin. jun. consil. 3. col 12. & consil. 00. num. 20. Cravet. consil. 289. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 14. num 10. & alii relati, a Fusar. d. quæst. 403. num. 6 seq. ubi quatenus utraque opinio procedat, deducit, & num. 12. addit, quod prima opinio procedat, in dispositione, favore agnationis factâ; secunda verò opinio locum habeat, si masculinitatis mentio aliâ ratione facta sit, quàm favore agnationis, Paris. consil. 93. num 15. lib. 2. Hondedæ. cons. 57. num. 34 lib. 1. Molin. de Hispan primog. lib 3. cap 5. n 58. Menoch. 4. præs. 84. n. 6. Peregrin. de fideicom. art. 25. num. 35.

52 Atque ita 5. quando musculus nomine proprio fuit vocatus, Gabriel. com. conclus. l. 6. concl. 6. n. 16. Menoch. cons. 150. n. 49. lib. 2. & 4. præs. 84. n. 20. seq. Socin. reg. 312. limit. 8.

53 Nec procedit regula 6. si sequeretur absurdum Alex. consil 80. num. 14. vers. pro hoc etiam. lib. 1. Mantic. de conject. ult. volun. lib. 11. tit. 14. n 20. vers. tertia. Tusch. de conclus. 01 num. 72.

54 7. Quando disponentis contraria voluntas apparet, l. Lucius. §. quæsitum. ff. de legat. 3. Bartol. in l. 1. ff. de V. S. Mantic. de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 14. num. 13. seq.

55 8. Quando aliqua contrarietas & repugnantia ex dispositione resultaret, Ruin. cons. 107. lib. 3. Gabriel. d. concl. 6. in fin. Menoch. d. præs. 84. n. 23. Fusar. de fideicommiss. subst. quæst. 311. num. 81.

56 9. Quando disponens ipse differentiam facit inter masculum & fœminam, Mantic. d. lib. 11. tit. 14. n. 14. Menoch. d. præs. 181. n. 8. Veluti si masculos instituendo, fœminis aliquid reliquit, tunc enim fœminas non venire appellatione filiorum, tenent Bald. in l. multis ff de stat. hom. Grass. § fideicommissum quæst. 12. n. 2. Molin. de Hispan. primog. lib. 3. cap. 5. n. 55. Peregrin. de fideicom. art. 25. n. 45. Fusar. d. quæst. 311. n. 37.

10. Si statutum extet quod fœminas masculis extantibus excludit. Ga- 57
briel *d. conclus. o. n. 8.* Molig. *de primog. Hispan. lib. 1. cap. 5. n. 38. & 9.* Menoch. *de præs. 84. n. 20. & d. præs. 85. n. 24.* Mantic. *d. tit. 14. n. 15.* Fusar *d. quæst. 311. n. 42. & seq. & quæst 352. n. 16.* Et quod hoc casu filiorum appellatione non comprehendantur fœminæ, scripserunt Bald. *in l. tres fratres & ibi* Jason. *col. 2. limit. 6. ff de pact.* Natta *in c. quamvis col. 34. de pact. in 6.* Hondedæ. *cons. 75. n. 25. lib. 1.* Brun. *tract. quod stant masc. art. 5. quæst. 12.* Molin. *d. cap. 5. n. 38. seq.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 7. n. 1.* Menoch. *4. præs. 84. n. 10.* Grass. *§. fideicommissum quæst. 12. n. 3.* Fusar. *d. quæst. 311. n. 43.* Peregrin. *d. art. 25. n. 50.*

11. Quando fœmina est incapax bonorum, Peregrin. *de fideicom. art.* 58
25. num. 46. Fusar. *d. quæst. 311. num. 84.*

Hinc etiam 12. in feudis masculinus non concipit fœmininum, Alex. *in* 59
l. sed & si. § liberos n. 15. ff de jus voc. Menoch. *consil. 1. n. 454.* Molin. *in consuet.* Paris. *tit. 1. §. 12. n. 5.* Herm. Vultej. *1. consil. 33. n. 19. & 4. consil. 11. n. 107.*

13. Quando testator post masculos vocavit proximiores de domo, vel 60
agnitione, vel familia, etiamsi non dictum masculina, fœminæ non admittuntur ad exclusionem agnatorum masculorum remotiorum, Cravet. *consil. 306. num. 5.* Menoch. *consil. 522. num. 4. seq.* Peregrin. *de fideicom. art. 25. num. 48. in fin.* Fusar. *d. quæst. 311. num. 22.*

14. Quando ex communi usu loquendi filiorum seu masculorum appella- 61
tione non continentur fœminæ, Menoch. *4. præs. 84. n. 17.* Fus. *d. quæst. 311. n. 82. seq.*

Fœmininum sermonem quod attinet, eodem sexum masculinum, neque 62
proprietate, neque per aliquam extensionem vel interpretationem contineri, constat *l. servus legatu 81. vers. ancillis ff. de leg. 3. l. si ita script. 45. ff. de leg. 2.* Gœdd. *ad d. l. 1. n. 61. seq. ff. de V. S.* Peregr. *de fideicom. art. 26. n. 22.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 312. n. 3.* Cum exemplo pessimum sit, fœminina appellatione masculos 63
comprehendere, sicuti allegatis legibus asseritur, eo, quod veteres soliti erant per exprobrationem & irrisionem fœminino nomine appellare eos, qui imbecilles, effœminati, molliculi & cutem bene curantes, Tiraq. *de legit. connub. Gloss. 1. n. 89.* Alciat. *lib. 2. parerg. cap. 48.* Gœdd. *d. l. n. 62. seq.* ita, ut fœminarum appellatione nec masculi ex fœminis descendentes veniant, Peregrin. *d. n. 22.* Fusar. *d. quæst. 312. num. 4.*

Atque hinc etiam apud Germanos vocabulum Stamm / masculos tan- 64
tum comprehendit, den Mannlichen Stamm / Schwerdtmagen / & fœminas Spielmagen / Weiblich Geschlecht excludit, Wehner. *pract. observ. verb.* Stamm. Besold. *1. polit. 12. n. 22.* Jure enim Saxonico agnati dicuntur Schwerdtmagen / 65
Georg. Rotschitz. *in tract.* von Mitgifft / gerade / &c. *artic. 14. n. 3.* dann der Magen

 bedeutet

bedeutet hie den Begriff vnd Vrsprung der Blutfreunde; Wie sonst der Magen die Speise vnd Dawung begreifft/vnd der Leber einen Vrsprung zum Geblüt gibet. Das Schwerdt aber zeiget den Mann an / als der es führet / Besold. *thes.pract. verb.* Schwerdtmage/ atque ita agnati dicuntur Schwerdtmagen/ quasi ad militarem
66 usum idonei, Joh. Oldendorp. Marpurg. *cons.5.n.94.vol.2.* Unde etiam feudum masculinum indigitari & appellari solet, Stamm- oder Schwerdt-Lehen/ Altväterlich Lehen/ Wehner. *d.l.verb.* Stamm Lehen/ Gail. *2.obs.49.n.1.* Myns. *3.obs.67. & 4.obs.2.n.2.* Besold. *thes.pract verb.* Stamm-Lehen.

76 Apud Principes & Comites familiæ dicuntur Häuser/ veluti domus sive familia Austriaca, das Hauß Oesterreich / Bavarica, das Hauß Bayern / Würtembergica, das Hauß Würtemberg/ ꝛc. item domus, sive familia Nassovica, Das Hauß Nassau/ꝛc. Apud Nobiles verò familia dicitur Stamm / veluti der Stamm Ruest / Böckle / Mullenheim / Werdnau / Wölwarth / Adelman / Bobenstein/Liebenstein/ꝛc. apud patritios familia dicitur Geschlecht / & patricii dicuntur Geschlechter.

68 Familiæ vocabulum plura habet Synonima, veluti *1. Domus*; sic enim Domus vocabulum ponitur pro familia *in l. .C. ne lu.potent. l.1. ff. ad Sctm. Syll. l.1. § illo videlicet. C. si quacunque præd.potest.* ubi appellatione domus continetur familia, genus & tota una consanguinitas, ut domus Jacob. *l. cum unus. §.1. juncta gloss. in verb. domum. ff. de aliment. & cibar. leg.* Chassan. *in catal. glor. mund. part.12. consid.72.* Hartman. *pract. observ.8. tit.53. num.1.* Wehner. *pract. obs. verb.* Hauß vnd Geschlecht / ubi vocabulum Hauß / hoc est, domus, etiam pro aulâ usurpari scribit, sicut & dominationem pro imperio. Ita etiam Domus pro familia usurpatur, apud *Cicer. lib. 10. epist.* Ego inquit, necessitudinem conjunctam habui cum domo vestrâ, ante aliquando, quàm natus es, *& lib. 13.* quæ, ne enumerem totam domum, tibi commendo. Item domus meæ imperium habeo, *& alibi passim.* Quod etiam videre licet apud Virgil. *lib.3. Æneid.*

Ascanius omnisque domus, & paulò post:
Dat propriam Tymbræa domum. Et lib. 5.
Hic domus Æneæ cunctis dominabitur oris. Et lib. 7.
Sergestrisque domus tenet à quâ Sergia nomen.
Hic domus & patria est.

69 Atque ita rectè ejusdem familiæ appellantur, qui ex eâdem domo & gente proditi sunt, *l. pronunciatio. 195. §. familiæ. 2. vers. communi jure. ff. de V.S.* Valent. Forst. *de success. ab intest. lib.3. cap.25. n.21.* Et sic in latâ significatione vocabulum, domus, comprehendit omnes, qui sanguine conjuncti sunt, sive agnati

gnati sive cognati sint, *per l fin* C. *de V S* Paris. *consil. 47. num. 57 & seq lib 3.* Lu-
dovic. de Molin. *de Hispan primogen. lib 3. c. 4. n. 10.* Nisi aliud subjecta materia
& strictè loquendi ratio importet, atque ita appellatione domus contineri
familiam vel agnationem, sive solos agnatos, tradunt Barthol. *in l. si cognatus.*
ff. de reb. dub. & in l. 1. in princ. ff. ad Sct. Syllan. & in l. pronunciatio 195. §. familiæ. 2.
& ibi Alciat. *ff. de V. S.* Alex. *in l. ex facto §. si quis rogatus num. 53. ff. ad Sctm. Tre-*
bell. Alex. *consil. 213. n. 3. lib. 6.* Ruin. *cons. 110. n. 1. & consil. 161. n. 4. lib. 2.* Paris.
consil. 35. n. 8. l. 3. Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 12. n. 17.* Vincent. Fusar. *de fidei-*
commiss. subst. quæst. 361. num. 1. idque omnium suffragio receptum esse dicit For-
ster. *d. cap. 25. n. 22.* Ac si in fideicommisso dictum sit de domo, perinde esse,
ac si de agnatione vel familia dictum fuerit, tradunt *per cap. 1. ibi domus de co-*
lumna, de schismat. in 6. Bart. *in l. 1. in princ. ff. ad Sct. Syllan.* Alex. *consil. 213. n. 3.*
lib. 6. Peregrin. *de fideicommiss. art. 22. num. 27.* Et quando dispositio respicit No- 70
bilitatem vel aliam qualitatem, appellatione domus intelligi omnes, qui fe-
runt eadem arma & insignia, respondit Alex. *consil. 213. n. 3. lib. 6. & consil. 91.*
n. 5. lib. 7. Menoch. *4. præsumpt. 88. n. 12. & ibi alleg.* Cravett. *consil. 800. n. 5.* Fusar.
d. quæst. 361. n. 2. indeque illegitime natos, qui ferre non possunt arma & insi- 71
gnia familiæ patris, sub nomine domus, seu illis, qui sunt de domo, non con-
tineri, tradunt Bart. *in l. tutelas in pr. ff. de capit. diminut.* Tiraquell. *de nobilit.*
cap. 15. n. 11. & de retract. consang. §. 1. gloss. 8. n. 6. Molin. *de primogen. Hispan. lib. 1.*
cap. 4. n. 45. & 46. Menoch. *de præsumpt. 88. n. 13.* Fusar. *d. quæst. 361. n. 13.* Pere-
grin. *de fideicom. art. 22. n. 27. & 83.* Et si relictum aliquid illis de domo, pro
conservatione agnationis & familiæ, domus nomine non contineri fœmi-
nas, responderunt Gozadin. *consil. 45. n. 10.* Corne. *consil. 26. n. 4.* Menoch. *de*
præs. 88. n. 15. Fusar *d. quæst. 361. n. 9.*

Domus quoque appellatione continentur illi, qui vulgò dicuntur de Ca- 72
sata, & de Cippo, Forster *de success. ab intest. lib. 3. cap. 25. n. 23.* & utraque appel-
latione continentur illi, qui sunt de agnatione, vel consanguinei ex latere pa-
terno, sicuti de Casata tradunt, Bald. *in c. innotuit num. 6. X. de elect.* Felin. *in c.*
in præsentia n. 23. X de probat. Paris. *cons. 35. n. 3. lib. 3.* Imola, *in l. ex facto § si quis*
rogatus n. 10. ff. ad Sctm. Trebell. Vincent. Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 360.*
num. 1. Et de Cippo, Castreus *in l. fin. C. de V. S.* Barbat. *consil. 27. col. 10. vers. mo-*
do istud lib. 1. Corne. *consil. 51. col. 4. lib. 1.* Tuschus *lit. F. conclus. 75. n. 19.* Fusar. *d.*
l. quæst. 348. n. 1. seq. Et quod Cippus intelligatur stipes agnationis scribit Curt.
Jun. *consil. 172. n. 3.* Honded. *1. consil. 75. n. 7.* & de masculis tantum accipiatur,
Paris. *d. consil. 35. n. 9. & consil. 47. n. 14. & 57. lib. 3.* Mantic. *de conject. ult. volunt.* 73
lib. 8. tit. 12. num. 16. Hondedæ. *d. consil. 57. num. 8.* Fusar. *d. quæst. 348. num. 6.* &

pro ipsâ familiâ, sed non omnibus, qui sunt ex eâ familiâ, sed solum illis, qui sunt fundamentum, & stabilimentum & perpetuitas domus & familiæ, Corn. *cons. 26. n. 5. & cons. 41. n. 9. lib. 4.* Fusar. *d quæst. 3 48. n. 2. & n. 7.* Atque ideo, quando testator vult bona sua pervenire ad Cippum, solum masculos succedere, exclusis fœminis, responderunt, Cornel. *d. cons. 55. n 5. & 6.* Gozadin. *cons. 69. n. 6.* Menoch. *d. præs. 88. n. 21.* ubi hoc nomen vulgare potius rusticorum, quam aliorum esse refert *ex* Angel. & Castrens. *in l. fin. ff. de V. S.*

74 2. Familiæ vocabulo Synonimum est, *Genus, Generatio*: quamvis enim Genus & Generatio comprehendat tàm masculos, quàm fœminas, Cardin. Tusch. *lit. G. conclus. 38. & 39 per tot lat.* Michael ab Aguir. *apolog. part. 4. n. 44. seq.* Vinc. Fusar. *de fideicomm. substit. quæst. 329. n. 1. seq.* & à fœminis descendentes, Menoch. *4. præs. 88. n. 8.* Peregrin. *de fideicomm. art. 22 n. 28.* Mantic. *de conject. ult. volun. lib. 8. tit. 12. n. 19* Fusar. *d. quæst 329. n. 2. seq.* nihil tamen genus à familiâ differre scribit Ripa. *in l. ex facto in pr. n. 6. ff. ad Sctm. Trebell.* Et quod illi dicantur de genere alicujus, qui sunt de agnatione, docet *l. in fin. ff. de probat.* Bald. *in c. si pater. de testam. in 6.* Menoch *d. præs. 88. n. 7.* Fusar. *d. quæst. 329. n. 7.* eumque de genere dici, qui ex lineâ masculinâ descendit, tradit Roman. *in rubr. ff. ad Sct. Syllan.* Menoch. *4. præsumpt. 88. n. 7.* Et quod generatio idem sit, quod familia & non veniant nisi ex masculis, Paris. *consil. 93. n. 34. lib. 2.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 12. num. 19.* Confer allegatos à Michael. ab Aguir. *d. part. 4. n. 41. seq.* Ex generatione vocatâ, illos venire, qui parentelâ & familiâ vocatâ, veniunt, docent Castr. *in d. l. 1. ff. de probat.* Menoch. *4. præs. 8. n. 7.* Fusar. *d. quæst. 329. num. 8.*

75 3. *Gens*, nam & familia gentis nomine venit Besold. *differt. de jur. famil. cap. 2. num. 3.* & gens propriè est cognatio à majorum propagatione descendens, ut & gentilitas, nec cognationem à fœminis proficiscentem comprehendit. Gœd. *ad l. sæpe ita. 53. num. 4. ff. de V. S.* ac gentis gentilium & gentilitatis nomina propriè, ad conjunctionem sanguinis civilem, & qui ejusdem sunt nominis, familiæ & generis, & ad virilem tantum sexum pertinere, docet Valent. Forster. *de success. ab intestat. cap. 24. num. 14. & 15. & cap. 25 num 9.* & Festo authore, gens appellatur, quæ ex multis familiis conficitur; & gentilis dicitur, ex eodem genere ortus, & is, qui simili nomine appellatur, ut ait Cinitius: gentiles mihi sunt, qui meo nomine appellantur. Forster. *d. cap. 24. num. 11.*

76 Differt tamen gens ab agnatione, nam latius patet gens, quàm agnatio, & agnatio propriè est eorum, qui in ejusdem patrisfamilias familiâ sunt, non etiam emancipatorum; gens verò etiam emancipatorum manet, & gentiles vocan-

vocantur, licet emancipati; Deinde agnatio patrem, avum, proavum, atavum propriè non excedit; gens autem omnium eorum est, qui ab uno principe familiarum descendunt, quamvis sit atavus, tritavus, tritavi tritavus, &c. uti ex Conan. *lib 2. cap. 11.* Balduin. *ad l. 12 tabb. cap. 30.* refert. Gœdd. *d. l. sæpe 53. n. 4. ff. de V. S.* Sicuti etiam agnatio propriè est singularum familiarum, *l. pronunciatio. 195. § 1. ff. de V. S. § 1. & 3. I. de legit. agnat. tut.* gens verò est plurium familiarum ab eodem principio provenientium collectio; & gens ad nomen, familia ad cognomen refertur, Carol. Sigon. *in Liv. lib. 4.* Joh. Draco *de origin. & jur. patrit. lib. 1. cap. 8. num. 5.*

Ex quo etiam patet differentia inter gentem & familiam; gens enim totum quid, seu integram aliquam familiam, etiam in diversas lineas divisem, familia verò quodammodo partem totius, seu lineam continet. Gœdd. *d. n. 4.* Forster. *d. cap. 25. n. 8.* Sic enim Valerii omnes unius gentis esse dicuntur, quia uno nomine omnes continentur, & uno principio constant, partes verò gentis hujus sunt plures, quæ ex cognominum varietate distinctæ sunt & familiæ appellantur: ita in gente Valeriâ sunt Valerii Maximi: Valerii Messalæ; Valerii Flaccæ; Valerii Lovini; Valerii Falcones; Valerii Publicolæ, &c. Sic Cornelii omnes unius gentis erant, ab uno Cornelio gentis suæ Principe, seu stirpis suæ radice oriundi, partes hujus gentis Cornelianæ, sunt Cornelii Scipiones; Cornelii Maluginenses; Cornelii Lentuli; Cornelii Dolabellæ, &c. unde Sueton. in Nerone *cap. 1.* ait: ex gente Domitiâ duæ familiæ claruerunt, Calvinorum & Aenobarborum. 77

Ex quo etiam Interpretes nostri tradunt, unam eandemque familiam seu cognationem diversas posse habere derivationes, & descendentias generales quoad totam familiam, & specialem & propriam ipsius testatoris, quæ attendi debeat, sicuti declarat Paris. *consil. 51. n. 10. 14. & 18 lib. 2.* 78

Hinc quoque Germani differentiam faciunt inter familiam, & lineam, vnder Hauß vnd Linien / de quo *infra num. 85. & 106. seq.* 79

Atque huic etiam convenit vocabulum *Stemma*, quamvis enim hoc vocabulum, aliquando pro facinore, aliquando pro ipsis majorum imaginibus, quæ in atriis poni solebant, accipiatur; Jureconsulti tamen stemmata vocant, quibus cognationem partiuntur; & rectius stemma dicitur stirps, quasi origo, radix & progressio personarum ejusdem gentis Valent. Forster. *de success. ab intest. lib. 3. cap. 6. num. 13.* 80

4. *Stirps, Stipes*: siquidem Stirps idem importat, quod familia, Paris. *cons. 22. n. 62 & cons. 35. in pr. lib. 3.* Tuschus *lit. F. conclus. 75. num. 18. seq.* & appellatione stirpis veniunt descendentes ex masculis, & consanguinei, & excluduntur 81

duntur consanguinei ex parte matris, qui non dicuntur de stipite vel stirpe, Paris. *consil 35. n. 3 lib. 3. & de interpret ult. volunt. lib 3. solut. 3.* Tiraquel. *de retract. lignag. § 1. gloss 9 n. 195.* Valent. Forster. *de succ. ab intest. lib. 3. cap. 25. n. 22.* Et stirpe vocata veniunt descendentes, non etiam collaterales, *l. si quis in suo. in princ. C. de in offic. test.* Paris. *cons. 35. & cons. 81. n. 24. lib 3.* Menoch. *4 præs 88 n 9* Peregrin. *de fideicom art. 22 n. 3.* Et licet stirpe vocatâ, etiam fœminæ vocatæ intelligantur, Menoch. *4. præs. 88. n. 3.* Paris. *cons. 35. n. 5. lib. 3* id tamen non procedere, si agnationi consulere voluerit testator, constat ex traditis *infra n. 98. & seq.*

82 5. *Prosapia* idem importat, quod familia & generatio, *l. cum satis. l. ne diutius. C. de agric & censit.* Paris. *consil. 51. num 11.* Sim Præt. *de interpret. ult vol. fol. 292. n. 62.* Vinc. Fusar. *de fideicom substit. quæst 333 n 1.* & prosapiæ appellatione non veniunt nisi descendentes ex masculis, Paris. *consil. 3. n. 34. lib. 2.* Tusch. *de conclus. 75. num. 14.*

83 6. *Progenies* idem quod domus, generatio, stipes Paris. *cons. 3. in pr. & n. 6. lib. 3.* Tusch. *de concl. 75. n. 21.* & progenie vocatâ propriè descendentes vocati intelliguntur, Peregrin. *de fideicom. art. 22. n. 23.* Fusar. *de fideicom subst. quæst. 335. n 1.* etiam fœminæ, & ab his descendentes. Grass. *§. fideicom. quæst. 15. n. 5.* secus verò erit, si testator agnationi consulere voluerit, tunc enim progeniei appellatione fœminæ non veniunt, Cephal. *cons. 511 n. 26* Fusar. *d. quæst 335. n 7.*

84 Idem est, si *proles* vocata sit, hujus enim nomine veniunt omnes illi, qui liberorum appellatione continentur, Bald. *in c. 1. de grad. success.* Peregrin. *de fideicom art. 22. n. 22. seq.* Fusar. *d. l. quæst. 336 n. 1. seq.*

85 7. *Linea*; quamvis enim linea cognationis utrumque sexum, tam masculinum, quam fœmininum in successionibus comprehendat, Valent. Forst. *de success. ab intest. lib. 3 cap 23. n. 13.* Menoch. *cons. 625 n 9. seq.* Peregrin. *de fideicom. art 22 n. 24.* Fusar. *de fideicom subst quæst. 346. n. 1 seq.* diversum tamen est, si jure aliquo singulari, vel hominis dispositione, soli masculi fœminis exclusis ad successionem vocentur, quo casu lineæ appellatione fœminæ non continentur, Forster. *d. l. n. 14.* Quoties enim in successione in utroque sexu non est paritas, sed versamur in materiâ differenti, in quâ fœmina differt à masculo, masculinum non concipit fœmininum *supra n. 48.*

86 Indè quando testator tacitè vel expressè mentem habuit conservandi bona in agnatione, fœminæ non veniunt appellatione lineæ, Jason. *cons. 52. col. 4. lib 3* Paris *cons. 47. & cons 63 n. 24. lib. 2.* Menoch. *cons. 625. n. 2.* Fusar. *d quæst. 346. n. 5. seq.* sicuti nec tunc, quando linea masculina, vel descendentes per lineam masculinam vel virilem sexum vocati, Paris. *cons. 40. n. 43. lib. 2.* Menoch. *cons. 295. & 4 præsumpt. 91. n. 6.* Peregrin. *de fideicom. art. 26. n. 23. seq.* Fusar. *quæst. 346. n. 22. seq.*

In dubio autem dum teſtator & diſponens vocat lineam, de lineâ ipſius 87
deſcendenti, & non de collaterali ſive tranſverſali id intelligendum eſſe, tra-
dunt Bald *conſ.321. lib.1.* Ruin. *conſ 98.n.4.lib.1. & conſ.153.n.10 lib.2.* Menoch.
conſ.233 n.19.lib.3.& lib.4.præſ.88. n.11.latè. Fuſar. *de fideicom. ſubſtit. quæſt.345.n.1.*
ſeq.per tot. Peregrin. *de fideicomm. art.22.n.24.* idque tum maximè procedere,
quando teſtator dixiſſet, quod bona conſervari debeant in lineâ ipſius teſta-
toris, ita ut tunc tranſverſales non contineantur, tradunt Peregrin. *conſ.57.n.9.*
lib.5. Menoch. 4.*præſ 88.n.1.in fin.* Fuſar. *d.quæſt.345.n.6.confer.infra cap.6.n.46.*

Aliâs verò ſi teſtator generaliter loquens agnationem conſervare vo- 88
luit, non extantibus deſcendentibus transverſales quoque venire, tenent Ca-
ſtrenſ. *conſil.111.lib.1.* Menoch. *conſil.428.num.6.* Fuſar. *d.quæſt.345.num.15.* Idem
eſt, ſi teſtator agnationis lineam vocavit, tunc enim omnes deſcendentes,
aſcendentes & transverſales agnatos comprehendi, tenent Menoch. *conſ. 427.*
num. 6. Peregrin. *conſil.11.n.16. lib.2.* Fuſar. *d. quæſt.345.n.17.* vel quando linea
maſculina vocata, quia tunc etiam transverſales venire tradit Menoch. *conſil.*
463. num.12. Fuſar. *d.l.num.18.*

8. *Deſcendentes*: quod vocabulum quidem commune eſt, & tam fœmi- 89
nas, quam maſculos complectitur *l. liberorum 220. ff. de V. S. l. lege duodecim. §.*
hujusmodi l.fin.in princ. C.de legit.hæred. l.fin. C.de ſuis & legit. Novel.118. cap.1. Dec.
conſil.495.n.6. & conſ.570.n.10. Menoch. *4.præſ.84.n.26.* Tuſch *lit.F. concluſ.75.n.*
22. Mantic. *de conject.ult. vol.lib.8. tit.11.n.1.ſeq.* Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſt.lib.4.*
cap.1.n.5.ſeq. Peregrin. *art.20.n.8.ſeq.* Vinc. Fuſar. *de fideicom.ſubſtit.quæſt.325.n.1.*
ſeq. Secus tamen eſt, ſi jure ſingulari fœminæ à ſucceſſione arceantur, tum
enim deſcendentium appellatio ad ſolos maſculos reſtringitur, Forſter. *d. lib.*
3. cap. 24. n. 1. uti & in iis caſibus, ubi maſculinum non concipit fœmininum,
de quibus *ſupra num.48. ſeq.*

Atque ita jure feudali deſcendentium appellatione veniunt ſoli maſcu- 90
li, & non etiam fœminæ, *lib.1.feud. tit.1. §.hoc quoque, 4.in fin. & tit.14. §.1.verſ.*
ſi verò unus, & lib.2.feud.tit.26. §. licet.verſ.ſi vaſallus culpam. & tit. 11. & 17. & ſi.
mil. Menoch. *1.conſ.1.n.455.* Mozz. *de feud.tit de ſubſtant.feud.n.81.* Vultei *de feud.*
lib.1.cap.9.n.31.& 32. Sicuti & tunc ſoli maſculi deſcendentium nomine veni- 91
unt, ſi fideicommiſſum relictum deſcendentibus maſculis, quia teſtator agna-
tionem conſervare voluiſſe præſumitur, Mantic. *de conject.ult. volunt. lib.8.tit.*
11.n.7.& 9. Graſſus *§.fideicom.quæſt.15.n.2.* Vinc. Fuſar. *de fideicom.ſubſt.quæſt.325.*
num.7. quod idem eſt, quando teſtator vocavit maſculos, & eorum deſcenden-
tes; cum in deſcendentibus maſculinitatis qualitas repetita cenſeatur, Me-
noch. *conſil.585.* Molin. *de Hiſpan.primog. cap.5.n.59.* Fuſar. *d.quæſt.325.n.14.ſeq.*

vel si relictum sit fideicommissum descendentibus per lineam masculinam, Jason. *in l. Gallus. § nunc de lege. ff. de liber. & posthum. & ibi Alciat. n. 20.* Crotus *in l. filiusfam. §. Divi n. 163. in fin. ff. de legat. 1.* Grassus *d. quæst. 15. n. 3.* Vel quando vocati descendentes ex lineâ paternâ, vel ex parte patris, Peregrin. *de fideicom. art. 29. in fin.* Fusar. *quæst. 325. n. 5.* Vel si statutum extat, quod masculis non extantibus, fœminæ non admittantur, Menoch. *cons. 420. n. 29.* Peregrin. *cons. 41. n. 12. in fin. lib. 5. & de fideicom. art. 25. n. 15. 22. 26.* Fusar. *d. quæst. 325. n. 9.* uti &, si testator tacitè, vel expressè habuit mentem bona in agnatione conservandi, Menoch. *cons. 585. n. 23. & cons. 900. n. 40.* Fusar. *d. quæst. 325. n. 10. & quæst. 311. n. 28. seq.*

92 9. *Hæredes*; quod vocabulum etiam commune est, & tàm fœminas, quàm masculos complectitur *l. hæredis 67. & l. 170. ff. de V. S. l. 3. C. de legit. hæred.* Alex. *in l. sed si hoc. §. liberos ff. de in jus voc.* Ruin. *consil. 188. col. pen. lib. 2.* Menoch. *4. præs. 84. num. 34.* Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 342. num. 1. seq.* Et quando dispositivè facta est mentio hæredum, non tantum venire hæredes sanguinis, sed etiam bonorum & extraneos, late tradit Vinc. Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 339. num. 2. seq. per tot.*

93 Secus vero est si subjecta materia vel ratio dispositionis aliud suadeat vel qualitas masculinitatis adjiciatur, veluti si hæredes masculi vocati fuerint, tum enim *hæredum*, descendentium & aliorum communium nominum appellatione fœminæ non continentur, Riminald. *Sen. cons. 185. n. 36.* Menoch. *4. præs. 85. n. 26.* quoties enim qualitas masculinitatis adjecta est in dispositione, tunc ex tacitâ mente colligitur, hanc qualitatem ideò appositam, ut bona in familiâ conserventur, & ut dignitas & authoritas familiæ sarta & tecta retineatur, & tum fœminas non comprehendi hæredum appellatione, indè concluditur, quod hæ familiam non conservent; atque ideò, si disponens familiam & agnationem conservare voluit, sub nomine communi hæredũ, descendentium & liberorum, fœminas non comprehendi, sed solos masculos, tradunt Alex. *cons. 38. n. 6. lib. 6.* Rol. à Valle *cons. 82. n. 33. lib. 3.* Menoch *4. præs. 85. n. 25.* Sicuti etiam ex verisimili mente disponentium verbum *hæredum* in possessionibus & successionibus familiarum non comprehendere fœminas, tradunt *per l. ex facto. §. fin. ff. ad Sctm. Trebell.* Socin. *consil. 19. princ. vol. 1.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 3. de feud. § 5. in pr. n. 5.* Wesemb. *cons. 51. n. 36.*

94 Hinc pro subjectâ materiâ jure feudorum hæredis nomine, soli masculi, & non etiam fœminæ comprehenduntur, *§. cum vero Conradus 2. lib. 1. Feud. tit. 1. §. fin. tit. 4. tit. 8. tit. 9. tit. 13. tit. 14. tit. 18. tit. 20. & lib. 2. feud. tit. 11. tit. 17. 18. tit. 34. & simil.* Bald. *in c. 1. de nat. succ. feud.* Afflict. *in prælud. feud. num. 121.* Rom. *cons. 3. n. 3. & cons. 494. n. 2.* Everhard. *jun. cons. 10. n. 58. vol. 2.* Decian. *cons. 58. n. 12. vol. 1.*

Vulsei.

Vultej. *de feud. lib. 1. c. 8. n. 25. verſ. nec obſtat.* Wehner. *pract. obſ. verb.* Erben. Beſold. *theſ. pract. verb.* Erben. Verba enim quæ duplicem & communem ſignificatio- 95
nem habent, intelligenda ſunt ſecundum ſubjectam materiam, & ut Logici dicunt, talia ſunt prædicata, qualia ſunt ſubjecta, *c. ſolitæ. & ibi Canoniſt. X. de maior. & obed. l. ſi uno in princ. & ibi* Bart. *ff. locat. l. damni infecti. in princ. & ibi* Angel *ff. de damn. infect. l. ſi ſtipulatus. ff. de uſur.* Everhard. *in loc. legal. à ſubject. mater. n. 1. & per tot.* Valent Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 3. cap. 24. n. 7.*

Atque inde etiam ſi diſpoſitio vel ſtatutum extet, quod maſculis extan- 96
tibus fœminæ non ſuccedant, ſub vocabulis liberorum deſcendentium hæredum & ſimilibus communibus, non comprehendi fœminas, ſed duntaxat maſculos tradunt, Alex. *conſ. 38. n. 7. lib. 6.* Simon. de Præt. *conſ. 161. n. 29.* Decian. *conſ. 45. n. 12. lib. 3.* Menoch. *4. præſumpt. 85. n. 24.* Sicuti etiam in aliis caſibus, ubi maſculinum non concipit fœmininum, de quibus *ſupra n. 48.*

Hæredibus autem ad fideicommiſſum vocatis, veniunt etiam hæredes 97
hæredum, confer *infra cap. 7. num. 31.*

Idem eſt 10. quoad vocabulum *Liberorum*; nam licet & hoc quoque 98
commune ſit, & tàm fœminis, quàm maſculis conveniat, *l. liberorum 220. ff. de V. S. cognoſcere. 56. §. liberorum, 1. ff. de V. S. l. officiales. C. de Epiſc. & Cler.* Menoch. *conſ. 204. n. 49. lib. 3. & 4. præſ. 84. n. 25. & ibi alleg.* Fuſar. *de fideicom. ſubſt. quæſt. 326. num. 1* Peregrin. *de fideicom. art. 22. n. 1. 43. & art. 25. n. 8,* & liberorum ac deſcendentium una eademque ſit determinatio; qui enim ex liberis eſt, ex deſcendentibus quoque eſt, & è contra: & liberorum appellatione veniunt omnes deſcendentes in infinitum *l. liberorum 220. ff. de V. S. l. fin. C. de legit. hæred.* Menoch. *conſ. 1. n. 197. ſeq.* Graſſ. *§. fideicom. quæſt. 15.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 11.* Peregrin. *de fideicom. art. 22. n. 43.* Fuſar. *d. l. quæſt. 327. n. 1. ſeq.* ubi, quando id non procedit, demonſtrat. In iis tamen caſibus, ubi maſculinum non concipit fœmininum & pro ſubjectâ materiâ, & ratione diſpoſitionis quandoque & in hâc noſtrâ fideicommiſſariâ causâ, ad maſculos reſtringi & fœminas excludere, ex jam dictis conſtat.

Uti & 11. quoad vocabulum *filiorum*, quod licet itidem ſit commune 99
utrique ſexui, tàm fœminino, quàm maſculino, & filias quoque contineat, *l. filii 84. l. juſta. 201. ff. de V. S. l. ſi quis ita 19. ff. de teſtam. tut.* Forſter. *de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 4. cap. 6. n. 3. ſeq.* Vinc. Fuſar. *de fideicom. ſubſtit. quæſt. 31. n. 1. ſeq.* Peregrin. *de fideicom. art. 25. n. 1. & ſeq.* hoc tamen iis in caſibus, quibus maſculinum non concipit fœmininum, non procedit, de quibus *ſupra, num. 48.*

Et ſic filiorum appellatione fœminæ non continentur in feudis, *§. filia* 100
2. lib. 2. Feud. 8. Gabr. *commun. concluſ. lib. 6. tit. de V. S. concluſ. 6. n. 45.* Forſter. *de ſuc-*

101 *cess. ab intest. lib. 4. c. 6. n. 14.* emphyteusi Alex. *in l. quod dicitur. n. 24. ff. de verb. obl.* Jason *in l. 2. n. 194. C. de jur. emphyt* Dec. *in l. 2. n. 104. ff. de R. I.* Forster. *d. cap. 6. n.*
102 *10.* & quando vel statuto vel alia ratione à successione fœminæ excluduntur Forster. *d. l. n. 15.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 311. n 42. seq.* Molina. *de Hispan. primog. lib. 3. cap. 5. n. 38. seq.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 7. n. 1.* Menoch. *4. præs. 84. n. 10.* Grass. *§. fideicom. quæst. 12. n. 3.*
103 12. *Posteritas & posteri*, quod itidem commune est vocabulum, tàm fœminas, quàm masculos comprehendens, Dec. *in l. 2. n. 125. ff. de R. I.* Tiraquel. *de retract. consang. §. 1. gloss. 9. num. 204. & 242.* Brunus *tract. quod stant. mascul. art. 5. num. 46.* Menoch *consil 9. n. 63. lib. 1.* Mich. ab Aguir *apolog. part. 4. num. 46. & ibi alleg* Peregrin. *de fideicom. artic 22. num. 37.* eodemque omnes descendentes in infinitum veniunt, *l. Iurisconsultus 10. §. parentes 7. ff. de gradib. l. immunitates. ff. de jur. immun.* Bart. *in l. item Prætor. ff. de suis & legit. hær.* Wehner. *pract. observ. verb.* Nachkommen. Menoch. *4 præs. 89 num. 20* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 330. num. 1. & seq* etiam descendentes ex fœminis, *d. l. Iurisconsultus. § parentes ff. de gradib. l. quod his verbis §. fin ff. de leg. 3.* Grass *§ fideicom. quæst. 15. n. 5.* Menoch. *4 præs. 84. n 29.* Peregrin *de fideicom. art 22 num 37.* Mantic *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 12. num. 41.* Fusar. *d. quæst. 330 num. 5* In hac tamen nostrâ fideicommissorum materiâ, & ubi masculinum non concipit fœmininum, solos masculos comprehendere, non dubitatur, atque indè posterorum nomine solos masculos de familiâ venire, scribunt Alex *cons 160 n. 4 lib 2.* Boër. *decis. ult. col. 1.* Et posterorum appellatione in materiâ strictâ & odiosâ non venire descendentes ex lineâ fœmininâ, tradunt *per l. 1. in fin. ff de jur. immun. l. vocatio. 13. ff. de muner. & honor.* Cornel. *cons. 265. lib. 4.* Barthol. Romul. *de testat. præcep. bon. extra fam. n. 38.* atque ita in statutis fœminas masculos excludentibus, posterorum nomine fœminas non contineri, tradunt, Menoch. *consil. 106. num. 6.* Ruin. *consil. 141. n. 4. in fin. lib. 2.* Fusar. *d. quæst. 330. num. 5. seq.*
104 13 *Propinqui*; quod vocabulum itidem commune est, tàm fœminis, quàm masculis, Peregrin. *de fideicom. art. 22. n. 36.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. num. 8. seq.* atque ita propinquis vocatis, die näheste Erben vnd Blutsverwandten / non præsumitur considerata agnationis conservandæ ratio per tradita Dec. *cons. 446 in fin.* Alciat. *cons 69.* Cravet. *consil. 2,0 n. 4.* Herm Vultei. *1. Marpurg. consil 23. n. 27.* Nisi subjecta materia & disponentis mens aliud suadeat, sicuti in fideicommissis familiarum, uti ex præcedentibus constat
105 14. *Sanguis*; nam de sanguine illi esse dicuntur, qui sunt de genere, & sic soli agnati de sanguine esse dicuntur, Alciat *in l. pronunciatio verb. agnatus ff. de V. S.* Vinc. Fusar. *cons. 49. n. 4. & de fideicom. subst. quæst. 331. n. 2.*

Secus

Secus autem erit, si *semen* vocatum fuerit, hoc enim nomine omnes de- 105
scendentes in infinitum vocati censentur *l 1. C. de condit. in sert.* Cephal. *consil.*
664. n. 25. etiam naturales, Surd. *cons. 279 n. 6 lib. 2.* & transversales, Surd. *d.*
consil. 279 n. 12 Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 332. num. 1. seq.*

Varia autem in Imperio Romano sunt familiarum genera, quæ postea 106
in diversas lineas abeunt, Veluti 1. *Electorum*, qui inter alios Imperii ordines
supremam familiam & regiam planè dignitatem obtinent, & nulla eorum
familia illustrior & eminentior habetur, sicuti demonstravi *in tract. de ordin.*
Equest. urb. & privileg. lib. 1. cap. 7. Bened Carpzov *de privil. Elect. & Duc. Saxon.*
de non provoc. conclus. 1. & 3. Idque quoad Electores seculares, qui in filios & pro-
ximos agnatos dignitatem illam Electoralem transferunt, non habet du-
bium, per *Aur. Bull. tit. 7. per tot.*

Secus verò est, quoad Electores Ecclesiasticos, qui dignitatem illam ad 107
posteros non transferunt, & sic certam aliquam familiam Electoralem non
constituunt.

Idemque esse videtur, quoad Regem Bohemiæ, qui licet inter Electores 108
Politicos primum locum obtineat, ejusque officium sit, præter jus eligendi,
Imperatori primum potum in celebratione curiæ imperialis afferre, cùm ta-
men hic dignitatem illam Electoralem & Regiam ad filios non transferat,
sed in Regem Bohemiæ eligatur, *infra num. 177.* ac eo ipso Electoralem digni-
tatem consequatur, Electoralem aliquam familiam non constituit.

Atque ita familiam Electoralem constituunt. 1. Comes Palatinus Rhe- 109
ni, qui Imperi Romani est Archimagirus, sive Archidapifer, der Obriste
Truchses deß Heiligen Römischen Reichs / cujus munus est, in curiis solemni-
bus Imperatori pomum seu globum aureum in signum universalis imperii,
præferre. *Aur. Bull. tit. 27.* Marquard. Freher *de origin. Palat. lib. 1. cap. 15.*
& cùm hanc dignitatem ad filios suos transferat, *Aur. Bull. d. tit. 7.* ideò
Electoralem familiam constituit, ejusque filii ex Electorali familiâ oriun-
di dicuntur.

2. Dux Saxoniæ, qui itidem dignitatem hanc ad filios & proximos a- 110
gnatos transfert & Electoralem familiam constituit, *Aur. Bull. d. tit. 7.* estque
imperii Archi Mareschallus, ejusque officium est, imperatori in signum justi-
tiæ ensem nudum & strictum præferre, & ideo portitor ensis appellatur.

3. Marchio Brandeburgensis, qui Imperii Archi Camerarius, cubiculi 111
regii custos & fisci præfectus est & sceptrum Imperatori in curiâ solenni, &
coronatione præfert; & cùm hanc dignitatem ad filios, & agnatos quoque
suos proximos tranferat, Electoralem quoque familiam constituit, *Aur.*

Bull. d. tit. 7. Electores eorumque officia ita describit Nicol. Reusn. *in descript. urb. Imper. pag. 10.*

Septem clara viris fulget Germania magna
Quos penes arbitrium Cæsaris omne manet.
Poma Palatinus Dapifer gerit aurea Princeps;
Dux gladios Equitum Saxo Magister habet.
Marchio fert sceptrum Camerarius: inde Bohemus
Rex Pincerna manu pocula digna tenet.
Præsul Agrippinus fert signa per Itala Regna:
Teutona Mogiacus: Gallica Trevir amat.

II. 11. Familia *Archiducum*, Ertz-Hertzogen/ qui cæteris dignitatem & familiam usurpant majorem & illustriorem, unde etiam sic dicuntur, Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 4. n. 14. vers. propriè.* Quorum nomen & familia tantùm in Germania viget, Chassan. *in catal. glor. mund. part. 5. consid. 44. vers. audivi alios.* nec ulli alii, quàm Austriacæ familiæ tribuitur, nec antea alii tributum fuisse, testatur Dn. affinis Joach. Cluten. *syllog. rer. quotid. conclus. 25.* ubi addit, quod licet fuerint & alii Duces, qui suum Ducatum in Archiducatum evehi, & Archiduces nominari voluerint, hoc tamen ipsos apud Imperatorem obtinere non potuisse, Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 4. n. 31.*

Et licet nonnulli scriptum reliquerint, in Germaniâ consuetudine introductum esse, ut cum Ducum filii appellentur Duces, eorum tamen primogenitus frater appelletur Archidux, Marin. Freccia *de feud. lib. 2. de auctor. & potest. Baron. erga subfeudatar. tit. Qui dic. Dux. n. 4.* Nicol. Mozz. *de his qui feud. dar. poss. n. 16. vers. reperitur in Germania*, quasi primus fratrum in Ducali dignitate ab ἀρχὸς, quod est Princeps, *per c. cleros. dist. 21. gloss. in rubr. C. de Comit. & archiatr.* Eos tamen errare, inde constat, quod soli Austriæ Duces, eorumque filii, non solum primogeniti, sed omnes alii sint, & vocentur Archiduces, nec tale nomen ullis aliorum Principum vel Ducum primogenitis filiis tribuatur, Dn. Cluten. *d. conclus. 25* Sixtin. *d. cap. 4. n. 32.*

III. Originem Austriæ Ducum nonnulli ab arcâ Noë nugantur, Cuspin. *in Austria pag. 44.* Alii eam non à Romanis, sed à Francis deducunt, de quo vide Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 5. cap. 2. n. 1.* Archiducum verò familia refertur ad Rudolphum I. Habspurgensem, is enim, cum Austria legitimo hærede destitueretur & imperio aperiretur, eam filio Alberto sub titulo Archiducatus contulit, per quem tota illa amplissima Archiducum familia propagata, Cromer. *hist. Polon. lib. 9. in fin.* Carol. Sigon. *de regno Ital. lib. 12.* Camil. Borell. *de præstant. regn. Cathol. cap. 46. n. 237. seq.*

Plurima sereniſſimæ huic familiæ à naturâ ſunt conceſſa dona inſignia, 114
quæ refert *Limnæ d. cap num. 3. ſeq.* Höping. *de jur. inſign. cap. 18. num. 100. ſeq. & num. 116.* inter quæ non eſt minimum, quod nullus in ea unquam extiterit tyrannus, referente Herm. Kirchner. *in Morvilleric. lib. 2. cap. 5. num. 83.* Limnæ. *d. l. num. 4.* Höping. *d. cap. 8. num. 103.* Eaque hujus familiæ fuit fœlicitas, ut intra quindecim annorum ſpatium omnibus in orbe Chriſtiano Regnis, vel Reges vel Reginas dederit, exceptâ Scotiâ, Caſp. Ens. *theſaur. polit. lib. 1. apoteleſm. 6.* Limnæ. *d. cap. 2 num. 4.*

Res certè & inter admirandas eſt, inquit Lipſius *in præfat. de magnitud. Rom. pag. 5.* ex unâ Auſtriâ verè aureâ ſtirpe veſtrâ, decem Imperatores intra trecentos circiter annos, orbi Chriſtiano affulſiſſe, idque ſanguinis & natalium ſerie, ſine alio adoptionis fulcro: Quid in omni retrò Principum claſſe ſimile? duo, tres in unâ domo, & vix fuerunt! in primâ ipsâ Julii, nec ultra ſextum, etiam adoptio prorogavit. Iterum dico mirabile, & quid niſi à Deo tacita vox & teſtimonium, ortam hanc familiam & demiſſam è cœlo in terras eſſe, ad imperia terrarum? Revolvas annales veteres quosvis, & genealogias Principum Chriſtianorum omnium examines licet, haud puto in unâ ſtirpe reperies tot ſublimia imperia, tot diademata & ſceptra, atque in hâc unâ, quam ſcribit Johan. Cuſpinianus ex Habsburgenſium unicâ famillâ produxiſſe quinquaginta ſeptem maſculos Principes, vel Cæſares, vel Reges, vel Archiduces, Duces aut Comites, &c. De eadem familiâ Auſtriacâ ſequentes ſunt verſus Guntheri Ligurini:

O verè famoſa domus, cui totus ab ortu,
Solis ad occiduas mundus ſubſternitur auras,
Quam qui novit amat, qui non novêre verentur;
Cujus in auditu confuſis mentibus hoſtes
Tabeſcunt, contraque nihil ſe poſſe fatentur.

Ex hâc familiâ Auſtriacâ moderni Reges Hiſpaniarum deſcendunt, 115
Freccia *de ſubfeud. lib. 2. tit. quis dic. dux.* Mainold. *de tit. Regn. Hiſpan. fol. 38.* Ex quo Auſtriæ Archiducum duæ ſunt factæ lineæ, prima Ferdinandi, quæ propriè Auſtriaca; altera à Carolo V. deducta, Burgundiaca appellatur, Paurmeiſter. *de juriſdict. lib. 2. cap. 1. n. 7. verſ. Quando Principes Politici, fol. 417.* Wehner. *pract. obſervat. verb.* Stand deß Reichs/ *fol. 616.*

Sunt etiam *Magni Duces*, Groß-Hertzogen/ qualem dignitatem in Italiâ 116
Coſmus Medices Florentiæ Dux, à Pio V. cum habitu, inſignibus, coronâ Regis, & titulo Sereniſſimi obtinuit, Don. Carſ. Maſtrill. *de magiſtrat. cap. 4. num. 19.*

n.19. Et talis magnus Dux Muſcoviæ, Lithuaniæ, Magnus Cham, & alii, qui ob virtutem & ditionum amplitudinem, titulum Magni ſunt conſecuti. Matth Stephan. *de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 5 n. 82.* Rulant. *de commiſſar. part. 2. lib. 5. cap. 2. n. 22.* Daniel Otto *de jur. publ. cap. 18. fol. 625.* Tales autem in Germaniâ non habentur, Reinking. *de regim. ſecul. lib. 1. claſſ. 4. cap. 11.*

117 III. Familia *Principum*, quod nomen licet ſoli Imperatori attribuatur, *l. Princeps. 31. ff. de legib. l. 1. ff. de conſtit. Princ.* & in Galliâ Regiæ proſapiæ Principibus, ſo von Königlichem Geblüt / Thuan. *lib. 25. hiſtor. part. 2.* In Germaniâ tamen uſu obtinet, ut Duces, Marchiones, Landgravii, Archiepiſcopi, Epiſcopi, & ſimiles, majorem Regalem dignitatem obtinentes, Principes vocentur, *2. Feudor. 55. in princ. Aur. Bull. paſſim.* Reinking. *de regim. ſecul. lib. 1.*
118 *claſſ. 4. cap. 8. num. 2.* Nolden. *de ſtat. nobil. cap. 8. num. 120. & ſeq.* Et ita nomen Principis, Fürſt / generale exiſtat, & denotet omnem, qui præeſt, vel potens habetur, quaſi primum caput, ein Fürſteher / Paurmeiſter. *de jurisdict. lib. 2. cap. 9. num. 6.* Beſold. *theſ. pract. verb.* Fürſt / *vel* Förderſte, *ſive Primus* Johan. Limn. *de jur. publ. lib. 4. cap. 2. num. 11.* Cæſar. *lib. 1. de bell. Gall.* D. Johan. Jacob. Spei-
119 del / *in notabil. jurisd. hiſt. pol. verb.* Fürſt. eademque appellatione etiam continentur Comites, Nicol. Everhard. jun. *conſil. 41. num. 64. volum. 1.* Pruckman. *conſil. 27. num. 142. vol. 1.* Sichard. *conſil. 8. num. 54. & in l. ex imperfecto. num. 5. C. de teſtam.* Beſold. *conſil. 195. num. 22.* & Barones, Schrader. *de feud. part. 10. ſect. 1. num. 28. ſeq.* Reinking. *de regim. ſec lib. 1. claſſ. 4. cap. 8. num. 3.* Nolden. *de ſtat. nobil. cap. 8. num. 123. & ſeq.* Paurmeiſter. *de jurisdict. lib. 2. cap. 9. n. 1.*
120 Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 4. num. 37.* & non tantùm Laici, ſed etiam Eccleſiaſtici, & Epiſcopi, appellatione Principis veniunt, *per c. ſi quis 2. X. de major. & obed.* Anton. Corſet. *ſingul. 14. verb. teſtis 14. num. 3.* Steph. Gratian. *diſcept. for. tom. 3. cap. 590. num. 16.*

121 In ſpecie tamen alius titulo Electoris, alius Ducis, alius Marchionis, &c. inſignitur; & omnis Elector, Dux, Marchio, Landgravius Princeps eſt, ſed non vice verſâ, omnis Princeps eſt Elector, Dux, Marchio, Landgravius, &c. Dn. Cluten. *Syllog. rer. quotid. concl. 26. lit. c.*

122 Unde etiam Principis nomen quibusdam in ſpecie tribuitur, qui neque Ducis, neque Marchionis, vel alterius ſpecialis dignitatis regalis nomen habent, ſed ſimpliciter Principes nuncupantur, ut ſunt Principes Anhaltini, die Fürſten von Anhalt / qui neque Duces, neque Marchiones ſunt, Cluten. *d. lit. c.* Reinking. *d. l. 1. claſſ. 4. cap. 8. num. 6.* Sicuti etiam Sabaudus reſpectu Sabaudiæ ſe Ducem, reſpectu verò Pedemontanæ regionis ſe Principem Pedemontium appellat, Jacob. de S. Georg. *de feud. verb. Princeps Pedemontium.*

Chaſſan.

Chaſſan. *in catal. glor. mund. conſid. 54.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 4. num. 26.* Taliſque fuit nuper Princeps Mansfeldiæ, der Fürſt von Mansfeld / cujus tamen dignitas cum perſona extincta: Uti & Princeps Iſennebergiæ, Rugiæ; Cabillonenſis in Burgundiâ, vulgò de Chalon ſive Schalon; Aureatenſis, qui nunc Uraniæ vel Orangiæ, in Aquitaniâ, & inter Germaniæ Senatores ſub Imperatore Ludovico Bavaro cooptatus. Paurmeiſter. *de jurisd. lib. 2. cap. 9. num. 7.* confer Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. cap. 8. pag. 109. & ſeq.* ubi alios hoc nomine indigitatos refert. Quibus enim accenſentur illi, qui nuper ab Imperatore Ferdinando II. Principes creati, veluti der Fürſt von Hohenzollern / von Eggenberg.

Principes in Imperio noſtro Romano alii ſunt, & dicuntur Principes 123
Imperii, Fürſten deß Reichs / qui ut tales habeantur, tribus prærogativis gaudere debent 1. ut ſolum Imperatorem recognoſcant, 2. ut poſſideant provincias Principatus titulo inſignitas, Paurmeiſter. *de jurisd. lib. 2. cap. 9. n. 9.* Beſold. *theſ. pract. verb.* Fürſt.

Alii dicuntur Lands-Fürſten / qui Imperio Romano, immediatè non ſunt 124
ſubjecti; ſed aliis Principibus & Statibus parent, tales ſunt Principes Sileſiæ, quæ in quatuordecim Principatus eſt diviſa, & ſingulis nomen à metropoli tributum, *ſupra num. 19.* qui non Imperatorem immediate ſolùm, ſed Regem Bohemiæ quoque ſuperiorem & pro feudi Domino agnoſcunt, Paurmeiſter. *d. num. 9.*

Quidam etiam ex Prælatis & Comitibus ad principalem dignitatem e- 125
vecti, Prælaturæ tamen & Comitatus titulum retinent, qui dicuntur gefürſtete Graffen / & Fürſtenmäſſige / id eſt, Principibus pares, *Org. Camer. part. 2. tit. 24. & part. 4. tit. 5. §. 1. in fin.* D. Cluten. *Syllog. rer. quotid. concluſ. 26. lit. h.* Reinking. *de regim. ſecular. lib. 1. claſſ. 4. cap. 14. num. 24.* Nolden. *de ſtat. nobil. c. 8. n. 150. & ſeq.* Quales ex Prælatis ſunt Magiſter Ordinis Equitum Teutonicorum, Magiſter Ordinis Johannitarum, Abbates Hirſchfeldenſis, Murbacenſis, Campidonenſis, Corbeienſis Prumenſis, Stabulenſis Præpoſitus Elwangenſis & Brechtergadenſis; Abbatiſſæ Quedlinburgenſis, Gernradenſis, Buchovienſis, Andlavienſis, & aliæ: Ex Comitibus Habsburgenſes Tyrolenſes, Phirtenſes, Kyburgenſes, Görcenſes, olim Hennebergenſes Montpelgartenſes, Schaumburgenſes, &c. Confer Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. cap. 8. fol. 110. ſeq.* Cluten. Reinking. & Nolden. *d. l. l.*

Eccleſiaſticos Principes quod attinet, hi cum dignitatem illam ad Po- 126
ſteros vel agnatos non transferant, familiam quoque Principalem non conſtituunt. Secus verò quoad ſeculares & Politicos; cum enim hi unâ cum

Principatibus suis dignitatem illam Principalem ad filios & agnatos proximos hæreditario jure transferant, familiam quoque Principalem constituunt. Et inter hos in Imperio Romano principem locum constituit familia Anhaldina nobilissima & vetustissima, quæ dicitur Ascania, & originem deducit ab Ascano, filio Gomeri, nepote Japeti, pronepote Noæ Patriarchæ; custode sacri ignis hoc est, religionis & doctrinæ, ut scribit Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 5. cap. 3. in princ.* ubi ejusdem genealogiam refert.

127 IV. *Ducum*; à ducendo exercitu ita dictorum, vel quod domini sint belli, Germanicè Hertzogen/ à vocabulo Heer/ quod est exercitus, & Ziehen/ quod est ducere, quasi ein Herr deß Zugs/ Vultei. *1. feud. 4. n. 14.* propriè enim Dux eum significat, qui est strenuus, & rei militaris peritus, aciem instruit, castra metatur & exercitum ducit, Bodin. *de republ. lib. 3. cap. 2 in fin. fol. 423.* Hodie dicitur Feld-Herr/ Feld-Obrister/ General. Unde etiam nomina Ducum, Marchionum, & Comitum olim dignitatis, muneris & administrationis erant & temporalia, hodie verò patrimonii sunt & dignitates perpetuæ. Dn. Cluten. *d. conclus. 26. lit. a.* Schütz. *in colleg. de jur. publ. disp. 8 concl. 6. lit. c.* perpetuasq; constituunt familias & is propriè Dux dicitur, qui de Ducatu à Principe supremo investitus, seu cui Princeps in beneficium Regionem, quæ Ducatus nomen habet, concessit, *c. unic quis dic. dux. 2. feud. 10.* Reinking. *d. lib. 1. class. 4. cap. 12. n 3.*

128 Et hoc sensu in Imperio Romano potissimum eminet, 1. Familia Ducum Bavariæ, quam annales & bibliothecæ Bojariæ, conditam ferunt ab Hercule Alemanno, undecimo Rege Germaniæ, quem majores cœlesti nomenclaturæ adscripserunt, belloque præfecerunt, & primum omnium virorum fortium ituri in prælia cecinerunt, ut scribit Joh. Limnæ. *de jur pub. lib. 5. cap. 4. num. 2.* ubi, Bavariam olim à proprio gubernatam Rege (quem Cacannum nominarunt) ad Arnulphi Imperatoris usque tempora, refert ex Gerard. Mercator. *in Atlante, pag. 252.* postea verò Duces habere cœpit, & etiamnum habet, & nuper Anno 1623. Maximiliano Bavariæ Duci, Electoralis dignitas cessit, eaque in Pacificatione Osnabrugensi & Monasteriensi Anno 1648 con-
129 firmata fuit, ut ita hodie octo facti sint Electores. Et hæc familia Bavarica in duas distincta est lineas, quarum una communi nomine Bavarica, altera Palatina nuncupatur, Wehner. *pract. observ. verb.* Reichs-Stand. *fol. 617.* Paurmeister. *de jurisd. lib. 2. cap. 1 n. 17. fol. 417.*

130 2. Familia *Ducum Brunsuicensium*, quæ origenem traxit à vetustâ Welfiorum sive Guelphiorum prosapiâ, ex quâ Ducum quoque Estensium incunabula repetunt, Cælius Calcagninus *in orat funeb. Adolphi Ducis Ferrariæ,* Kirchner. *de republ. disputat. 12, corell. 12.* Limnæ. *d. lib. 5. cap. 6. n. 2.*

Hæc Brunsuicensium Ducum familia hodie divisa in Brunsuicensem & Luneburgensem: Luneburgensis iterum in Cellensem, Donnebergicam & Harburgicā scissa est, Limnæ. *d cap. 6. num. 1.* Verum post mortem Friderici Ulrici Ducis Brunsuicensis, ultimi lineæ suæ Anno 1634. eâ extincta superest Luneburgensis, Limnæ. *tom. 4. lib. 5. cap. 6. in princ.*

3 Familia *Ducum Holsatiæ*, quæ originem trahit à Christiano I. cognomento Divite, Comite Alteburgio & Delmenhorstano, qui operâ Adolphi Ducis Slesuicensis sui avunculi, à proceribus in Regem Daniæ & Norvegiæ electus Anno 1448. matrimonio sibi copulavit Dorotheam Brandeburgicam, Christophori II. decessoris sui è Bojariæ Ducibus oriundi, viduam, Anno 1457. Suecorum, qui à Rege suo desciverant, regnum prioribus duobus conjunxit A Friderico III. Imperatore impetravit, ut Holsatia, Stormaria & Wagria, Comitatus titulo abolito, in Ducatum transformarentur, Joh Limnæ *d. lib. 5. cap. 9. num. 1.* 131

Hæc Holsatiæ Ducum familia hodie divisa est in Gottorpicam & Sunderbergicam, Limnæ. *d. num. 1.*

Ducum Iuliacensium, Clivensium & Montensium familia, de cujus origine fabulam quandam refert Joh. Limnæ. *de jur. publ d. lib. 5. cap. 10. n. 1, & n. 2.* eandem ex Aeliâ gente Romana promanasse facilius credit. Verum hæc familia nuper 25 Maji, Anno 1609. morte Johannis Wilhelmi extincta, & variis contentionibus, quæ nec hodie quidem omnes sopitæ, causam dedit, confer Limnæ. *d. cap. 10. num. 4. seq.* 132

5. *Ducum Lotharingiæ & Brabantiæ*, qui Ducatus olim sub Austrasiæ Ducibus conjuncti fuerunt. Post obitum Imperatoris Caroli Magni, Lotharingia Lothario, & Brabantia ejusdem fratri Carolo circa annum Christi 659. cessit. Postquam verò hi Duces & Caroli Magni familia penitus extincta, Ducatus hujusmodi Imperatorem Henricum, cognomento Sanctum, Genero suo Duci Gothofrido concessisse, eundemque Ducatum ad alias familias aliquoties translatum fuisse, Sebastian. Münster. *Cosmograph. lib. 2. cap. 64.* 133

6. *Ducum Burgundiæ* familia; qualem Ducatum olim fuisse regnum, demonstrat Robert. Guangin. *in Chron. Franc. in hist. Clodovei Regis*, qui Clotildem filiam Regis Burgundiæ, quo tempore, (nimirum Henrici I. Imperatoris) in Ducatum transiit, juxta *supplement. Chron. lib. 4. & 9.* Chassan. *in consuet. Burgund. in proem. in text. Duc. num. 5. & 6.* 134

Ducum Sabaudiæ familia, qui Principes & Vasalli Imperii, R. A. zu Regenspurg / *de anno 1541.* §. nach dem aber in dem 6. R. A. zu Speyer / *de anno 1544. in proem.*

in proem & ab Imperio tenet Comitatum Astensem, Marchionatum Ceræ & regionem Pedemontanam, Cacheran. *consil 9. num. 39.* Marchiam Saluciarum Matth. *de jurisdict. part. 1. cap. 39. num. 61.* & Sabaudiam, Arnisæ. *de jurib. majest. lib. 2. cap. 2 n. 4.*

136 8. Familia Ducum *Mechelburgicorum*, sive *Megapolitanorum*, qui cùm ante Principes Vandalorum nominati, postea tamen Imperator Carolus IV. *anno 1349.* Johannem & Albertum, fratres, Dominos Magnopolenses, Duces creavit, ex Cuspinian. *in vita Caroli V. fol. 479.* Johan-Limnæ *de jur. publ. lib. 5. cap. 12 n. 1.* Hæc in lineas dividitur Suerinensem & Gustroviensem, de qua Limnæ. *tom. 4. lib. 5. cap. 12.*

137 9 Ducum *Pomeraniæ*, quam nomen accepisse à Pomesano, Vidunti primi, Borussiorum Regis filio, & Pomeraniæ Duces à Suantiboro Barnemi I. ex gente Gryphorum abnepote, sive trinepote, *nunquam* interruptâ lineâ, stema & originem suam ducere, scribit Joh. Limnæ. *d. lib. 5. cap. 13. n. 1.* Ducatus hic mortuo ultimo Duce Pomeraniæ Bugislao XII. Anno 1637. accrevit Marchionibus Brandeburgensibus, tota tamen citerior Pomeraniæ Suecis ex pacificatione Osnabrugensi *Anno 1648.* cessit, confer Limnæ. *tom. 4. lib. 5. cap. 13.*

138 10. Ducum *Saxoniæ* familia, quæ à Witekindo Magno Rege Saxonum, Duce Angariæ, Principe Rugiæ, Dynastâ Iburgi origenem ducit, & hodie divisa est in Electoralem, Altenburgensem, Vinariensem, Coburgensem & Isenacensem, Limnæ. *d. lib. 1. cap. 15. n. 1.*

139 11. Ducum *VVürtenbergicorum*, cujus familiæ originem nonnulli à Comitibus Sancti montis derivant; Alii ab Alberto Comite Albensi, qui arcem Würtebergam Lothario Saxone imperante possedit, eam propagatam esse volunt, mutato familiæ nomine, masculo tunc hærede in ejus patruele Godofrido, qui Calvos, & Herciniæ proximam regionem tenebat, deficiente; Alii à Wirthungo Rege Francorum, unde & Wirtemberga dicta quasi Wirthungi mons; Alii à castro non procul à Studgardia sito provinciæ nomen datum esse putant, Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 5. cap. 16. n. 1.* Ex Würtembergensibus Comitibus Imperator Maximilianus I. *Anno 1595.* primum Ducem *creavit* Eberhardum, & comitatum in Ducatum evexit, cujus diploma extat apud Hordleder. *de causis bell. German lib. 3. cap. 1. pag. 60.* & ex *eo* refert Limnæ. *d. cap. 16 n. 2. pag. 365. seq.* Hæc familia hodie in tres lineas divisa esse videtur, Stutgardianam, Montisbelgartensem, & Appennapiatam - de qua Limnæ. *tom. 4. lib. 5. cap 16.*

Reliquorum Ducum catalogum refert Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. cap. 8. pag. 107. seq.*

V. Aliud.

V. Aliud familiæ genus in imperio Romano est *Comitum Palatinorum*, 140
qui olim Cæsarei palatii erant judices sive præfecti, Borcholt *de feud. cap. 5. n. 34.* Vltei. *de feud. lib. 1. cap. 1. n. 14.* Lehman. *Chron. Spirens. lib 2. cap. 9.* Atque ita nomen comitis Palatini erat officii & dignitatis temporalis, hodie verò dignitas hæc est hæreditaria & ad filios transit; & illi comites Palatini dicuntur & sunt, qui de Principatu, seu regione eâ, quæ in Palatinatum zu einer Pfaltzgrafschafft erecta est, in vestiti sunt, Reinking. *de regim. sec. lib. 1. class. 4. cap. 13. num. 19. seq.*

Palatina hæc familia alia est Electoralis, Chur Pfaltz, alia Bipontina, 141
Pfaltz Zweybrucken/alia Veldentiana, Pfaltz Veldentz & præter Electorem Palatinum Comites Palatini hodie sunt, 1. Bipontinus, 2. Neoburgicus, 3. Simmerensis, 4. Lautereccensis, 5. Lützelsteinensis & Birckenfeldensis, Nolden. *de stat. nobil. cap. 8. n. 156.*

142
Abusivè etiam dicuntur Comites Palatini, quibus ab imperatore concessa est potestas creandi Nobiles, Doctores, magistros, poëtas, dandi veniam ætatis, legitimandi, &c. de quibus confer *tract. meum de ordin. Equestr. jurib. lib. 1. cap. 7.*

VI. Marchionum sive *Marggraviorum* familia, qui ex eo ita dicti, quod fi- 143
nibus Imperii tuendis præfecti limitumque judices fuerint, Marckrichter oder Grentzfürsten/die über ein solch Land Richter gewesen/welches an den Grentzen deß Teutschen Reichs gelegen. Albin. *in Chron. Misnic. tit. fol. 100.* Knichen. *de Sax. non prov. jur. verb. Ducum cap. 4. n. 30. seq.* Borcholt. *de feud. cap. 5. n. 31.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 8. n. 63.* unde Marchio de jure Romano appellatur Liminarcha, seu 144
fines Imperii custodiens, *per l. limenarchæ. C. de serv. fugit.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 4. n. 14.* Atque ita olim hoc nomen Marchionis fuit officii, & temporalis dignitas, hodie verò est patrimonii & hæreditaria; & is Marchio dicitur, qui de Marchiâ est investitus à Rege seu Principe, Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 13. n. 9.* Et hujusmodi Marchiones licet hodiè limitum & claustorum Imperii defensores amplius non sint, nomen tamen ipsis ex consuetudine remansit, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 6. n. 98.*

Tales hodie sunt, 1 Marchiones *Brandeburgici* quorum familiam licet à 145
Columniorum Romanâ stirpe principia duxisse, perque Zolleriorum primò, posteà Burggraviorum Norimbergensium titulos, & denique ad Brandenburgensium, à Marchâ Brandenburgensi, quam beneficii lege ab Imperio tenent, titulos & nomen conscendisse, communis sit opinio; alii tamen ejus fundamenta & originem à Guelphis deducunt, Columniorumque potius ab his ipsis, quam horum ab illis familiam descendere putant, Peucer. *lib. 5. Chron*

146 *fol.1006.* Joh. Limnæ. *de jur. publ lib.5. cap.7. n.1. & 2.* Atque ita olim Marchiones Brandeburgicos constitutos fuisse adversus Henetos & Obotritos, refert Nolden. *de stat nobil. cap.8. n.170.*

147 2. Marchiones *Badenses & Hochbergenses*, quorum familiam à Romanorum germine, & ab Italiâ in Germaniam venisse, scribit Petr. de Andlo. *lib. 1. de Roman. Imper. cap.15. pag.71.* Et Marchiones Badenses & Hochbergenses ex unâ eademque familiâ descendere, & postea in lineam Badensem & Hochbergensem divisam esse, refert Sebast Münster. *Cosmograph lib.3. cap. 259. fol.805.* ac hos olim constitutos fuisse adversus Gallos, eosque Rheni custodiam habere tradit Zasius *de feud part.5. num 10.* Nolden. *d. cap.8. num. 170.* Hodie famila hæc dividitur in Durlacensem & Badensem, de qua vide Limn. *tom. 4. lib.5. cap.5.*

148 3. Marchiones *Misniæ*, qui adversus Bohemos, & 4. Marchiones *Styriæ*,
149 Moraviæ, Lusatiæ, qui contra Hungaros, Sarmatas & Polonos constituti erant, Nolden. *d. num. 170.* Reliquorum Marchionum catalogum refert Joh. Limnæ. *d. lib. 1. cap.8. fol 109.*

150 VII. *Landgraviorum* familia, qui etiam Comites provinciales dicti, & olim judices & præsides erant totius alicujus provinciæ, seu judices mediterranei, ad differentiam Marchionum, waren Richter eines Landes/ so zwischen deß Reichs Lande gelegen/ Petr. de Andlo *de Rom. Imper. lib.2. c.12.* Borcholt. *de feud. cap.5. n.33.* Knichen. *de Saxon. non prov. jur. verb. Ducum, cap.4. n.43.* quorum
151 hodie perpetua & hæreditaria est dignitas, & tales sunt, 1. Landgravii *Haßiæ*, quorum familia à vetustißimis Brabantiæ Ducibus originem trahit, Johan. Limnæ. *d. lib.5. cap.8. n.1* eaque hodie divisa est in lineas, Cassellanam, Darmstadianam, & Homburgensem, de quibus vide Limnæ. *tom. 4. lib.5. cap 8.* 2. Landgravii *Thuringiæ* 3. *Alsatiæ.* 4. *Leuchtenbergiæ.* 5. *Susenbergiæ.* 6. *Franconiæ*, Schönborn. *5. polit. cap 39. in fin.* Joh. Limnæ. *d. lib. 1. cap.80. fol. 09.*

152 Sunt tamen quoque Landgravii, qui tantum Barones sunt, quorum mentio fit apud Stumpff. in der Schweitzer-Chron. *lib. 4. cap. 29 fol. 290.* Sicuti etiam Comites à Fürstenberg / sunt Landgraffen zu Bare; Comites à Sultz/ Landgraffen im Kleggaw; Erbmarschalck von Pappenheim/ Landgraffen zu Stulingen/ qui à glebis quibusdam nobilibus titulotenus Landgravii sunt, reverâ autem Comites, sicuti apparet ex subscriptione Recessus Imperii de Anno 1545. Paurmeister. *de jurisdict. lib. 2. cap 9. num.4.* Nolden. *de stat. nobil. cap.8. num. 161. seq.* Reliquos Landgravios recenset, Limnæ. *d. cap.8. fol. 119. & seq.*

154 VIII. Burggraviorum, quales olim erant, quibus arcis sive burgi alicujus

Imperii,

Imperii, Reichsburg/custodia commissa erat, Knichen. *d verb. Ducum, cap. 4. num 44.* Besold. *thes. pract. verb.* Burggraff. Nolden. *d cap 8 num. 171.* quorum quatuor præcipui erant in Germania, veluti 1. Norimbergensis, 2. Magdeburgensis, 3. Stromburgensis, & 4. Rheineckensis, Arnisæ *de jur. majest. lib. 2. cap. 2. num. 15 vers. Burggravii.* Nolden *d. cap. 8. n. 173* Licet adhuc alii fuerint Burggraviatus, veluti Gelnhusanus, & Fridbergensis, qui certis familiis Nobilium hodiè destinati, Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 4. num. 14.* Confer. Limnæ. *d. lib. 1 cap. 8. fol. 120.* eodemque titulo alii quoque usi fuerunt, ut videre licet apud Paurmeister. *de jurisdict. lib 2. cap. 9. n. 5.* Besold. *d. verb.* Burggraff *in fin.* Knichen. *d cap. 4. n. 44. seq.*

Hodiè verò nulli amplius sunt Burggravii, cùm Cæsares in Civitatibus 154
Imperii nulla Castra propria obtineant, Nolden *d. cap. 8 num. 172.* Et licet hunc titulum Principes nonnulli adhuc obtineant, veluti Saxones, qui se Burggravios Magdeburgi appellant, & Marchiones Brandeburgenses, qui titulum Burggravii Norimbergensis usurpant, hoc tamen nomine tantum fit, cum constet Fridericum Burggravium Norimbergensem castrum suum in Norimberg, à Sigismundo Imperatore Marchionem creatum, civibus Norimbergensibus vendidisse, idque statim ab ipsis dirutum, & in illius locum domum frumentariam extructam fuisse, sicuti ex Joan. Cochlæ. *in description. Germ. cap. 5.* refert Nolden. *d. cap. 8. n. 173.*

IX. *Comitum*; quorum familia, dignitas & appellatio antiquissima, Ca- 155
bedo *decis. Lusitan. 105. num. 2. part. 2.* eamque dignitatem antiquiorem fuisse, quam Ducum & Marchionum, tradit Don Carf. Mastril. *de magistrat lib. 4. cap. 7 n. 4.* ac in Occidentali & Orientali Imperio tantam eorum fuisse prærogativam, ut Ducibus præponerentur, & hi illis adjungerentur in disciplinâ militari, refert Sixtin. *de regalib. lib. 1. cap. 4 n. 54.* Olim Comites nihil aliud 156
erant, quàm Judices, Knichen. *de jur. territ. cap. 4. n. 95. seq.* Heig. *1. quæst. 2.* Besold. *cons. 195. n. 10 seq.* Cum Graff nihil aliud, quam Judicem denotet, Wehner. *pract observ. verb* Graffschafft. Besold. *thes. pract. verb.* Graff/ & quemadmodum Duces, Hertzogen/ olim erant militiæ, ita Comites, seu Graffen erant justitiæ, Wehner. *d. verb.* Graffschafft. Et sic olim hoc quoque Comitum nomen 157
fuit officii & dignitas temporalis, hodie verò, postquam provinciæ, quibus præficiebantur Comites, infeudari & hæreditario quodam jure cum dignitate regali transferri cœperunt, nomen illud remansit & perpetua, & ad hæredes transitoria facta fuit dignitas; & moribus nostris is propriè dicitur Comes, qui de Comitatu investitus est à Principe vel alio hoc jus habente, Dd. *in c. 1. quis dicat. Dux,* Bald, *in c. 1. de his qui feud. dar. poss.* Mastril. *de magistrat. cap. 7. n. 15. lib. 4.*

Quam-

158 Quamvis etiam sint Comites in Germaniâ, qui de Comitatu non sunt investiti, sed à castris, quæ possident, longo temporis usu dominationis & denominationis istius titulos contraxerunt, quorum fortè majores Romæ Comites temporarii fuerunt, & nomen dignitatis in Germaniam transtulerunt & retinuerunt, uti opinatur Petr. de Andlo. *de Imper. Roman. lib. 2. cap. 12.*

159 In Imperio Romano variæ sunt Comitum familiæ & genera, veluti 1. quidem Principali dignitate fulgentes Gefürstete Graffen/ Fürstenmässige/ *supra num. 125.*

160 2. Quatuor olim erant Comites majores quidem in gradu, sed inter Principes minores, Die vier Graffen deß Reichs / veluti Schwartzburgensis, Clivensis, Ciliæ & Subaudiæ. Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 6. num. 115.* Nolden. *d. cap. 8. num. 182. seq.* Petr. de Andlo. *de Imp. Rom. cap. 16.*

161 3. Sunt Comites, qui immediatè Imperio subjecti sunt, & Comitatus ab Imperio in feudum recognoscunt, quorum magnum numerum esse scribit Nolden. *d. cap. 8. num. 187.*

162 4. Sunt Comites qui immediatè Imperio subsunt, & solum Cæsarem vel Cameram Imperialem judicem habent, Comitatus tamen ab inferiore aliquo Principe in feudum tenent, Vasalli Principis sunt, & in causis feudalibus ipsius forum sortiuntur: quales sunt Comites à Schwartzburg, qui Vasalli sunt Electoris Saxonici, Comites Waldeccenses, Ritbergenses, qui Hassiæ Principum Vasalli, & tamen personale homagium Imperatori præstant, Nolden. *d. cap. 8. n. 188. seq.*

163 5. Sunt Comites, qui mediatè Imperio subjecti, sive Landsassii sunt, R. A. *de Anno 1548.* §. wiewol auch in der Regierungs Handelung. Quales sunt Comites de Hardeck / sub domo Austriacâ; Comites de Holstein / sub Electore Brandeburgensi; Comites von Neugarten / sub Duce Pomeraniæ, & alii, de quibus Matth. Stephan. *d. num. 115.*

164 6. Sunt quoque Comites, quia præter Comitis appellationem vocantur Edle Herrn: veluti Comites Lippienses, Graffen vnd Edle Herrn zur Lippe; item Mansfeldenses & alii.

165 Varia quoque apud Romanos Comitum fuerunt genera & nomina, de quibus vide *tract. meum de Ord. Equest. jurib. & privileg. lib. 1. cap. 7.* ac Comitum variorum catalogum vide apud Spangenberg. im Adelspiegel/ *part. 1. lib. 10. cap. 15. &* Limnæ. *d. lib. 1. cap. 8. fol. 15. seq.*

166 X. *Baronum* familia; de quorum origine vide Frecc. *de subfeud. lib. 1. de origin. Ba-*

gin. Baron. Cabed. *deciſ. Luſitan. 104. part. 2.* Alciat. *lib 2. paradox. tit. 16.* eorum-
que appellatio licet ſit generalis, ita ut comprehendat omnes, feuda regalem
dignitatem annexam habentia, tenentes, veluti Duces, Marchiones & Comi-
tes, Matth. de Afflict. *in c. 1. in princ. num. 1 de his qui feud. dar. poſſ.* Schrader. *de
feud. part. 10. ſect. 1. num. 25.* Paurmeiſter. *de juriſdict. 2. cap. 11. num. 28.* Reinking. *de
regim. ſec. lib. 1 claſſ. 4. cap. 15. n 13. ſeq.* In ſpecie tamen Barones dicuntur, qui
præeminentiam quandam habent ultra ſimplices Nobiles, & Ducibus & Co-
mitibus inferiores ſunt, quive de Baroniâ, cum Baronali & regali dignitate
inveſtitiâ ſupremo Principe, vel citra Baroniam hâc dignitate donati, Paur-
meiſt. *d. c. 11. n. 29. ſeq.* Choppin. *de doman.* Franc. *lib. 3. tit. 26. n. 7.* Reinking. *d. cap.
15. n. 6.* ac in conſtitutionibus Imperii variis nominibus appellantur: veluti 167
Freyen/Freyherren/Freyherren deß Reichs; item ſimpliciter Herren / Edle Herren/
& ſimpliciter Edle/Semperfreyen/ & horum alii ſtatus & Imperio immediatè;
alii mediatè ſubjecti, & Landſaſſii ſunt, quorum illi ſeſſionem & votum in Co-
mitiis habent, & cum Comitibus ad Principum claſſem referuntur, princi-
pum appellatione veniunt, Comitibus æquiparantur, & pari cum illis digni-
tate Germaniæ moribus fruuntur, Baronum Catalogum magnum refert
Limnæ. *d. cap. 8. fol. 120. & ſeq.*

XI. Nobilium familia; quo nomine licet etiam, Principes, Duces, Co- 168
mites & Barones comprehendantur, Bon. de Curtil. *de nobilit. part. 5. num. 49.*
Chaſſan. *in catal. glor. mund. part. 8. conſid. 46.* Tiraquel. *de nobilit cap. 6. n. 51.* hoc
tamen loco Nobilium appellatione propriè illi tantum veniunt, qui ſunt in-
fra Barones, & ſupra plebeios, Petr. Fritz. *de nobilit. concluſ. 18. lit. k.* & hi, vel
ſunt liberi & immediate Imperio parent, & præ cæteris ſingulari prærogati-
vâ & privilegiis ſummis gaudent, die freye vom Adel *freye* Reichs-Ritterſchafft/
welche ohne Mittel der Keyſerlichen Majeſtät / und dem Römiſchen Reich unter-
worffen; Vel Landſaſſii, qui Principibus & aliis Ordinibus parent & ſubjecti 169
ſunt. Et hi omnes, ut ſunt infiniti infinitas conſtituunt familias, eaſdem que
conſervare ſummo ſtudio laborant.

Plurimas autem & penè innumeras in Imperio Romano Nobilium tam 170
Immediatorum, quam Landſaſſiorum eſſe familias, eaſdemq; in plurimas &
diverſas quandoq; dividi lineas, ipſa experientia teſtatur; ita enim familiam
Nobilium de Altzey/ in viginti lineas diviſam ſcribit Sebaſtianus Burggraff/
inter quas tamen ſequentes ſe reperiſſe ſcribit Nobiliſs Dn. Reinhardus à
Gemmingen/in dem Gemmingiſchen Stammbaum *lib. 2. cap. 1.* veluti die Win-
ther / die Wilchen / die Bindriemen / die Truchſeſſen / die Schlichen / die Riedler / ꝛc.
von Altzey. Ita etiam familia Nobilium de Saulheim in ſedecim lineas diviſa,

1. Simpliciter die von Saulheim/ nullo addito cognomine, 2. Die Erlehaupter/ 3. Die Fulschussel/4. Hirten/5. Selten/6. Rinckel/7. Hunden/8. Semelkasten/9. Koppen/10. Kreysen/11. Keßler/12. Leberhals/ 13. Mohr/14. Mond/15. Reichenburg/ 16. Raumen/ rc. von Saulheim/ dicti Familia Durmstein divisa in viginti & unam lineam, veluti 1. Lerchen/ 2 Erckenbrechten/3. Krieger/4. Anshelm/5. Bock/ 6. Buben/7. Engelmann/8. Fronbalch/9. Boltzen/10. Hennichin/11. Kesen/ 12. Krancken/13. Keimen/14. Kindelmann/5. Lichtenstein/16. Offenmacher/17 Schmützel/ 18. Stemmler/ 19. Starcken/20. Störckel/ 21. Thumar/ rc. von Durmstein/ qui omisso generali familiæ nomine, ut plurimum cognomine tantum appellati.

171 XII. *Patritiorum* familia; qui proximè ad Nobiles accedunt, vulgò die Geschlechter; & licet hi, quâ tales, sive patritii, & nobilitate in specie non sunt ornati, sed peculiari alicujus civitatis consuetudine tantum pro patriciis habentur, vulgò Stadt-Junckern/ veri non sint Nobiles, nec Nobilium privilegiis gaudeant, sed in loco tantum consuetudinis pro talibus habeantur, extra non item, Besold *1. polit. cap. 11. n. 48. vers. 3.* si tamen ab Imperatore vel Rege Romanorum specialiter ordinis Equestris cingulum consequuti, eorumve Nobilitas ab Imperatore confirmata, quin pro veris Noblilbus habendi & Nobilium privilegiis gaudeant, non dubito; Atque horum etiam familiæ variæ, maximè in civitatibus Imperialibus, existunt, easque integras & incolumes conservari Reipubl. interest, de quibus vide plura apud Joh. Dracon. *tract. de orig. & jur. patrit. per tot.*

172 Non verò familiam constituunt. I. In Imperio Romano *Imperator* vel *Rex Romanorum*, ita ut Imperatoris vel Regis Romanorum familia, dicatur & sit Imperatoria vel Regia; Cum dignitas hæc tantum sit personalis, & ad hæredes vel proximos agnatos non transeat, sed ex quacunq; familiâ Germanicâ Illustri, Rex vel Imperator ab Electoribus liberè eligi possit, sicuti apparet ex *Aur. Bull. tit. 1. & 2. & per tot.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 3. cap. 2. n. 6. seq.* Just. Sinolt. Schütz *in colleg. de jur. publ. disput. 2. conclus. 5. lit. a.* Johan. Limnæ *de jur. publ lib. 2. cap. 3. per tot.* Besold *nomicopolit. lib. 2. differt. 1. n. 3.* Carpzov. *differt.*
173 *de privil. Elect. & Duc. Saxon. de non appell. conclus. 2.* adeò, ut Imperator in Capitulatione sua, inter alia, juramento confirmare & promittere teneatur, se nunquam tentaturum vel facturum, quo jure hæreditario vel successorio, vel ad se, vel successores & hæredes suos transferatur, sed velle se id liberæ electioni Electorum relinquere, sicuti expresse videre licet in moderni Imperatoris Ferdinandi III. *Capitulatione artic. 38. ibi*: Und insonderheit sollen und wollen Wir

Uns

Uns keiner Succeßion oder Erbschafft deß obernanten Römischen Reichs anmassen/unterwinden/noch in solcher Gestalt unterziehen / oder darnach trachten/ auff Uns selbst / Unsere Erben und Nachkommen/ oder auff jemand anders underftehen zu werden/ sondern Wir/dergleichen Unsere Kinder/ Erben und Nachkommen / die gemeldten Churfürsten / ihre Nachkommen und Erben zu jeglicher Zeit / bey ihrer freyen Wahl eines Römischen Königs / ꝛc. geruhiglich bleiben lassen / ꝛc. Quod etiam exprimit Gunther, *in Ligurin. lib. 1. his versiculis*:

Regibus est aliis potiundi jure paterno
Certa fides, sceptrumque Patris novus accipit hæres:
Nos quibus est melior libertas, jure vetusto,
Orba suo quoties vacat inclyta Principe sedes,
Quodlibet arbitrium statuendi Regis habemus.

Nec hanc liberam eligendi Regem Romanorum potestatem imminuit, 174
quod Serenißima familia Austriaca ad ducentos ferè annos hâc prærogativâ sit usa, & continuâ serie nunc decem Imperatores Imperio Romano dederit, ac proindè in hâc familiâ Austriacâ tam altè radices egerit, ut evellendi inde vix ulla spes sit, & præscriptionis jus prætendere poßit, ut opinatur *argum. c. super quibusdam X. de V.S. c. venerabilem X. de elect.* Bodin. *de republ. lib. 2. cap. 3. in fin.* atquè inde etiam Protestantes Status expressè sint protestati; Daß hinfüro auß keinem Fürstlichen Hauß drey Könige nacheinander erwehlet / oder genommen sollen werden / damit die Freyheit oder Wahl der Personen halber / nicht in eine Verjahrung oder Gerechtigkeit geführet werden möge/ ꝛc. referente Goldasto in den Politischen Reichshandlungen / *part. 2. tom. 1.* indeque licet Carolus V. summo studio annixus fuerit, Sleidano & Thuano testibus, ut imperium ad filium Philippum transferret, Electores tamen, ut electionis libertatem tuerentur, Ferdinandum I. elegerunt, & ipsi adhuc vivo successorem designârunt, &c. Besold. *d. discert. 1. num. 15.* siquidem hæc electio liberè & variis, 175
maximè verò his rationibus & causis facta, quod ipsius Austriacæ familiæ Regna & ditiones sint veluti murus contra communem Imperii hostem Turcam, hæcque familia potentißima, & sumptibus in hanc dignitatem necessariis, præ aliis instructa; & cum Antecessores de Imperio Romano optimè sint meriti, successores quoque eorundem gratias sentiant, quâ de causâ etiam Imperi Romani fasces apud Saxones per 117. Francos, per 102 Suevos, 110. annos fuerunt, referente Limnæ. *d. cap. 3. num. 4. seq.* Cum ergò Imperium Romanum sit electivum & ad hæredes vel proximos agnatos de jure non transeat, nulla quoque erit familia Imperatoria vel Regia, & licet ex his natos ex Imperatoriâ vel Regiâ familiâ oriundos, dicere poßimus, hi tamen

non constituunt vel conservant Imperatoriam vel Regiam illam familiam & dignitatem, sed illam duntaxat, unde Imperaror vel Rex ipse fuit ortus.
176 Idem est in aliis Regnis, ubi Regnum non jure hæreditario, sed per electionem defertur; ibi enim, cum dignitas illa Regia & ipsum Regnum ad hæredes & agnatos proximiores non deferatur, sed penes proceres cujusque Regni libera Regem elegendi potestas consistat, nulla quoque certa & perpetua est Regia familia, prout videre licet in Regno Hungariæ, quod electivum esse tradit Besold *nomico-polit. lib 2. differt. 1. num. 1. & 17.* quod liberum electionis jus cum Ferdinandus Austrius ex pacto inter Maximilianum & Ladislaum Hungariæ Regem Anno Christi 1491. inito, evertere & successionem in Regnum prætendere conaretur, tam obstinatè Hungari defenderunt, ut Turcæ potius perfidiæ se permittere, quàm sceptris hæreditariis eum potiri maluerint, Besold. *d. num. 1.*
7 Idem est in Regno Bohemiæ, cui liberam Regem eligendi potestatem tribuit *Aur. Bull. cap. 6.* Besold. *d. differt. 1. num. 2.* quo tamen nomine Austriæ Archiduces ipsis litem movent & liberæ electioni tum demum locum esse, si nemo ex familiâ istâ supersit, contendunt, confer Besold. *d. num. 2.* Joh. Limn. *de jur. publ. lib. 3. cap. 8. n. 30. & seq.*
178 Secus verò est, ubi Regna sunt hæreditaria, & Regia illa dignitas ad hæredes & proximos agnatos transit, ibi enim Regia quoque est familia, veluti in Hispaniâ, Galliâ, Angliâ, Scotiâ, Daniâ, Sueciâ, &c. & olim quoque à stirpe Reges quæsiverunt Assyrii, Medi, Persæ, Macedones, Ægyptii, Parti, Armenii, ac etiam nunc succedendi spes est in subsecutâ Dominorum sobole Turcis, Moscovitis, Æthiopibus, Afris, & aliis, Besold. *de Regiæ success. & elect. prærogat. certam. n. 16. & lib. 1. differt. nomico-polit. 1. n. 11. & seq.*
179 II. Ex quibus facilè colligitur, nullam quoque certam & perpetuam esse familiam personarum Ecclesiasticarum, veluti Papæ, Cardinalium, Electorum Ecclesiasticorum, Primatum, Patriarcharum, Episcoporum, Prælatorum, Abbatum, &c. cum enim horum dignitas non sit perpetua & ad hæredes transitoria, sed cum ipsis personis extinguatur, eorundem quoque certam aliquam & perpetuam familiam non esse, consequens est.
180 III. Idem est, quoad Equites, nam horum quoque nullam esse certam ac perpetuam in posteros transitoriam dignitatem & familiam, inde constat, quod Equites non nascantur, sed creentur, & Eques parens filium non generet Equitem, Menoch. *consil. 126. n. 36. lib. 2.* Ruin. *consil. 19. n. 12. lib. 1.* Theod. Höping,

Höping. *d. jur. insignium c. 2. num. 536.* adeò ut nec filius Regis Galliæ, nec Imperatoris, qui ipsi equites creant, Eques nascatur, Choppin. *de Dom. Gall. lib. 3. tit. 26. num. 13.* nec ipse Imperator, qua Imperator factus, nec Rex quà Rex electus, Equites sint & dicantur, licet summum dignitatis gradum obtineant, sed Equites se creari ab alio quopiam patiantur; prout videre licet in Wilhelmo Hollandiæ Comite, qui licet designatus Romanorum Rex, Eques tamen creari voluit antequam Aquisgrani diadema Regni susciperet. Goldast. *tom. 3. constit. Imper. fol. 400.* Sicque Ludocicum II. Galliæ Regem à Philippo Burgundiæ Duce Equitum cinctum esse, refert, Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 6. cap. 2. num. 8.* Quod etiam apparet in ordine Aurei Velleris, in quo si moriatur Eques sodalitii, tum dignitas illa ad hæredes non transit, adeò ut ne quidem torquem aureum retineant, sed Principi Ordinis intra tres menses restituere teneantur, quem ille alteri, qui in demortui locum deligitur, tradit, Sebastian. Münster. *Cosmograph. lib. 3. cap. 204. artic. 39.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 6. num. 32.*

IV. Fœminæ non constituunt vel conservant familiam, sed familiæ suæ
& caput & finis sunt, *c. hæc imago consil. 33. quæst. 5. l. pronunciatio. 195. §. fin. & ibi* 181
Gœddæ. *ff. de V. S. l. quicunque. 10. C. de re milit.* Molina. *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 5. num 2. & seq.* Bart. *in l. quoties. vers. nota. C. de privil. schol.* Alciat. *resp. 126. num 13* Corset. *singul. 204.* Vultei. *1. Marpurg. consil. 15. num. 164. &* Philip. Matth.
3. Marpurg consil. 25. num. 3. Vincent Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 352. num. 11.* 182
& fœmina extra familiam nupta, non amplius est in familia Patris, sed mariti sui, cui nupta est, in cujus familiam transit, *l. pronunciatio. 195. §. fin. ff. de V. S. l. 1. §. si vir. 15. ff. ad S. Syllan. l. ædiles. 25. §. familiæ. 2. ff. de edict. d. l. quicunque 10. C. de re milit. c. hæc imago caus. 33. quæst. 5.* Bart. *in l. quoties. circa med. C. de privileg. Scholar.* Alciat. *resp 126. num. 13.* Vultei. *1. Marpurg. consil. 15. num. 164.* Gell. *3. noct. Attic. cap. 10.* Bon. de Curtil. *de nobilit. part. 3. num. 188.* Schrad. *de feud. part. 9 cap. 2. num 3.* Tiraquel. *de leg. connub. gloss. 1. part. 1. num. 31. & 32.* Vinc Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 352. num. 25. & seq.* & ita hoc respectu dicitur caput, hoc est, principium familiæ suæ, quia statim atque in domum mariti transit, non amplius in familiâ patris, sed viri est, & cum liberos procreat suam novam, mariti scilicet familiam per sobolem novam constituit, siquidem illa patris, non avitum matris nomen & familiam sequitur & adsumit, *l. familiæ 196. §. fœminarum, & ibi* Gœdd. *ff. de V. S. l. cum legitimè. ff. de stat. hom l. liberos, & ibi* Bald *ff. de senator l. nullus. § 2. C. de jur. delib. §. fin. 1. de patr. potest* Dum verò in alienam mariti scilicet familiam transit, in patris familiâ esse desinit, & inde familiæ suæ paternæ finis esse dicitur, *d. l. pronun-*

ciatio. 105. §. *ult. ff. de V. S. & ibi* Alciat. Triaquel. *de retract. part.* 1. §. 1. *gloss.* 9. *num.* 198. Pinell. *in l.* 3. *num.* 26. C. *de bon matern.* Roll. à Valle *consil.* 82. *n.* 16. *vol.* 3. Unde Antistius Labeo juris civilis peritissimus *lib.* 4. *ad edictum Prætoris*;
138. Soror, inquit, appelata est, quasi seorsim, quod quasi nascitur, separaturq; ab eâ domo, in qua nata est, & in alienam familiam transgreditur, teste Gel. *l.* 10. *noct. Attic, cap.* 13. Jacob. Curt. *tom.* 1. *conjectur. cap.* 47. Indeque filiam patri suo possessionem alienam non insciтè dicebat Epictetus, referente Heig. *in*
184. §. *fin num.* 3 I. *de part. pot.* Et hinc uxorem sequi forum, domicilium, dignitatem, honorem, claritatem, nobilitatem & privilegium mariti, vulgata est Doctorum traditio. *l. cum quædam.* 19. *ff. de jurisdict. l. exigere.* 65. *& ibi* Balduin. *ff. de judic, l. filii.* 22. §. 1. *l. fin* §. 3. *& ibi* Bart. *ff. ad municipal. l. fin* C. *de incol. l. fœminæ* 8. *ff. de Senator. l. mulieres.* 13. C. *de dignitat.* Ex quo etiam Euripides; mulier, inquit, egressa paternis ædibus, non amplius est parentum, sed conjugis, masculum verò genus perpetuò manet in ædibus Deorum paternorum, & sepulchrorum limitem honorat, ut refert. Philip. Matth. 3. *Marburg. Consil.* 25. *n.* 3. *in fin.* De plebeis, confer *infra cap.* 3. *num.* 32. *& cap.* 4. *num.* 23. Quibus ita præmissis, fideicommissum familiæ ita defi-
185. niri poterit, quod sit donatio quædam ab instituente ea lege facta, ut bona proximioribus eodem gradu, vel seniori in familia, ad ejus conservationem perpetuo ac ordine successivo deferantur. Cujus definitionis expli-
186. catio ex subsequentibus apparebit.

CAPUT II.

De Divisione Fideicommissorum familiarum Nobilium.

Summaria.

1. *Fideicommissum familiarum Nobilium quotuplicia sint?*
2. *Reale fideicommissum quid sit?*
3. *In dubio fideicommissum præsumitur reale.*
4. *Reale Fideicommissum est, quando alienationis prohibitio cohæret rei.*
5. *Quando disponens bona non alienandi onere afficit.*
6. *Quando disponens ea in familia permanere vult.*

7. Ratio prohibitioni personali adjecta eam facit realem.
8. Reale fideicommissum præsumitur qualitate rei alienari prohibitæ.
9. Reale est fideicommissum in quo Primogenitura est constituta.
10. Vti & quando bona familiæ sunt relicta.
11. Et si res in ultimâ voluntate alienari sint prohibitæ.
12. Impersonalis prohibitio differt à reali.
13. Impersonalis prohibitio quid?
14. Personale Fideicommissum quid?
15. Personalis alienationis prohibitio personam non egreditur.
16. Personalissima alienationis prohibitio quid sit?
17. Personale fideicommissum est & illud, in quo ex electione succeditur.
18. Eligens electum gravare non potest.
19. Is dare censetur, qui alteri committit, ut eligat, non is, qui eligit & nominat.
20. An eligens variare possit, remissive?
21. Expressum fideicommissum quid?
22. Quod contra expressam alienationis prohibitionem fit, nullum est.
23. Tacitum fideicommissum quid?
24. Vniversale quid?
25. Particulare quid?
26. Simplex & absolutum quid?
27. In Casum alienationis quid?
28. Simplex & absolutum fideicommissum inductum censetur, quando testator per modum principalis dispositionis ordinat, bona sua in familiâ permanere debere.
29. Vti &, quod bona non exeant de familiâ, sed in ea remaneant,
30. Quando testator bona alienari prohibuit, quia vult ea in familiâ conservari.

31. Vel

31. Vel si disponat, quod bona perpetuò in familiâ permanere debeant.

32. Purum fideicommissum quid?

33. Conditionatum quid?

34. Conditione pendente fideicommissarius dicitur habere jus de præsenti.

35. Proprium fideicommissum quid?

36. Improprium quid?

37. Conventionale quid?

38. Fideicommissi ultimâ voluntate constitutâ quinam dicantur?

39. Revocabile fideicommissum quid sit?

40. Irrevocabile quid?

41. Perpetuum quid?

42. Quando bona familiæ, vel familiæ intuitu relicta, fideicommissum reale & perpetuum censetur.

43. Temporale fideicommissum quid?

44. In diem relictum quid?

45. Reciprocum & mutuum quid?

46. Reciproca institutio quando inducatur remissivè?

1 Fideicommissa hæc familiarum Nobilium conservandarum alia sunt realia, alia personalia; alia expressa, alia tacita; alia universalia, alia particularia; alia simplicia & absoluta, alia pura, alia conditionata; alia propria, alia impropria; alia conventionalia, alia ultimâ voluntate constituta; alia revocabilia, alia irrevocabilia; alia perpetua, alia temporalia; Que tamen non tàm sunt divisiones, quàm modi constituendi.

2 Reale fideicommissum est, quando absque commemoratione certarum personarum bona perpetuò in familiâ ad ejusdem conservationem permanere præcipiuntur, ut *in l. pater 38. §. filiam. 2. & §. seq. ff. de legat. 3. l. qui solidum. 78. §. prædium 3. L. Lucius. 88. §. instituto. 15. ff. de legat. 2.* Gloss. *in l. codicillis §. instituto verb. filiis suis ff. de legat.* 2. Cozadin. *cons. 89. n. 11* Peguer *decis. 101. n. 5.*

3 In dubio autem fideicomissum præsumitur reale, Castrens. *in l. filiusfam. § Divi anum. 9 ff. de legat.* 1. Alex. *cons. 143. num. 9. lib. 2.* Petrus Anton. *à Petra tract. de fideicommiss. quæst. 2. num. 12. & 19.* Simon de Præt. *de interpret.*

ult.

ult. col. cas. 285. *circa med. lib* 3. Menoch. *lib.* 4. *præsumt.* 68, *n.* 22. & quandoque ex certis signis & conjecturis colligitur, veluti si prohibitio alienationis ipsi rei cohæreat, & testator dixerit, prohibeo bona mea alienari & nulla personarum facta sit commemoratio, hæc enim verba impersonalia in rem scripta sunt, & reale fideicommissum inducunt, Riminald. jun. *consil.* 20. *n.* 7. *lib.* 1. & *cons.* 371. *num.* 124. *lib.* 4. Ruin. *cons.* 109. *num.* 14. *lib.* 2. Paris. *cons.* 30. *numer.* 29. *lib.* 1. Capyc. *decis.* 108. *num.* 2. Decian. *cons.* 41. *num.* 51. & 84. *lib.* 1. Menoch. *lib.* 1. *cons.* 85. *num.* 27. & 4. *præsumt.* 68. *num.* 24. Castrens. *in l. filiusfam.* §. *divi, num.* 9. *in princ. ff. de legat.* 1. Petra *de fideicom. quæst.* 2. *num.* 2. Tusch. *lit.* F. *concl.* 235. *num.* 1. Vinc. Fusar. *de fideicommiss. substit. d. quæst.* 673. *num.* 3. vel quando testator dixit, pro hibeo bona mea alienari, quia volo ut semper ea prædicto onere non alienandi sint affecta, Alban. *cons.* 97. *num.* 1. Menoch. *d. præs.* 68. *num.* 25. Petra *de fideicomm. quæst.* 2. *num.* 9. Vinc. Fusar. *de fideicommiss. substit. d. quæst.* 673. *num.* 2. Idem est, quando testator usus est verbis quidem personam ipsam vocatorum respicientibus, sed tamen rationem adjecit ipsam rem respicientem; veluti si dixerit, prohibeo hæredibus meis, ne prædia à me relicta alienent, quia illa in familiâ & agnatione permanere & conservari volo, tum enim prohibitio realis præsumitur, Roman. *cons.* 457. *n.* 1. Ruin. *cons.* 124. *col.* 2. *vers.* & *si fortè dicatur.* Paris. *cons.* 53. *num.* 21. *lib.* 3. Cravet. *cons.* 538. *num.* 5. Jason. *in l. filiusfam.* § *Divi. num.* 146. & 152. *lib.* 1. Molina. *de primogen. Hispan. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 25. & *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 35. Menoch. *d. præs.* 68 *n.* 26. Petra. *d. quæst.* 2. *num* 8. & *seq.* Fusar. *d. quæst.* 673 *num.* 5 Peregrin. *de Fideicomm. art.* 11. *num.* 54. *ad med.* quia ratio adjecta prohibitioni personali facit eam esse realem, Jason *in d. l. filiusfam.* §. *Divi n.* 146. & 152. & *ibi* Ripa *n.* 108. Ruin. *cons.* 147. *num.* 10. *in fin.* & *seq. vol.* 2. Paris. *d. cons.* 53. *num.* 21. *vol.* 3. Capyc. *decis.* 180. *num.* 2. *seq.* Marzar. *cons.* 6. *num.* 71. *in fin.* Gabriel. *lib.* 4. *tit. de fideicomm. concl.* 10. *in fin.* Cur. jun. *cons.* 43. *n.* 11. *in pr.* Petra *d. quæst.* 2. *num.* 13. & *seqq.* Fusar. *d. quæst.* 673. *n.* 6. Pergrin. *d. art.* 11. *n.* 54.

Reale quoque fideicommissum, & realis prohibitio præsumitur & deducitur à qualitate rei alienari prohibitæ, veluti si domus sit egregia & insignis, & à majoribus orta, vel castrum, turris &c. Cyn. *in l. quoties. C. de fideicommiss.* Capyc. *d. decis.* 108. *num.* 4. Menoch. *d. præs.* 68. *num.* 27. Petra. *de fideicommiss. quæst.* 1. *num.* 84. 86. 89. *seqq.* & *quæst.* 2. *num* 12. Besold. *cons.* 133. *num.* 32 Mantic. *de conject. ult. vol. lib* 6. *tit.* 12. *n.* 7. Fusar. *d. quæst.* 673. *num* 10. *seq.* Idem quoque est, & fideicommissum reale censetur, quando testator primogenituram constituit, Molin. *de primogen Hispan. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 25. Menoch. *d. præs.* 68. *n.* 48.

10 Reale quoque fideicommissum est; quando bona agnationi & familiæ sunt relicta, Bald. *in l. quod verò contra. ff. de legib.* Jason. *in l. filiusfam. §. Divi. n 146. & ibi* Ripa. *num. 18.* Loazes. *num. 98 legat.* 1. Menoch. *d. num. 28. &* Molin. *d. num. 25.* Ludov. à Peguer. *decis. 101. num. 5.* Petra *d. quæst. 2. n. 20.*
11 *seq.* Tusch. *lit. F. d. concl. 255. num. 4.* de quo confer *infra cap. 6. num. 99. seqq.* Realem quoque prohibitionem esse, si ultimâ voluntate res familiares alienari prohibeantur, *per l. filiusfam. 114. §. Divi. 14. ff. de legat.* 1. scribit Nicol. Betsius *de pact. famil. illustr. cap. 4. fol. 74* ubi idem asserit, si pactum factum sit in consequentiam dispositionis præcedentis vel ultimæ voluntatis, Bart. *in fin. C. de pact. & ibi.* Decian. *num. 21.* Grass. §. *successio quæst. 9. num. 15.*

Effectus fideicommissi realis quinque recenset Petra *d. quæst. n. 22. seq.* & si prohibitio alienationis sit realis, sive in rem scripta, facilè admittit extensionem de personâ ad personam & de casu ad casum, ut dicetur *infra c. 7. num. 103 & seq.*

Ab hâc reali alienationis prohibitione, parum, imo nihil differt prohi-
12 bitio impersonalis quoad effectum teste Riminald jun. *cons. 20 d. 9.* Petra. *n. quæst 2. num 31.* Fusar. *d. quæst. 673 num. 15.*

Est autem impersonalis prohibitio, quando testator dixit, peto, ne bo-
13 na mea alienentur, & in familiâ remaneant, & quando nulla personæ mentio facta, *l. peto. 69. §. fratres. 3. ff. de legat. 2.* Petra. *de quæst. 2. num. 28.* Fusar. *d. l. n. 14.*

14 Personale fideicommissum est; quando verba & dispositio instituentis, ad certas & speciatim nominatas personas, quas non egreditur, restricta est, ut *in l. filiusfam. 114. §. cum pater. 15. ff. de legat. 1. l. qui solidum. 78. §. prædium. 3. ff. de legat. 2. l. pater. 54. ff. ad L. Falcid.* & fideicommissum personale est, quod ipsimet personæ, non autem rei cohæret, veluti si testator Cajum & Sempronium hæredes instituat, eosque bona hæreditaria alienare prohibeat, Ruin. *cons. 127. num. 8. & 9. cons. 130. num. 4. lib. 2.* Natta. *consil. 470. num. 6.* Ripa. *in l. filiusfam. 114. §. Divi num. 110. ff. de legat. 1.* Menoch. *d. præs. 68. num. 29.* Petra *d. quæst. 2. num. 36. seq.* Fusar. *d. quæst. 673. num. 17.*
15 Et hujusmodi alienationis prohibitio personam alienare prohibitam non egreditur, nec ad aliam extenditur, sed si res ea ad alias personas pervenerit, hæ easdem liberè alienare poterunt, *per l. pater. 58. §. quindecim. 5. ff. de legat. 3.* Bart. *in l. peto. §. fratre. & ibi* Cuman. *n. 5 ff. de legat. 2* Petra. *d. quæst. 2. num 36. seq.*
16 Est quoque alia alienationis prohibitio personalissima, veluti si dictum sit,

sit, ne ipsi filii, vel ipsi hæredes alienent, Alciat. *conf.424.num.3.* Jason. *in l. filius-*
fam. §. *Divi.num.551. & ibi* Loaces. *num.144.* Ripa. *num.111. ff. de legat.* . Fusar. *d.*
quæst. 673. num. 18. seq.

Personale fideicommissum quoque est illud, in quo ex electione succe- 17
ditur; quod ideo etiam personale videtur, quia certam personam electam
concernit, eamque non egreditur, *l. unum ex familia. 67. in princ.* §. *1. 2. 3. 4. 5.*
6. & 7. ff. de legat. 2. veluti si testator vel fideicommissum instituens disponat,
quod hæres gravatus, & ultimus fideicommissi possessor, certam quandam
personam eligere debeat, cui post mortem suam fideicommissum restitua-
tur, & in eo succedat. Quamvis enim fideicommissa, quæ familiæ relinquun-
tur, plerumque proximioribus deferantur, interdum tamen uni ex familiâ,
quem hæres eligeret, relinqui solent, *per l. cum quidam. 24. l. cum pater. 77.* §. *à*
filia. 10. & §. *rogo. 25. d. l. unum ex familia. 67. pr.* §. *1. & seq. & per tot. ff. de legat.*
2. Molin. *de Hispan. primogen. lib 2. cap. 4. num. 2. & 3.* ubi hanc testatoris vo-
luntatem non captatoriam, sed firmam & validam esse ideò dicit, quod in
ejusmodi dispositione non substantia, sed solum personarum declaratio in
alterius voluntatem conferatur, quod jure permissum, *d. l. cum quidam. 24.*
& ibi Bart. *num. 1. & Dd. ff. de legat. 2.* Paris. *conf. 38. num. 1. & per tot. lib. 3.* Ubi ob- 18
servandum venit, quod eligens electum onere aliquo gravare non possit, Mo-
lin. *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 4. num. 18. seq.* siquidem electus hoc casu suc-
cessionem non capit ab eligente, sed à primo institutore, is enim dare cense-
tur, qui alteri committit, ut nominet, vel eligat, & non is, qui nominat, vel 19
eligit, *d. l. unum ex familiâ. 67. in princ. &* §. , *ibi non enim facultas necessariæ ele-*
ctionis, propriæ liberalitatis beneficium est, & §. *sed etsi 5. ff. de legat. 2. l. item eorum.*
3. §. *1. ff. quod cujusque universit. l. municipibus. ff. de condit. & demon.* Molin. *d. lib. 2.*
cap. 4. n. 5. nemo autem gravare potest illum, quem non honoravit, *l. ab eo. 9.*
C. de fideicommiss. Molin. *d. cap. 4. n. 10.* Et quamvis eligens, quoad actum eli-
gendi, & quatenus electum alii præfert, honorem aliquem electo conferat,
& in eundem liberationem aliquam exerceat, hoc respectu illud donare vi-
deatur; quod alterum eligendo in totum adimere poterat. Cùm tamen præ-
ambulâ necessitate unum aliquem eligere adstrictus sit, atque ita ex præce-
pto defuncti & officii eligendi necessitate eligat, actum hunc necessarium
gratis expedire, & rem integram ac illibatam conferre tenetur, *d. l. unum ex*
familia. 67. §. *1. ff. de legat. 2. l. utrum. 7.* §. *1. ff. de reb. dub.* Molin. *d. lib. 2. cap. 4. n. 19.*
& seq. & cap. 5. n. 31. & seqq.

An autem is, cui electio commissa est, variare, & electione se- 20

mel facta, alium eligere possit? vide Molin. *d. capite quarto, numero 22. & seqq.*

21 Expressum fideicommissum est, quando instituens expressis & dispositivis verbis causaque adjectâ, de personis ad tale fideicommissum admittendis vel repellendis, quibusque alienatio prohibita, vel permissa sit, voluntatem suam declarat, *ut in l. peto. 69. §. fratre 3. ff. de legat. 2. l. pater. 38. §. filiam 2. &*
22 *§. fundum. 3. ff. de legat. 3.* de quo vide *infra cap. 6. n. 86. seq.* Ejusque effectus, ut si qui contra expressam prohibitionem fiat, id nullum sit, *l. filiusfam. 114 §. Divi. 14. & §. cum pater. 15. ff. de legat. 1. l. cum pater. 77. § libertis. 27. L. Lucius. 88. §. instituto. 15. ff. de legat. 2.*

23 Tacitum fideicommissum est; quando expressa quidem disponentis verba deficiunt, sed tamen ex substitutione fideicommissariâ, vel aliis rationibus & conjecturis colligi potest, ipsius mentem fuisse, tale fideicommissum instituere voluisse, de quo vide *d. cap. 6. num. 88. seq.*

24 Universale fideicommissum est, quando vel tota hæreditas, vel certa ejusdem quota vel pars universalis fideicommisso vel restitutionis onere gravata est: Peregrin. *de fideicommiss. art. 5. n. 4. seq. & n. 26. seq.* Vinc. Fusar. *de substit. fideicommiss. quæst. 168. num. 8. seq.*

25 Particulare est, quæ rei alicujus particularis & certæ restitutionem continet, *§. imprimis. 1. de fideicommiss. hæred. §. 1. 1. de singul. reb. per fidecom* Paris. *cons. 47. num. 13. seq. vol. 2.* Mich. Grassus. *fideicommissum quæst. 3. num. 1. & 2.* Fusar. *d. quæst. 268. num 3.* Quale etiam est, si relicta sit hæreditas, quæ abundè testatori obvenit: veluti hæreditas fratris, vel dos materna. *l. cogi. § & similes. ff. ad SCtm. Trebell. & ibi* Bartol. Peregrin. *de fideicomm. art. 5. num. 42.* Fusar. *d. quæst. 268. num. 2.*

26 Simplex & absolutum fideicommissum est; quando disponens principaliter & verbis dispositivis causam prohibitionis continentibus, atque sic per modum causæ finalis & principalis dispositionis ac rationis, ut bona sua in familiâ & descendentibus masculis perpetuò conserventur & permaneant, ordinat, *d. l. filiusfam. 114. §. Divi. 14. ff. de legat. 1. l. peto. 69. §. fratre. 3. l. cum*
27 *pater. 77 §. libertis. 27. ff. de legat. 2.* Petra. *de fideicommiss. quæst. 5. num. 2. & num. 12. seq.* Atque ita simplex & absolutum censetur esse fideicommissum, cujus alienatio non tantum inter vivos, sed etiam per ultimam voluntatem est inhibita: In casum verò alienationis tantum fideicommissum esse censetur, quando alienatio prohibita tantùm inter vivos, non verò per ultimam voluntatem.

28 Quando autem simplex & absolutum fideicommissum inductum censeatur?

ſeatur? latè deducit Petra *de fideicom. quæſt.5. per tot.* Veluti 1. quando teſtator per modum principalis diſpoſitionis ordinat, bona ſua in familiâ, vel deſcendentibus conſervari debere, *per l. cum ita 32. in fideicommiſſo. 6. ff. de legat 2. l. fin. C. de V. S.* Socin. *conſil. 227. col. 4. in princ.* Petra. *d. quæſt. 5. num. 2. ſeq.* ubi aliquot exemplis id declarat.

2. Quando teſtator mandavit, ut bona ſua non exeant de familiâ, ſed in 29
familiâ remaneant Socin. *conſil. 251 col. 3. vol. 2.* Ruin. *conſ. 110. n. 3. vol. 2.* Curt. jun. *conſ. 43. conſ. 14. & 145. num. 9.* Petra *d. quæſt. 5. n. 28. ſeq.*

3. Quando teſtator bona ſua alienari prohibuit, & per modum cauſæ 30
finalis adjecit; quia vult ea conſervari in familiâ; nam & hoc caſu ſimplex & abſolutum fideicommiſſum, & non tantum in caſum alienationis, ſed etiam mortis induci, communis Dd. eſt concluſio, Bart. *in l. pater filium. §. fundum. ff. de legat. 3. & in l. qui Romæ. §. cohæredes n. 3. & ibi* Aretin. *ff de V. O.* Curt. ſen. *conſ. 40. n. 18. & 19.* Achil. Perſon. *tract. de adipiſc. poſſ. rem. n. 192. & ſeq. ad n. 235.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 14. n. 24. verſ. ſed contrariam opinionem latè* Petra *d. quæſt. 5. n. 42. ſeq. & ibi allegat.* licet contrarium, & hoc caſu fideicommiſſum in caſum alienationis tantum inductum aſſerant Socin. *conſ. 227. vol. 2. & conſ. 57. n. 2. vol 3.* Dec. *conſ. 287 n. 11 & conſ. 218. vol. 1.* Curt. jun. *conſ. 218. vol. 2.*

4. Idem eſt, ſi teſtator diſponat, quod bona pertuò in familiâ permane- 31
re debeant, Menoch. *conſ. 95. n. 120.* Petra *de fideicom. quæſt. 8. n. 274.* Beſold. *conſil. 33. num. 30.*

Purum fideicommiſſum eſt; quando nec conditio, nec dies apponitur, 32
Graſſ. *§. fideicommiſſ. quæſt. 20. n. 1.* Vinc. Fuſar. *de ſubſtit. fideicom. quæſt. 270. num. 1.* ubi obſervandum, quod fideicommiſſi puri & purificati, idem ſit judicium, Peregrin. *de fideicom. art. 43. n. 17.* Fuſar. *de ſubſtit. fideicom. quæſt. 271.*

Conditionatum fideicommiſſum eſt; quando verbis enunciativis bo- 33
na in familiâ permanere præcipiuntur, & prohibitio alienationis ad certas duntaxat perſonas & cauſas reſtricta eſt, veluti *in l. pater. 3. §. fundum 3. ff. de legat. 3.* Petra *d. quæſt. 5. n. 48.* Et conditionale fideicommiſſum dicitur, quando relinquitur vel poſt mortem, vel ſub conditione, Graſſ. *d. quæſt. 20. n. 5.* Fuſar. *d. quæſt. 270. n. 2.* Effectus fideicommiſſi ſimplicis & abſoluti, & conditionati, ac in caſum alienationis tantum, vide apud Petram *de fideicom. quæſt. 7. per tot.* Et 34
obſervandum eſt; quod conditione pendente fideicommiſſarius dicatur habere jus de præſenti in bonis fideicommiſſi, licet hoc jus ſit in ſpe tantum probabili, Hondedæ. *2. conſ. 59. n. 11. ſeq.* Fuſar *de ſubſtit. fideicom quæſt. 272. n. 1.*

Proprium fideicommiſſum eſt; quod propriam fideicommiſſorum fa- 35
miliarum Nobilium conſervandarum naturam obtinet, veluti quod proxi-

mioribus in familiâ ad ejus conservationem perpetuò ac ordine successivo defertur.

36 Improprium est; quando contra naturam & substantiam quædam in eo immutantur; ita ut vel non omnes de familiâ admittantur: vel ordo successivus non observetur: vel non in perpetuum, sed ad certam tantum generationem constituatur: vel in quo non una familia, sed ex diversis familiis plures vocentur, *l. qui solidum 78. §. prætium 3. ff. de legat. 2. l. pater 38. §. fundum 3. ff. de legat. 3.*

37 Conventionale fideicommissum est; quod aliquo actu inter vivos, & per modum conventionis & contractus constituitur, de quo *infra cap. 6. num. 25. seq.*

38 Fideicommissa ultimâ voluntate constituta sunt; quæ vel testamento, vel codicillis, vel per aliam quamcunque ultimam voluntatem ordinantur, de quibus *infra d. cap. 6. n. 14. seq.*

39 Revocabile fideicommissum est; quod ultimâ aliquâ voluntate, vel per alios actus inter vivos, in vim tamen supremi judicii ita constituitur, ut ad mortem usque revocari possit, *arg. l. quod si 4. ff. de adimend. legat. l. fin. C. de pact. l. si quis 22 ff. de legat. 3. l. in donationibus 12. C. ad l. Falcid. l. si filia 20. §. si pater. 3. ff. famil. ercisc.* confer *infra cap. 16. n. 29. seq.*

40 Irrevocabile est; quod actibus inter vivos per viam conventionis & contractus constituitur. In his enim legem appositam alteri in præjudicium alterius, cui indè jus est quæsitum mutare, vel à contractu perfecto recedere non licet, *l. sicut 5. C. de oblig. & act. l. perfecta 4. C. de donat. quæ sub mod.*

41 Perpetuum fideicommissum est; quo absque ullâ determinatione temporis vel personarum, bona perpetuò in familiâ, quamdiu illa durat, & masculi super sunt, permanere & conservari jubentur. Quale est, quod favore agnationis & familiæ relinquitur; cum enim familia quasi quædam sit civitas, sive civium unitas, ita ut, sicut civitati relictum perpetuum est, ita etiam quod familiæ relictum, Bald. *cons. 50. lib. 5.* Molin. *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 5.*
42 *n. 25.* Lodov. à Peguer. *decis. 101. n. 5.* atque adeò quando constat bona familiæ vel intuitu familiæ esse relicta, fideicommissum reale & perpetuum esse censetur, Gloss. *in l. codicillis. § instituto verb. filiis suis. ff. de legat. 2.* Gozadin. *cons. 89. n. 1.* Bursat. *cons. 63. n. 3. lib. 1.* Dec. *cons. 481. n. 5.* Covarruv. *in c. Raynaldus in princ. n. 9. X. de testam.* & eâ ratione expressa, ut bona in familiâ remaneant, & conserventur, censeri inductum fideicommissum absolutum & perpetuum inter omnes de familiâ, etiam in casum mortis; docent, Bart. *in l. qui Romæ § cohæredes, & ibi* Aretin. Socin. & Dd. *com. ff. de V. O.* Bart. *in l. pater filium. §. fundum Titianum*

tranum ff. de legat. 3. Dec. conf. 23. n. 4. & seq. Curt. jun. conf. 145. n. 8. seq. Covarruv. d. n. 9. Molina. de Hispan. primog. lib. 1. cap 5. n. 16. Peguer. d. n. 5.

Temporale fideicommissum, est; quod ad certum tempus, vel certas personas restringitur, de quo infra cap. 6 n 381. 43

In diem dicitur relinqui fideicommissum, quando hæres gravatur restituere post certum tempus, veluti post decem annos, vel intra decem annos, Grassus d. quæst. 20. n 2. 3. 4. Vinc. Fusar. d. quæst. 270. n. 3. & seq. 44

Est quoque fideicommissum aliquod reciprocum, quo hæredes vel fideicommissarii instituti, sibi invicem substituuntur, per l. jam hoc jure 4. §. 1. l. qui plures. 23. l. Lucius Titius 45. princ. ff. de vulgar. & pupill. subst. quod etiam dicitur fideicommissum mutuum, cum proponebatur, 64. ff de legat. 2. 45

Reciproca substitutio quomodo inducatur, vide latè apud Vinc. Fusar. de fideicommiss. substit. quæst. 471. seq. Peregrin. de fideicom. art. 13. per tot. 46

CAPUT. III.

De causâ efficiente; seu de his, qui fideicommissa hæc familiarum constituunt, vel non.

Summaria.

1. Causa efficiens fideicommissorum est voluntas instituentis.

2. Sola testatoris voluntas in fideicommissis inspicienda & pro lege observanda est.

3. Mens potius, quam verba in fideicommissis attendenda.

4. Etiamsi ex conjecturis tantum appareat.

5. Ratio & causa potius, quam verba attendenda.

6. In fideicommissis illud pro disposito habetur, quod testator interrogatus verisimiliter disposuerit.

7. Etiam in contractibus magis mens, quàm verba consideranda.

8. Qui testari, contrahere, & donare possunt, fideicommissa instituere valent.

9. Et sic quilibet pater familias, qui liberam disponendi facultatem habet.

10. Bona sua allodialia quilibet in feudum concedere potest.

11. Fidei-

11. Fideicommissa instituere potest Imperator in bonis suis patrimonialibus.
12. 13. Non verò in bonis Imperii.
14. Imperator tenetur recuperare bona ab imperio avulsa.
15. Et si ipse talia possideat, ea restituere tenetur.
16. Nec in feudis Imperio apertis hæc fideicommissa instituere potest.
17. Imperator quatenus Dominus mundi?
18. Quatenus omnia Principis esse dicantur?
19. Rex in Regno hæreditario, & bonis hæreditariis hæc fideicommissa constituere potest.
20. 21. Exempla testamentorum Regiorum Recensentur.
22. Secus verò in Regnis, quæ certâ lege deferuntur.
23. Feudum, ne quidem domino consentientie, in præjudicium agnatorum alienari potest.
24. In primogenituræ auferri nequit.
25. Quod exemplis declaratur Caroli VI. Galliarum Regis.
26. Et Eduardi Angliæ Regis.
27. Nisi legitimus successor sit mente captus, vel aliter inhabilis.
28. Principes, Duces, Comites & Barones hæc fideicommissa constituere possunt, in bonis suis hæreditariis & propriis.
29. Idq; in comitatu Burgundico maximè obtinet.
30. Secus verò si Principatus, Comitatus vel Baronia certâ lege deferatur.
31. Nobiles præ aliis conservandi nominis, & familiæ suæ sunt ambitiosi.
32. Ignobiles quoque hujusmodi fideicommissa instituunt.
33. Ignobiles feuda concedunt.
34. Privatam familiam jus primogenituræ instituere non est conveniens.
35. Personæ etiam Ecclesiasticæ hæc fideicommissa instituunt.
36. Sicuti & Cardinales & Episcopi de bonis suis patrimonialibus & propriis.

37. Idem

37. Idem est, quoad clericos inferiores & Canonicos quoad bona ipsorum propria.
38. Secus veró quoad bona intuitu Ecclesiæ adquisita.
39. Licet aliud in Hispaniâ obtineat.
40. Milites sacri in bonis patrimonialibus primogenia instituere possunt.
41. Monachi monasterium ingressi ante professionem, postea secus est.
42. Filius familias hæc fideicommissa de bonis adventitiis pleno jure ad ipsum pertinentibus, non tantum inter vivos hæc fideicommissa instituere potest.
43. Sed etiam per ultimam voluntatem.
44. Inhumanum est morientibus non permittere, quod vivis est permissum.
45. In Hispaniâ filius familias primogenium instituere potest.
46. Fœminæ etiam censentur habere respectum ad familiam, & hæc fideicommissa instituere possunt.
47. Matres etiam filios magis, quam filias diligere censentur.
48. Exemplum fœminæ fideicommissum instituentis refertur.
49. Fœminæ possunt testamenta facere, contrahere, donare & feudum constituere.
50. Etiam absque consensu mariti, quoad testamenta, secus quoad contractus.
51. Idem de jure VVürtembergico provinciali obtinet.
52. Fideicommissa hæc instituere non possunt, qui bonorum suorum liberam administrationem non habent.
53. Vel qui testari, vel contrahere non possunt.
54. Et sic minor sive pupillus.
55. Ne quidem tutoris accedente consensu.
56. Idque quoad modum contractus, secus verò quoad ultimam voluntatem.
57. Infans & impubes hæc fideicommissa instituere nequit.
58. Sicuti nec furiosi & mente capti.

59. Idem est, quoad prodigos, quibus bonis interdictum.
60. Ne quidem tutore authore.
61. Rerum alienarum administratores & procuratores hæc fideicommissa instituere nequeunt.
62. Sicuti nec usufructuarius in re usufructuaria.
63. Nec maritus in rebus dotalibus.
64. Nec maritus vel uxor ad secundas nuptias transiens, in bonis á priore conjuge donatis, &c.
65. Nec vasallus in re feudali.


1 Ausa efficiens fideicommissorum, Nobilium familiarum conservandarum causâ constitutorum, est ipsa fideicomittentis, seu
instituentis voluntas. *per. l. omnia 32. §. fin. l. unum 67. princ. l. peto 69.*
§. fratre. 3. ff. de legat. 2. Sola enim testatoris & disponentis volun-
2 tas in fideicommissis inspicienda est, & dominatur *l. â fratris 127.*
ff. de legat. 1. l. in conditionibus primum locum 19 ff. de condit. & demonstr. l. cum. proponebatur 64. l. unum ex familiâ 67. §. si omissa 9. ff. de legat. 2. l. cum virum 16. l. fin. C. de fideicom. l. hæredes mei 57. §. 1. ff. ad SctmTrebel. l. in legat. 21. C. de legat. l. fideicom. 11. §. si ita quis 19. ff. de legat 3. Petra *de fideicom. quæst. 1. n. 8. seq. & quæst. 9 n. 5.* Molina *de Hispan. primog. lib. 1. quæst. 4. n. 19.* Peregrin. *de fideicom. art. 11. n. 1. seq.* & pro lege observanda, Novell. *22 cap. 4. ibi: disponat itaq; unus quisq; super suis, ut dignum est, & fit lex ejus voluntas C. ultima voluntas 4. caus. 13. quæst 2.* Cephal. *cons. 318. n. 15.* nam lex pedetentim sequitur voluntatem testatoris, sicut venator leporem, Bald. *in l. fin. C. de impuber. & in l. quædam. C. de serv. hæred. nec. instit.*
3 Nata. *cons. 110. n. 5. in fin.* Petra *d. quæst. 9. n. 6.* Socin. jun. *cons. 84. n. 1. vol. 1.* & quod
mens potius, quam verba in fideicommissis attendenda, tradit Cuman *in l. peto. §. fratre col. 3. in fin. ff. de legat. 2.* Gratus *consil. 31. n. 12. seq. vol. 2.* ita, ut verba etiam accipiantur in significatione impropriâ, ut defuncti voluntas & mens servetur, *l. cum d elanionis §. asinam. ff. de fund. instr. l. non aliter ff. de legat. 3.* Peregrin. *d. art. 11, n 5. seq.* ubi ab exemplis declarat, ac quod mens sola regat & gubernet dispositiones, eique serviant verba, & non vice versâ, tradit Socin. *cons. 113. num. 12 vol. 1.* Indeque in ultimis voluntatibus omnem verborum rigorem & formam postergari, ubi de mente testatoris constat, scribit Angel. *consil.*
4 222, adeò, ut mens testatoris non solum expressa, sed etiam ex conjecturis
apparens

apparens, in fideicommissis magis, quam verba, attendi debeat *l. quoniam indignum. C. de testam. l. ex facto §. rerum. ff. de hæred instit. l. 3. C. de liber. præter.* Bald. *in l. fin. C. de impuber.* Gail *2. observ. 135. num 5.* Dec. *cons. 38. num. 1. & 2. & consil. 288. num. 5.* & voluntatem testatoris etiam præsumptam & conjecturatam, tanquam reginam in fideicommissis dominari, eique omnem verborum proprietatem cedere, omnemque juris communis interpretationem ad eam flecti & ejus vestigia pedetentim sequi, sicut canit venaticus vestigia feræ, *per l. pen. C. de necessar. serv hæred. instit.* scribit author consilii, quod extat apud Besold. *part. 1. consil. 6. num. 159. & consil. 7. num. 2. & ibid. consil. 9. num. 82. ac consil. 2. num. 52.* cum fideicommissa etiam, ut *infra cap. 6. num. 88. seq.* dicetur, per conjecturas relinqui possint, indeque fideicommissa ampliari, extendi & declarari soleant per rationem & causam, quibus disponens motus fuit, ita ut in iis ratio & causa potius, quam verba expressa attendi debeant, *l. cum pater. 77. §. dulcissimis 20. ff. de legat. 2. l. cum virum C. de fideicom.* Gail *d. observ. 135. num. 6.* & in prohibitione alienationis principaliter consierari debere mentem disponentis & rationem prohibitionis, tradit Corne. *consil. 178. lib. 1.* Besold. *consil. 83. num. 12.* 5

Atque indè etiam in fideicommissis illud pro disposito habetur, quod, si testator de eo cogitasset, vel interrogatus verisimiliter disposuisset, Gloss. & Dd. *in l. tale pactum. § fin. ff. de pact.* Menoch. *4. præs. 26. n. 8. & præs. 65. n. 5. & cons. 14. n. 12. vol. 1.* Decian. *cons. 1. n. 100. lib. 1.* Tiraquel. *in l. si unquam verb. libertis n. 27. C. de revoc. donat.* Peregrin. *de fideicom. art. 11. n. 32.* 6

Atque hæc etiam in contractibus obtinet, ubi itidem mens contrahentium potius, quam verba sunt consideranda, *l. fin. C. quæ res pignor. obl. poss. l. jus gentium 7. §. pactorum. ff. de pact. l. semper in stipulationibus 19. & ibi gloss. ff. de R. I. l. ita stipulatus. §. item si quis ff. de V. O. l. si in venditione. ff. commun. præd.* Bald. *consil. 417. col. 2. vol. 7.* Alex. *consil. 34. vol. 2* Philipp. Matth. *1. Marpurg. consil. 31. num. 23.* contractus enim non à verbis, sed ab effectu & intentione judicantur, *l. si uno ff. locat. l. 2. C. commun. de legat.* & in contractibus semper quod actum fuit, non quod verbis expressum est considerari debet, Curt. sen. *consil. 75. col. 4.* Dec. *consil. 48.* 7

Voluntatem hanc declarare, & fideicommissa hæc familiarum Nobilium instituere possunt generaliter omnes illi, qui testari, contrahere & donari possunt; siquidem hæc res est ex genere permissorum, ideoque omnibus, quibus non est prohibita, permissa censeri debet, *per l. mutus 43. §. 1. ff. de procur. l. 1. §. 1. ff. de testib. l. si quæramus 4. ff. qui testam. fac.* Et cum hujusmodi fi- 8

deicommissa constituantur vel per ultimam voluntatem, vel per modum contractus & conventionis, consequens, illos, qui testari & contrahere possunt, etiam hæc fideicommissa constituere posse, *per l. 2. ff. de legat. 1. §. hæc autem 5. ff. ad SCtm. Trebell.*

9 Atque ita quilibet paterfam. qui liberam bonorum suorum administrationem habet, is enim de rebus illis liberè potest disponere *l. in re mandata 21. C. mandat.* iisque legem, quam vult, dicere, tam testando, *Novell. 22. cap. 2. l. verbis 120. ff. de V. S.* quam contrahendo, *l. legem 10. C. d. pact. l. 1. C. de pact. conv. tam super tot.*

10 Et quo etiam quis bona sua allodialia & libera, ab alio in feudum cognoscere, & feudalis conditionis efficere potest, kan seine eygenthumliche freye Güter einem andern zu Lehen aufftragen und zu Lehen machen, Gail. *2. observ. 158. n. 1.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 5. n. 19.* vel etiam ita alterare, ut fiant Ganerbica, Ryllinger. *de Ganerb. castror. discurs. 15. n. 6. seq.*

11 Hinc fideicommissa hæc instituere potest 1. Imperator, in bonis suis patrimonialibus ac propriis; cum horum absolutus sit dominus & moderator, *l. fundi 4. d. possessores 12. & tot. tit. C. de bon. patrimon.*

12 Sed anne similiter in bonis Imperii Imperator hæc fideicommissa constituere possit, indè dubium videtur, quod Imperator dicatur mundi dominus, *in l. deprecatio 9. ff. ad L. Rhod. de jact.* & quod omnia Principis, sive Imperatoris dicantur *in l. 3. vers. quæ enim differentia C. de quadrien. præscript.*

13 Verum hoc imperatori in bonis Imperii non esse licitum, indè satis apparet, quod fideicommissi constitutio non solum usumfructum, cujus datio quoque est alienatio, *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* sed etiam dominium, ut *infra cap. 11. num. 1. seq.* dicetur, in fideicommissarium transfert, atque ita alienatio quædam est: Impeatorem autem non posse bona Imperii absque Electorum consensu alienare certum est, *ex c. intellecto 33. X. de jurejur.* & Capitulatione Cæsareâ, quam refert Schleidan. *lib. 1. pag. 21. ibi: facultates Imperii ne distrahat, neqe oppignoret, nec quovis alio modo deteriores faciat, &c.* quod etiam expressis verbis insertum est Capitulationibus Imperat. Ferdinandi *II. & III. §.* Zu dem und insonderheit. *8. & 9. ibi:* Ohne Wissen / Willen und Zulassen gemeldter Chur-Fürsten samptlich nichts hingeben / verschreiben / verpfänden / versetzen / noch in andere Weg veräussern / oder beschwären. Quod etiam eleganter probat Dn. Bocer. *de regalib. cap. 4. num. 21. seq.* Cravet. *cons. 241.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 1. cap. 3. num. 14.*

Hotoman.

Hotoman. *illustr. quæst. cap. 1.* Ferd. Vasqu. *lib. 1. illustr. controv. cap. 3. num. 8. &*
cap. 4. num. 4. seq. Pruckman *§. soluta potestas. cap. 4. memb. 2. effect. 6 n. 11. fol. 471.*
seq. ita ut etiam ejus vigore teneatur recuperare, & imperio rursus adjicere, 14
quod indè superioribus seculis divulsum & amissum est, *per text. in proem. Inst.*
§. quorum utrumque vers. & bellicos. & requirit formula dictæ Capitulationis
Cæsareæ apud Schleidan. *d. pag. 21. ibi.: Quæ sunt ab aliis nationibus occupata vel*
ab Imperio divulsa bona, primo quoque tempore recuperet, &c. d. Capitul. d. §. zu
dem vnd insonderheit: *ibi:* Sondern auch uns auffs höchste bearbeiten / und allen
möglichen Fleiß und Ernst fürwenden / das jenige so davon kommen / als verfallen /
Fürstenthumb / Herschafften und andere / auch confiscirte und unconfiscirte
merckliche Güter / die zum theil in anderer fremder Nation Händen ungebürli-
cher Weiß gewachsen / zum förderlichsten wiederumb darzu zubringen / zu zueige-
nen / auch dabey bleiben zulassen. In tantum, ut etiamsi vel ipse Imperator, vel 15
ipsius familiæ quispiam id possideat, id reddere teneatur, *d. Capitul. §.* und
ob Wir selbst 10. *ibi.* und ob Wir selbst oder die unsern ichts / das dem H. Röm:
Reich zuständig und nicht verlihen / noch mit einem rechtmässigen Titul bekommen
wehre / oder würde / innen hetten / das sollen und wollen Wir bey unsern schuldigen
und gethanen Pflichten / demselben Reich ohne Verzug / auff ihr der Chur-Fürsten
Gesinnen / wider zu handen wenden / zustellen und folgen lassen.

Atque hæc adeò procedunt, ut nec in feudo Imperii majore, per mor- 16
tem vasalli aperto, tale fideicommissum constitui posse videatur, cum Im-
perator hæc feuda aperta aliis concedere nequeat, sed ea Imperio retinere
& incorporare teneatur. *Capitul Imper. Ferdinandi. II. & III. §. 28. & 32. & ibi.*
Wann auch Lehen dem Reich und uns bey Zeit unserer Regierung eröffnet / und le-
diglich heimfallen werden / so etwas merckliches ertragen / als Fürstenthumb /
Graffschafften / Herrschafften / Stätt / und dergleichen / die sollen und wollen
wir ferner niemand leihen / auch niemand einige expectantz / oder Anwartung
darauff geben / Sondern zu Underhaltung des Reichs / unser und unserer Nachkom-
men / der Könige und Kayser erhalten / und incorporiren / &c. Shleidan.
d. lib. 1. pag. 21. ibi: Imperii bona, quæ forte vacabunt, nemini conferat, sed ad
publicum patrimonium referat.

Quibus non adversatur *d. l. deprecatio. 9. ff. ad L. Rhod. de jact.* cum
eo in loco Imperator Dominus mundi dicatur, non quod res omnes, quæ 17
sunt in mundo, sive in Imperio Romano, jure dominii, sive propieta-
tis possideat, sed quod eas Imperio sive jurisdictione & protectione gu-
bernet.

Ita etiam quod *in d. l. 3. vers. quæ enim differentia. C. de quadrien. præscript.* 18
omnia

omnia Principis esse, dicitur, non est intelligendum de iis, quæ cujusque civis Romani propria sunt, sed de propriis & fiscalibus Principis bonis. Et licet nec fiscalia bona proprie sint Principis sive Imperatoris, cum ea Cæsaris possessionibus opponantur, *in l.3. §. pen. ff. de iur. fisc.* dicuntur tamen Principis esse duplici ex causâ; primo quod in usum Principis, sive Imperatoris Romani in signum supremæ eminentiæ ei reservata sunt, ut arguit. §. *volumus ut regalia de pac. Constant.* & R. A. *de anno 1576.* §. dadurch dann *119. ibi*: Zu Unser Keyserlichen besondern Hoheit und Reservaten / deinde quod nemo nisi Imperator Romanus ea aliis concedere possit, R. A. *de anno 1530. in fin. ibi*: So Regalien von Uns und dem H. Röm. Reich hat.

19 Fideicommissa hæc constituere potest Rex in suo Regno hæreditario, & bonis hæreditariis, quæ nullâ certâ lege obtinet; nam illum, qui ex suo genere regnat, regno, belli, aut alioquin liberæ & plenæ, nullisque legibus adstrictæ potestatis jure adquisito, legem ita testamento dare posse, ut in reliquâ privatâ hæreditate, scribit Nicol. Betsius *de pact. famil. illust. cap. 10. fol. 658. seq.*
20 Besold. *dissertat. nomico polit. lib. 1. diss. 2. num. 3.* ac quem velit ex liberis ad successionem eligere posse, dubitatione vacare, & in historiis exempla undique obvia esse, asserit Besold. *d. dissert. 2. num. 5.* ac in hæreditario Regno, testamento vel simili ultimi elogii genere, arrogatione vel adoptione sibi filium facere potis esse scribit Molinæ. *ad consuet. Paris. §. 13. gloss. 3. num. 9.* confer Tiraquel *de primogen. quæst. 21. num. 1. & seq.* Thom. Maul. *de ultim. volunt. lib. 1. tit. 2. num. 42. vers. alter casus.* Regem de Regno suo disponere pro arbitrio, ita Pyrrhus ei, qui ex filiis suis gladium habuerit magis acutum Regnum se relicturum spopondit Plutarch. *in vita.* Sicque Ptolomæum primum Ægyptii Regem, Lagi filium, contra jus gentium, minimo natu ex filiis, ante infirmitatem ex quâ mortuus est, regnum tradidisse, refert Besold. *d. dissert. num. 3.* Hinc quoque Rudolphum ultimum Burgundiæ Regem, sub prætextu liberi Regni hæredem instituisse Henricum, Conradi Cæsaris filium legimus, fraudatâ spe successionis; quibus ea ob proprinquam cognationem debebatur, ex eoque Burgundiæ & Aralatense Regnum, Romano Germanici Imperii provinciam factam fuisse, refert ex Gunther. *in Ligurin. lib. 5. vers. 255. seq.* Paul. Windek. *comm. de Elect. orig. cap. ult punct 3* Besold. *d. dissert. l. 1. dissert. num. 15* Hispaniæ Regna pleraque, paternis olim testamentis, jureque hære-
21 ditario dilata fuisse, scribit Besold. *d. dissert. 1. num. 2.* idque de Regno Castellæ, Arragoniæ, Legionis Navarræ, & Majoricarum probat Oldrad de Ponte *consil. 64. 65. & 230* Cabot. *1. cap. 10.* & de Lusitaniâ id testatur *c. grandi. 2. de sup. plend. neglig. prælat. in 6.*

In

In his igitur Regnis hæreditariis fideicommissa constituere licere, non video quod obstet, *arg. l. in remandata. 21. C. mandat. l. cum hæredes. 7. C. qui testam fac.*

Quod si verò Regnum certo jure & lege deferatur, Rex non potest, domo, & familiâ suâ præteritâ, alium scribere hæredem, sed irritum reputatur testamentum, quatenus in Regno legitimo de ejus administratione disposuerit, ita ut ipso jure rupta sit adoptio, legatum, fideicommissum, omnisque omninò defuncti ordinatio nulla, quæ in fraudem legitimi successoris tendit Molin. *in consuet. Paris. §. 13. gloss. 3. num. 8.* Dauth. *in l. fin. num. 16. C. de pact.* Betsius *d. cap. 8. fol. 45* Besold. *d. differt. 2. num. 12.* Tiraquell. *de primogenit. quæst. 21. num. 7.* Cabot *lib. 1. cap. 10. & 14.* Maul. *de ultim. vol. lib. 1. tit. 3. num. 42.* Ernest. Cothman. *vol. 1. respon. 41 per tot.* Reinking. *de regim. secul. lib. 1. class. 4. cap. 17. num. 26.* cum commodum illud successionis non beneficio defuncti, sed sanguinis, generis ac familiæ intuitu habeat, Triaquel. *de primogen. quæst. 35. num. 1. seq.* & successio illa non jure hæreditario, sed jure Regni vel Ducatus; non jure communi, sed jure singulari; non à defuncto, sed à lege vel consuetudine Regni, Ducatus, vel Comitatus; non titulo universali, sed particulari devolvatur, Guliel. Bened. *in repet. c. Raynutius. verb. in eodem testamento part. 1. num. 148. & seq.* Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 8. gloss. 3. num. 8. seq.* Cothman. *d. respons. 41. num. 8.* atque ideò ipsi auferri non poterit, *l. eum qui 3. ff. de interdict. & releg.* ne quidem Regni proceribus consentientibus Maul. *d. n. 42.* Haud secus ac feudum, quod ne quidem domino consentiente, in præjudicium filiorum vel agnatorum alienari, sed alienatum ab his revocari & vindicari potest, prout latè probat Rosenthal *de feud. cap 9. concl. 67. num. 1. & seq. & in not. lit. a. b. & per tot.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 11. num. 79. & seq.* Besold. *d. differt. 2. num. 21.* unde etiam jure divino prærogativa primogeniorum auferri non potest, *Deut. 21. v. 15.* Daniel Otto. *de jur. publ. cap. 17. fol. 583. & seq.* Reinking. *d. cap 17. numer. 29. & seqq.* adeò, ut ne quidem Imperator ex plenitudine potestatis, jus à lege, primogenituræ nomine delatum, præcedere & auferre valeat, Buxtorff. *ad Aur. Bull. conclus. 85. lit. B.*

Hinc Caroli VI. Galiarum Regis filius unicus à patre suo, regnique consilio, successione indignus judicatus, ejusque in locum Catharinâ, dicti Caroli VI. filiâ, Henrici V. Anglorum Regis conjuge substitutâ, ad mucronem gladii sui solemniter provocavit, hancque provocationem authore Deo, & Duce puellâ Lotharingâ, Johannâ Darc fœlici exercens successu, Imperii habenas Anglorum è manibus extorsit, & Galliis omnibus, solo Caleti

leti portu excepto, eosdem inde turbavit, sicuti ex Titio refert Nicol. Betsius
26 *de pact. famil. illustr. cap. 6. fol. 156. seq.* Besold. *de differt. 2. num. 21.* Ita Eduardus Angliæ Rex, gravissimis, ut ipse opinabatur, de causis, sorores exhæredavit, Johanna Suffolcia Regni hærede instituta Schleidan. *lib. 25.* Verum cum id populo ac Nobilitati displiceret, Maria Soror hæreditatem adiit, miseræ verò Johannæ jugulum fregit, Thuan. *lib. 13. histor. fol. 345. & 354.*

27 Sed quid si primogenius & legitimus successor sit forte mente captus, vel aliter planè ad gubernandum non idoneus, anne parens de alio successore disponere poterit? & patrem id posse tradunt, Laudens. *tract. de principib. n. 22.* Aretin. *in l. ex duobus. col. 2. ff. de vulg. & pupil.* Felin. *in c. prudentiam. col. 2. d. offic. de legat.* Valasc. *in l. imperium n. 24 vers. & Reges dicuntur. ff. de jurisd.* Zas. *de feud. part. 8. n. 10.* Tiraquel. *de jur. primogen. quæst. 21. num. 11.* cum lex vel consuetudo successionis non sit contra Regni commodum, in cujus salutem introducta, interpretanda, *arg. c. quod. favore d. R. I. in. 6. l. 25. ff. de legib.* exemplo Davidis, qui Salomonem liberorum omnium novissimum anteposuit. *3. Regum 1.* Quâ tamen in re cautè, & non nisi cum consensu procerum, agendum erit; cum Regiæ successionis immutatio magna damna & mala secum afferre soleat, confer quæ dixi *infra cap. 8. num. 99. seq.*

28 Idem est III. quoad Principes, Duces, Comites & Barones; qui itidem in bonis suis hæreditariis ac propriis & quæ nullâ lege obtinent, hujusmodi fideicommissa instituere possunt, per jam dicta. Unde Comitatus Burgundia-
29 cus, Francus, *la Franche d. Conté*, sive liber ideò dicitur, quod inter alia quoque ea est libertas & immedietas dominorum, qui in eo Comitatu possessiones habent, ut de bonis ac facultatibus suis statuant, eaque legent, quomodo & quibus videatur, usque adeò, ut nec uxores, nec liberi, nec hæredes quicunque intercedere possint, quo minus de fortunis suis proprio sanciant arbitratu, *Apolog. Princip. Auraic. ad proscript. Hispan. fol. 12.*

30 Secus verò est, si Principatus, Comitatus, vel Baronia certo jure ac lege deferatur, tum enim ut ex prædictis apparet, omnis omnino ordinatio illicita & nulla est, Dauth. *in exposit. l. fin. num. 16. C. de pact.* Reinking. *d. cap. 17. num. 36.* Ita Philippus Palatinus Septemvir, filio suo Ruperto nuptias conciliârat filiæ Georgii divitis Bavariæ Ducis, qui præter auri argentique vim omnem, & supellectilem planè Regiam, genero legavit eam Bavariæ partem, quam successionis jure tenebat: Hoc testamentum, quo minus ratum haberet Maximilianus I. Imperator, Albertus Bavariæ Dux, id in fraudem suam contra Imperii leges, & jura Feudorum conditum affirmans, impensè instando evicit. Post mortem testatoris, cum gener integram

tegram soceri ditionem armis occupare anniteretur, nec Imperatoris monita curaret, bellum inde exortum est Palatinæ familiæ detrimentosum & toti Imperio funestum. Besold. *d. dissert. 2. num. 18.*

IV. Nobiles tàm mediati, quàm immediati; qui præ aliis conservandi nominis & familiæ suæ sunt ambitiosi, Pacian. *consil. 16. num. 22.* Decian. *respons. 7. num. 25. volunt. 1.* Tiraquell. *de nobilitat. cap. 37. num. 23. & de primogen. quæst. 71. num. 2. & 3.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 15. num. 1. seqq.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 21. num. 55.* ac vir Nobilis, & famâ, & nomine clarus, naturali impulsu nihil magis desiderasse credendus est, quàm suæ familiæ favere, eamque propagari & conservari, teste Zasio *consil. 2. num. 13. in fin.* ubi id viris Nobilibus perpetuum esse addit. Idem Zasius *inter varior. consil. volum. 1. consil. 12. num. 12.* Quamvis enim quæcunque persona desideret honorem & augmentum sui status, familiæ & agnationis, magis tamen, ex regio, claro & nobili sanguine natus, Ludovic. de Casannate *consil. 45. num. 13. & 138. & consil. 56. num. 34.* Ludovic. Morot. *resp. 99. num. 20.* Mantic. *d. tit. 15. num. 1.* 31

Imo etiam ignobiles: Quamvis enim præ aliis, ut jam dictum, Regio, claro & nobili sanguine nati, familiæ suæ conservationem appetunt, naturaliter tamen quæcunque persona desiderat honorem & augmentum sui status, familiæ & agnationis, Abbas. *consil. 65. num. 3. lib. 2.* Cephal. *consil. 615. num. 87. seq. lib. 3.* Sicuti de Sutore quodam egeno Hispano, cum jam fata instarent, & filius rogasset, ecquid sibi decessurus præceptorum relinqueret, jam defecta voce ut meminerit in majestatem assurgere familiam suam, respondisse, refert Euphorm. Satyr. *Icon. animor. pag. 144.* etiamsi ignobilis, villanus & infimæ conditionis homuncio sit, Boër. *decis. 204. num. 31.* Mantic. *d. tit. 15. num. 1.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 18. num. 1. & 2.* Et cum à naturâ ipsâ liberis hominibus concessum sit privilegium, ut habeant plenam potestatem faciendi ea, quæ cuique facere libet, nisi quatenus vi aut jure prohibentur, *§. 1. I. de jur. person.* nihilque naturali rationi tàm conveniens, quàm voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi, *l. qua ratione. 9. §. hæ quoque res. 3. ff. de adquir. rer. domin.* adeo, ut si ejusmodi alienatio per Principem vel superiorem impediatur, de non impediendo fieri alienationem, mandata in Camerâ Imperiali impetrari possint, Gylman. *symphor. tom. 2. part. 3. tit. 12. fol. 258.* non video quid obstet, quo minus ipsi hæc fideicommissa instituere possint. 32

Unde etiam est, quod ignobiles, plebei ac rustici feudum concedere possint, *argum. 2. feud. 5. princ. vers. novi.* Sonsbec. *de feud. part. 3. num. 15.* Borcholt. 33

de feud. cap. 5. num. 41. Dn. Bocer. *de inveſtit. feud. cap. 3. num. 112.* Hunnius *tract. feud. cap. 7. fol. 100.*

34 An autem privata familia conſuetudine jus primogenituræ inducere poſſit, vide Tiraquel. *de primogen. quæſt. 16. per tot.* Molin. *de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 18. num. 9.* ubi Reipubl. non eſſe conveniens, ut à plebeis & ignobilibus primogenia inſtituantur, colligit ex ſententia Bernhardi, qui hac de re à Comite quodam de Panormo interrogatus reſpondit; inter Nobiles meliorem eſſe filiorum, quam bonorum diſperſionem; ruſticos verò facturos, ut libuerit; inter mercatores autem melius eſſe, ut æqualiter bona diſtribuant, prout refert Abbas *in c. licet. num. 10. X. de vato*, atque ita Regiis conſiliariis adhiberi ſolere ſummariam cognitionem Nobilitatis, qualitatis & divitiarum ejus perſonæ, quæ majoratum inſtituere vult, ne ignobiles, infimæque conditionis viri ad hujusmodi primogenia inſtituenda admittantur, ſcribit Molin. *d. l. num. 8.*

35 Non tantum autem ſeculares, ſed etiam perſonæ Eccleſiaſticæ, hæc fideicommiſſa inſtituere poſſunt, veluti VI. Papa ſive Pontifex Rom. de bonis ſuis patrimonialibus & propriis *argum. d. l. mandata 21 C. mandat.* de Pontificatu autem, aliisque ad Pontificiam dignitatem pertinentibus, ſive ut loquuntur, de patrimonio B. Petri, teſtari, vel alias diſponere nequit, Dauth. *de teſtam. num. 254.*

36 VII. Cardinales, Archiepiſcopi & Epiſcopi, de bonis ſuis patrimonialibus & propriis, ut ſunt hæreditates, legata, donationes & ſimilia, quæ ipſis aliunde, quam intuitu officii vel Eccleſiæ obveniunt, ſiquidem de his hæredem, quem volunt, inſtituere, deque iisdem liberè diſponere, & ſic etiam fideicommiſſa hujusmodi conſtituere poſſe, nec teneri ea Eccleſiæ relinquere, patet *ex c. Epiſcopi 19. & cap. 20. & 21. cauſ. 12. quæſt. 1. c. 1. c. fixum. 4. cauſ. 12. quæſt. 5.* Clar. *§. teſtamentum. quæſt. 34. num. 1.* Dauth. *de teſtam num. 177.* Maul. *de ultim. volunt. lib. 1. tit. 2. num. 18.* Idemque obtinet in iis bonis, quæ ex induſtriâ perſonali & lobore perſonæ ſuæ reſpectu obtinent, *c. quicunque. cauſ. 12. quæſt. 3. c. relatum. 2. & ibi* Covarr. *num. 11. X. de teſtam.* Graſſus *§. teſtamentum. quæſt. 34. num. 2.* Dauth. *de teſtam. num. 174.*

37 VIII. Idem eſt, quod alios Clericos inferiores; qui de bonis propriis, hæreditariis & aliis, quæ Eccleſiæ intuitu non ſunt adepti, liberrimè diſponere, & hæredem quem & quomodo volunt inſtituere poſſunt, nec eadem Eccleſiæ relinquere tenentur, *c. quia nos 9. c. relatum. 12. X. de teſtament. d. c. Epiſcopi 19. 20. & 21. Cauſ. 12. quæſt. 1. c. 1. Cauſ. 12. quæſt. 5. l. ſacroſanctæ. 34. auth. licentiam & auth. presbyteros. C. de SS. Eccleſ. Novell. 123. c. 19. Novell. 131. c. 13.* Clar.

§. teſta-

§. *testamentum. quæst. 27. num. 2. & 3.* Grassus § *testamentum. quæst. 34. n. 1.* Dauth. *de testament. num. 7.* Maul. *d. tit. 2. num. 10.* Et Canonicos de bonis suis patrimonialibus liberam testandi facultatem habere, juris est expediti, ut docent Zas. *consil. 9. num. 34. vol. 2.* Grassus. §. *testamentum. quæst. 34. num. 1.* Dauth. *de testament. tit. qui testament. fac. num. 171. & seq.* Modest. Pistor. *consil. 25. num. 7. seq. vol. 1.* Reusner. *decis. 20. num. 10. lib. 1.* Pruckman. *consil. 5. num. 9. volum. 2.* idemque esse proventibus & reditibus, quos ex Canonicatibus & proventibus suis percipiunt, si consuetudo loci id permittat, tradit Pruckman. *d. consil. 5. num. 4.*

Secus verò est de bonis ratione & intuitu Ecclesiæ adquisitis, de quibus Clerici nec testari, & ita nec hæc fideicommissa instituere possunt, *c. 1. c. cum in officiis. 7. c. quia nos. 9. c. relatum. 12. X de testament. d. Novel. 131. cap. 13.* 38

Quod tamen in Hispaniâ aliter obtinere, ac ibidem generali consuetudine Clericos etiam bona Ecclesiæ intuitu adquisita donare, testamento relinquere, & in iisdem primogenium instituere posse, in foro contentioso, testatur & probat Molin. *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 10. num. 53. seq.* Quod etiam de Germaniæ Clericis, qui reformatam Religionem profitentur, seu qui sunt de numero protestantium, ipsisque fas esse, de quibuscunque suis bonis testamentum concedere, etiamsi nullâ peculiari loci consuetudine hoc obtineant, tradit Pruckman. *d. consil. 5. num. 5.* Vultei. 4. *Marpurg. consi. 35. num. 88.* 39

Idem est, quoad milites sacros in bonis suis patrimonialibus, nam hi etiam primogenia instituere valent. Molina. *de primogen. Hispan. lib. 2. cap. 9. num. 69.* 40

Et quamvis etiam Monachi monasterium ingressi ante professionem, de bonis suis liberè testari & disponere possint, *c. beneficium. 4. de regular. in 6.* Novel. *5. c. 5.* Clar. §. *testamentum. quæst. 28.* Grass. §. *testamentum. quæst. 34. num. 6.* Covarr. *de testament. cap. 12. num. 1. & 7.* Molina. *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 9. num. 39.* nec hoc testamentum vel contractus per professionem subsecutam annulletur, sed validum permaneat, Covarruv. *d. l. num. 10.* Grass. *d. num. 6.* confer Molin. *d. l. num. 40. seq.* postquam verò professionem fecerunt, de rebus suis amplius disponere prohibentur *authent. ingressi. C. de SS. Eccles.* Rittershus. *in exposit.* Novel. *part. 1. cap. 6. num. 53.* confer *infra cap. 8. num. 62. seq.* 41

IX. Nec refert, an quis sit paterfamilias vel filiusfamilias, modo liberam bonorum suorum dispositionem & administrationem habeat: atque indè etiam filiusfamilias de bonis adventitiis, quæ pleno jure ad ipsum spectant, & in 42

& in quibus pater uſumfructum non habet inter vivos, quo vult modo, atque ita etiam fide. commiſſum hujusmodi conſtituendo, diſponere poſſe, negari non poteſt, propter *Novell. 117. cap. 1. §. 7.* cum filiusfamilias de rebus ſuis contractum celebrare & quamvis conventionem facere poſſit, *l. filiusfamilias. 39. ff. de obl. & act. l. tàm ex contractibus. 57. ff. de judic. l. ſi quis. 44. ff. de pecul. l. cum filiusfamil. 49. in princ. l. fin. §. 2. ff. de V. O. l. ſi dubitet. 10. §. 1. verſ. filiusfamil. ff. de fidejuſſor. §. item inutilis. 6. I. de inutil. ſtipulation.* Gœddæ. *de contrah. ſtipul. cap. 7. num. 7. & 58.* Hering. *de fidejuſſorib. cap. 7. num. 327. ſeq.* Sic enim filiusfamilias hæc bona, quæ pleno jure adipſum ſpectant, donare poteſt, *l. filiusfam. 7. §. fin. ff. de donat.*

43 Sed an filiusfamilias per teſtamentum ſive ultimam voluntatem, diſponere & hujusmodi fideicommiſſa relinquere poſſit, in bonis adventitiis, quorum uſusfructus ad patrem non ſpectat, controverſiâ non caret, ſiquidem filiusfamil. de jure teſtamenti factionem non habet. *l. qui in poteſtate. l. filiusfam. ff. de teſtam. l. ſenium. C. qui teſtam. fac. princ. I. quib. non eſt permiſſ. teſtam.* Idque etiam in bonis hujusmodi adventitiis pleno jure ad ipſum filiumfamilias pertinentibus procedere communis Dd. eſt concluſio, Jaſon. *in l. penul. & ibi* Alex. *C. qui teſtam.* Clar. *lib. 3. ſent. §. teſtamentum. quæſt. 18. num. 2.* Viglius. *ad princ. I. quib. non eſt permiſſ. teſtament. num. 16. & ibi* Vultei. *num. 11.* Heig. *num. 9.* Mynſing. *num. 6.* Weſembec. *num. 3.* Harprecht *num. 29. & Dd. comm.* Fachin. *5. controv. cap 25. §. & licet.* Bocer. *de bell. lib. 1. cap. 20. num. 10. & tract. de inveſtit. feud. cap. 3. num. 45.* Contrarium tamen non ſine ratione defendunt *per l. fin. §. 5. verſ. filiis autem. C. de bon. quæ lib.* Cravet. *conſil. 553. & 555. num. 2.* Decius *in l. penult. C. qui teſtam. fac.* Vaud. *lib. 1. quæſt. 1.* Wurmbſer. *1. pract. obſerv. tit. 39. obſ. 16.* Treutler. *2. diſputat. 10. theſ. 2. lit. C. & diſputat. ſeq. theſ. 2. lit. a. & ibi.* Hunnius *in reſolut. & idem Var. reſolut. lib. 2. tract. 5. quæſt. 10.* Colleg. Argentorat. *lib. 28. tit. 1.*
44 *concluſ. 9. num. 3.* Inhumanum enim foret, morientibus non permitti, quod vivis eſt permiſſum, *tit. 1. de lege Fuſia. Canin. tollend.* nihilque eſt, quod magis hominibus debeatur, quàm ut ſupremæ voluntatis, poſtquam jam aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitum, quod iterum non redit, arbitrium, ut ait Imperator Conſtantinus *in l. 1. C. de SS. Eccleſ.* indeque argumentum à contractibus ad ultimam voluntatem, validum eſt jure, *l. fin. & ibi* Salicet. *C. de legat. d. tit. 1. de leg. Fuſ. Canin. tollend.* Everhard. *in loc. leg. à contract.*
45 *ad ult. voluntat. 36. num. 1. per tot.* Atque inde etiam in Hiſpaniâ filiumfamilias ex lege Regiâ teſtandi facultatem habere, & jus primogenituræ inſtituere poſſe, Molina *de Hiſpan. primogenit. lib. 2. cap. 9. num. 12. ſeqq.*

X. Fœ-

X. Fœminæ; quamvis enim in fœminas non cadere considerationem 46
conservationis agnationis & familiæ, tradant Cravet. *cons. 250. num. 4.* Socin.
iun. *cons. 2. num. 32. lib. 3.* Menoch. *4 præsum. pt. 85. num. 7. in fin.* Castrens. *cons. 95. in
fin. lib. 2.* Dec. *cons. 570. num. 11.* eo quod ad agnationem respectum habuisse non
præsumantur, cum filii ipsarum non sint de suâ agnatione & familiâ, *l. fami-
liæ 196. §. fœminarum 1. & ibi* Goeddæ. *num. 3. ff. de V. S.* Alciat. *consil. 8. num. 37. in
fin. lib. 9.* atque inde si testatrix substituit eos, qui sunt de domo & familiâ ejus,
intelligi eam fortè substituisse descendentes justè ex successione cognatorum,
quoniam fœminæ familiam propriè non habent, scribit Socin. sen. *cons. 43. n.
11. vol. 3.* Paris. *cons 88. num. 26. vol. 2.* Verius tamen est, conjecturam perspicuam
non esse, quod fœmina, quæ testamentum fecit, non possit etiam videri ad
agnationem respexisse, Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 10. num. 7.* & non pa- 47
tres solum, sed & matres, filios magis, quam filias diligere, testatur Cort. *in
repetit. l. omnes populi num. 156. vers. 4. ff. de just. & jur.* Paul. *consil. 51. vol. 2.* Philip.
Matth. *3. Marpurg. cons. 24. num. 45.* ac fœminas quoque familiæ suæ, unde ipsæ 48
sunt oriundæ, conservandæ considerationem habere, eoque fine fideicom-
missa constituere & posse & solere, experientia quotidiana satis edocet; sic
enim non ita pridem die 27. Septemb. Anno 1582. Nobilem fœminam H. de
R. familiæ suæ de R. unde ipsa erat oriunda, ad ejus conservationem, pin-
gue quoddam fideicommissum reliquisse memini. Imò, quod fœmina testa-
trix possit & soleat habere rationem agnationis suæ, vel etiam mariti, & fi-
liorum ab eo susceptorum, scribunt Ruin. *consil. 14. n. 5. lib. 2.* Rol. à Valle *cons.
32. num. 33.* Decian. *consil. 127. num. 25. lib. 3.* Mantic. *de tit. 10. num. 6. seq.* Vinc. Fu-
sar. *de fideicom. substit. quæst. 499 num. 30.* idemque in muliere testatrice, & in
conditione, si decesserit sine liberis, quæ adhuc latiorem habet significatio-
nem, quam appellatio filiorum consuluit Socin. jun. *consil. 56. vol. 4.* Rol. à Val-
le *consil. 72. lib. 3.* prout refert Mantic. *d. lib. 6. tit. 10. num. 7.* Vinc. Fusar. *de fidei-
com. subst. quæst. 402. num. 36.* Cum enim fœminæ possint testamenta facere, *l. à* 49
quo 5. ff. qui test. fac. contrahere, *l. quamvis 8. § 1. l. si mulier. 11. l. bona fide 27. ff. ad
Sct. Vellej.* donare, *l. vice 20. C. de donat. l. velles 6. C. de revoc. don.* feudum restitue-
re *2. feud. 3. § fœminam* Schrad. *de feud. part. 4. cap. 1. num. 59.* Sonsbec. *de feud. part.
6. num. 17.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 3. num. 9.* & alio modo de rebus suis liberè di-
sponere, *arg. l. in re mandata 21. C. mandat.* cur non etiam hæc fideicommissa
constituere poterunt?

An autem uxor hoc possit absque consensu mariti, vide Molin. *d. lib. 2.* 50
cap. 9. num. 3. ubi distinguit inter constitutionem per ultimam voluntatem &
per contractum, ita ut per ultimam voluntatem id fœminæ liceat, non verò

51 per contractum, sed in hoc mariti consensus necessarius sit. Hinc quosque licet jure Würtembergico provinciali fœminæ absque curatorum consensu & authoritate licitè non contrahant, Fürstl. Würtemb. Landrecht/ *part. 2. tit. 29.* licitè tamen easdem absque curatorum consensu testamenta condere, & fideicommissa non tantum vulgaria, sed etiam familiæ conservandæ causâ per ultimam voluntatem constituere posse, tradit Dn. D. Joach. Wibel, *in comment. ad d. constit. VVürtemb. de contract. mulier. assert. 17. num. 29. fol. 30.*

52 E contra verò fideicommissa hæc instituere non possunt generaliter omnes illi, qui bonorum suorum liberam administrationem non habent. Cum enim fideicommissi datio sive constitutio sit quædam alienatio, quæ dominium in accipientem transfert, de quo *infra cap. 10. n. 1. & seq.* is autem qui liberam bonorum suorum administrationem non habet, alienare nequeat, consequens est, illum quoque hæc fideicommissa constituere non posse, sicuti etiam feudi investitura non ab alio rectè fit, nisi ab eo, qui legitimè suorum bonorum administrationem habet, & qui qualibet ratione aliquid de suis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poterit investituram facere, *2. Feud.*
53 *3. in princ. vers. novi.* atque ita, qui vel testari, vel contrahere prohibentur, fideicommissa hæc instituere nequeunt, sicuti de primogenii institutione docet Molin. *de Hispan. primog. lib. 2. cap. 9. num. 2.*

54 Hinc fideicommissa hæc familiarum instituere nequeunt 1. minor sive Pupillus; siquidem huic rerum suarum libera administratio non competit, *l. jusjurandum 17. §. 1. ff. de jurejur.* nec potest alienare, *l. pupillo 15. ff. de solut.* nec contractus celebrare, *l. contra 28. pr. ff. de pact. l. pupillus 5. §. 1 l. obligari 9. in princ. ff. de author. & consf. tut. princ. & §. 1. I cod. §. 3. I. quib. mod. toll. oblig. §. 2. I. quib. alien. §. 1 l. quib. mod. re contrah. l. 1. §. fin. ff. de commod. l. pupillus 189. ff. de R. I. l. obligari 43. l. pupillus 59. ff. de obl. & act. l. Iulianus 13. §. siquis 29. ff de act. empt.* nec feudum concedere, *2. Feud. 3. §. sed etiam 1.* Schrader. *de feud. part. 4. cap. 1. num. 6.* ne quidem tutore consentiente, Zas. *de feud. part. 5. num. 36. seq.* Sonsbec. *de feud. part. 6. num. 2.* Vultei. *lib. 1 de feud. cap. 3. num. 6.* Bocer. *de investit. feud. cap. 3. num. 53.* nec
55 majoratum sive primogenium instituere, Molin. *d. cap. 9. num. 6.* Adeò, ut minor sive pupillus ne quidem tutoris accedente consensu tale fideicommissum instituere possit, cum fideicommissi hujusmodi constitutio non tantum quædam sit donatio *arg. § legatum 1. juncto. §. sed non usque 3. I. de legat.* sed etiam alicujus rei immobilis alienatio, & dominii translatio, per tradita *infra cap. 10. n. 1. seq.* à pupillo autem donatio tutore authore facta non valet, *l. 1. §. 1. & §. 2. ff. de tutel. & rat. distr.* Nec sola tutoris authoritas ad alienandas & obligandas res pupilli immobiles, & quæ immobilibus connumerantur, sufficit, sed de-

cretum

cretum quoque magistratus desideratur, *tot. tit. ff. de reb. eor. qui sub tut. sine de-*
cret. non alien. & tot. tit. C. de præd. & al. reb. minor. sine decret. unde etiam minor
sive pupillus tutore authore nec feudum constituere potest, Bocer. *de investit.*
feud. cap. 3 num. 4.

Atque hæc maximè procedunt quoad fideicommissi constitutionem 56
per modum contractus sive conventionis; secus verò esse videtur, quoad ul-
timam voluntatem; nam per ultimam voluntatem minorem etiam absque
tutoris authoritate hujusmodi fid.icommissum instituere posse, inde dicen-
dum videtur, quod pupillus quatuordecim annis major, & fœmina duode-
cim annorum, etiam absque curatoris authoritate testamentum facere & per
modum ultimæ voluntatis de bonis suis liberè disponere possit, *l. Aurelio 20. §.*
Cajus 1 ff. de liberat. legat. l. si plures 3. §. quamvis 3. ff. de admin. tut. l. à qua ætate
5. l. si filiusfam. 19 ff. qui testam. fac. l. si frater 9. & ibi Jason. *C. eod. cum pater. 77.*
§. curatoris 14. ff. de legat. 2. l. 1 §. exigit. 8. ff. de bon. poss. sec. tab. Tiraquel. *in l. si*
unquam verb. donationem largitus. num. 204. C. de revoc. don. Molin. *de Hispan. pri-*
mog. lib. 2. cap. 9. num. 6. seq.

Multò minus autem II. infans, & impubes hujusmodi fideicommis- 57
sum instituere poterit; quia infantes & impuberes quatuordecim annis mi-
nores, non habent bonorum suorum liberam administrationem, nec testa-
menta facere possunt, *§. 1. I. quibus non est permiss. fac. testam. d. l. à qua ætate 5. l. si*
filiusfam. 19. ff. qui testam. fac. d. l. 4. C. eod. d. l. . §. exigit 8. ff. de bonor. poss. sec. tab. l. 1. §.
1. ff. de tutel. & rat. distr. etiamsi puberes facti decesserint, *d. l. si filiusfam. 19. ff. qui*
testam. fac. d. l. 1. §. exigit. 8. ff. de bon. poss. secund. tab. vel tutore authere testamenta
fecerint, *d. l. 1. §. 1 ff. de tut. & rat. distr.* Et cum bonorum suorum administra-
tionem non habeant liberam, ideoque nec per se, nec tutoris authoritate hu-
jusmodi fideicommissa instituere possunt per ea, quæ de minoribus & pupillis
diximus *supra num. 54. seq.*

Idem est III. quoad furiosos & mente captos; cum furiosi & mente ca- 58
pti non possint facere testamenta, *§ præterea 1. I. quib. non est permiss. fac. test. d. l.*
1. §. exigit. 8. ff. de bon. poss. secund. tab. l. in eo 2. l. si filiusfam. 16. §. 1. l. in adversa. 17. ff.
qui testam. fac. poss. l. 2. ff. de in ff. test. princ. I. eod. nec contrahere, vel aliud negocium
quod tam rectè gerere, *l. 1 §. furiosum 12. ff. de obligat. & act. §. furiosus 8. I. de inutil.*
stipul. l. in negociis 5. l. furiosi 40. l. ubi non voce 1 4. §. 1 ff. de R. l. l. sed ei 2 §. furiosus 3.
ff. de jur. codicill. ne quidem tutore authore, *d. l. in negociis, 5. ff. de R. I.* Hunnius
in tract. de pact. cap. 3 quæst. 1. vers at quid si Molina *de Hispan. primog lib. 2. cap. 9. n.*
31. nisi habeat dilucida intervalla; illis enim durantibus rectè testatur & con-
trahit, *l. 2. C. de contrah. empt. l. furiosum 9. C. qui testam. fac. poss. l. qui testamento 20.*

§. nec

§. nec furiosus 4. ff. eod. §. 1. I. quibus mod. testam. infirment. l. cum prætor. 12. §. non autem 2. ff. l. cum furiosus 39. in princ. ff. de judic. atque sic etiam hoc casu fideicommissa hæc rectè instituit, sicut & primogenia, teste Molina *d. cap. 9. n. 29.*

59 IV. Prodigus, cui bonis interdictum est, cum hic post bonorum interdictionem, nec contrahere, nec ultimum elogium condere possit, *§. item prodigus 2. I. quibus non est permiss. testam. fac. l. is cui 18. princ. ff. qui testam. fac. l. is cui 6. ff. de V. O.* & quia ipsi bonorum suorum administratio adempta est *d. §. 2. I. quibus non est permiss. testam. d. l. 6. ff. de V. O.* Quod tamen ante bonorum interdictionem testatus vel contraxit, firmum manet, *d. l. is cui 18. princ. ff. qui testam. d. § 2. I. quibus non est permiss. fac. testam.* Zas. *in d. l. 6. ff. de V. O.*

60 Verum an prodigus, tutore authore hæc fideicommissa constituere possit, indè dubium videtur, quod tutoris authoritate omnes contractus facere possit, sicuti tradunt *Dd. commun. in d. l. is cui 18. ff. de V. O.* Molina *d. cap. 9. n. 35.* Verum cum prodigus, quoad bonorum administrationem minori æquiparetur *l. si curatorem 3. C. de integr. restit.* & nec minorem tutoris authoritate fideicommissum hujusmodi instituere posse dictum sit *supra num. 55.* idem nec prodigo licere dicendum videtur. Idque etiam ideò, quod prodigi neque se, neque suos hæredes considerent, & ita familiæ suæ conservationem parvi pendant, sed omnia sua abligurientes litigaturiunt, atque putant cum M. Aurel. Anton. Heliogabalo, suum sibi quemque hæredem, alles verthan/ vnd darnach die Schuldglaubiger enterbet/ Nicol. Reusn. *in Symbol. Imp.* Adam Keller. *de offic. jurid. polit. lib. 1. cap. 16.* Parthen. Litig. *lib. 1. cap. 13. n. 14.* unde etiam prodigum feudum concedere non posse tradunt *per princ. vers. novi vero 2. feudor. 3.* Schrader. *de feud. part. 4. cap. 1. n. 60. seq.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 3. num. 4.*

61 V. Rerum alienarum administratores & procuratores, quamvis enim hi ratione administrationis domini loco sint, *l. si tutor. 27. ff. de administ. tut. l. qui fundum 7. § si tutor. 3. ff. pro empt.* cum tamen reverà non domini, sed vice domini sint, *l. is qui puteum 11. § si tutoris 6. ff. quod vi.* nimirum si administrant, non si spoliant, *d. l. qui fundum 7. §. si tutor 3. ff. pro empt.* ideò hæc fideicommissa constituere nequeunt, quia nec feuda de novo constituere valent, Sonsbec. *de feud. part. 6. n. 28.* Vultei. *d. cap. 3. n. 2.* procurator enim fines mandati excedere nequit, *l. 5. l. potest 41. l. si quis 46. ff. mandat. l. procuratorem 11. & l. seq. C. eod.* multo minus res suæ curæ commissas alienare potest *l. 1. §. 1. ff. de offic. proc. Cæs. l. procurator tutorum 63. ff. de procurat.* pugnant enim inter se administrare & alienare *l. filiusfam. 7. ff. de donat.*

62 VI. Ex quibus consequens est, nec usufructuarium in re fructuaria hujusmodi fideicommissa instituere posse, cum nec usumfructum in eâ recedere

dere, vel alteri cõstituere valeat, *l. si usus fructus 66. ff. de jur. dot.* §. *finitur 3. l. de usufruct. l. non utitur 38. l. quod si donavero 40. ff. eod. l. necessario 8. § fin. ff. de peric. & commod. rei vend.* Peregrin. *de fideicom. art. 40. n. 17.* Covar. *var. resol. 1. cap. 8. n. 7.* Harprecht *ad. § . n. 16. seq. l. de usufruct.*

VII. Maritus in rebus dotalibus: Quamvis enim maritus rerum dotalium dominus & administrator dicatur *princ. I. quibus alien. lic. vel non l. si ego 9. § si res l. quamvis 75. in pr. ff. de jur. dot. l. si prædium 23. C. eod.* cum tamen dominus perfectus non sit, cum ex casu & causa ipsi dominium hoc auferri possit, idq; ipso jure ad uxorem revertatur; veluti; marito ad inopiam vergente, *l. si constante 24. princ. ff. solut. matrim.* matrimonio per divortium soluto, *tot. tit. ff. solut. matrim. l. in rebus 30. C. de jur. dot.* uti & si rem dotalem maritus alienet. *l. 3. C. de rei vindic.* & is cui ex causa dominium auferri potest, perfectus minus non sit, *l. omnes actiones 139. § . ff. de R. I.* atque indè marito rerum dotalium alienatio ipso jure interdicta, etiam consentiente uxore, *l. unic. §. & cum lex Iulia C. de rei uxor. act. princ. I. quib. alien. lic. vel non l. non dubium 5. C. de legibus*, rectè indè concluditur, nec maritum in rebus dotalibus fideicommissa hujusmodi instituere posse: cum ejusdem constitutio sit alienatio & dominii tranlationem contineat, *infra cap. 10. num. 1. seq.* unde quoque maritum in rebus dotalibus feudum constituere non posse, concludunt Dd. *commun.* Bocer. *de investit feud. cap. 3. num. 16.* Imò nec alii in eâ re usum fructum constituere posse, tradit *per l. fin. C. de reb. alien. non alienand.* Harprecht. *ad §. usus fructus 1. num. 15. l. de usufruct.* 63

VIII. Maritus vel uxor ad secundas nuptias transiens in bonis à priore conjuge donatis, prælegatis, vel ex aliâ causâ lucrativa adquisitis, si liberi primi matrimonii adsint, siquidem hæc bona liberis prioris matrimonii æqualiter relinquuntur, nec iis parenti superstiti aliqua distributionis electio permittitur, *Novell. 22. cap. 25. auth. lucrum C. de secund. nupt.* & secundo nupto facultas tantum possidendi & fruendi, non etiam diminuendi & alienandi concessa est, *l. hâc edictali 6. § . 1. C. de secund. nupt. l. 2. C. de indict. viduit.* Ex quo etiam parentem in his bonis primogenium instituere non posse, tradit Molin. *de Hispan. primog. lib. 2. cap. 10. n. 59. seq.* 64

IX. Vasallus in re feudali, de quo vide *infra cap. 5. n. 104.* 65

CAPUT IV.

De Personis, quibus hæc fideicommissa constituuntur, vel non.

Summaria.

1. Omnibus, qui ex testamento vel contractu aliquid capere, & quibus donari potest, hæc fideicommissa relinqui possunt.
2. Imprimis familiis Nobilibus.
3. Nobilium nomen latè patet & comprehendit Principes, Comites & Barones.
4. Constitui possunt patritiis.
5. Patritiis olim Senatoria & alia præcipua officia sunt demandata.
6. Pattritii hodiie Nobilibus æquiparantur.
7. Romæ olim plures extiterunt patritii.
8. Inter quas illustrissima fuit gens & familia Iulia.
9. Vti & gens Fabia.
10. Et Claudia.
11. Filiisfam. fideicommissa hæc constitui possunt.
12. An horum usufructus ad patrem spectet?
13. Feudi filiofam. dati usumfructum pater non habet; contrarium num. 17.
14. Vsusfructus constitui non potest alius usufructus.
15. Vtendi fruendi jus est personale.
16. Pater in bonis adventitiis filii usum fructum habet.
18. Fructuum commoditates & perceptiones aliis concedi possunt.
19. Fideicommissi possessor non est nudus usufructuarius, sed etiam dominus.
20. Fideicommissi usus fructus ad patrem non pertinet, si instituens ita velit.
21. Fideicommissa hæc etiam alienæ familiæ per insignium delationem constitui possunt.

22. In

22. *In dubio intelligitur familia testatoris.*
23. *Privatæ & plebeæ familiæ statuta condere non possunt.*
24. *De rebus suis liberè disponere possunt.*
25. *Fœminis, monachis, infamibus, &c. hæc fideicommissa non constituuntur.*



Isis personis fideicommissa familiarum Nobilium instituentibus; videndum nunc de illis, qui eorum sunt capaces & quibus ea constitui possunt: ubi pro regula tenendum, quod omnibus, qui ex testamento, vel contractu capere possunt, & quibus donari potest, fideicommissa hæc constitui possint, modò aliud non obstet: cum enim testamento, contractu & donatione hæc constituantur, consequens est, ut qui ex illis causis adquirere possunt, hæc quoque rectè adquirant, iisque constitui possint; & qui ex illis causis non adquirunt, illi quoque horum bonorum non sint capaces, qui quales sint, ex materiâ testamentorum, contractuum & donationis satis constat, neque odiosè hic repeto. 1

Imprimis autem relinqui solent I. familiis Nobilibus, utpote quorum familias præ aliis conservari Reipupl. interest, ut dicetur *infra cap. 7. n. 4. seq.* 2

Nobilium autem vocabulum hic latè patet & non tantum Nobiles in speciei ita dictos, sed etiam Duces, Principes, Comites & Barones complectitur, ut dictum est supra *cap. 1. num. 4. seq.* atque ita his æquè, ac Nobilibus in specie ita dictis hæc fideicommissa constitui posse, non videtur habere dubium, cum & horum familias servari æque, imo magis Reipubl. intersit. Unde etiam familiarum illustrium majoratus, primogenituræ & alia pacta successoria introducta sunt, & valida judicantur, confer *infra cap. 7. num. 59. & seq.* Cum enim Principes Germaniæ totusque ordo Equestris Imperio & Imperatori militare, & sumptus bellicos, Imperii necessitate id exigente suppeditare teneantur, ut tradit Gail. *2. obs. 127. num. 9.* eorumque splendor & dignitas magnatum auctoritatem, tum benevolentiam Imperatori conciliet, *Claud. Sesell. de reb. Galliæ lib. 2. fol. 287.* Reipubl. interest eorum familias locupletes earumque facultates integras & illibatas conservari, Betsius *de pact. famil. illust. cap. 4. fol. 6.* de quo plura vide *infra cap. 7. per tot.* 3

II. Patriciis: cum enim, jure civili Justinianæo Nobiliores civitatum, ut sunt Patricii, in dignitate & æstimatione habeantur, & prærogativis gaudeant, *l. 3 C. de natur. lib. Novell. 15. cap. 1. auth. præsides C. de Episc. aud.* Becht. *de securit. conclus. 225.* ideoque quo magis operam suam Reipubl- 4

navare valeant, magisque sint perspicui, illis talia fideicommissa constitui posse, non dubito. Ita enim olim Romulum constituisse, ut patritii magistratus generent, jus redderent, secum Rempubl. administrarent, res urbanas obirent, tradit Dionys. *lib. 2.* ipsisque ante omnia à Romulo Senatoria demandata sunt officia, solisque patritiis ingressus ad intima Reipubl penetralia patuit; indeque lecti sunt Consules, Prætores, Censores, Dictatores, Ædiles, Curules ac Quæstores, sicuti colligitur ex Liv. *lib. 4. 7. 8. & 10.* Et hoc quoque constitutum esse à Romulo, ut Patriciorum unus, quem ipse præcipuum declararat, regias vices in urbe sustineret, quoties Romulus extra urbem in expeditione versaretur, ex Dionys. *d. l.* refert Johan. Draco *in tract. de orig. & ur patric. lib. 1. cap. 15 num. 1. & seqq.* ubi *num. 5.* addit, quod & interregis officium solis patriciis fuerit concessum, tantamque primâ tempestate sanguinis patricii authoritatem fuisse, ut post refugium, mutata Reipubl. facie, majestas Regni, quæ antea penes Reges fuerat, à Patriciis exciperetur, & à Consulibus, qui non nisi Patricii erant, teste Dionys. Halicarn. *lib. 5.* Valent. Forster. *lib. 1. histor. Rom. cap. 13 num. 4.* usurparetur, *ex Liv. lib. 2.* refert idem Draco *ibid. num. 7.* Ex patriciis quoque decimviros creatos scribit Livius *lib. 3.* eosdemque comitia convocasse curiata, idem docet Livius *lib. 6.* & curiatorum & centuriatorum auctores necesse fuisse ex patriciis, refert Alex. Sard. *de moribus & ritibus gent. lib. 2. cap. 4.* Legationum quoque functiones patriciis viris commendari solitas fuisse, exemplum recitat Dionys. *lib. 2.* quod munus omnium sacratissimum & honoratissimum fuisse, potestatemque & vim habens imperantis, inviolabilitatemque & venerationem sacerdotis testatur idem Dionys. *lib. 11.* & quicquid omninò officii vel ad Reipubl. gubernationem, vel judiciorum ordinem pertinere videbatur, à patriciis gestum fuisse, vero consentaneum ex eo apparet, quod Romulus plebeios ab istis negotiis planè fecerit immunes, utpote, qui talium imperiti essent, nec vacaret eis, propter inopiam, jusseritque agros colere, pecora alere, & quæstuosa officia exercere, Dionys. Halicarn, *d. lib. 2.* Alex ab Alexand. *genial. dier lib. 5.*
6 *cap. 18. in princ.* Hodie quoque patricios in dignitate constitutos & Nobilibus æquiparari, ac Nobiles esse, *dixi in tract. de ord. Equest. jur. & privil. lib. 1. cap. 2.*

7 Olim Romæ plures extitisse patricios, non est ignotum, & circiter quadraginta patricias gentes, quæ ibidem floruerunt, recenset Bodin. *de Republ. lib. 3. cap. 8. veluti* Sylvia, Pompilia, Potitia, Marcia, Hostilia, Tullia, Tarquinia, Fabia, Antonia, Junia, Sergia, Julia, Gegania, Nautia, Æmilia, Clælia, Valeria, Horatia, Postumia, Menenia, Virginia, Sulpitia, Furia, Lucretia,

Quinctia, Papiria, Claudia, Servilia, Cornelia, Manilia, Cassia, Æbutia, Pinaria, Voturia, Sempronia, Mucia, Aquilia, Quintilia, Hortensia, &c. Inter 8
quas maxima & illustrissima fuit gens Julia, quippe quæ tulit viros Ducum præstantissimos, & quidem primum Romanæ Monarchiæ restauratorem, Cajum Julium Cæsarem, & hunc insequentes, Octavianum, Tiberium, Caligulam, Claudium & Neronem Imperatorem. Ab hâc parum differt gens Fabia, Consulatibus, sacerdotiis & triumphis celeberrima, Valer. Maxim. *lib. 8. cap. 4.* De hâc Fabiâ gente, sex & trecenti, inquit Livius *lib. 2.* milites, 9
omnes patricii, omnes unius gentis, quorum neminem Ducem sperneret, egregius quibuslibet temporibus Senatus, ibant unius familiæ viribus, Vejenti populo pestem minitantes. Unde Ovid. *2. Fastor.*

Hæc fuit illa dies, in qua Vejentibus arvis
Ter centum Fabii, ter cecidêre duo.
Vna domus vires, & onus susceperat urbis,
Sumunt gentiles arma professa manus.
Egreditur castris miles generosus ab iisdem,
E quâ Dux fieri quilibet aptus erat.

Quorum gentilis fuit Fabius ille Maximus, de quo Ennius apud Cicer. *lib. 1. offic.*

Vnus homo nobis cunctando restituit rem.

Et Ovid. *lib. 2. Fastor.*

Vnus de Fabia gente relictus erat.
Scilicet ut posses olim tu Maxime nasci,
Cui res cunctando restituenda foret.

Item:

Vna dies Fabios ad bellum miserat omnes,
Ad bellum missos abstulit una dies.

Præclara quoque fuit gens Claudia quæ duo de triginta Consulatus, Di- 10
ctaturas quinque, Censuras septem, triumphos septem, ovationes duas adepta fuit. Sueton. *in Tiber. Neron. in princ.*

Nec III. refert, an quis sit pater vel filiusfamilias, cui relinquitur; cum 11
filiifamilias feudorum quoque sint capaces, & feuda ipsis concedi possint, Sonsbec. *de feud. part. 7. num. 6.* Borcholt. *de feud. cap. 5. num. 46.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 4. num. 8.*

Sed de eo non levis est controversia; an in fideicommisso filiofamilias 12
constituto pater usumfructum habeat? Et pro negativa facere videtur,

13 1. quod in ſimili, feudi filiofamilias conceſſi uſumfructum pater non habeat, ſicuti docent *per c. 1. in fin. 2. feud. 23. & tit. 50. & 84.* Iſern. *in c. 1. num. 13. & ibid.* Afflict. *de his qui feud. dar. poſſ.* Bald. *in c. 1. §. ſi duo & ibid.* Laudenſ. *de duob. fratr.* Boer. *deciſ. 199. num. 5.* Rol. à Vall. *conſil. 71. num. 65. & 66. vol. 2.* Mynſing. *reſponſ. 92. num. 24.* Weſembec. *de feud. cap. 5. num. 4.* Borcholt. *de feud. cap. 5. num. 48.* Zaſ. *de feud. part. 5. num. 48.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 4. num. 8.* Roſenthal. *de feud. cap. 7. concluſ. 14. num. 12. & 15.*

14 Cui accedere videtur, 2. quod fideicommiſſarius, ſive fideicommiſſi poſſeſſor, in re fideicommiſſariâ nihil aliud, quam jus utendi fruendi, ſeu uſumfructum aliquem obtinere videatur, jure autem cautum, quod uſusfructus non poſſit conſtitui alius uſusfructus, *l. 1. ff. de uſu & uſufruct. legat.* cum uſusfructus ſit ſpecies ſervitutis, *l. 1. ff. de ſervitut.* ſervitus autem ſervitutis eſſe nequeat. *d. l. 1. ff. de uſu & uſufr. leg.*

15 Ad hæc 3. jus utendi fruendi perſonale eſt, atque inde in alium transferri nequit, *l. 3. in fin. I. quib. mod. uſusfr. amit. l. ſi uſusfructus. C. de jur. dot. § finitur. 3. verſ. item finitur. I. de uſufruct.* Bald. *in l. res quarum. C. de jure dot.* Harprecht. *ad §. uſusfructus. 1. num. 15. & ſeq. I. de uſufr. & ibi allegat.*

16 Verum contrarium mihi verius videtur, ſiquidem vulgata juris eſt regula, quod pater in bonis adventitiis filiifamil. uſumfructum habeat, *l. cum oportet 6. & tot. tit. C. de bon. quæ liber. l. fin. C. de uſufruct. §. 1. verſ. quod autem. I. per quas perſon. cuique acquir.* à quâ regulâ cum fideicommiſſa hæc nullibi excipiantur, ipſi omninò ſtandum erit; cum regulam pro ſe habens, intentionem fundatam habere dicatur, & ideò is, qui caſum exceptum à regulâ dicit, id probare debeat. Dec. *in l. 1. num. 8. ff. de R. I.* Jaſon. *in l. cætera num. 3. & 4. ff. de legat. 1.* Tuſch. *lit. R. concluſ. 94. num. 1. & ſeq. per tot.* Atque ita etiam patrem in bonis Majoratus filiofam. conſtitutis uſumfructum habere, probat Molina. *de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 19. num. 18. & ſeq.*

17 Cui non obſtant rationes in contrarium adductæ, nam 1. quod attinet, controverſia adhuc eſt, an pater in feudo filiofam. conſtituto uſumfructum habeat; licet enim hoc allegati Doctores negent, alii tamen affirmativam amplectuntur, & patri in feudo filiifam. uſumfructum deberi aſſerunt, Bald. *in l. cum oportet. C. de bon. quæ lib.* Curt. jun. *de feud. part. 3. membr. 2. num. 46.* Sonsbec *de feud. part. 7. num. 8.* Schrad *de feud. cap. 6. num. 6.* Fach. *7. controv. cap. 77.* Deinde, etiamſi ita obtineret in feudo, quod uſusfructus patri non adquiratur, inde tamen ad fideicommiſſa hæc argumentum validum non duceretur; cùm hæc feudi naturam in omnibus non obtineant, ſed bona ſint allodialia,

in quibus non jure feudi, sed secundum juris civilis constitutiones & regulas succeditur, & cum dominus feudi filium sibi elegerit fidelem, ab eoque sibi servitia præstari velit, tacitâ quoque pactione inter ipsos actum videtur, ut feudi commoda non patri, sed filiofam. adquirantur, quo ipse feudi servitia eo melius præstare possit, cujusmodi tacitam conventionem, ne ususfructus ad patrem pertineat, valere ex subsequentibus patet.

Ad 2. & 3 respondetur, distinguendo inter usumfructum, seu ipsum jus 18
utendi fruendi, quod personale est, & inter commoditates, sive facultatem percipiendorum fructuum ex re fructuariâ; illud quidem alteri cedi nequit, secus verò est quoad commoditates & fructuum perceptiones, quæ aliis cedi & concedi possunt, *l. arboribus. 12. §. 2. l. non utitur. 39. l. cui ususfructus. 67. ff. de usufruct. l. si is qui 11. §. 2 ff. de pignorib. l. si ususfructus. 66. in fin. ff. de jur. dot. §. minus. 1. I. de usu & habitat. l. necessario 8. §. fin. ff. de peric. & com. rei vend.* Harprecht. *d. §. 1. num. 21. I. de usufruct.* Bocer. *de success. feud. cap. 4. quæst. 5. vers. ad hæc licet.*
Deinde possessor fideicommissi non est nudus usufructuarius, sed etiam rei 19
fideicommissariæ dominus, & licet hoc dominium tantum sit temporale, ac ipsius morte extinguatur, nihilominus tamen verum dominium est, per tradita *infra cap. 10. num. 1. & seq.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 19. num. 18 seqq.* ubi *num. 23. addit*, emphyteutam usumfructum constituere posse, etiamsi ususfructus iste ipsius morte extinguatur, per Gloss. *in l. 3. de servit.* Jason. *in l. fin. num. 18. C. de jur. emphyt.*

Hæc tamen non procedunt, si fideicommissum hujusmodi constituens 20
expresse disponat, quod ejusdem ususfructus & commoditates fructuum ad patrem spectare non debeant, nam tunc usumfructum ad patrem non pertinere, constat ex *auth. excipitur. C. de bon. quæ lib. Novell. 117. cap. 1. princ.* Idemque esse quando ex conjecturatâ mente disponentis id apparet & colligitur, tradunt, Paul. Castrens. *in l. cum filiofam. & ibi* Cuman. Aretin. Socin. & alii, *ff. de legat. 1.* Boer. *decis. 193. per tot.* Molin. *d. cap. 19. num. 31.* ubi *num. 33* manet, quod is, qui ususfructus perceptionem patri prohibere vult, adjicere debeat, quod pater nec usumfructum, nec ejus commoditates percipere debeat, alias enim nullius effectus esse prohibitionem, per notata Angel. *in §. igitur col. 3. I. per quas person. nob. adquir.* Jason. *in l. cum filiofamil. num. 157. ff. de legat. 1.*

IV. Constitui possunt hæc fideicommissa non tantum propriæ, sed 21
alienæ quoque familiæ. Ita enim quandoque usu venire videmus, quod si quædam illustris & Nobilis persona suam familiam jam interire videat, alii

bona

bona sua, vel partem quandam eorum præcipuam, ea conditione deferat, ut
nomen ejus & insignia perpetuò gerat, sicuti passim apud Gallos & alios in-
stitutiones & substitutiones extraneorum eâ lege fieri, ut testatorum cogno-
mine dicantur, gentilitiaque eorum insignia deferant, testatur Cravetta *consil.*
829. num. 2. in fin. Tessaur. *decis. 270. num. 1.* & hoc fideicommissum, ut Reipubl.
utile, ac ad agnationis, seu familiæ conservationem factum, admodum favo-
rabile esse, & latè, ut omnes, quibus ejus ratio convenire potest, comprehen-
dat, accipiendum, & amplè interpretandum, ut valeat potius, quàm pereat,
per l. cohæredi. §. cum familiæ ff. de vulgar. & pupill. subst. tradit. Joh. Cephal. *consil.*
196. n. 22. & 28. lib. 2. Tessaur. *d. decis. 270. n. 3. in fin.* De fideicommisso vide latè
Theod. Höping. *de jur. insignium. c. 8. n. 297. & multis seqq.* & confer *infra cap. 6.*
22 *num. 126. seq.* In dubio autem, si familiæ aliquid relictum fuerit, id non de
alienâ, vel hæredis, sed testatoris familiâ propria intelligendum est, *infra cap.*
6. num. 143. seq.

23 V. De familiis privatorum; sive plebeiorum, non immeritò dubitatur,
an his fideicommissa familiæ constitui possint; cum eorum familias conser-
vari non adeò Reipub. intersit, quam Nobilium & illustrium personarum,
nec privati ad Reipubl. officia ac dignitates ita idonei, sicut Nobiles, inde-
que & Romulum plebeios ad Reipub. gubernationem non admisisse, sed
agros colere, pecora alere, & alia quæstuosa officia gerere jussisse, *supra num 5.*
relatum est. Atque inde etiam privatam aliquam familam non posse leges
vel statuta condere, circa successiones, communiter Doctores tradunt, *per l. hæ-*
reditas. 5. C. de pact. convent. l. licet. 19. C. de pact. C. quamvis de pact. in 6. & ibi Dd.
com. cum facultas succedendi sit juris publici, *l. 3. ff. de testament.* quod privato-
rum pactis tolli nequit, *l. jus publicum. ff. de pact. l. cum donationis. 34. C. de trans-*
44 *act. l. nemo potest, ff. de legat. 1.* Quod tamen privati circa administrationem &
alienationem bonorum suorum & rerum familiarium liberè disponere &
hæc fideicommissa constituere possint, colligitur ex dictis *supra cap. 3. num. 32.*
& seq. & generalis Dd. est conclusio, quod fratres inter se pacisci possint, ut
bona ipsorum immobilia ab avo accepta, & quæ ipsi adquirunt, nec testa-
mento, nec ullâ alia ratione extra familiam & descendentes alienentur, ut di-
25 cetur *infra cap. 6. num. 32.* Non verò constitui solent fideicommissa familiarum
Nobilium conservandarum fœminis, monachis, infamibus, spuriis, natura-
libus, & aliis personis, quæ eorundem non sunt capaces, in iisque
succedere nequeunt, de quibus vide *infra cap. 8.*
num. 127. seqq.

CAP. V.

CAPUT V.

De Materiâ, seu rebus & bonis, in quibus hæc familarum fideicommissa constituuntur, vel non.

Summaria.

1. Fideicommissa familiarum constituuntur in bonis immobilibus, & quæ his adnumerantur.
2. Bona mobilia perpetuum quid non constituunt.
3. Immobilia quænam dicantur?
4. Immobilibus quænam cohærere dicantur?
5. Bona universa donari possunt.
6. Fideicommissa maximè constituuntur in bonis avitis.
7. Constitui possunt in hæreditate.
8. Hæreditatis nomine veniunt res universæ & jura.
9. Hæreditas quid sit?
10. Per consequentiam constituuntur etiam fideicommissa in bonis mobilibus.
11. Accessorium sequitur naturam sui principalis.
12. Res mobiles per consequentiam in feudum dari possunt.
13. In locum animalium demortuorum fideicomissarius alia substituere tenetur.
14. Fideicommissa hæc constitui possunt & solent in Ducatu, Marchionatu, Comitatu, Baronatu, &c.
15. Vti & in territorio & superioritate territoriali.
16. Iura immobilibus accensentur.
17. Regalia immobilibus accensentur, & in feudum dari possunt.
18. Iurisdictio immobilibus adnumeratur.
19. Sicuti & vectigalia, Pedagia & Gabellæ.
20. Vti & jus retractus.
21. Pœnæ & mulctæ nondum exactæ inter immobili connumerantur.

22. Idem quoad confiscationem bonorum.
23. Et decimas.
24. Decimæ laicis in feudum concedi possunt.
25. Pensiones de Camerâ & Cavenâ pro immobilibus habentur.
26. Reditus annui etiam inter immobilia recensentur, si ex immobilibus debeantur & perpetui sint.
27. Secus si ad modicum tempus constituti.
28. Reditus sub pacto de retrovendendo debiti pro immobilibus habentur.
29. In dubio dispositio potius perpetua, quàm temporalis præsumitur.
30. Annuos reditus, si personales præstationes contineant, alii inter mobilia, alii verò inter immobilia recensent.
31. Si annui reditus debentur ex re modico tempore duraturâ, pro mobilibus reputantur.
32. Idem est, si ex turpi quæstu percipiantur.
33. Actiones & nomina, si ad res mobiles competunt, pro mobilibus, si verò ad immobiles, inter immobilia recensentur.
34. Omnium bonorum donatione & obligatione etiam actiones & jura veniunt.
35. Servitutes inter immobilia connumerantur.
36. Ius pascendi pecoris in alieno reale est.
37. Servitia rusticorum inter immobilia referuntur.
38. Vsusfructus rei immobilis inter immobilia computatur.
39. Sicuti & jus venandi.
40. Necnon piscandi.
41. Pisces in stagno vel piscinâ multiplicandi gratiâ reservati immobile quid esse censentur, secus verò si custodiæ tantum causâ habeantur.
42. Molendina immobilibus accensentur.

43. Secus

43. *Secus quoad molendina, aquis innatantia,* Schiffmühlen.
44. *Quid quoad molendina, quæ ventis agitantur,* Windmühlen.
45. Handmühlen *mobilibus accensentur.*
46. *Insula res est immobilis.*
47. *Secus quoad insulas fluctuantes.*
48. *Constituuntur hæc fideicommissa in castris.*
49. *Castrum quid.*
50. *Castro concesso quænam veniant, remissive?*
51. *Munitiones castrorum, veluti balistæ, tormenta ænea, artileriæ pro immobilibus reputantur.*
52. *Castro vel fortalitio concesso veniunt etiam adjacentia, molendina, agri, fructus, &c.*
53. *Tormenta etiam & arma bellica.*
44. *Arces unde dicantur?*
55. *Burgum quid?*
56. *Fideicommissa constituuntur in ædificiis.*
57. *Concessione domus sive ædificii quænam continentia.*
58. *Constituuntur etiam in prædiis & fundis.*
59. *Fundis legatis vel venditis veniunt etiam arbores.*
60. *Sicuti & fructus pendentes.*
61. *Fundo in Fideicommissum concesso veniunt quoque fructus pendentes, secus quoad fructus separatim consideratos.*
62. *Deficiente ratione finali, jus quoque deficit, & finis cujusque rei inspiciendus.*
63. *Sylvæ cæduæ, oliveta, pro immobilibus habentur.*
64. *Sylvâ, arboribus, olivis & vitibus extirpatis, solum nihilominus ad fideicommissarium pertinet.*
65. *Quicquid in sylvâ cæsum & à solo separatum, pro re mobili habetur.*
66. *Lapicidinæ & aliæ metalli fodinæ immobilibus adnumerantur.*
67. *Auri & argenti fodinæ in feudum dari possunt.*
68. *Proventus metallici inter res mobiles referuntur.*

69. Torcularia ia sive pressoria ad immobilia referuntur.
70. Homines glebæ adscripti inter res immobiles recensentur.
71. Idem est in animalibus ad soccidam datus, **Eisern Vieh.**
72. Pecunia ad emptionem bonorum immobilium destinata rei immobilis vicem obtinet, & quatenus? n. 75.
73. Destinatum & factum per paria censentur; & destinatum sapit naturam ejus, in cujus locum destinatum.
74. Cingendus habetur pro cincto, copulanda pro copulata.
76. Res mobiles ad locum aliquem immobilem destinatæ habentur pro immobilibus.
77. Cujus exemplum refertur in lectulis & supellectilibus in diversoriis publicis repertis.
78. Pecunia ex venditione rei immobilis redacta, pro re immobili habetur.
79. Pecunia hæreditaria, Erbgelter/quonam referenda?
80. Uti & pretium redemptionis.
81. Fideicommissa familiæ constituuntur etiam in rebus mobilibus pretiosis.
82. Sicuti etiam primogenitura in illis constitui solet.
83. Res mobiles pretiosæ loco immobilium habentur.
84. Bona emphyteutica possunt in feudum dari.
85. Et sine consensu Domini alienari, legari, permutari, &c.
86. In Emphyteusi etiam fœminæ succedunt.
87. Emphyteusis venit in fideicommissi restitutionem & in ea fideicommissum familiæ constitui potest, modo Domini conditio non fiat deterior.
88. Pater in emphyteusi avitâ filio præjudicare nequit.
89. Res hæredis propria alii legari potest.
90. Hæres & defunctus pro unâ personâ habentur.
91. Res alienæ legari possunt, & hæres eas comparare, vel pretium præstare tenetur.
92. Modo testator sciverit res fuisse alienas, quod fideicommissarius probare tenetur.
93. Primogenium in re alienâ institui potest.

94. Con-

94. *Constitui quoque fideicommissa familiarũ possunt in bonis futuris.*
95. *Non constituuntur in bonis mobilibus.*
96. *Nec in pecuniâ numeratâ.*
97. *Nisi ad immobilium bonorum comparationem destinata.*
98. *Vel pecunia pro familiæ conservatione reposita sit.* (rentur.
99. *Vel ea lege data, ut census annui, vel alia immobilia indè compa-*
100. *Nec constituuntur in auro, argento, catenis aureis, nisi testator*
101. *Nec in navibus.* (id expresserit.
102. *Nec in bobus aratoriis.*
103. *Nec in bonis Ecclesiastis.*
104. *De bonis feudalibus nulla valet alienatio.*
105. *Feuda ne quidem ad pias causas legari possunt.*
106. *Nec feudi legati æstimatio debetur.*
107. *Quod procedit tam in feudo ex pacto & providentiâ antiquo.*
108. *Quam novo.*
109. *Etiam quoad liberos.*
110. *Feudum ex pacto & providentiâ in fideicommissi restitutionem*
111. *Omnis feudi alienatio vasallo interdicta est.* (non venit.
112. *Secus videtur in feudo simpliciter & absolutè hæreditario.*
113. *Sicuti & in feudo ex pacto & providentia mixto.*
114. *Feudum simpliciter hæreditarium fideicommisso subjici potest.*
115. *Et fideicommisso generali continetur.*
116. *Feudum fideicommisso familiæ subjici potest, si dominus & cognati consentiant.*
117. *Vti & si feudum datum sit cum clausula; ut de eo disponi possit omnium contradictione remotâ.*
118. *Idem in emphyteusi obtinet.*
119. *Fideicommissum constitui nõ potest in legitimâ, quæ ab omni gravamine libera esse debet, nec conditionem vel modum recipit.*
120. *Legitima non potest gravari fideicommisso.*
121. *Nisi filius sciens gravamen acceptaverit.* (non impedit.
122. *Simplex testamenti paterni acceptatio legitimæ deductionem*
123. *Super dote fideicommissi onus constitui nequit.*

1 DE rebus, in quibus fideicommiſſa familiarum Nobilium conſervandarum conſtituuntur, generaliter tenendum eſt, quod in immobilibus tantum, & quæ ipſis adnumerantur & adhærent, con-
2 ſtituantur, *arg. §. ſciendum 2. feud. 1.* Cum enim bona hæc perpetuo in familiâ durare & permanere debeant, in bonis verò mobilibus, quâ talia, perpetuum & durabile quid effici nequeat, Molina *de primog. Hiſpan. lib. 2. cap. 10. num. 3.* conſequens indè eſt, quod tantum in immobilibus, aut quæ his æquipollent & adhærent conſtituantur.

3 Immobilia autem dicuntur, quæ loco non moventur, ſed loco circumſcribuntur, Tuſchus *lit. B. concluſ. 104. num. 1.*

4 Immobilibus verò & ſolo cohærere res illæ dicuntur, quæ rei immobili, vel ſolo affixæ ita accedunt ſive cohærent, ut vel pars ejus ſint, vel ab eâ omninò non, vel ſaltem non utiliter, & bonæ fidei intuitu, ſeparari poſſint. Ferrar. Montan. *de feud. lib. 2. cap. 3.* Schrad. *de feud. part. 3. cap. 2. num. 55.* Quæ licet per ſe in feudum, emphyteuſin, ac fideicommiſſum familiæ perpetuum concedi nequeant, cum ipſo tamen prædio, ſive re, cui cohærent, atque ita per conſequentiam, in feudum, emphyteuſin & fideicommiſſum rectè conceduntur, ſicuti ex ſubſequentibus apparebit.

5 Conſtituuntur hæc fideicommiſſa non tantum in bonis univerſalibus, ſed etiam particularibus, ſicuti ex ſubſequentibus videre licet. Idque exemplo donationis; non tantum enim bona particularia, ſed etiam univerſalia, ſive omnia & univerſa donari poſſunt, *l. ſi quis argent. 35. §. ſed etſi quis 4. & §. fin.* C. *de donat. l. ſi totas 5. l. ſi unquam 8.* C. *de revoc. donat. l. omnes 17. §. 1. ff. quæ in fraud. credit.* Dn. Bocer. *de donat. cap. 3. n. 39. & ſeq.*

6 Maximè verò conſtitui ſolent in bonis inveteratis & avitis, utpotè in quibus præcipuè gloriantur agnati, eorumque Nobilitas ſplendet, Dionyſ. Halicarnaſſ. *lib. 3. Rom. antiquit. in princ.* Alex. Raudens *deciſ. Piſan. 37. n. 6.*

7 Atque ita conſtitui poſſunt 1. in hæreditate; *argum. tot. tit. I. de fideicom. hæred. l. 1 § inde Neratius 9 l. qui totam. 45 & tot. tit. ff. ad SCtm. Trebell.* ubi paſſim hæreditatis reſtituendæ fit mentio. Quod tamen quoad conſtitutionem teſtamentariam tantum, non verò conventionalem procedit, cum hæreditas vel teſtamento, vel lege tantum, non etiam conventione partium detur, *l. 1. ff. de petit. hæred. l. hæreditas 5. C. de pact. convent. l. ſi curatoris 9. C. de jur. deliber. l. in plurium. 70 ff. de adquir. vel amit. hæred. l. licet 19. C de pact. l. cum donat. 34. C. de tranſact.* Et ſic quoque majoratum per contractum in omnibus bonis fieri non poſſe, tradit Molina *de Hiſpan. primogen. lib. 2. cap. 10. num. 9. ſeq.*

Atque

Atque hoc casu non tantum res immobiles, sed etiam mobiles per fidei- 8
commissum concessæ intelliguntur, cum hæreditatis nomine & in ejusdem
restitutionem veniant res universæ, sive jura, sive corpora, *l. ita videndum 18. §.*
fin. & tot. tit. ff. de hæredit. petit. & hæreditas nihil aliud sit, quam successio in 9
universum jus, quod defunctus habuit, *l. hæreditas 62. ff. de R. I. l. nihil est aliud*
24. ff. de V. S. estque jus universale, comprehendens sub se bona mobilia & immobilia, jura & actiones, *d. l. item videndum 18. § fin. & l. seq. ff. de hæred. petit.* Cardin. Tusch. *lit. H pract. conclus. 16. n. 10.*

Neque huic contrariatur, quod fideicommissa hæc familiarum in bonis 10
mobilibus constitui nequeant: Quamvis enim in rebus mobilibus, & quæ
mobilibus adnumerantur, & usu consumptibiles sunt, per se & principaliter fideicommissa hæc constitui nequeant, in consequentiam tamen rerum immobilium id fieri posse, indè constat, quod accessorium sequitur naturam sui
principalis, *c. accessorium X. de R. I. l. cum principalis 129. §. 1. ff. de R. I.* & multa per 11
accessionem & in consequentiam transeant, quæ per se, & principaliter non veniunt vel subsistunt, *arg. l. si quando 9. C. unde vi. l. si quando 2. C. de bon. vacant. l. 1 § plane. ff. de vi & vi armat. l. 1. in fin. ff. de fund. dot. l. quædam, 62. ff. de adquir. rerum dom.*

Unde licet res mobiles, & quæ mobilibus adnumerantur, separatim & 12
per se in feudum concedi nequeant, *§. sciendum 2. feud. 1.* in consequentiam tamen rerum immobilium easdem feudi nomine venire, veluti si cui fundus vel arx cum animalibus & pecoribus ibidem existentibus in feudum concedatur, tradunt, Bald *in d. §. sciendum, & ibi* Alvarot. *num. 6.* Præpos *num. 5.* Matthæ. de Afflict. *num. 27.* Schrader. *de feud. part. 3. cap. 1. num. 16.* Quo casu fidei- 13
commissarius in locum demortuorum, vel inutilium animalium alia substituere, per *l. vetus 68. §. fin. & l. seq l. hactenus 8. ad fin. l. item si fundi 0. §. seminarios & l. agri 22. ff. de usufruct,* eoque nomine cautionem præstare tenetur, exemplo feudi, quod licet, ut dictum, in rebus mobilibus constitui nequeat, sub cautione tamen usufructuariâ id fieri possit, sicuti tradunt, Afflict. *in d. § sciendum num. 1.* Motz. *de feud. tit. de reb. quæ in feud. dar. poss. num. 17. vers. tertio fallit.* Blanc. *de feud. 1. cap 6. num. 7.* Licet contrarium afferant, Ferrar. *lib. 2. de feud. cap. 3.* Zas. *de feud part. 4. num. 2.* Sonsbec. *de feud part. 8. num. 27.* Wesemb. *cap. 7.* Borcholt. *cap. 6. num. 3 & seq.* Vultei. *de feud lib. 1. cap. 5. num. 10.* Rosenthal. *de feud. cap. 4. conclus. 7. num. 1. & ibi not. lit. a.*

II. Fideicommissa hæc constitui possunt in aliis rebus universalibus, 14
alias plures sub se comprehentibus; veluti in Ducatu, Marchionatu, Comitatu, Baroniâ & similibus, cum in his quoque feudum constitui possit, *c. 1 quis dicat.*

dicat. Dux. 2. feud. 10. cap. 1. vers. praeterea Ducatus de prohibit. feud. alien. per Frider. 2. Feud. 55. Schrader *de feud. part. 3 cap. 2. num 4.*

15 III. In territorio ejusque jure, & superioritate territoriali; quia & hæc in feudum concedi potest, Schrader. *d cap 2. n. 4.*

16 IV. In aliis juribus, quæ inter immobilia connumerantur, & in feudum dari possunt, de quibus *Dd. commun. in §. sciendum 2. Feudor. 1.* Quamvis enim jura per se & ex propria eorum naturâ, verè nec mobilia, nec immobilia sint; cum tamen necesse sit, ut alterutrorum naturam assumant, pro immobilibus potius censenda, & de iis tanquam de immobilibus censendum esse, vulgò Dd. tradunt, D. Joh. Jac. Speidel. *in notabil. juridico-histor-polit. verb.* fahrende Haab/ *fol. 293. in fin.*

17 Atque ita V. in Regalibus; quæ itidem inter immobilia connumerantur, & in feudum conceduntur, *2. Feudor. 56.* Vultei. *lib. 1 feud. cap. 5. n. 6.* Zas. *de feud. part. 5. n. 12.* Gothofred. Anton. *disput. feud. 3. conclus. 6. lit. b.*

18 VI. In Jurisdictione, tàm altâ, quàm bassâ, cum hæc quoque rebus immobilibus adnumeretur, & solo cohærere dicatur Bart. *in l. 1. num. 15. & 16. & ibi* Alexand. *num. 32. seq. ff. de jurisdict.* Schrader. *de feud. part. 3. cap. 2. n. 55.* & in feudum concedi possit, Gothofred Anton. *d concl. 6. lit. a.* Schrad. *d. l.*

19 VII. In vectigalibus, pedagiis, gabellis, Zoll/Steur/Umbgeld/Schatzung/ & similibus juribus incorporalibus; quia & hæc immobilibus cohærent & adnumerantur, per tradita Bart. *in c. unic. quæ sint regal.* Bald. *in c. 1. §. sciendum 2. feud. 1.* Paris. *cons. 84. lib 3.* Aretin. *cons. 154.* Argentoratens. *cons. 11. n. 60. vol. 2.* atque indè etiam in feudum conceduntur, Schrader. *d part. 3. cap 2. n. 55.* & in iis-

20 dem jus retractus locum obtinet, Theod. Reinking. *de retract. consanguin. quæst. 3. n. 99.* Tiraquell. *de retract. lignag. § 1. gloss. 7. n. 34. seq.*

21 VIII. Idem est in pœnis & mulctis nondum exactis, Frevel/Bussen und Straffen/so noch nicht eingezogen; quia & hæ inter immobilia connumerantur, Alexand. *cons. 125. col. 5. vol. 1.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 4. §. 2 verb. tonts meubles, n 3.* Argentoratens. *d. l. n. 58.*

22 IX. In confiscatione bonorum; Tiraquel. *de retract. convent. gloss. 4. §. 5. n. 21.* Argentoratens. *d. l. n. 59.*

23 X In decimis, & aliis portionibus, quas quis ex fundo alieno percipit; quæ itidem immobilibus adnumerantur, iisque adhærent, stabileque subjectum & in actu semper permanens habent, Alex. *cons. 211. col. 2. vers. praeterea negari.* Bald. *in c. 1. in verb. annua de controv. inter vasal. & Episc.* Tiraquel. *d. gloss. 7. n. 39.* Besold. *part. 2. cons. 47. num. 9.* Guid. Papæ *quæst. 283. & cons. 20. n. 1.* Wehner. *verb.* Jahrnus/ *vers. decimæ. fol. 144.* Nec obstat, quod decimæ post concilium Latera-

Lateranense Anno Christi 1379. celebratum, laicis in feudum dari nequeant *per c. quamvis & c. prohibemus X. de decimis.* Siquidem hæc juris Canonici constitutio in terris Imperii & in Germaniâ non observatur, sed in hâc decimæ Laicis in feudum concedi solent, gloss. *in d. c. prohibemus.* Clar. *§. feudum quæst. 13. n. 2.* Covarruv. *2. var. resol. 17.* Borcholt. *de feud. cap. 6. n. 19.* Sonsbec. *de feud. part. 8. num. 11.* Vultei. *de feu. lib 1 cap. 5. n. 13.*

XI. In pensionibus de Camerâ & Cavenâ, quia rebus immobilibus connumerantur, & propter ea feudum in iisdem constitui solet, Schrad. *de feud. part. 3. cap. 3. n. 2.* Borcholt. *de feud. cap. 6. n. 13.* Rosenthal. *de feud. cap. 4. conclus. 6. n. 1. & ibi in not. lit. a.* 25

XII. In reditibus annuis; quamvis enim hi propriè loquendo, nec inter bona mobilia, nec inter immobilia censeantur, sed tertiam quandam bonorum speciem constituere videantur, secundum Panormit. *in c. nulli 5 num. 10. vers. sed tu X. de reb. Eccles. non alien.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. verb. rentes n. 3.* Carol. Molin. *in consuet. Paris. §. 94 gloss. 1. verb. rentes n. 18.* Card. Tusch. *lit. A. conclus. 342. n. 4. seq.* Koppen. *decis. 24. n. 7.* cum nec tangi, nec palpari possint, nec loco circumscribantur, sed ad eos tantum actio competat, quæ itidem propriè nec mobilis, nec immobilis. Si tamen ad alterutram bonorum speciem eosdem referre necesse fuerit, rectius ad bona immobilia referuntur, prout inter eadem referunt Dd. *comm. per clem. exivi. 1. ibi: cumq; annui reditus inter immobilia censeantur à jure V. S. l. jubemus 14. vers. aut annonas civiles C. de SS. Eccles.* Card. Paris. *cons. 56. n. 13.* Ludov. Rom. *cons. 188.* Tusch. *lit. A. conclus. 382. n. 1.* Tib. Decian. *cons. 2. n. 69. & 191. lib. 1.* Henn. Gœden. *cons. 5. n. 11. & cons. 37. n. ult.* Zas. *de feud part. 4. n. 9* Mynf. *1. obs. 69. n. 2. seq.* Gail. *2. obs. 10. n. 1 seq.* Schrad. *de feud. part. 3. cap. 3. n. 2. seq.* Pruckman. *cons. 28. n. 40. vol. 1.* Köppen *decis. 24. n. 8.* Berlich. *part. 3. pract. conclus. 4 n. 1. seq.* Rosenthal. *de feud. cap. 4. conclus. 5. n 1. seq.* Wehner. *pract. observ. verb.* Zabrinus/*vers. census redimibiles fol. 143.* Idque sine dubio procedit, si ex re immobili debeantur & perpetuo sint aut ad longum tempus puta decem vel plures annos duraturi, Erbzins/Erbpächte/ Tiraquell. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. n. 4.* Molin *de usur. quæst. 37. n. 273.* Joh. Ferrar. *Marpurg. cons. 2. n 1.* Gail. *2. obs. 10. n. 2.* Berlich. *d. conclus. 34. n. 38.* nec refert an in eadem re, vel in diversâ præstentur, veluti quod uno anno frumentum, & alio pecunia, vel aliud qui solvatur, Köppen. *d. decis. 24. n. 8.* Vinc. Caroc. *de excuss. bon. part. 2. quæst. 44. n. 2.* Tiraquel. *d. §. 1. gloss. 6. verb. rentes n. 5.* Coler. *de processib. execut part. 1. cap. 3. n. 248. seq.* Berlich. *d. conclus. 34. n. 23.* 26

Secus verò videtur, si reditus annui ad modicum tantum temp veluti novem vel pauciores annos sint constituti, tum enim pro mobilibus haben- 27

tur, secundum Barbat. *consil.23. n.4. lib.3.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 6. n.7.* Gail. *d.obs.10.n.1.seq.* Mynß. *1.obs.69. n.12.* Schrad. *de feud. part 3. cap.3. num.5.* Berlich. *d. conclus.34. num 39.*

28 Pro immobilibus quoque habentur reditus annui, qui sub pacto de retrovendendo debentur, prout docent Argentoratens. *d.consil.11.n.36. vol.2.* Tiraquel. *d. §.1.gloss.6.n.8. & gloss.14. verb. ou. æquipollent. num.120.* Mynsing. *1.obs.69. num.2.* Molin. *in consuet.* Paris. *94.gloss.1. §. rentes. num.21.* Berlich. *d.concl.34.n.*

29 *26.* cum in dubio quælibet dispositio perpetua potius, quam temporalis præsumatur *l.sufficit 56.ff.de condict.in debit. & ibi* Jason. *num.2.* Köppen. *d.decis.24. num.11.* & æstimari debeat, ex statu præsenti, non obstante variatione, quæ subsequi potest, Tiraquel. *de retract. lignag. § 2.gloss. 2. num.26.* & qualitas rei non mutetur, quod contingere potest, Afflict. *decis. 385. num. 7.* atque inde amicos reditus, licet redimi possint, perpetuos esse, tradit Ruin. *consil.82. num 3. lib.2.* cum possibile sit, ipsos perpetuo absque redemptione permanere, & perpetuum dicatur illud, quod perpetuum esse potest, unde plerumque etiam in contractu & obligatione redituum annuorum inseri solet, quod venditio firma ac perpetua facta, &c. his verbis: Daß der Verkauffer eines stäten / vesten vnd ewigen Kauffs zu kauffen geben habe / etc. & in fine adjiciatur: Doch hat vns der Verkauffer diese Freundschafft gethan / daß zu welcher Zeit wir wollen / wir solche Gült wieder ablösen mögen / etc. Argentoratens. *d. num. 36.* idque maximè verum esse videtur, quando emptor annuos reditus ultra decennium absque oblatione redemptionis possederit, quia tum per longi temporis possessionem & patientiam venditoris, consensus perpetuo possidendi præsumitur, Köppen. *d. decis.24. num.16. seq.*

30 Quod si annui reditus non sint constituti in rebus immobilibus, sed præstationes tantum sint personales, & ex obligatione personali debeantur, tunc eosdem inter mobilia recensent, Bald. *in c.1. §. sciendum num.4. de feud. cognit.* Tusch. *lit. A. conclus.342. num.6.* Decian. *consil.2.num.19. lib.1.* Schrader. *de feud.part.3.cap.3.num.3.* Pruckman. *consil.28.num.42.seq.vol.1.* Vultei. *de feud.cap.5. num.9.* Zas. *de feud.part.4.num.10.* Alii tamen eosdem, modo perpetui sint, pro immobilibus habendos esse contendunt, *per d.clem.exivi de V.S.* Tiraquel *de retract. lignag.§.1 gloss.6. verb.rentes num.11.seq.* Rosenthal. *de feud.cap.4. conclus.5. num.2.seq.* Borcholt. *de feud.cap.6. num.15.* Jacob.Schultes *in addit.ad Modest. Pistor.quæst.124.num.62.* Cothman. *cons.31.num.122.vol.1.* Berlich. *d.part.3.concl.34. num. 14. seq.* quia ejusmodi annui reditus quotannis renascuntur, & repullulant, & sunt in fructu, omnes autem res, ex quibus fructus percipiuntur, inter immobilia computantur, Vincent. Caroc. *de excuss.bon.part.2.quæst.44.num.2*

Tira-

Tiraquel. *d. l. §. 1. gloss. 6. verb. rentes num. 5.* Gail. *2. observ. 10. num. 1.* Berlich. *d. l. num. 15.*

Quod si quoque reditus annui debeantur ex re modico tempore dura- 31
turâ, pro mobilibus reputantur, Jacob. Schultes *in addit. ad Modest. Pistor. quæst. 124. num. 12.* Borcholt. *de feud. cap. 6. num. 15. ad fin.* Berlich. *de conclus. 34. num. 40.* Schrader. *de part. 3. cap. 3. num. 5.* Menoch. *arbit. jud. cas. 233. num 1. in fin. seq.* ubi *num. 3.* addit, quod judicis arbitrio relinquendum sit, quæ res modico tempore duraturæ dicantur.

Idem est si reditus ex turpi, veluti lupanari, vel alio illicito quæstu per- 32
cipiantur, Schrader. *d. cap. 3. n. 6.* Rosenth. *de feud. cap. 4. conclus. 5. n. 3.* Zas. *de feud. part. 4. n. 12.* Vultei. *de feud. 1. cap 5. n. 9.* Berlich. *d. l. n. 43.*

XIII. In actionibus & nominibus debitorum, Schuldenspruch und For- 33
derung/ quamvis enim & hæc quoque propriè neque inter mobilia, nec inter immobilia referantur, sed tertiam quandam speciem constituere videantur, *per. l. quam Tuberonis 7. §. in peculio 4. ff. de pecul. l. a Divo Pio. 15. §. in venditione 2. ff. de re judic. l. 1. C. de prætor. pign.* Bart. *in l. moventium 95. ff. de V. S.* Covarruv. *in c. relatum 12. X. de testament.* Coler. *de process. exec. part. 1. cap. 3. n. 250. seq.* Jacob Schult. *in addit. ad Mod. Pistor quæst. 124. n. 3.* Molin. *in consuet. Paris. §. 94. gloss. 1. verb. rentes n. 18.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. verb. ou autres choses n. 9* Hart. pistor. *quæst. 26. n. 1. lib. 1. part. 1.* Henn. Gœden. *cons. 97. n. 4. seq.* Si tamen ad alterutram bonorum partem necessario referenda veniant, communiter ita distingui solet, ut si actiones & nomina ad res mobiles competant, pro mobilibus habeantur, si verò ad res immobiles, tunc inter immobilia referantur, Natta *cons. 146. n. 13.* Bart. *in l. cum integrum n. 4. C. si ad vers. transact.* Coler. *de process. exec. part. 1. cap. 3. n. 251. & decis. 286. n. 137. part. 2.* Molin. *in consuet. Paris. §. 94. gloss. 1. verb. rentes n. 19.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. verb ou autres choses n. 1. & seq.* Borcholt. *de feud. cap. 6. n. 16.* Schrader. *de feud. part. 3. cap. 3. n. 10. & seq.* Gail. *2. obs. 11. n. 9. & seq* Berlich. *part. 3. conclus 33. n. 5.* Argentoratens. *tom. 2. cons. 11. n. 51* Paul. Christinæ *Belgicar. decis. 153. vol. 1.* Pinell *in rubr. C. de bon. matern. part. 1. n. 24. seq* Petr. Pek. *de testam. conjug. lib. 5. cap. 30. n. 5* unde etiam donans omnia bona, jura quo-
que & actiones donasse censetur, Socin. jun *cons. 115 n. 1. vol. 1.* Mantic. *de conject.* 34
ult. vol. lib. 9. tit. 2. n. 1. & in obligatione bonorum mobilium & immobilium jura & actiones venire, tradunt, Pinell. *ad rubr. n. 29. C. de bon. mater.* Christinæ. *d. decis. 153.*

XIV. Idem est in servitutibus & aliis juribus incorporalibus; quæ li- 35
cet tanquam jura incorporalia, propriè neque res mobiles, neque immobiles dici possint, sed tertiam quoque & seperatam constituant speciem, Panormit.

in c. nulli n. 10. X. de reb. Eccles. non alien. Philip. Franc. *in c. 2. n. 2. 14 seq. de reb. Eccles. non alien. in 6.* quia tamen rebus immobilibus adhærent, inter immobilia rectius connumerantur, Franc. *d. l. n. 4.* Alex. *cons. 21. n. 4. vol. 6.* Tiraquel. *de retr. lignag. §. 1. gloss. 5 per tot.* Gail. *2. obs. 11. n. 11.* Borcholt. *de feud. cap. 6 n. 11.* Berlich. *part. 3. conclus. 30 n 25.*

36 XV. Et in jure sive servitute pascendi pecoris in alieno, quia & hoc jus ipsi fundo cohæret, & sic reale est, *l. pecoris ff. de servit. rust. præd.* Dec. *cons. 483. col. 3. vers. non obstat. dictum,* ea autem quæ solo cohærent immobilibus adnumerantur, Tiraquel. *d. gloss. 5. n. 3.*

37 XVI. In servitiis; quæ vel quotannis vel certis temporibus à rusticis, hominibus propriis vel aliis, Dominis suis præstantur, nam & hæc inter immobilia referuntur à Speculat. *de restitut. spoliat. col. pen.* quod procedit, si ratione rei immobilis præstentur, quia tum solo quasi cohærent, & immobilia censentur, Tiraquel. *d. gloss. 5. n. 4.*

38 XVII. In usufructu rei immobilis, quia & hic inter immobilia computatur, juxta Bart. *in l. justo. §. non mutat. ff. de usufruct.* Alber. *in l. moventium in fin. ff. de V. S.* Joseph. Ludov. *concl. 46. n. 71.* & pars fundi est & fundo adhæret, *l. 4. ff. usufr. quemad. cav. l. abeuntes ff. de legat. 2* adhærentia autem eodem jure censentur, quo id, cui adhærent, *c. quanto X. de judic.* unde etiam usufructus pupilli sine decreto ut alia res immobilis, alienari nequit. *l. 3. §. nec usufruct. ff. de reb. cor. qui sub* & usufructu vendito jus retractus competit. Afflict. *de jur. protim. §. tota hæc lex n. 9* Renting. *de retract. consang. quæst. 3. n. 9.*

39 XVIII. In jure venandi; siquidem & hoc fundo quasi adhæret, & sic rebus immobilibus adnumeratur, Schrader. *de feud. part. 3. cap. 2. n. 55.*

40 XIX. Idem est in jure piscandi; quia hoc stagno & piscinis, tanquam rebus immobilibus, adhæret, Schrad. *d. n. 55.* atque ita non tantum in flumine, lacu, stagno & piscinâ, sed etiam ipso jure piscandi fideicommissa hæc constitui possunt, quia res soli dicuntur, & in feudum concedi possunt, Zas. *de feud. part. 4. n. 2.* Schrad. *de feud. part. 3. cap. 2. n. 3.*

41 De piscibus autem qui in piscinâ, stagno, vivario, lacu sunt, an mobilibus, an verò immobilibus sint adnumerandi, non convenit? & comuniter ita distingui solet, quod pisces, qui in stagno habentur, ut multiplicentur & crescant, vulgò Leichkarpffen/Hecht oder dergleichen/so in Seen und Weyern zum Leich uffgehalten werden/pars fundi & fructus pendentes, & sic quid immobile esse censeantur, si verò in piscinâ vel stagno custodiæ tantum causâ habeantur, non pars aliqua fundi, sed tanquam mobile quid esse censeantur, Guido Pap. *decis. 91.* Chassan *in consuet. Burg. tit. 4. §. 2. gloss. pen. col. fin.* Joseph. Ludov. *conclus.*

48. num.

48. num. 72. Argentorat. vol. 2. consil. 11. num. 64. D. Johan. Jacob. Speidel. *in notabil.. jurid. histor. polit. verb.* Fahrende Haab. *fol. 285. in fin. seq. confer* Berlich. *part. 3. conclus. 45. num. 18. seqq* ubi an & quatenus pisces vel ad dominum, vel ad hæredes vasalli defuncti pertineant, eleganter dinstinguit.

XX. In molendinis, quæ in terrâ vel ripis fluminum ædificata, illisque adhærent, quia & hæc immobilia sunt. Curt. jun. *de feud. part. 1. quæst. 6. n. 11.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. verb. ou autres choses. num. 92.* Berlich. *part. 3. conclus. 30. num. 10.* Bald. *in l. certi juris 5. C. locat.* Petr. Peck. *de testament. conjug. lib. 5. cap. 30. num. 12.* uti & rotæ, & alia instrumenta molendini, etiamsi moveantur & de loco in locum deportari possint, Tiraquel. *d. n. 92.* 42

Aliud tamen obtinet in molendinis, quæ ad instar cymbarum aquis supernatant, Schiffmühlen hæc enim inter mobilia referuntur, Tiraquel. *de retract. lignag. d. §. 1. gloss. 7. n. 9.* Borcholt. *de feud. cap. 6. n. 11.* Franc. Ripa. *in l. quo minus. num. 126. ff. de flumin.* Joach. à Beust. *in l. admonendi num. 657. ff. de jurejur.* Wehner. *pract. obs. verb.* Fahrnus. Joseph. Ludov. *conclus. 48. numer. 15.* Tusch. *lit. M. conclus. 303. num. 5.* Berlich. *d. conclus. 30. num. 12.* Reinking. *de retract. consang. quæst. 3. num. 117.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 5. num. 5.* Licet dissentiat, & hæc inter immobilia referat, Hering. *de molendin. quæst. 8. num. 16. & seqq.* 43

Idem in molendinis, quæ ventis agitantur, Windtmühlen / obtinere eademque inter mobilia referri tradunt *per. l. Titius horreum. 60. ff. de adquir. rer. dom.* Borcholt. *de feud. cap. 6. num. 11.* Beust. *in l. admonendi num. 657. ff. de jurejur.* Berlich. *d. conclus. 30. num. 13.* Ruland. *de commiss. part. 4. lib. 2. cap. 17. membr. 2. num. 29.* Wehner. *d. verb.* Fahrnus. *§. molendina fol. 144.* Tiraquel. *de gloss. 7. num. 94.* eadem tamen immobilibus adnumerant Bald. *cons. 107. num. 1. vol. 3.* Motz. *de feud. rubr. de reb. quæ in feud. dar. poss. num. 8.* Franc. Marc. *decis. 530. part. 1.* Cothman. *consil. 11. num. 47. & cons. 12. num. 22.* Hering. *de molendin. d. quæst. 8. num. 40. & seq.* Rosenthal. *de feud. cap. 4. num. 4. concl. 4. num. 1.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 5. num. 5.* quia molendina hæc stipitibus eorum in terra defossis terræ sive solo fixa, perinde ac domus & similia ædificia stantia, certo loco ædificari solent eâ mente & intentione, ut perpetuò ibi stent, neque loco moveantur, ex hâc consideratione immobilium jure habentur, *per l. malum. ff. de V. S. l. in prædiis. & ibi not. ff. in quib. caus. pign. tacit.* & licet non minus ac alia ædificia arte quâdam aliquando loco moveri, & aliò transferri possint, potius tamen id, quod principaliter, quam quod ex accidenti fit, spectandum, & illa quoque immobilia esse dicantur, quæ immobilibus adhærent. *l. pen. C. de servitut. l. fin. in fin. C. de præscript. long. temp.* 44

Inter mobilia quoque referuntur molendina, quæ hodiè in expeditione 45

 bellicâ,

bellicâ curribus imposita circumferuntur, & hominum operâ versatiles sunt, Handtmühlen uti & molæ asinariæ trusatiles, Roßmühlen/ quorum meminit A. Gellius *lib. 3. noct. Attic.*

46 XXI. In Insulis, quæ ipsi alveo fluminis cohærent, & non moventur; cùm ex nihil aliud sint, quàm terra aquis circumflua, ob spiritum eo loci erumpere non valentem, enata, auctore Plinio *lib. 2. cap. 85.* atque ideò rebus immobilibus rectè adnumerantur à Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. numer. 121.* Bald. *in proem. feudor. col. 6. vers. sed quero quomodo.* Licet secus sit,
47 quoad insulas fluctuantes, quæ non ipsi alveo fluminis cohærent, sed virgultis, aut alia quælibet levi materiâ ita sustinentur in flumine, ut solum ejus non tangant, atque ita moveantur, quas inter res mobiles connumerat *per l. pen. §. si qua insula. 2. vers. videamus ne hoc. ff. de adquir. rer. dom.* Berlich. *part. 3. conclus. 30. num. 16.*

48 XXII. Constituuntur porrò hæc fideicommissa in castro sive castello; quippe quod sine omni dubio res immobilis est, & ideò etiam in feudum conceditur, *§ item si vasalus. 3. lib. 1. feud. tit. 4. si de investit. feud. controvers.*

49 Est autem castrum, sive castellum, nomen universitatis, Bald. *in c. 1. col. 4. in fin. de Capitan. qui cur. vend.* Boër. *decis. 320. num. 2.* Losæus *de jur. univers. part. 2. cap. 2. num. 1. & 35.* & propriè denotat locum arctum & constrictum, sive fortificatum, seu fortalitium, *per l. 2. §. 14. C. de offic. præfect. Prætor. Affric. rubric. & l. 2. C. de fund. limit. troph.* Boër. *decis. 320. numer. 3.* Gœden. *consil. 109. num. 52.* Kyllinger. *de ganerb. castr. discur. 2. n. 2. seq.*

50 Castro autem concesso quænam veniant, confer *tract. meum de ord. Equest. jurib. & privileg. lib. 3. cap. 3.*

51 Et quamvis munitiones castrorum & arcium, veluti balistæ, archibusii, tormenta ænea, sive Bombardæ, artileriæ, similia per se considerata, pro mobilibus reputentur, *gloss. in l. fundi in pr. ff. de fund. instruct.* quatenus verò cum castro considerantur, pro immobilibus reputantur, ita ut concesso castro, munitiones quoque, quæ pro custodia castri perpetuò ibi permansuræ sunt positæ, concessæ censeantur, *l. malum 24 2. §. fin. ff. de V. S. l. fund. 17. §. Labeo. 7. ff. de act. empt.* Cotta. *in memorabil. vers. castro. mihi concesso.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. n. 96.* Gail. *de pac. publ. cap. 6. num. 28.* Pett. Peck. *de testament. conjug lib. 5. cap. 30. num. 3.* etiamsi loco, sive castro non sint
52 affixæ, Dec. *consil. 516. num. 26.* atque ita concesso, vel legato castro, vel fortalitio cum pertinentiis & juribus, concessa quoque intelliguntur non solum adjacentia ipsi castro, solâ etiam destinatione & usu testatoris, agri & molendina

dina Bursat. *cons.2.n.49.lib.1.* fructus, mancipia, pecora & omnia, quæ ibi sunt, Decian. *cons.516.n.23.* sed etiam omnia, quæ excogitari possunt pro ipsius castri custodiâ necessaria, etiam non affixa, tàm offensibilia, quàm defensibilia, & alia ad munitionum conservationem necessaria, veluti dolia vinaria, vasa olearia, & alia similia in fortalitio existentia, D. Joh. Jacob. Speidel/ *in notabil. juridic. hist. verb.* fahrende Haab/ *fol. 286. seq.* & quod tormenta bellica castri 53
pro immobilibus haberi debeant, decidit Christinæ *1. Belgic. decis.212. n. 10.* ac arma bellica manere etiam in familiâ, & ut immobilia refutari, etiamsi quandoque alio transferantur eo animo, ut redeant, tradunt Cotta *d. l.* Bald. *consil. 478.* Petr. Peck. *d. quæst.3 num.3.*

XXIII. Idem est in arcibus; ab arcendo ita dictis, quod hostis inde 54
arceatur, vel accedere prohibeatur, Varro *lib.4. de ling. Latin.* Petr. Greg. Tholosan. *de republ. lib 2 cap.5. num. 2.* vel quod arcta sit, sive stricta, enge zusammen gezogen/ oder eingeschlossen; siquidem castra & arces non debent esse nimiæ magnitudinis, ut per paucos servari possint, *l.2. §.14. C. de offic. præf. præt. Afric.* ex quo etiam arx dicitur Schloß/ à Schliessen/ quod arces sint clausæ, daß sie mit Mauren/ Wälen oder Graben beschlossen seynd/ Kyllinger. *de ganerb. castr. discurs. 2. num. 2. seq.*

XXIV. In Burgo; qui nonnullis domorum est congregatio, quæ mu- 55
ro clauditur, Luitbrand. *de reb. per Europ. gest. lib.3. cap.12.* referente Brisson. *de verb. significat. lib.2. verb. Burgi.* aliis dicitur pars civitati cohærens extra muros, Loisæ *de jur. univers. part.1. cap.2. n. 46.* eo, quod suburbia apud Gallos dicantur *Faulx Bourgs*, quasi falsos Burgos, Vorburg/ alii Burgos dicunt esse oppida muris cincta, atque ita Burgos & oppida pro synonimis habent, Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib.2. cap.1. num.5.* Simpliciter tamen Burgus, sive Burg/ usurpatur pro arcibus & propugnaculis, quocunque in loco extructis, Kylling. *de ganerb. discurs.3. num. 20. & per tot.*

XXV. In aliis domibus & ædificiis; *l. pater.38. §. filiam.2. ff. de legat 3.* sunt 56
enim res immobiles, quia de his datur interdictum de vi & vi armatâ, *l.1. §. illud 6. §. planè 8. l.3. §. pertinet.15. ff. de vi & vi. arm.* quod de rebus mobilibus non datur, *d. l.1. §. illud.6. d. l.3. §.13.* atque in his uti & castellis & arcibus præcipuè gloriantur agnati, eorumque Nobilitas splendet, ex Dion. Halicar. *lib.3. in princ.* Rauden. *decis. Pisan.37. n.6.* Bartol. Muscul. *de success. convent. class.1. memb 2. num.232.* unde etiam maximam partem consuetudinum Franciæ principalem domum primogenito, ut præcipuam deferre testatur Tiraquel. *de primogen. Hispan quæst.71. num.1.*

Concessione autem Domus vel ædificii ea, quæ perpetui usus causa in 57

iisdem

iisdem sunt, concessa quoque censentur, veluti claves, serræ, claustra, & similia. *l. fundi. 17. §. Labeo 7. ff. de act. empt. l. cætera. 13. §. hoc Senatusconsultum, & ibi* Alex. *ff. de legat. 1. l. 242. § ult. ff. de V. S.* Vel quæ in ædibus ita alligata & affixa sunt, ut perpetuò ibi posita sint, *l. dolia fictilia 26. ff. de instruct. vel. instrument. leg. l. Iulianus. 13. § fin. & l seq. ff. de act. empt.* idem est, quoad servitutes, quæ ædibus vel fundo concesso transferuntur ad fideicommissarium, *l. si aquæductus. 47. ff. de contrah. empt.* & domo concessa apotheca quoque, quæ est subtus domum, concessa intelligitur, *arg. l. prædiu. 91. §. qui domum 5. ff. de legat. 3. l. quod conclave. 47. ff. de damn. infect. l. creditor. §. fin. ff. de act. empt.* confer Schrad. *de feud. part. 3. cap. 4. num. 2. & seq.*

58 XXVI. In prædiis & fundis *l. cum pater. 77. §. libert. 27. l. qui solidum. 78. §. prædium 3. ff de leg. 2. l. pater. 38. § fundum 3. ff. de legat 3. l. pater 54. ff. ad L. Falci.* qui-
59 bus concessis, legatis vel venditis, etiam arbores innatæ, & cætera coalita ve-
60 niunt, *l. ergò 30. § 1. l. sed si meis. §. 2. ff de adq. rer. domin.* Sicuti etiam fructus adhuc pendentes & à solo nondum separati; utpotè quæ immobilibus comparantur, & pars fundi esse censentur *l. fructus pendentes. 44. de rei vend. l. si pendentes. 27. in pr. ff. de usufr. l. fin. §. 4. & seq. ff. de his quæ in fraud. cred. l. Iul. l. 13. §. si fructibus. 10. ff. de act. empt. l. si servus 61. § locavi 8. ff. de furt.* Petr. Frid. Mindan. *de processib. lib. 3. cap. 20. num. 11.* Bart. *in l. 2. §. prædium. ff. de pignor. & in l. si filiusfam. §. cum fundum. ff. de V. O.* Tiraquel *de retract. l. lignag. § 1. gloss. 7. num. 37. & seqq.* Nicol. Everhard. jun. *consil. 24. num. 50. seq. vol. 2.* Ex quo etiam arundineta & saliceta antequam cæsa, fundi appellatione veniunt, *l. quæsitum. 12. §. 11. ff. de instruct. vel instrum. leg.*

61 Atque ita fundo in fideicommissum concesso, fructus quoque pendentes concessos venire, non est dubium; Secus verò, quoad fructus pendentes separatim consideratos, in his enim fideicomissum per se, & absque fundo non constitui, indè dicendum venit; quod fructus separatim sine fundo considerati & statim à fundo separandi, perinde censendi sunt, ac si jam à fundo essent separati, *arg. l. cætera. §. sed si separavit. ff. de legat. 1. l. pen. & ibi* Bart. *ff. de*
62 *milit. testam.* post perceptionem autem consumantur, atque ita ratio & causa finalis, ut bona in familiâ conserventur, deficiat, deficiente autem ratione alicujus juris finali, ipsum quoque jus deficiat, *l. in omni. & ibi* Bart. *ff. de adoption. l. licet. § ea obligatio. ff. de procurat. c. post translationem. §. cæterum. X. de renunciat.* & finis, ad quem quodlibet negocium tendit, potius inspiciendus, quam quod præsens est, *l. si idem. §. fin. & ibi* Castrens. *ff. de jurisd.* ac finis ipse declaret, qualis res censenda, & à fine omnia denominanda, Bald. *consil. 272. lib. 1.* Socin. *in rubr. colum. ult. ad fin. ff. de V. O.*

XXVII. In

XXVII. In sylvis cæduis, olivetis, vineis; pro immobilibus reputantur, 63
Berlich. *part.3.conclus.30.num.19.* ubi non tantum arbores, olivæ vel vites, sed etiam solum, quo continentur, in fideicommissum vel feudum concessum intelligitur, Bald. *in l. 1.num. 30.& ibi* Jason. *num.100. C. de jur. emphyt.* Bart *in. l. certo generi 13.in pr.& ibi* gloss. *ff de serv. rust. præd.* atque ita sylvâ, arboribus, 64
olivis & vitibus penitus extirpatis, solum nihilominus apud fideicommissarium vel vasallum permanet, *d.l.certo generi 13.in pr.ff.de servit. rust. præd.* Bald. *in l.l.1 & ibi* Jason. *num. 102. C. de jur. emphyt.* Schrader. *de feud.part.3. cap.4. num.12.seq* ubi *num.15.* addit, quod licet sylvâ vel vineâ in feudum concessis, expresse inter dominum & vasallum convenerit, quod tantum arbores vel vites penitus succisæ, exstirpatæ, vel vi ventorum, aut alio casu fortuito dejectæ fuerint, si tamen ex tradicibus priorum arborum vel vitium in terrâ relictis, aliæ vites, vell arbores repullulent, feudum non judicetur extinctum, sed hæ arbores vel vites, ex radicibus priorum arborum & vitium natæ, nihilominus feudales censeantur, Bald. *in d. l. 1.num. 12.* Jason. *num.103.C.de jur. emph.* Cœpoll. *de servit.urb.præd.cap.81.n.15.* Secus si aliæ vites vel arbores ex novo semine vel stirpe producantur, quæ feudales non judicentur *arg.l. damni 18. & ibi* Bart. *ff.de damn. infect.* Jason. *in d.l. num. 43. C.d jur.emphyt.* Schrad. *d. num.15.*

Quicquid autem in sylvâ cæduca cæsum & à solo separatum, pro re mobili habetur, *per l. divortio 7.si §.vir in fundo.. ff. de solut.matr.* Coler. *decis. 59. n. 21.part 1. & part. 2 decis.586.n.152.* 65

XXVIII. Idem est in lapicidinis, & aliis metalli fodinis & partibus metallicis; quæ itidem immobilibus adnumerantur, Berlich. *d. concl. 30. num.19. & conclus.35. num.3. & seq. & per tot.* Consultat. Saxon. *tom.1. part. 1.quæst. 49.n.1. seq.per tot.& tom. 2.part. 2.quæst. 16.num.1.* Schultes *in addit.ad Mod. Pistor. quæst. 124.num. 86.seq.part. 3.* Zobel. *part.3.differ.10.num.3.seq.* Coler. *decis.286.num. 153. seq.part. 2.* Bened. Carpzov. *jurisprud.forens.part.3 constit 25.defin 1.* Bocer. *de jure dom. & Vasal.lib.2. cap.2.num.30* idque *per l.sed si pecunia 3.§.lapidicinas. 6. l.magis puto 5.in princ. & §.1.ff.de reb.eor.qui sub tut.* ubi inter alias res immobiles, quæ alienari nequeunt, expresse recensentur patres metallicæ vel metallifodinæ cohærent, est solum, sive res soli, & fodinæ solo inseparabiliter inhærent, Zobel. *part.2.differ.10.num.5.* qualibet autem res censetur mobilis, vel immobilis secundum suam qualitatem, & subjectam materiam Berlich. *d. conclus. 35.num.3.* Unde etiam auri & argenti fodinæ tanquam res immobiles in feudum dari possunt, *tit.unic.quæ sint regal.* Zas. *de feud part. 4. numer. 19* Hening 67

Goeden *cons. 2. numer. 1. seq.* Consultat Saxon. *tom. 1. part. 1. quæst. 40. n. 5.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 5. n. 7. post. med. vers. argentariæ.*

68 Secus verò est quoad proventus metallicos, Außbeut / qui ex partibus metallicis percepti & separati sunt, veluti aurum, argentum, cuprum, æs, stannum, plumbum, ferrum & simile metallum, quæ communiter inter res mobiles referuntur, *per l. divortio. 7. §. si vir in fundo 13. ff. solut. matr. l. si ex lapidicinis 32. ff. de jur. dot.* Consult. constit. Saxon. *tom. 1. part. 2. quæst. 27. num. 1.* Schultes *in addit. ad Modest. Pistor quæst. 12. num. 89. seq. part. 3.* Göden. *consil. 3. n. 5. seq.* Coler. *decis. 286. n. 155. seq. part. 2.* Berlich. *d. concl. 35. n. 7. seq.* Carpzov. *d. constit. 25. de fin. 2.*

69 XXIX. In torcularibus, seu pressoriis, quibus mediantibus, mustum extorquetur ab uvis; nam & hæc quoque inter mobilia referenda esse puto, argumento eorum, quæ *supra n. 44* de molendinis, quæ ventis agitantur, *& n. 56.* de ædificiis dicta sunt. Quamvis enim torcularia & præssoria hæc de loco uno ad alium transferri possint, eorumque avulsio vel translatio non inducat ædificii deformitatem, cum tamen de facili moveri nequeant, & stipitibus eorum in terrâ defossis, terræ sive solo fixa, non secus ac domus & alia ædificia similia certo loco ædificari soleant, eâ mente & intentione, ut perpetuò ibi sint, ea quoqe immobilia esse consequens est, confer *d. num. 44.* Licet de jure Saxonico secus esse, & torcularia rebus mobilibus adnumerari, & post mortem uxoris ad maritum pertinere, adserant, Coler. *decis. 286. n. 32. seq. part. 2.* Berlich. *part. 3. conclus. 30. num. 17.* Carpzov. *part. 3. constit. 24. defin. 7. num. 9.*

70 XXX. In hominibus glebæ adscriptis; qui inter res immobilies recensentur, Bald *in l. 1. num. 30. C. de serv. fugitiv.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. num. 119.* Coler *decis. 286. n. 151. part. 2.* Berlich. *part. 3. conclus. 30. n. 18.* Petr. Peck. *de testament. conjug. lib. 5. cap. 30. n. 3.* & hujusmodi glebæ adscripti & servilis conditionis homines Leibeigne Leuth / pars fundi esse censentur, ita ut â terrâ separari nequeant, imo terræ ita inhærere putentur, ut nec pacto indè amoveri valeant, *l. si quis prædium. C. de agric. & cens.* nisi unà cum fundo, aut totâ curiâ alienentur, *l. omnes omninò C. de agric. & cens.* Gail *de arrest. c. 18. n. 14.* Besold. *thes. pract. verb.* Eysern Vieh. idque in solo homine contingere, ut glebæ annexus, immobilis censeatur, scribit Bald *d. l.* comprobat *l. longæ possessionis. 3. ff. de divers. tempor. præscript.* quod eatenus & tantisper procedit, dum hic homo adscriptitius in glebâ est, sive glebæ insistit, inservit & adhæret, nam si glebam deseruerit, pro mobili habetur, juxta Cyn. *in l. 1. col. 2. vers. item quærit. & ibi* Alberic. *C. uti possidet.* Tiraquel. *d. gloss. 7. num. 120.* Dn.

Speidel. *in notabil. jurid. histor. polit. verb.* Fahrende Haab / *fol. 285. vers. quod tamen.*

XXXI. Idem est in animalibus ad soccidam datis; in quibus recipiens obligatus est, ad ea nutriendum, & reddendum de eis computum ac reliqua, da einer jemands ein Anzahl Schaff oder ander Vieh zustelt / daß er jhme jährlich darfür ein gewisses geben solle/ nam hæc magis inter nomina debitorum & sic immobilia, quam mobilia computari, docent, Chassan, *ad consuet. Burg. rubr. 4. §. 2 vers. tous meubles. num. 18.* Argentoratens. *2. cons. 11. n. 66.* Unde etiam quandoque unâ cum fundo certus numerus ovium, vaccarum &c in feudum dari solet, Gothofr. Anton. *disputat. feud. 3. conclus. 4. lit. b.* & Vasallus ejusdemve hæredes feudo finito eundem numerum supplere & restituere tenentur Sicuti etiam rustici quandoque & subditi emigrantes vel prædia mutantes in prædio relinquere tenentur, tot equos, oves, vaccas, boves, porcos, anseres, gallinas, & alia instrumenta rustica, quot acceperunt, & vocatur Wehrung / Hoffwehrung / Eysern Vieh / quasi quæ nunquam moriantur propter substitutionem, Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. membr. 2 num. 200. & seq.* Wehner. *pract. obs. verb.* Eysern Vieh. Besold. *d. verb.* Eysern Viehe. 71

XXXII. In pecuniâ ad emptionem prædiorum vel bonorum immobilium destinata; hæc enim vicem rei immobilis obtinet, prout sentiunt Jason. *in l. cætera. §. sed si paraverit. n. 22. ff. de legat. 1.* Roman. *in l. si ex legati causa 23. col 4. ff. de V O* Panorm. *in c. nulli num. 2. X. de reb. Eccles. non alien.* Wurmbser *1. obs. tit. 50. obs. 4. n. 2.* Coler. *de process. execut part. 2. cap 3. n. 28.* Zas. *in l. si certus n. 10. ff. de V. O.* Rebuff. *in auth. habita privileg 56. num. 5. C. ne fil. pro patr.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 4. §. 24. num. 1.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloss 7.* Roman. *sing. 104.* Joseph. Ludov. *concl. n. 48 n. 33. seq.* Paul Christinæ. *decis. Belgic. 212. num. 5. vol. 2* quia destinatum & factum per paria censentur, actus destinatus pro re perfecta reputatur, destinatum ad rem habetur pro re ipsa, sapitque & induit naturam ejus, in cujus locum destinatum est, *gloss. in l. fin. C. de dot. promiss.* Bart. *in l. cætera. §. sed si paraverit. & ibi* Jason. *&* Alex. *ff. de legat. 1.* Bald. *in l. 3. C. de furt.* Felin. *in c. cum adeò X. de præscript.* Gabriel. *commun. lib. 1. tit. de præsumpt. concl. 12.* Tiraquel. *de retract. lib. 1. §. 1. gloss. 7. num. 103.* Gail. *2. obs. 11. num. 12.* Ita enim res destinata poni in ædificio perindè habetur, ac si esset inædificata, *l. ligni. 55. § idem ff. de legat. 3.* & pecunia ad mutuum destinata, non venit nomine mobilium, sed perinde habetur ac si mutuò jam esset data, Dd. *in l. cætera. §. si paraverit ff. de legat. 1.* sic liber nondum claviculatus, pro compacto, & proximé cingendus pro cincto, *l pen ff. de milit.* 72 73 74

teſtam. Cavelcan. *deciſ.44.num.17.lib.1.* & contractis ſponſalibus, fundus in dotem datus pro dotali habetur, *l.lex Iulia 4. & ibi gloſſ. ff. de fund. dot.* Sicuti & de proximo ducenda & copulanda, productâ & copulatâ, Salicet. *in l. cum in te. 6.num.7. C. de donat. ante nupt.* Peregrin. *conſil.85. num.6. & per tot. lib.1.* tempus proximè complendum pro completo, *l. aqua. 5. ff. qui teſtam. fac.* Schrad. *conſil. 4. num. 45. vol.1.* doctorandus pro Doctore, Riminald. *conſil. 216. num. 68. ſeq. lib. 2.* matriculandus pro matriculato, Beroj. *conſil. 186. num. 8. vol. 3.* inveſtiendus pro inveſtito. Schrader. *de feud. part. 10. ſect. 1. num. 114.* abſolvendus pro abſoluto, condemnandus pro condemnato, *l. qui pœnæ. 8. §. 2. ff. de manumiſſ.* Natta *conſ. 233. num. 5. tom. 1.* liquidandum pro liquido, *l. fin. C. de compenſ.* Cacher. *deciſ. 92. num. 36* Capyc. *deciſ. 48.*

75 Atque ita, ſi quis pecuniam ad emptionem rei alicujus certæ immobilis ita deſtinaverit, ut ea exinde ematur, & fideicommiſſi familiæ jure ad familiam perpetuò tranſeat, & apud eandem permaneat, quin ea pecunia pro immobili habeatur, & res indè comparata fideicommiſſaria ſit, nihil obſtare videtur. Et licet ab hâc ſententiâ plurimi recedant, & pecuniam ad immobilium emptionem deſtinatam, propriam ſuam naturam non mutare, ſed mobilem permanere aſſerant Jaſon. *in l. cætera. 40. §. ſed ſi paraverit. num. 2. ſeq. & ibi* Bald. *num. 1 ff. de legat. 1.* Felin. *in c. cum adeò. 17. num. 5. X. de reſcript.* Gail. *2. obſerv. 11. num. 1. ſeq.* Roſenthal. *de feud. cap. 4. concluſ. 8. num. 3.* Menoch. *4. præſumpt. 138. num. 3* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 9. tit. 3. num. 2.* Pinell. *in l. 1. num. 44. part. 2. C. de bon. matern.* Coler. *deciſ. 286. num. 39. ſeq.* Rol. à Vall. *de lucr. dot. quæſt. 91. num. 12.* Berlich. *part. 3. concluſ. 30. per tot.* Nebelträ. *deciſ. 11.* Horum tamen ſententiam ita concordandam putat D. Johan. Jacob. Speidel / *in notabil. juridic. hiſtor. polit. verb.* fahrende Haab / *fol. 283.* ut in dubio procedat, quando ſcilicet non expreſsè & certo, ſed præſumptivè tantum de defuncti voluntate conſtat, prior verò quando in ſpecie ad hoc vel illud prædium comparandum pecuniam quis congeſſit & deſtinavit, & præventus morte, eam erogare, ac prædium emere non potuit quo caſu deſtinationem ac voluntatem ejus aliquid operari, nec vanam eſſe debere rectius judicatur.

76 Et huc quoque facit, quod ſi res quædam mobiles ad locum aliquem immobilem ſint deſtinatæ & deſtinatio jam in actum deducta, res iſtæ, quantumvis per ſe mobiles habeantur pro immobilibus, Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloſſ. 7. num. 110. ſeq.* Coler. *de deciſ. 286. num. 107. ſeq.* Gail. *2. obſervat.*
77 *11. num. 4. ſeq.* Berlich. *part. 3. concluſ. 30. num. 23.* Ita enim obſervari videmus in lectulis & aliis ſuppellectilibus in diverſoriis publicis repertis

quæ

quæ licet & ipsæ suâ naturâ res sint mobiles, cum tamen eo fine & animi destinatione sint comparatæ, ut perpetuo in hospitiis permaneant, pro immobilibus, pertinentiis & cohærentiis diversorii habentur, & ei, cui bona immobilia debentur, adjudicantur, Consult. constit. Saxon. *tom.3. part. 2. quæst. 14. num.24. seq.* Heig. *quæst.15. num.25. seq. part.2.* Gail. *2.observ.62.num.4.* Berlich. *d. conclus. 30. num. 24.*

Quemadmodum autem pecunia ad emptionem rei immobilis destinata, pro re immobili habetur; ita etiam pecunia ex venditione rei immobilis redacta, immobilis quoque censetur, Aretin. *in l. domum & ibi* Alex. Raph. *Fulgos. C. de collat.* Mausuer. *tit. de societ. §. item nomina,* quia surrogatum sapit naturam ejus in cujus locum est surrogatum, *infra cap.11.n.77.* Modò pecunia illa adhuc integra exstet, ac iterum ad immobilium prædiorum emptionem destinata, secus verò si ex parte consumpta & ad usus quotidianos conversa sit Speidel. *d. verb.* fahrende Haab/ *fol. 283. vers. quæ traditio.* 78

De pecuniâ hæreditariâ, Erbgelder/ veluti si quis moriatur pluribus filiis relictis, & inter eos etiam filia ejusque bona commodam divisionem non recipiant, sed uni ex liberis bona immobilia cedant, & filiæ sua portio in pecuniâ assignetur, quæritur, an hæc inter mobilia vel immobilia referenda? Et licet eandem inter immobilia referendam esse censeant, eo quod hæc pecunia ex bonis immobilibus debeatur, quoties autem actio ad rem immobilem competit, actio etiam & nomen illud res censeatur immobilis, Bart *in l. potest. 18 n. ff. de author. tut.* Schultes *in addit. ad Modest. Pistor. quæst.124.n.18. part.3.* Alex. *cons.27.n.6.* Dec. *in l. qui actionem. n. 2. ff. de R.I.* Gail *2. obs 11.n.10.* Alii tamen distinguunt, ut si dies solutionis pecuniæ istius hæreditariæ venerit, mobilium naturam sequatur, si verò nondum venerit, pro re immobili habeatur, & ita in foro Saxonico observari testantur, Coler. *decis. 286.n.135. seq. & de process. exec. part.1. cap.3.n.258. seq.* Consult. constit. Saxon. *tom.2. part.2. quæst.8.n.1.* Modest. Pistor. *quæst.124.n.4. part.3.* Berlich. *d. part. 2. concl.31. per tot.* 79

De pretio redemptionis sive retrovenditionis, quorsum referendum, an ad res mobiles vel immobiles, vide latè Berlich. *d. part.3 concl.30.n.27. seqq.* 80

XXIII. Constitui quoque possunt hujusmodi familiæ fideicommissa in rebus mobilibus pretiosis; Veluti gemmis, margaritis, catenis seu aliis rebus aureis & argẽteis, exensibus, armis antiquis magnæ æstimationis. Quamvis enim hujusmodi res reverà sint mobiles *infra n. 100.* & hæredi instituto vel fideicommissi possessori nullam utilitatem adferre videantur, cum tamen ea testatoris vel disponentis sit voluntas, ut in familiâ conserventur, & per earum conservationem & retentionem, maximè si insignibus familiæ antiquis 81

adornatæ, majorum memoria conservetur, ea testatoris voluntas meritò observanda, & hæ res incorruptæ servandæ; cum maximè luctuosum existimetur, bona familiæ Majorum vestigia memoriamque recolentia distrahi ac dissipari, Besold. *part. 6. consil. 263. num. 59. in fin.* ubi de testatoris cujusdam voluntate, qua disposuerit, quod poculum certum aureum, quod ipse à majoribus suis habuerit, & alia pocula argentea deaurata & familiæ suæ insignibus adornata, extra familiam transferri non debeant, consultus respondit, quod ea, licet nullam hæredibus utilitatem adferant, ab Executoribus testamenti, etiam hæredibus consentientibus & ne quidem in piæ causæ usus, alienare non liceat, *per. l. si testamentum 10. C. de testament.* Hoping *de jur. insig. cap. 10 n. 181.*

82 Atque ita etiam in hujusmodi rebus pretiosis primogenium institui posse, tradit Molina *de Hispan primog. lib. 2. Cap. 10. n. 7. seq.* quia res mobiles pre-
83 tiosæ loco immobilium habentur, *l. lex. quæ tutores. C. de admin. tut. gloss. in c tua. verb. tractatus X. de his quæ fiunt à Prælat.* Tiraquel *de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. n. 100. seq.* & res mobiles pretiosas possidens ab onere satisdandi liberatur, Bart. *in l. sciendum 15. in. pr. n. 5 ff qui satisd. cog. & ibi* Angel. *num 2.* Alex. *num. 1.* Zanger *de except. lib. 2 cap. 21 num. 35.* Ayrer *in process. part. 1. cap. 10. obs. 3. num 18. & 19.* Jacob Schultes *observ. 19 num. 10. & per tot.*

84 XXXIV. Iu bonis emphyteuticis: siquidem in his etiam feudum constitui, & emphyteuta, etiam bomino ignorante & irrequisito, rem sive predium emphyteuticum alteri in feudum potest concedere, Specular. § *nunc aliqua num. 1. 9. vers. 12. de emphyteut.* Jason. *in l fin. num. 111 C. de jur. emphyt.* Schrad
85 *de feud. part 3. cap num. 5.* uti & sine consensu domini alienare, *per §. adeò autem 3. I. de locat. arg l. 1. C. de fund. patrimon* Rosacorb. *pract. forens. cap 45. num 2.* Dn. Bocer *class. 2 disput. 14. conclus. 67.* Accurs *in. l. fin verb. aliis vendere, & ibi* Jason. *n. 54. seq.* Coras. *n. 9. C. de jur. emphyt.* Clar. *lib. 4. sentent. §. emphytensius quæst. 15* Corbul. *de jur. emphyt. cap 14. limit 13.* Borcholt *de feud. cap. 3 num. 42.* Besold. *in delibat. ex lib. 6. Pandect. tit. 3 num. 9. fol. 506. seq.* Harprecht. *ad §. adeò autem 3 num. 337. seq I de locat* & alteri legare, *l. si domus 71. § fin. ff. de legat. 1. l. in conventionibus 219. ff. de V S.* permutare, Jason *in l. fin. num. 101. C. de jur. emphyt.* Borholt. *de feud. cap 3. num. 42* Tib. Decian. *resp. 55. num. 61. vol. 3* Corbul *d. cap. 14, limit. 12.* Guid. Pap. *decis 92.* Gabriel. *cons. 84. num 3.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 30. gloss. 1. num. 34.* Harpprecht. *d l num. 357. seq.* fœminæ in dotem dare, Jason. *in l. fin num. 107. & ibi* Salicet. *num 10. C de jur emphyt.* Corbul *de jur. emphyt. cap. 14 limit 20* Tiraquel. *de retract lignag. §. 1. gloss. 14. num 95* Harpprecht *d. §. adeò 3. num. 360 seq.*
86 *I. de locat* unde etiam ad hæredes quosvis, etiam fœminas transit, & fœminæ in iisdem etiam unà cum masculis succedunt, Bart. *in l ut juris jurandi § si liberi ff. de oper.*

de oper. libert. Clar. §. *emphyteusis quæst. 32. in princ. & num 1.* Valasc. *de jur. emphyt.*
quæst. 41. num. 3. & per tot. Gœddæ. *1. Marpurg. cons. 25. num. 95.* Indeque emphy-
teusin in fideicommissi restitutionem venire, si ea ad hæredes extraneos tran- 87
seat, tradunt Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 9. num. 6.* Menoch. *4. præs. 197. n.*
12. licet secus sit in emphyteusi Ecclesiasticâ, quæ in fideicommissarium non
transit, Bart. *in l. si patroni in pr. num. 4. ff. ad Sct. Trebel.* Aretin. *cons. 52. num. 2* Me-
noch *d. præs. 197. num. 13.* Mantic. *d. tit. 9. num. 5.*

Atque ita etiam in emphyteusi fideicommissum familiæ constitui pos- 88
se, dicendum videtur, modo domini conditio non fiat deterior, eique canon
solvatur. *l. 1. C. de fund. patrimon.* neque etiam liberis jus quæsitum habentibus
præjudicetur; si enim emphyteusis avita & antiqua & pater non fuerit au-
thor adquisitionis, filio præjudicare non poterit, Alex. *cons. 106. numer. 8. lib. 4.*
Clar. §. *emphyteusis quæst. 16. n. 3.* Valasc. *de jur. emphyt. quæst. 49. num. 9.* adeò, ut
ne quidem in emphyteusi novâ non hæreditariâ filiis præjudicare possit, Alex.
d. cons. 106. num. 3. Covarruv. *2. resol. cap. 18. num. 2.* Menoch. *cons. 161. num. 15.* Nat-
ta *cons. 531. num. 43.* Valasc. *d. num. 9.* Maul. *de emphyteus.*

XXXV. In rebus hæredis instituti; quia etiam res hæredis propria alii 89
legari potest. § *non solum 4. I. de legat. l. is, cujus 26. ff. de legat. 2. l. hæredum 25. C. de*
fideicommiss. princ. I. de sing. reb. per fideicom. l. magis puto 5. § si fundus 4. ff. de reb.
eor. qui sub tut. cum enim hæres & defunctus juris fictione pro una eademque
personâ habeantur, *Novel. 48. in fin præfat.* eadem juris fictione fit, ut hæredis
res defuncti esse videatur, *arg. d. §. non solum 4. I. de legat.* ubi res aliena opponi-
tur rei testatoris vel hæredis, ut tradit *ibid.* Borcholt. & Vultei. *num. 6.* & civilis
præterea, & naturalis ratio postulat, ut hæres, qui ex testamento commodum
sentit, & testatoris voluntatem in commodo sequitur, eandem quoque in
commodo impleat & sequatur, §. *1. ad fin. I. de singul. reb. per fideicom. relict. l. fi-*
liusfam. 114. §. quid ergo ff. de legat. 1. l. Pomponius 13. § 1. ff. de adquir. vel amit. pos-
sess. l. secundum naturam 10. ff. de R. I. Atque ita etiam testatorem rem hæredis fi-
deicommisso gravare posse, ut eam Fdeicommissario restituat, tradunt *per l.* 99
sequens quæst. 68. in fin. ff. de legat. 2. Paris. *cons. 2. num. 47. & seq. lib. 3.* Menoch. *cons.*
482. num. 30. Surd. *decis. 15. num. 23.* Vinc. Fusar. *d. fideicom. subst. quæst. 627. num. 2. &*
quæst. 648. num. 4. & 8 seq. cum ipse quoque testator hæredem vel fideicommis-
sarium gravare possit, ut sibi debitum remittat *l. cum pater. 77. §. Titio 31. ff. de*
legat. 2. l. si debitor ff. ad L. Falcid. Peregrin. *de fideicom. art. 35. num. 4.* Nata *cons.*
110. num. 3 & testator in re hæredis possit prout in re propriâ, *l. unum ex fami-*
lia §. si rem ff. de legat. 2. Cujusmodi debiti remissionem etiam tacite injungi,
veluti si testator jubeat, ne hæres super bonis fideicommissariis ullam fidei-

commis-

commissario molestiam, sive juris, sive facti, creet, tradit Peregrin. *d. art. 35. num. 5. seq.*

91 XXXVI. Uti & in rebus alienis, quæ nec testatoris, nec hæredis, nec fideicommissarii propriæ, sed alterius tertii sunt, cum & hæ legari & fideicommisso relinqui possint, *d. § non solum. 4. I. de fideicommiss. § potest autem 1. I. de singul. reb. per fideicom. l. cum servus 39. §. constat. 7. ff. de legat. 1. l. si pecunia 12. l. Mævius 66. § fundo 6. l. cum 67 § si rem tuam 8 ff. de legat. 2. l. cum alienam 10. C. de legat.* voluisse enim defunctus præsumitur, ut vel res comparetur, vel pretium ab hærede præstetur, *d. § non solum 4. I. de legat. l. non dubium 14. § fin. ff. de legat. 3. d.*

92 *§ 1. I. de singul. reb. per fideicom. l. si domus 71. § qui confitetur 3. ff. de legat* 1. modò testator sciverit res fuisse alienas, *d. § 4. I. de legat. d. l. cum unum 67 § si rem tuam 8. ff. de legat. 2. d. l. cum alienam 10 C. de legat.* quod legatario, vel fideicommissario probandum incumbit, *d. § 4 I. de legat. l. verius esse 21. ff. de probat* quia si scivisset rem alienam esse, forsitan non legasset, *d. § 4. I. de legat* cum testantium voluntates faciliores sint in rebus suis legandis, quam alienis comparandis, *d. l. cum unum 67. si rem tuam 8. ff. de legat. 2* & hæredibus onerandis, *l. Sticho 36. § 1. ff. de usu & usufruct. leg.* nec refert, an difficilis sit rei alienæ legatæ comparatio, *l. cum servus 39 §. constat. 7. ff. de legat. 1.*

93 Et hinc quoque primogenium in re alienâ institui posse, si testator id sciens fecerit, & hæredem teneri rem illam emere & successori tradere vel solvere ejus æstimationem, ut ex eâ bona immobilia emantur & in primogenii successorem perpetuò transferantur, secus verò esse, si ignorans id fecerit, tunc enim primogenium vitiari, tradit Molina *de Hispan. primog. lib. 2. cap. 10. num. 70.*

94 XXXVII. Constituuntur non tantum in bonis præsentibus, sed etiam futuris, imò etiam in iis, quæ post mortem testatoris ab hæredibus ipsius descendentibus adquiruntur, per tradita Besold. *part. 3. cons. 133. n. 15. seq.*

95 E contrà fideicommissa hæc familiarum perpetua non constituuntur I. in bonis mobilibus per rationes *supra num. 2* allegatas, nisi 1. res mobiles sint pretiosæ, *supra num. 81.* vel 2. in consequentiam rerum immobilium veniant *supra num. 10.* vel 3. res mobiles ita datæ, ut vendantur & ex pecuniâ indè redactâ res immobiles emantur, & hæ in familiâ perpetuò conserventur, ut in simili, & in constitutione majoratus tradit Molina *de Hispan. primog. lib. 2. cap. 10. n. 4.* Sunt autem res mobiles & mobilium appellatione veniunt omnia ea, quæ sui naturâ de loco ad locum moveri possunt, Card. Tusch. *lit. B. conclus. 103. n. 1.* Mantic. *de conject. ult vol lib. 9. tit. n. 1.*

96 Et sic non constituuntur. II. in pecunia numeratâ; quia hæc inter mobilia

bilia connumeratur, *per Novel. 22. cap. & quia 45. §. si verò universa. 2.* Vincent. Caroc. *de excus. bon. quæst. princ. 4. num. 2. part. 1.* Rosenthal. *de feud. conclus. 7. num. 1.* Ant. Tessaur. *decis. 160. n. 1.* Tuschus *lit. A. q. conclus. 103. n. 5.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 7. n. 03. seq.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 9. tit. 3. n. 2.*

Quod tamen non procedere 1. in pecuniâ ad emptionem rerum immobilium destinata, dictum est, *supra n. 72. seq.* 97

Neque etiam 2. procedere in pecuniâ, quæ pro conservatione familiæ reposita fuit, tradunt Jason *in l. 1. §. fuit quæsitum n. 38. ff. ad Sctm. Trebell.* Gail. 2. *obs. 11. n. 8.* Licet contrarium statuant *per l. si chorus 79. §. 1. ff. de legat. 3.* Menoch. *4 præs. 138. n. 2.* Berlich *part. 3. conclus. 30. n 3.* 98

Nec 3. procedit, si pecunia eâ lege data, ut in emptionem annuorum redituum, vel prædiorum aliarumque rerum immobilium convertatur, & hæc bona indè empta perpetuò in familiâ permaneant, sicuti in majoratus constitutione tradit Molina *de Hispan. primog. lib 2. cap 10. n. 4.* 99

Nec III. constituuntur in auro & argento, Gold / Silber / Edelgestein / Ring und Kleinodien; quia hæc mobilium appellatione veniunt, Natt. *cons. 117. in fin.* Speculat. *in tit. de fructib. & interesse vers. sed pone Prælatus vers. quid de libris auri.* atque ita catenæ aureæ, massa aurea & argentea, uti & credentia aurea & argentea inter mobilia coonnumerantur, Joseph. Ludov. *conclus. 48. n 26.* nisi ejusmodi res pretiosas in familiâ conservari testator expresse jusserit, *supra numer. 81. seq.* 100

IV. In navibus, quæ itidem inter res mobiles referuntur, Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1 gloss. 7. n. 90.* Berlich. *d. conclus. 31. n. 14. part. 3.* 101

V. In bobus aratoriis, equis, asinis & similibus animalibus; quæ licet fundi causâ comparata fuerint, nihilominus tamē inter mobilia referuntur, *l. fundo sicut 2. ad fin. C. de V. S.* Bald. *in l. 1. n. 30. C. de serv. fugit.* Berlich. *d. concl. 30. n. 18.* 102

VI. Non constituuntur hæc familiarum fideicommissa in bonis Ecclesiasticis immobilibus, quia hæc regulariter & omni jure alienari sunt prohibita, *l. jubemus 14. & auth. hoc jus porrectum, C. de SS. Eccles. Novel. 7. cap. 1. Novel. 120. cap. 1. & seq. c. 1. 2. 3. 5. 6. 8. & tot. tit. X. de reb. Eccles. alien. vel non. c. 1. c. 2. eod. in 6. c. 1. X. de his, quæ fiunt à Prælat.* Card. Tusch. *lit. A. conclus. 273. per tot.* Socin. *reg. 110.* Mascard. *de probat. conclus. 75. n. 1. & per tot.* & decantata juris est regula, quod res Deo semel dedicatæ & sacræ, ad provanos usus transferri nō possint, *c. benè quidem 1. Dist. 96. c. sacrilegium 4. c. omnes 5. caus. 17. quæst. 4.* latè Ernest. Cothm. *vol. 1. cons. 100. per tot.* Henric Andreas Cranius *tract. de pac. relig part. 1. probl. 5. per tot.* 103

VII. In bonis feudalibus: quia de his nulla vasalli valet ordinatio testamentaria, *l. Feud. 8. in princ. & ibi* Afflict. *n. 63. seq. & Feud. com.* Moz. *de natur.* 104

O feud.

feud.n.78.seq. Schrad.*de feud.part.7.cap.2.n.1.* Borcholt.*de feud. cap.8.n. 3.* Everh.
jun.cons.31.n.43 vol.2. Myns.*respons.92 n.24.* Curt.*jun de feud.part.4.reg.1.quæst.pen.*
Rosenth.*de feud.cap.7.conclus.2.n.2.in not lit.b.* Vultei.*de feud. lib.1.cap. 9. n.70.* sive
ea sit hæredis institutio, sive legatum, sive fideicommissum, vel quid simile,
106 Schrad *d.feud part.7.cap. 2.n.1.* etiamsi testamentum ad pias causas, & pro ani-
ma legatum factum sit, *§.donare 1. qualit. olim feud.poter. alien.2. Feud.9. & ibi*
Dd.*com.* Alvarot.*n.2.* Laudens.*num.13.* Afflict.*n 5.* Schenck.*n. 2.* Schrad. *de feud.*
part.7.cap.2.n.4. Motz.*de natur.feud.n.79.* Myns. *respons.48.num.2. & 4.* Clar. *§.*
feudum.quæst. 40.n.4. Rosenth.*d.cap.7.conclus.2.n.7. in not.lit.l.* Vultei.*d.cap.9.n.71.*
adeò, ut ne quidem candelam pro animâ de illis Vasallus relinquere posse di-
catur, secundum Isern.*in c.un.n.7. An agnat.vel.fil.* Affict. *in c. imperialem n. 31. in*
princ. de prohibit.feud.alien.per.Frider. Schrad.*de feud.part.7.cap.2.n 25.* Rosenth.
106 *d.conclus.2.n.7.in not. lit. m.* Vultei *d.cap.9. n.71.* nec feudi legari æstimatio debe-
atur, Bald.*in d.§.donare n.7. & ibi* Afflict.*n.4.* Alvarot.*n.11.* Curt.jun.*de feud.part.*
4.n.124. Clar. *§.feudum quæst. 40.n.4.* Rol. à Valle *cons.71.n.11. & 20 & cons. 79.n.*
6. & 7.vol.2. Wesembec.*cons.70.n.13.* Sonsbec.*de feud.part.12.n. 88.* Gail. *2.obs.154.*
n.13. Grassus *§.legatum quæst.14.n. 22. vers.contrarium verò,* Rosenth.*de feud. cap.*
7.conclus.2.n.10. & ibi in not.lit.q. Bocer.*de jur.succed.in feud.cap.1.quæst.8* nisi con-
stet de voluntate testatoris volentis, illi cui feudum reliquit æstimationem
præstandam, non quidem à feudi successore, sed ab hærede bonorum allo-
diàlium Schrad.*d. cap. 2.n.9.* Grassus *d.quæst.14.n. 22.* Curt.jun. *part. 4.n. 126.*
Vultei.*d.cap.9.n.72.* Rosenth.*d.conclus.2.lit.q.*
107 Atque hæc quidem sine dubio procedunt in feudo ex pacto & provi-
dentiâ antiquo, ita ut in hoc vassallus in præjudicium filiorum vel agnatorum
nullo modo testari possit, Clar.*§.feudum quæst.80.* Schrad.*d.part.7.cap.2.n.1.seq.*
108 Cravet.*cons.256.n.2.* Surd.*de aliment.tit.4 quæst.10.n.1.* idemque in feudo ex pa-
cto & providentiâ etiam novo, tradunt Sylvan.*cons.15.n.40.* Pinel.*in l.1.part.3.*
n.97.C.de bon.matern. Grass.*d.quæst.14.num 19.* Vultei.*d.cap.9.n.78.* Dn. Bocer. *de*
jur.succed.in feud.cap.1. quæst.1.per tot. adeò ut ne quidem Domino consentiente
de hoc in præjudicium filiorum possit testari, Sonsbec.*de feud. part.13.num.112.*
Vultei.*d.l.n.79.* *Bocer.d.quæst.1.* Idemque de feudo franco asserunt Schrader.*de*
feud.part.7.cap. 2.n. 41. Bocer.*d.cap.1. quæst.2.*
109 Quæ procedunt non tantum quoad extraneos, sed etiam quoad libe-
ros, ita ut nec pater inter filios in feudo disponere possit, *per c.1. in princ. de suc-*
cess.feud. lib.1 feud. tit.8. & ibi Isern.Bald.Laudens.Alvarot.Præposit.Afflict.*n.*
63. & 68. Schenck.*num.5. & seq.* Zas.*de feud.part.8.num. 60.* Clar. *§.feudum quæst.*
40.num.5. Schrader.*de feud.part.7.cap.2.num.3.* Borcholt.*cap. 7.num 4.seq.* Rosen-
thal.

chal. de feud. cap. 7. conclus. 3. num. 3. in not. lit. c. nec uni liberorum feudum assignare, Bald. *in c. 1. num. 15. an agnat. vel fil.* Hotoman. *in c. 1. de feud. success.* Curtjun. *de feud. part. 4. num. 131. seq.* Zas. *d. num. 60.* Moz. *de natur. feud. num. 80.* Schrad. *d. cap. 2. num. 3.* Clar. *d. quæst. 40. num. 5. & 6.* Rosenthal. *d. conclus. 3. num 4. in not. lit. e.* Vultei. *lib. 1. cap. 9. num. 79.* nec pro partibus inæqualibus eos instituere valeat, *d. c. 1. de feud. success. & ibi* Isern. *num. 1.* Alvarot. *num. 1.* Zas. *d. part. 8. num. 60.* Sonsbec. *de feud. part. 9. num 58.* Moz. *d. num. 80.* Schrad. *d. num. 3.* Clar. *d. quæst. 40. num. 5.* Rosenthal. *d. l. in not. lit. g.*

Hinc feudum ex pacto & providentiâ in restitutionem fideicommissi 110 generalis sive universalis non venire, tradunt, Laudens. *in c. 1. in fin. de lege Conrad.* Tiraquel. *de retract. lignag. § 1 gloss. 3. verb. aucuns biens num. 8.* Roland. à Valle *consil. 29. num. 11. vol. 3.* Moz. *de natur. feud. num. 105.* Grass. *in §. fideicommissum quæst. 50. num 1.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. conclus. 11. num. 2. lit. a.* Vultei. *lib. 1. cap. 9. num. 118.* Menoch. *4. præsumpt. 197. num. 8.* Valasc. *de jur. emphyt. quæst. 48. num. 8.* nisi fideicommissarius sit ex descendentibus primi investiti, Menoch. *d. præs. 197. num. 10.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 9. num. 2.* Quibus etiam accedit, quod fideicommissi constitutio sit alienatio, & dominii translatio, *infra cap. 10. num. 1. seq.* omnis autem feudi alienatio Vasallo interdicta & prohibita, *c. unic. qualit.* 111 *olim poter. feud. alien. 2. feud. 9. tot. tit. de prohibit. feud. alien. per Lothar. 2. feud. 52. & de prohib. feud. alien. per Frid. 2. feud. 55.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 10. num. 44.* non tantum quoad totum, sed etiam quoad partem, *d. tit. de prohib. feud. alien. per Frid. & ibi* Dd. *comm.* Jason. *in l. fin. num 125. C. de jur. emphyt.* Menoch. *cons. 264. num. 28. vol. 3.* Myns. *4. obs. 86.* Vultej *d. cap. 10. num. 44.* & non solum rem ipsam feudalem, sed etiam jus ipsum in re istâ feudali competens alienare prohibitum, Vultei. *d. c. 10. num. 56.* Nec licet Vasallo feudum donare, §. *donare 1. qualit. olim poter. feud. alien. 2. feud. 9.* Borcholt. *de feud. cap. 8. num. 42.* Vultei. *d. cap. 10. num. 45.* vel in dotem vel propter nuptias dare, *d. § donare 1. 2. feud. 9. princ. vers. hortatu, de prohib. feud. alien. per Lothar. 2. feud. 52. c. nuper de donat. inter vir. & uxor.* Mynsing. *6. obs. 30. num. 1. & 4. observ. 86.* Jason. *in l. fin. num. 109. C. de jur. emphyt.* Sonsbec. *de feud. part. 12. num. 79.* Zas. *de feud. part. 9. num. 7.* Vultei. *d. cap. 10. num. 46.* vel in emphyteusin concedere, Mynsing. *6. observ. 30. num 1.* Moz. *de amiss. feud. num. 130.* Schrader. *de feud. part. 8. cap. 1. num. 6. ampl. 3.* Sonsbec. *de feud. part. 12. num. 82.* Borcholt. *cap 8. num 37.* Vultei. *d. cap 10. num 47.*

Atque hæc quidem in feudo ex pacto & providentiâ procedere & in 112 hoc fideicommissum familiæ constitui non posse, non videtur habere dubium. De feudo absolutè & simpliciter hæreditario, secus se res habere, & in hoc fideicommissum familiæ, absque consensu domini & agnatorum consti-

tui posse, inde dicendum videtur, quod de hoc, sive novum, sive antiquum illud sit, vasallus pro arbitrio suo, haud secus ac de bonis suis allodialibus testari, & cuicunque voluerit, relinquere possit, etiam personæ extraneæ, Menoch. *consil.504. num.4.seq.* Roland. à Valle *consil.10. num.2.seq. vol.1.* Clarus §. *feudum quæst.9.num.2. in fin.* Cacheran *decis. Pædem.26.num.18.* Mozz. *de natur. feud.num.83.* Alciat. *respon.176.* Vultej *de feud.lib.1.cap.9.num.74.* modò masculus sit, Roland. à Valle *consil.79. in fin. vol.3.* Decian. *consil.193. num.5.* Vultei. *d. num. 74.* nec hoc casu domini consensum requiri, tradunt Rol. à Valle *consil.3. num.11. vol.1. & consil.71. num.6. & consil.79. num.30. vol.2.* Borcholt. *de feud. cap.8. num.6.* Vultei. *d. l.*

113 Idemque de feudo mixto ex pacto & providentiâ hæreditario, & quidem novo procedere, modo inter vocatos in primâ investiturâ disponat vasallus, docent Curt. jun. *de feud. part.4. num.132.* Natta. *consil.501. n.14.* Paris. *cons.1. num.8.* Decian. *consil.58. num.28. vol.2.* Alciat. *resp.160. num.13.* Vultei. *d. cap.9. n.75.* Menoch. *cons.104. n.19. vol.1. & 161. vol.2.* Licet contrarium velit Gail. *2. obs.154. n.14.* Rosenthal. *cap.7. conclus.11. n.21. in not. lit.o.*

114 Atque indè etiam hujusmodi feudum absolutè & simpliciter hæreditarium fideicommisso supponi posse, tradunt Bald. *in c. cum virum. C. de fideicommiss.* Ruin. *consil.108. n.118.* Brun. *consil.10. & 14.* Paris. *consil.9. num.68. vol.1.* Alex. *in l. si patroni. ff. ad Sctm. Trebell.* Bart. *in l. at jurisjurandi. §. si liberi vers. & ideo feuda. ff. de oper. libert.* idque extra controversiam verum esse scribit Vultei. *d. cap.9. n.75.* Idemque de feudo dato pro se & hæredibus quibuscunque, docent Rol. à Valle. *consil.1. num.48. vol.1.* Socin. jun. *consil.72. num.23. vol.* . Alex. *in d. l. si pa-*

115 *troni.* ac feudum absolutè & simpliciter hæreditarium in fideicommisso generali contineri, & cum aliis bonis hæreditariis fideicommissario restitui debere, docent Alex. *in d. l. si patroni in princ. num.15. ff. ad Sct. Trebell.* Natta *cons.159. num.25. lib.1.* Jason. *in prælud. feud. num.49.* Bart. *in l. cum virum num.21. vers. aut est feudum hæreditarium C. de fideicom. & in l.1. quæst.34. ff. de rer. divis.* Tiraquel. *de retract. lignag. §.1. gloss.7. num.27.* Menoch. *2. cons.127. num.25. & 4. cons.391. num.54. & lib.4. præsumpt.197. num.6. seq.* Mantic. *d. lib.7. tit.9. num.4.* Grassus *§. fideicommissum quæst.50. num.3.* Rosenthal. *de feud. cap.7. conclus.11. num.20. in not. lit. l.* Vultei. *de feud. lib.1. cap.9. num.118.* Schrad. *de feud. part.7. cap.5. num.44.* Peregrin. *de fideicom. art.6. num.118.* Vinc. Fusar. *de fideicom. subst. quæst.931. n.1.* Vultei. *4. Marpurg. cons.47. n.14.* Secus verò esse in feudo hæreditario mixto antiquo & id in fideicommisso non contineri, tradit Vultei. *d. cap.9. n.76.* Rosenth. *de feud. cap.7. conclus.11. n.19.* Mantic. *d. tit. num.1. seq.* Menoch. *d. præs.197. n.8.* Peregrin. *d. art.6. num.18.* Fusar. *d. quæst.361. num.2. seq.*

Quod si quoque dominus & agnati in fideicommissi constitutionem 116
consenserint, non dubium est, quin illud in re feudali constitui possit; cum horum consensu accedente feudum licitè alienari, & sic in fideicommissum concedi possit, per tradita Vultei. *lib 1. feud. cap. 10. num. 60. & seq. & Doct. ibi allegat.* Atque ita etiam in casibus, quibus feudum licitè alienatur, vel de eo testa- 117
mentum fieri possit, fideicommissum quoque in eo constitui poterit, veluti si feudum datum sit, cum clausulâ, ut de eo disponi possit omnium contradictione remota, Rol. à Valle *consil 42. num. 12. vol. 1.* Paris. *cons. 23. n. 4. vol. 1.* Menoch. *consil 1. num 127.* vel quibus ille dederit, cum hæc vim habeat, ut vasallus liberè sine domini consensu ulteriore feudum alienare possit, Sonsbec. *de feud. part. 5. num. 8.* Zas. *part. ult num. 25.* Borcholt. *cap. 8. num. 76.* Mozz. *de amiss. feud. num. 145.* Curt. jun. *part. 4. num. 41.* vel quicquid faciendi Paris. *cons. 23. num. 4.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 0 num 65.*

Et hæc, quæ de feudo dixi, eadem quoque in emphyteusi obtinent, con- 118
fer *infra cap. 12. num. 121.*

VIII. Constitui porrò non potest fideicommissum familiæ in legiti- 119
mâ; quia legitima ab omni onere, & gravamine soluta & libera esse debet, nec diem, conditionem, modum, aliaque obstacula admittit, *l. Papinian. 8. §. quarta. 9. ff. de inoff. testam. l. omnimodo 30 princ. l. quoniam. 32. l. scimus. 36. in princ & §. 1. C. de inoff. testam.* Grass. *recept. sent. §. legitima quæst. 38.* Tusch. *lit. L. conclus. 187. num. 1. & seq.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 19. num. 226.* Berlich. *3. pract conlus. 14. num. 3.* Vincent. Fusar. *de fideicomm. substit. quæst. 296. num. 1. & seq.* etiamsi conditio illa sit potestativa, *gloss. in l. si pater. & ibi* Aretin. Angel. Fulgos. *& C. de instit. & substit.* Schrad. *d. l. num. 227.* Vel facilis, imo facilima, Bald *in l. quoniam, & ibi* Salicet. Castr. Jason. *C. de in offic. testam.* Vel favorabilis & pia, Schrader. *d. l. num. 229.* quia legitima gravari non potest vel minui sub prætextu legatorum ad pias causas, Chaldas *consil. 5. & consil. 361 in fin.* sed detrahitur tanquam æs alienum ex legatis piis, Bald *consil. 85. lib. 1.* Ruin. *consil. 57. col. 2. lib. 2.* Dec. *consil 23 , num. 7.* Tusch. *d. conclus. 187. num. 24.* & si gravamen oppositum, illud removetur, ac habetur perindè, ac si non esset adjectum, *d. l quoniam. 32. C. de inoff. testament.* Alex *consil 89. in 12. seq. lib. 4.* Tusch. *d. conclus. 187, num 35. & seq.* Crassus. *§. legitima. quæst 28. num. ult.* Berlich *d. conclus. 14. num. 5.* Atque indè 120
fideicommisso non posse gravari legitimam, tradunt per *auth. res quæ C. commun. de legat.* Dec. *consil. 81. in fin.* Angel. *consil. 207. in fin.* Grassus *§. legitima. quæst. 38. num. 3. & seq.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 8. in princ. & n. 2.* Tusch. *d. conclus. 187. num. 73.* Vultei. *4. Marpurg. consil. 30. num. 88. & 110.* Fusar. *d. quæst. 296. jur. tot.* & fideicommissum non valere in legitimâ consuluit Alex, *consil. 55. num. 7.*

1 & consil. 68. in fin. lib. 4. Menoch. 4. præs. 67 n. 25. Tusch. d. concl. 187. num. 7. ac gravamen fideicommissi ex legitimâ deduci, sicut omne aliud gravamen, consuluit Roman. consil. 1 5. in princ. & consil. 239. in princ. Alex. consil. 3 num. 2. lib. 7. Abbas consil. 15. col. ult. lib. 2. Tusch. d. conclus. 187 num. 34. & non posse prohibere patrem alienationem bonorum pro quotâ legitimæ, ne quidem ex causa scribit Jason. in l. filiusfam. § divi. col. 2. vers. quinto nota. ff. de legat. 1. Tusch. d. l. num. 8. nec legitima gravamen recipit in proprietate, nec in usufructu, Bald. consil. 237. in fin. vers. de legitima. lib 1. sed legitimæ quantitas libera esse debet, tàm in usufructu, quàm in proprietate, Cuman. consil 25. num. 4. Tusch. d. l. num. 12. Ita ut etiam non facto inventario legitima de fideicommissis deducatur, gloss. in auth. hoc amplius. & ibi Angel. Salicet. Castr. C. de fideicommiss. Petra. de fideicommiss. quæst. 15. num 111. & 128. Peregrin. de fidecommiss. art. 36. num. 140. Fusar. d. quæst. 296. num 13. & seq.

121 Quod si tamen filius appositum gravamen vel onus fideicommissi, &c. in legitimâ sciens prudensque acceptaverit, & expressè in onus illud consenserit, ex post facto illud detrectare nequit, sed paternum judicium, semel approbatum sequi tenetur, l. parentibus 8. §. 1 si quando 35. §. & generaliter. 2. C. de inoff. test. l. non putavit. 8. §. si quis sua 6. ff. de bon. poss. contra tab. l. impuberem. 22. § fin. ff. de fals. Gabr Roman. lib. 6. comm. concl. 1. Limit. 20. n. 55. Roderic. Soarez. in repetit. l. quoniam. C. de inoff. test. per tot. Tusch. d. lit. L. concl. 187. n. 114. Dec. consil. 26. Ripa. cons. 6 n. 13. lib. 1. Fusar. d. quæst. 296. n. 42 48. & n 91. seq.

Licet secus esse videatur, si in patris testamentum filius generaliter consenserit, Rol. à Vall. cons. 26. n. 13. vol. 3. Guliel. de Cun. in d. l. si quando. §. & gene-
122 raliter. C. de inoff. test. Grassus d. §. legitima quæst. 38. n. 21. Et simplicem testamenti paterni approbationem non impedire legitimæ deductionem, docent Gabr. cons. 137. num. 40. lib. 1. Paris. consil. 26. lib. 2 Alban. consil. 7. n. 45. Tusch. lit. F concl. 143 num. 24. Vultei. 1. Marpurg. consil. 29. num. 124. & 4. consil. 30. num 60. & 104. Fusar. d. quæst 296. num. 41. seq. sicuti nec simplex paternæ hæreditatis aditio legitimæ deductionem impedit, Anton. Gabriel. de legit concl. 1. num. 4. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 8. num. 3. seq. Grass. §. legitima. quæst. 38. num. 4. Petra de fideicomm. quæst. 15. num. 19. Menoch. 4. præsumpt. 196. num. 20. seq. Fusar. d quæst. 296. num. 28. & seq. & num. 44. seq.

123 Atque ita etiam nec super dote fideicommissi onus constitui potest, per l. à filia in princ. ff. ad SCt. Trebell. l. pater filiam ff. ad L. Falcid. Grass. §. legitima. quæst. 41. num. 1. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 8. num. 27. Peregrin. de fideicom. art. 6. num. 1. Fusar. de fideicomm. subst. quæst. 297. num. 2. & seq. per tot. Quia dos succedit loco legitimæ, Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero num. 6. ff. de condit.

& de-

& demonstr. Iason. *cons. 69. in fin. lib. 2* Tiraquel. *in l. si unquam. verb. suscepe-rit liberos. num. 112. C. de revoc. donat.* Fusar. *d. quæst. 297. num. 1.* confer *infra cap. 6. num. 148. seq.*

CAPUT VI.

De Forma, sive modis, quibus fideicommissa familiarum Nobilium constituuntur.

Summaria.

1. *Fideicommissa familiarum constituuntur vel per ultimam voluntatem, vel conventione inter vivos.*
2 *An melius sit per ultimas voluntates, vel contractus fideicommissa constituere?*
3. *Testantium voluntates sunt firmiores.*
4. *Vltima voluntas dicitur solatium fati, & typus immortalitatis.*
5. *Contrahentium conventiones facilè revocari possunt.*
6. *In ultimis voluntatibus plenior interpretatio facienda, & pro iis in dubio judicandum.*
7. *Principis potestas ultimæ voluntati cedit.*
8. *In contractibus strictior fit interpretatio.*
9. *Alienationis prohibitio in testamento fortior judicatur, quàm in contractu facta.*
10. *Mitius agitur cum contrahente, quàm cum testatore.*
11. *In fideicommisso conventionali strictior fit interpretatio.*
2. *Fideicommissum universale per conventionem fieri nequit.*
13. *Vltimæ voluntates quatenus ambulatoriæ?*
14. *Constituuntur fideicommissa testamento.*
15. *Testatoris dispositio, ne bona extra familiam alienentur, adeo valida, ut huic favori renunciari nequeat.*
16. *Testator quam vult legem adponere potest.*
17. *Ad fideicommissi ordinationem in testamento vel codicillis quin-*

que

pue testes requiruntur.

18. Ex testamento non solemni fideicommissa non præstantur.

19. An Principes, Comites, Barones & alii status Imperii omnimodam jurisdictionem habentes, in fideicommissis testamento ordinandis, juris civilis solemnitates observare teneantur?

20. Et quid in Principibus territorio carentibus?

21. Tutius est, ut solemnitates observent.

22. Testamenta parentum inter liberos absque solemnitatibus, valida sunt.

23. Etiamsi patris manu voluntas in schedulâ quadam scripta sit.

24. Codicillis fideicommissa relinqui possunt.

25. Constituuntur etiam hæc fideicommissa ab intestato, inter vivos.

26. Fideicommissa licet propriè sint actus ultimæ voluntatis, generaliter tamen loquendo, ea etiam bona fideicommissaria dicuntur, quæ per modum conventionis agnatis sunt restituenda.

27. Constituuntur etiam fideicommissa epistolâ, verbis quibuslibet, & solo nutu.

28. Nec semper verba precaria sunt necessaria.

29. Constituuntur per contractum.

30. Alienationis prohibitio per contractum fieri potest.

31. Idem pacto fieri potest.

32. Valet pactum inter fratres Nobiles, ut bona illorum immobilia non alienentur extra familiam, quod vocari solet **Burgfrieden.**

33. Conjuges in contractu matrimonii dotem, vel alia bona immobilia ita afficere possunt, ut perpetuò sint apud primogenitum, nec extra familiam alienentur.

34. Pacta de certis rebus vel bonis aliquibus valida sunt.

35. Secus verò est, quoad totam viventis hæreditatem, vel ejus partem.

36. Pactis hæreditas dari nequit.

37. Ius

37. *Ius publicum pactis privatorum tolli non potest.*
38. *Pactum de succedendo non valet, sive sit affirmativum, sive negativum.*
39. *Nec pactum de succedendo juramento confirmari potest.*
40. *Nec refert an pactum sit expressum, vel tacitum.*
41. *Sive de totâ hæreditate, sive de ejus parte.*
42. *Non valet pactum in contractu matrimonii, ut unus liberorum majorem hæreditatis partem consequatur, vel filiæ excludantur.*
43. *Pactum de non alienando in perpetuum non valet.*
44. *Aliter hæc se habent quoad Principes, Comites, Barones & Nobiles imperii.*
45. *A lege & consuetudine nova succedendi forma in duci potest.*
46. *Conventiones personarum illustrium. quibus familiæ connectuntur iisque providetur, validæ sunt.*
47. *Contractus celebrati ab iis, qui legis contendæ potestatem habent legis vim obtinent.*
48. *In personis Illustribus & Nobilibus suspicio mortis alienæ captandæ cessat.*
49. *Subditorum interest, ne extraneis & ignotis dominis subjiciantur.*
50. *Pacta successoria valent inter eos, qui legis condendæ potestatem habent.*
51. *Pacta reciproca de succedendo in casum deficientium masculorum par stipulationem donationis causè inter vivos valent.*
52. *Maximè si agnationis conservandæ causâ facta*
53. *Quamvis jure civili. pacta de succedendo inter solos milites valeant, ex communi tamen gentium usu & consuetudine inter personas quoque illustres & Nobiles accepta sunt pro familiarum conservatione.*
54. *Exempla pactorum de non alienandis bonis referuntur.*
55. *Parentum voluntas, quæ non subsistit ut testamentum, nihilo-*

minus in vim divisionis inter liberos valet.

56. *Per pactus vendendi libertas restringi potest.*

57. *Fideicommissa constitui possunt per modum donationis.*

58. *Omnium bonorum donatio valet.*

59. *Testari potest, qui nihil in bonis habet.*

60. *Libertas testandi quatinus restringi potest.*

61. *Mortis causâ donatio habet vim ultimæ voluntatis.*

62. *Mortis causâ donatio revocari potest.*

63. *Et revocatur, si donator rem donatum voluntariè alienet.*

64. *Mortis causâ donatio insinuatione non eget, sed quinque testes desiderat.*

65. *Principes, Comites, Barones & Nobiles immediati an donationes suas insinuare teneantur?*

66. 67. *Hi in teritoriis suis Imperatori comparantur, & in iis tantum possunt, quantum imperator in Imperio.*

68. *Nobiles immediati majori libertate utuntur, quam Comites & Barones Austriaci.*

69. *Sufficit, si Nobiles coram se ipso & in loco judicii in præsentia Notarii vel Actuarii, donationes suas insinuent.*

70. *Donationes factæ ab iis, qui Imperium & jurisdictionem habent, sine insinuatione subsistunt.*

71. *Donatio ob causam facta, insinuatione non eget.*

72. *Fideicommissa per modum conventionis, donationis vel divisionis instituta, vim & effectum habent ultimæ voluntatis.*

73. *Divisio parentis inter liberos facta vim habet supremi judicii.*

74. *Constituuntur familiarum fideicommissa consuetudine.*

75. *Consuetudine pactum successionis validatur.*

76. *Consuetudo juri communi derogat & legem vincit.*

77. *Consuetudine induci potest, ut fœminæ in feudis succedant.*

78. *Etiam in familiâ aliquâ speciali.*

79. *Consuetudine primogenitura introduci potest, uti & jus advocatiæ & jurisdictio.*

80. Par

80. Par est ratio legis, consuetudinis & statuti.
81. Primogenitura statuto induci potest.
82. Praescribtio habet vim pacti & contractus.
83. Item legis, publici instrumenti, regii assensus, privilegii & specialis concessionis.
84. Praescriptione immemoriali inducitur jus primogeniturae, jurisdictio, Nobilitas, & alia aliàs non praescriptibilia.
85. Constituuntur fideicommissa vel verbis expressis, vel tacitis.
86. Verbis expressis quomodo constituuntur.
87. Verbis quoque enunciativis fideicomissa constituuntur.
88. Fideicommissa etiam per conjecturas & praesumptiones inducuntur, etiamsi verba fideicommissi expressa non adsint.
89. Modò conjecturae sint graves, urgentes, neccessariae & concludentes, & à lege receptae.
90. Si de conservatione bonorum in familiâ agatur, fideicommissum inductum praesumitur.
91. Si de fideicommisso inducto agatur, conjecturae etiam leves sufficiunt.
92. Quilibet, & maximè Nobiles, familiae suae honorem & conservationem appetere praesumuntur.
93. Etiamsi verba dificiant, ex conjecturâ tamen voluntatis fideicommissum suppleri potest.
94. Voluntas quae ex conjecturis colligitur, evidens & manifesta dicitur, & conjecturae apertissimae probationes dicuntur.
95. Vt fideicommissum valeat, à propriâ verborum significatione recedi solet.
96. In fideicommissis sola testatoris voluntas sufficit, sive fideicommissi verba sint expressa, sive omissa, & si verba in necessariam tantum consequentiam fideicommissum importent.
97. Tàm speciale quàm universale fideicommissum ex conjecturis colligitur.
98. Extenditur quoque Fideicommissum ex conjecturis

99. Fideicommissum absolutum & perpetuum inducitur. 1. si testator bona sua familiæ relinquit, vel quod in familiâ permanere debeant, eo quod non exeant de familiâ, disponit.

100. 2. Quando testator dixit, quod bona sua conservari debeant in familiâ, agnatione vel domo suâ.

101. 3. Vel quod bona non debeant extra familiam alienari.

102. 4. Quando per modum principalis dispositionis hoc actum est, ut bona in familiâ domo & apud agnatos sive masculinam lineam conserventur, & propterea extra eam alienari prohibeantur.

103. 5. Quando testator prohibuit bona alienari, & per modum causæ finalis adjecit, quia ea vult in familia conservari.

104. Sufficit si ratio conservandæ agnationis in præfatione dispositionis sit expressa.

105. 6. Si disponens voluerit bona sua totaliter & omnio in familiâ suâ permanere.

106. 7. Idem est si bona perpetuò alienari prohibuerit, vel quando agnatos imperpetuum substituit.

107. 8. Si testator dixit, quod bona sua non egrediantur domum vel familiam suam in infinitum.

108. 9. Vel quod nunquam exeant de familiâ suâ.

109. 10. Vel quod velit bona sua remanere in familiâ usque ad ultimum.

110. 11. Quando disponens mentionem fecit de solis masculis, vel lineâ masculina.

111. Etiamsi ratio familiæ sive agnationis conservandæ non sit adjecta.

112. Statuta fœminas excludentia propter masculos, ob conservandam agnationem condita esse intelliguntur.

113. Masculorum inclusio est fœminarum exclusio.

114. Dispositio limitata in masculis, prohibita dicitur in fœminis.

115. Si in primâ institutione filii & descendentes masculi vocati, quamvis

qamvis substitutionibus, masculorum mentio non sit facta, nihilominus tamē masculinitatis qualitas repetita censetur, & qualis prima institutio talis etiam substitutio intelligitur.

116. 12. Quando testator agnatis ipsis & transversalibus vocatis addidit, voluntatem suam esse, quod bona permanere debeant apud dictos institutos.

117. 13. Quando testator reliquit bona sua certis personis de familiâ sua, & petit, ut curent, ne ea de nomine, seu domo sua exeant.

118. 14. Quando testator instituit filios, & ipsis sine masculis decedentibus substituit filias, earumque descendentes.

119. 15. Quando testator differentiam fecit inter masculos & fœminas, & masculos hæredes instituit, filiabus autem dotem adsignat.

120. 16. Quando testator aliquid reliquit duobus senioribus de domo.

121. 17. Quando testator prohibitioni de non alienando iteratò causam adjecit concernentem conservationem bonorum in familiâ.

122. 18. Quando clerici â succesione exclusi.

123. 19. Si renunciatio ex causa familiæ conservandæ facta.

124. 20. Quando testator divisionem inter illos de familiâ prohibuit.

125. 21. Si extranei hæredis institutio interdicta.

126. 22. Quando testator masculis deficientibus extraneum substituit, cum onere deferendi nomen, arma & insignia ipsius testatoris familiæ.

127. Ex nomine, armis & signibus familiarum & agnationum memoria conservatur.

128. Nominis & insignium delatio etiam à privato, extraneo imponi potest, & â succesoribus servanda, alias fideicommisso privătur.

129. Exemplum refertur in octavio.

130. Ius deferendi insignia est de Regalibus

131. Multa transeunt cum universitate, quæ singulariter per se sunt prohibita.

132. Is qui alterius nomen & insignia deferre jussus, non tenetur propria relinquere.

133. Turpe nomen fideicommissarius deferre non tenetur.
134. Arma & ansignia an & quatenus ad fideicommissarium universalem transeant.
135. Arma & insignia ad hæredes extraneos transeunt.
136. Quanda uni duo fideicommissa deferuntur, in quorum uno præcipitur, quod ejus successor solo cognomine ejusdem familiæ appellari debeat, in altero vero jubetur, quod ejusdem familiæ nomen tantum deferre debeat, unum tantum retinere potest.
137. 23. Ex qualitate rerum fideicommissum familiæ relictum censetur
138. Veluti si bona illustria & digna, quæ perpetuò in familâ conserventur, relinquantur.
139. Vel si castrum vel jurisdictio relicta.
140. Vel domus nobilissima, vel insigne palatium fit.
141. 24. Si testator plures substitutionum gradus fecerit.
142. 25. Quando testator fœminas propinguiores exclusit, masculos instituendo, illisq; filios substituit.
143. Testator simpliciter familiæ, agnationi, domui, &c. fideicommissum relinquens, de propriâ ipsius testatoris familiâ id intelligendum est.
144. Omnis conventio & dispositio intelligitur secundum affectionem, quam disponens ergâ personas habuit.
145. Quilibet suæ agnationi & familiæ magis, quam alienæ favere præsumitur.
146. Nemo alienam successionem propriæ anteponere voluisse censetur.
147. Si de propriâ familiâ nemo extet, dispositio de hæredis agnatione intelligenda venit.
148. In fideicommissi constitutione liberis legitima salva relinquenda, cum ea jure naturæ debeatur.
149. Prohibitio de non alienando non extenditur ad legitimam.
150. Filius prohibitus alienare, nihilominus legitimam detrahere potest.
151. Etiamsi piæ causæ fideicommissum relictum sit.

152. Con-

152. Confessio patris, quâ jus legitimæ fit deterius, non præjudicat.
153. Legitima debetur ut æs alienum.
154. In primogenituræ institutione legitima liberis relinquenda.
155. Tam filiorum, quam filiarum legitima nullo onere gravanda.
156. Pater uni liberorum plus, quàm reliquis relinquere potest, modò his legitima, salva maneat.
157. Legitima debetur de omnibus bonis
158. Filius jus eligendi habet legitimam in quibuscunq; bonis.
159. Non tamen in bonis fideicommisso subjectis, si alia bona supersint.
160. Sicuti nec in bonis alteri legatis.
161. Nisi omnia bona legata sint.
162. Electio filii boni viri & judicis arbitratu fieri debet.
163. Pater liberis legitimam adsignare potest.
164. Filium familias fideicommisso gravatum præter legitimam etiam Trebellianicam deducere posse, communiter asseritur.
165. Secus tamen est in fideicommissis familiarum, & bonis alienari prohibitis.
166. Trebellianicæ detractio prohiberi potest à testatore.
167. Etiam liberis primi gradus.
168. Non detrahitur Trebellianica, quando testator bona immobilia alienari prohibuit.
169. Expresum etiam illud dicitur, quod natura verborum necessariò importet.
170. Fideicommissarius, qui fideicommissum, vel legatum restituere tenetur, Falcidiam vel Trebellianicam non deducit.
171. Ex bonis fideicommisso perpetuo, vel restitutioni subjectis legitima non debetur.
172. Legitima illis tantùm debetur, qui ab intestato succedunt.
173. Non verò illis, qui ab hæreditate excluduntur.
174. Legitima liberis debetur tantum ex substantia patris propriâ.

175. Domi-

175. Dominium quod successor in fideicommisso habet, non est purum sed ad ipsius vitam restrictum.
176. Statutum à successione aliquem excludens, à legitima quoq; excludit.
177. Legitima hodiè titulo institutionis relinquenda.
178. Legitima ex bonis majoratus, sive primogenituræ nō deducitur.
179. Sicuti nec ex feudo.
180. Fœminæ in feudo hæreditario non succedunt, quando masculi supersunt.
181. Nec ex feudo primogenituræ legitima debetur.
182. Legitima in totum tolli nequit, minui tamen potest.
183. Legitima tolli potest statuto favore agnationis conservandæ.
184. Multò magis minui ex hâc causâ potest.
185. Quando fœmina statuto â successione excluditur, dos congrua loco legitimæ venit.
186. Si pater fideicommissum instituens filias congruè dotet, nec legitimam, nec ejus supplementum petere possunt exemplo fœminæ renunciantis.
187. Dos debet esse congrua.
188. Dotem congruam nonnulli dicunt eam, quæ respondet legitimæ.
189. Dos surrogatur in locum legitimæ.
190. Dos, & legitima sunt separata.
191. Surrogatum sapit naturam surrogati.
192. Ligitima vivo patre non debetur.
193. Surrogatum non sapit naturam surrogati, quando diversa est ratio.
194. Dos metam legitimæ necessariò non sequitur, sed sufficit si respectu facultatum sit congruo.
195. Communiter dos congrua dicitur, quæ constituitur secundum morem regionis, numerum liberorum, quantitatem bonorum, & nubentium conditionem.
196. Lex de patre benè præsumit, & quod optimum pro filiâ consilium capiat.

197. Filia

197. Filia à patre dotata non potest petere supplementum congruæ dotis.
198. Si regni vel loci consuetudo deficiat, & dos à patre non sit constituta, judex eam difiniat.
199. Et solet pro modo facultatum & reditum decerni.
200. Sueviæ consuetudine, patre mortuo, proximi agnati & curatores filiabus Nobilibus dotes definiunt, quæ plerumque duorum millium esse solet.
201. Dos mille ducatorum Comiti congrua esse potest.
202. Venetorum lege patricius sex millia Ducatorum dotis nomine excedere non potest.
203. Et si patricius plebeam ducat, duobus aureorum millibus dotem determinarunt.
204. In Ducatu VVirtembergico qualis dos sit Ducissarum.
205. Apud Massilienses maxima dos fuit centum aureorum.
206. Dotes certæ quare constituendæ.
207. In Germaniâ familia Principum, Comitum, Baronum & Nobilium certam habere solent dotis quantitatem.
208. Fideicommissum familiæ instituens filiabus de dote, & masculis de alimentis prospicere debet, & num. 210.
209. Si consuetudo vel statutum primogenito successionem deferat, & de dote vel alimentis nihil disponat, nihilominus tamen dotes & alimenta sunt subministranda.
210. Nati ex illustri familiâ magnificè, ihrem Stand gemäß sunt tractandi.
211. Exemplo Iosaphat, Cyri.
212. In Germaniâ olim natu minoribus per subinfeudationem, vel usumfructum perpetuum, prospectum fuit.
213. Naturæ lex suadet, ut ex bonis paternis filiis postea genitis alimenta decernantur.
214. Diabolica est consuetudo, quæ fratribus nullam portionem relinquit.
215. Turcæ fratres trucidant.
216. Idem fecerunt Imper. Augustus & alii.

217. Quandoque etiam ipsi patres, ut uni filio regnum relinquerent, cæteros sustulerunt.
218. Abyssini & Chinenses Reges fratres postgenitos perpetuo castro manciparunt.
219. Caliphæ Reges singulos ex ipsorum familiâ ferreis catenis vinciebant, iisque palatia & custodes assignabant.
220. Ormi Rex fratres excæcavit.
221. Alii eosdem in monasteria relegare solent.
222. Apud Lacedæmonios pari jure cum reliquis civibus vivere cogebantur.
223. Nulla fides inter eos, qui unius Regni hæredes sunt.
224. Apennagium, abgefundene Herren/quid?
225. Apennagium in quibus rebus constitui solet?
226. Apennagium alienari nequit, nec ad hæredes transit.
227. Vltrogeniti in portione istâ superioritatem territorialem & Regalia non habent.
228. Nec ad Comitia vocantur.
229. Postgeniti bona hæc non aliter possident, quam viduæ Principes sua dotalitia.
230. Vltrogeniti in apennagio subditis collectas indicere nequeunt.
231. Onus dotandi filiam Illustrem ad primogenitum pertinet.
232. Quod in Ducatu etiam VVürtembergico observatur.
233. In apennagio jus primogenituræ locum non habet.
234. Secundogenitis alimenta debentur, etiamsi aliundè habeant, ex quo se alere possint.
235. Sicuti etiam dos debetur filiabus, etiamsi aliundè sint dotatæ, vel alimenta habeant.
236. Dos & legitima æquiparantur.
237. Fideicommissi successores filias vel sorores ex bonis fideicommissariis dotare, vel alere non tenentur, si aliundè habeant.
238. Si fideicommissi institutor liberis legitimam, alimenta vel dotes non constituerit, an fideicommissum sit nullum, an verò valeat, & alimentorum, vel dotis constitutio peti possit?

239. Quau-

239. Quando per statutum à successione parentum filiæ excluduntur, & à patre in testamento prætereuntur, testamentum non possunt dicere nullum, sed dotem vel alimenta petere possunt.
240. In fideicommissis constituendis, creditorum jus salvum manere debet.
241. Ex fideicommisso constituendo æs alienum prius deducendum, & bona dicuntur ære alieno deducto.
242. Consultum est in fideicommisso constituendo scripturam intervenire.
243. Quamvis regulariter conventiones absq; Imperatoris confirmatione valeant.
244. Etiamsi de bonis in familiâ conservandis agatur.
245. Superioris tamen confirmatio fideicommissa hæc firmiora efficit.
246. Pacta Illustrium personarum de mutuâ successione, sive confraternitates Imperatoris confirmationem desiderant.
247. Interest Imperatoris quales sit habiturus successores in Principatibus, & ditionibus.
248. Anhaltinorum pactum cum Electore Palatino de Marchiâ factum, invalidum judicatum, quod Imperator id non confirmaverat.
249. Austriacæ familiæ pactum de primogenitura Imperatoris confirmatione factum.
250. Electorum jus primogenituræ in Comitiis Metensibus confirmatũ.
251. Solent in fideicommissorum institutione certi modi, conditiones & leges adponi, quæ si honestæ & possibiles, adimplendæ sunt.
252. Quilibet rei suæ moderator & arbiter, & legem, quam vult, imponere potest.
253. Contraventium placita servande sunt.
354. Sicut leges, ita pacta & conventiones paritum servandæ sunt.
255. Etiamsi à jure communi recedatur.
256. Hominis provisio facit cessare provisionem legis.
257. Pacta rumpunt leges.
258. Pacta à majoratuum institutoribus adjecta sunt servanda.

259. Conditiones & leges impossibiles, turpes & quæ sunt contra leges in legatis & ultimis voluntatibus adjectæ, pro non adjectis habentur, secus verò in contractibus.
260. Ratio diversitatis quænam?
261. Modus & conditio sæpe confunduntur.
262. Differunt tamen, & quomodo?
263. Fideicommissum sub modo relictum, modo non impleto, non evanescit.
264. Secus verò quoad conditionem.
265. In dubio præceptum testatoris censetur per viam modi, non verò conditionis adjectum.
266. Modi & leges fideicommissorum esse solent, ut unus solus succedat, vel primogenitus, vel senior.
267. Senior quis dicatur?
268. Primogenitus, quis, horumq́; differentia.
269. Proximior, der Nächste/differt à seniore, dem Aeltisten.
270. Consultius videtur, ut in fideicommissis unus solus succedat.
271. Nulla fides regni sociis.
272. In apibus unus Princeps est, sicuti & in aliis.
273. Si gemini soles forent, omnia mox conflagrarent.
274. Unius gubernatio longè potior, quam multorum.
175. Ius primogenituræ jure divino fundatum.
276. Natura comparatum est, ut majores natu imperent.
277. Ius primogenituræ observatur in Galliâ.
278. In Hispaniâ 279. Angliâ. 280. Hungariâ. 281. Apuliâ. 282. Siciliâ. 283. Apud Insubres & plerosq́; Italiæ populos.
284. In Sabaudiâ.
285. In Germaniâ in Archiducatu Austriaco.
286. In Ducatu Bavariæ.
287. Marchionatu Badensi.
288. Ducatu Brunsuicensi.
289. Clivensi & Iuliacensi.
290. Landgraviatu Hassiæ.
291. In Ducatu Holsatiæ.

292. Lotha-

292. Lotharingiæ.
293. Et Megapolitano.
294. Nec non VVürtembergico.
295. In Electoratibus Secularibus.
296. Hujusmodi consuetudo valida est.
297. Apud Iudæos natu maximus ex parentum bonis cuncta duplicia habebat, ad dextram patris sedebat, ipsique primogenitura pecoris debebatur.
298. Animalia bruta fœtus primogenitos charius amant.
299. Et medicamenta, quæ ex animalibus primogenitis conficiuntur, validiora sunt.
300. Majorum natu & seniorum prærogativæ 50. recensentur.
301. Primogenitura quando instituta intelligatur, seq.
309. Major de domo quando vocatus, de majore ætate intelligitur.
310. Maximè quando major natu vocatus.
311. Quo casu excluduntur defuncti majoris filii.
312. Si dignior vocatus, quis intelligatur?
313. Si senior vel dignior de domo vocatus, senior de familiâ vocatus intelligitur.
314. Quandoque etiam plures ad fideicommissa vocantur.
315. Quatenus plures succedant?
316. Constituuntur quandoque hæc fideicommissa, ut inter fratres commoditas dividatur, jurisdictio verò à seniore exerceatur, vel fratres alternis annis provincias administrent.
317. Quod dicitur **Mutschierung**.
318. Vt administratio pluribus committatur.
319. Vel ut jurisdictio apud omnes in solidum maneat.
320. Quandoque bonorum fideicommissariorum divisio nominatim prohiberi solet.
321. Divisione familiæ dignitas, & patrimonia destruuntur.
322. Vnita virtus fortior, & unitas ad conservationem subjecti ordinatur.

323. Per bonorum divisiones repetitas, principales familiæ attenuantur, & nihil magnum quod divisione non sit parvum.
324. Diminutio bonorum inducit diminutionem dignitatis, & conservatio bonorum dignitatis & honoris conservationem.
325. Divisio Imperio damnosa.
326. Feuda regalia non dividuntur.
327. In mercatoribus communio utilior est, in Nobilibus familiis unicum succedere conducit.
328. Conveniri non potest pacto, ut quis perpetuò in communione stare teneatur.
329. Quod tamen non procedit, si rationabilis aliqua causa, veluti familiæ conservatio id requirat.
330. Æqualitas licet inter liberos servanda, ex certâ tamen causâ jus primogenituræ introductum, & consuetudine inæqualitas introduci potest.
331. Licet alienationis prohibitio fideicommissis familiarum tacitè insit, plerumque tamen nominatim adjici solet.
332.333. Quandoque etiam clausula mutuæ hypothecationis, & constituti possessorii pactis illustrium familiarum inseri solet.
334. Hujusmodi alienationis prohibitio licita est.
335. Et favorabilis esse judicatur, & extendi potest.
336. Lugubre est antiqua majorum prædia ad extraneos devenire.
337. Apud Romanos olim hortum, & agrum alienare non licuit, nisi prius alius compararetur.
338. Locrensium legibus prohibitum avitas hæreditates alienare, quod etiam statutis Lubeccensibus & Hamburgensibus cautum.
339. Hujusmodi alienationis prohibitio hodie necessaria.
340. Alienationis prohibitio, an & quatenus odiosa?
341. Iniquum videtur liberis hominibus liberam bonorum suorum administrationem adimere.
342. Quo nomine decreta Cameralia referuntur.
343. Dominium quid sit?

344. Libe-

344. Liberum est etiam, quod certâ lege licet.
345. Alienationis prohibitio etiam in familiis Regiis, veluti Galliarum obtinet.
346. Imperator juramento promittit non alienare bona Imperii.
347. Idem est in Hungariæ Regno.
348. Alienationis prohibitio quotuplex?
349. Alienationis prohibitio fieri debet cum causæ vel personæ expressione.
350. Nulla alienationis prohibitio non valet.
351. Nemo tenetur sequi consilium.
352. Causæ expressio fit vel expressè vel tacitè.
343. Expressum etiam dicitur, quod verbis generalibus explicatur.
354. Non est nudum testatoris præceptum, quod ex tacitâ causâ vestitur.
355. Expressè adjicitur causa, si testator dicat, prohibeo hanc domum alienare, quia fuit majorum, vel ut in familiâ maneat.
356. Expressio causæ consideratur non tantum ratione utilitatis & affectionis simul, sed etiam ratione affectionis tantùm.
357. Sufficit causam in aliquâ testamenti parte esse expressam, licet ipsi prohibitioni non statim adjecta sit.
358. Tacitè causa inesse intelligitur, si prohibeatur alienari arx, turris in finibus posita, & si quid simile.
359. Si servus alienari prohibitus sit.
360. Si prodigus alienare prohibeatur.
361. Si prohibitio à Principe facta.
362. Si ad certam ætatem testator alienare prohibeat.
363. Si persona cui alienatio prohibita, testatori sit odiosa.
364. Si res alienari prohibita, majorum fuerit.
365. Si testatrix domum, in quâ peperit, alienare prohibeat.
366. Si res alienari prohibita, de jure quoque communi alienari nequeat, veluti si bona restitutioni sint obnoxia.
367. Si bona extra familiam alienari prohibeantur.

368. Si-

368. Si alienationis prohibitioni pœna nullitatis adjiciatur.
369. Si in causa alienationis alius fuerit vocatus.
370. Etiamsi certa persona non sit vocata.
371. Si certa persona nominata, in cujus favorem vult testator bona fideicommissi jure devolvi, validum est præceptum.
372. Idem est, si alienationis prohibitio in odium certarum personarum facta.
373. Si alia pœna contraventioni adjecta sit.
374. Alienationis nomine quænam veniant?
375. Fortior est alienationis prohibitio expressè facta quàm tacita.
376. Expressa & tacita alienationis prohibitio quomodo differant?
377. Si expressè alienatio prohibita, secutâ alienatione res alienata statim revocari potest.
378. Expressa alienationis prohibitio domini translationem impedit.
379. Eaque confiscationem bonorum non admittit.
380. Fideicommissa familiarum perpetua sunt.
381. Possunt tamen ex certo tempore, ad certum tempus, vel certas personas constitui, & quomodo.
382. Fideicommissi successor juramento adstringi potest, ut fideicommissi leges observet.
383. Valet quoque fideicommissi constitutio, ne monachi, vel clerici in eo succedant.
384. Adponi quoque potest clausula, ne bona hæc confiscentur.
385. Vel ut matrimonium cum certâ personâ, vel certâ familiâ contrahatur.
386. Sub spe futuræ successionis aliquis ad matrimonium allici potest.
387. Modo præceptum illud honestè adimpleri possit.
388 Valet statutum prohibens, ne mulier extra territorium nubat.
389. Modo in territorio isto honestè nubere possit, aliàs secus.
390. Constitui potest fideicommissum, ut successor insignia testatoris deferat.

391. An-

391. *An & quatenus fideicommissum sub conditione mutandæ Religionis institui possit.*
392. *Conditiones possibiles & honestæ fideicommisso adjectæ sunt servandæ, aliàs secus n. 433.*
393. *Impossibile quibus modis dicatur?*
394. *Naturâ impossibile quid dicatur?*
395. *Religio Romano-Catholica & Augustana confessio, legibus Imperii permissæ.*
396. *Homines sæpè Religionem mutare solent.*
397. *Turpe dici posse non videtur, quod legibus Imperii permissum.*
398. *Perplexitate impossibile quid?*
399. *Hæres adeundo hæreditatem sese adstringit ad omnia quæ defunctus voluit.*
400. *Forma ad unguem est servanda.*
401. *Datum sub unâ conditione, sub contrariâ ademptum intelligitur.*
402. *Legatum sub conditione certam uxorem ducendi non debetur, nisi conditione adimpletâ.*
403. *Matrimonium cogi nequit, sed liberum est.*
404. *Matrimonium carnale & spirituale æquiparantur.*
405. *Christianæ fraternitatis officium est, alterum in Religione docere.*
406. *Fideicommissarius fideicommissum repudiare & conscientiæ suæ consulere potest.*
407. *Legatum sub conditione Religionis mutandæ relictum, non debetur, nisi conditione adimpletâ, secus n. 431.*
408. *Conditio turpis, & quæ contra bonos mores, vel impossibilis, fideicommissis & legatis adjecta, pro non adjecta habetur.*
409. *Nec pœna iisdem adjecta debetur.*
410. *Facta quæ lædunt pietatem, existimationem & quæ sunt contra bonos mores, impossibilia sunt.*
411. *Qui veritatem cœlestem semel agnitam deserit, contra pieta-*

tem & conscientiam agit.
412. Religio non est simulanda.
413. In spiritualibus si quis sub spe lucri invitatur, Simoniam committit.
414. Qui spe lucri à Religione deficit, turpiter agit.
415. Multa per se sunt honesta, quæ tamen propter lucrum turpia fiunt.
416. Deo magis obediendum, quàm hominibus.
417. Præceptum testatoris juri naturali, vel divino repugnans, hæredem non obligat.
418. Religio non est in bonis vel commericio hominum.
419. Testator juri publico & legibus contravenire nequit.
420. Defunctus hæredem legis beneficio privare non potest.
421. Quilibet rei suæ moderator & arbiter est.
422. Religionis exercitium debet esse liberum, & tyrannis est, conscientiis dominari velle.
423. Conditiones, quibus mediatè in Deum, principaliter verò in hominem committitur, improbantur, & sic multò magis illæ, quibus principaliter in Deum committitur.
424. Iuramentum in ultimis voluntatibus remittitur, ne quis pro lucro captando, vel omittendo ad perjurium impellatur.
425. Propter lucrum multi à verâ Religione seduci possunt.
426. Occassio delinquendi est evitanda.
427. Status alium Statum vel alterius subditum in Religione turbare non debet.
428. Sollicitatio & persuasio est loco coactionis.
429. Qui alium ad nefandam sectam ducit, capite punitur.
430. Ducis Saxoniæ exemplum refertur.
432. Quid obtineat in Regnis, & Principatibus, &c. ubi ex provisione legis & majorum succeditur?
433. Nemo facere potest, ne leges in suo testamento locum habeant.

434. Non

434. Non omne quod licet honestum est.
435. Ab unâ ad alteram Religionem deficere, quatenus licitum.
436. Malum ex conniventiâ, permissione non fit bonum.
437. Nec Catholicus, nec Augustanæ confessioni addictus, dicere poterit, non esse contra bonos mores, vel pietatem non lædere, si quis fideicommissi, vel commodi pecuniari tantùm causâ Religionem mutet.
438. Contradictio est, turpiter non agere, & contra conscientiam à Religione deficere.
439. Aliud est nihil relinquere, & aliud aliquid relinquere, eique inhonestam, vel impossibilem conditionem adnectere.
440. Diversa est causa Religionis & matrimonii.
441. Mens sui juris est, & cogi nequit.
442. Deus tria sibi reservavit.
443. In matrimonio admittitur conditio, quod in Religionem secus est.
445. Aliud est modus alliciendi ad Religionem, aliud allectamentum ipsum.
446. Quod jure permittente fit, conscientiæ non adversatur.
447. Non authoritatibus, sed rationibus & legibus judicandum.
448. Diversa est ratio inter Religionis professionem & ejusdem exercitii permissionem.
449. Imperator in Imperio Romano diversas Religiones permittit.
450. Idem in Electoratu Brandeburgico obtinet.
451. Principes Imperii Vasallos & ministros alterius, quam suæ Religionis, illæsa conscientia habere possunt.
452. Principes populi Isrel & Iudæ alienos cultus non abrogantes, nihilominus Deo placuerunt.
453. Territoriorum Domini diversas Religiones tolerare possunt.
454. Pax Ecclesiæ Religionis unitas est.
455. Optanda magis, quàm speranda Religionis unitas.
456. Oportet esse hæreses, ut probentur fideles.
457. Turcæ diversas Religiones tolerant.

458. *Territoriorum Domini Imperium non habent in conscientias.*
459 *Sine lege & ratione loqui non licet.*
460. *Die fideicommissi existente fideiconmmissum repeti potest.*
461. *Qui cum alio contrahit, non debet ejus conditionis ignarus esse.*
462. *Nemo sub autoritate legum decipiendus.*
463. *Reipubl. interest, defunctorum voluntates conservari.*
464. *Cautius mercandum est.*
465. *Qui prior tempore, potior jure.*
466. *Ignorantia non excusat in facto alieno, quando quis non indagavit.*
467. *Qui potuit indagare, & non indagavit, in latâ culpâ est.*
468. *Scire & scire debere paria sunt.*
469. *Vigilantibus jura scripta sunt.*
470. *Qui negligit, jura sua perdit.*

1 Onstituuntur familiarum Nobilium fideicommissa, vel per ultimam voluntatem, vel conventione inter vivos. Petr. Ant. de Petra. *de fideicommiss. quæst. 4. num. 1.* Decian. *cons 41. num. 17. vol. 1.* Menoch. *cons. 3:5.* Bald. *cons. 249. vers. item. propter illa verba part. 2.* Tuschus. *lit. F. conclus. 226.*

2 Ubi im primis quæritur, an melius & utilius sit per modum contractus, an verò ultimæ voluntatis hæc fideicommissa constituere? Et pro ultimis
3 Voluntatibus facit, 1. quod testantium dispositiones sint firmiores & plerumque durabiliores, ac vim legis habeant. *supra cap. 3. num. 2. seq.* ac Reip. intersit & expediat, suprema hominum judicia servari & exitum sortiri, *l. vel negare. 5. ff. de testament. quemadmod. aper. l. hæreditas. 50. in fin. ff. de petit. hæred l. 1. in princ. ff si quis omiss. caus. test.* indeq; testamentum, seu ultima vo-
4 luntas, non inscite solatium fati, ultra fatum dici solet. Lips. *lib. 6. de cruce. in præfat. at refert.* Treutler. *consil. 5. n. 31 vol. 1.* & dicitur typus immortalitatis, quando enim anima, mens & voluntas est immortalis, non debet etiam quoad bona cum corpore extingui Joh Harpp. *ad princ. n. 8. I. de test. ordin.* ideoq; toti generi humano nihil potest esse jucundius quam ut voluntas regnet in bonis, corpore extincto, Oldendorp. *class. 5. action. in prælud. fol. 804.* Georg. Franzkius *exercit. jurid. 6. quæst. 1. num. 4.* Tanta igitur est immortalitatis ani-

mæ

mæ in mortali corpore dignitas, ut post corporis interitum proroget imperium, & reliquias cogitationum relinquat, Petr. Gregor. Tholosan. *lib.41. Syntagm. iur univers. cap.1. num 1.* Contrahentium verò conventiones quod attinet, hæ facilè dissolvi & revocari possunt, *l. nihil tam naturale 35. l. omnia 120. l. fere quibuscunq. 15. ff. de R. I.* 5

2. Quia ultimæ voluntates longè sunt favorabiliores, & in iis interpretatio plenior & benignior adhibenda, *l. in testamentis 12. ff. de R. I. c. cum dilecti X. de donat. l. cum in testamento. ff. de reb. dub.* imò maximus est testamentorum favor, *l. 1. C. de SS. Eccles. l. si pars ff. de inoffic. testam.* Sixtin. 1. *Marpurg. consil. 14. num.26.* ita ut pro iis in dubio judicandum *d. l. si pars ff. de inoffic. testam. d. l. in testamentis & ibi Dd. comm. ff. de R. I.* ut sustineatur potius, quam pereat & evertatur, *l. cancellaverat in fin. ff. de his quæ in testam. del. l. si quis hæredem in fin. C. de instit. & substit. l. errore C. de testam.* ne propter inanem observantiam & subtilitatem testantium judicia defraudentur & inania reddantur, *l. quoniam indignum C. de instit. & substit. l. cum antiquitas C. de testam.* Vultei. 4. *Marpurg consil. 35. num. 91.* Adeò, ut etiam summa Principis potestas ultimæ voluntati cedere velit, *l. ex facto in princ. ff. de vulgar. & pupill. subst.* Oldendorp. 4. *Marpurg. consil. 1 n. 4.* nec rescriptum Imperatoris contra ultimam voluntatem jure factam quicquam valeat, *l. si testamentum 10. C. de testament.* In contractibus verò & conventionibus strictior fit interpretatio, *c. cum dilecti. 6. X. de donat.* Petra *de fideicom. d. quæst. 4. num. 1.* Natta *consil. 678. num. 35.* 6 7 8

Unde etiam 3. prohibitio alienationis in testamento facta fortior judicatur, quam quæ in contractu facta, Bart. *in l. peto § fratre ff. de legat. 2.* Riminald. *jun. cons. 504. num. 1. lib. 5.* Jason. *cons. 157. num. 22 lib. 2.* Decian. *cons. 31. n. 13. lib. 1.* Tiraquel. *de retract. § 1 gloss. 7. n 10. seq.* Gail. *2 observ. 137. n. 16.* Hondædæ. *2. cons. 42. n. 30.* cum alienatio contra testatoris prohibitionem facta nulla & irrita existat, eaque rem afficiat, & dominii translationem impediat, quod secus in prohibitione per contractum vel aliam conventionem facta, sicuti dictum est *infra cap. 11. num. 14. seq.* Atque ita pinguius & fortius operatur dispositio legis seu testatoris, quam hominis inter vivos, Petra *d. quæst. 4. num. 4.* & mitius agitur cum contrahente, quam cum ipsa lege vel testatore, ut ait Johan. de Ana. *consil. 47. num 8.* Jason *in § item si quis in fraudem, num. 10. I. de action.* Indeque in fideicommisso conventionali strictiorem fieri interpretationem, quam in fideicommisso ultimæ voluntatis, in quo sæpè fit extensio de casu ad casum, respondit Rol. à Valle *consil. 59. num. 21. in fin. seq. vol. 3.* Petra *de fideicommiss. d. quæst. 4. num. 8.* Ant. Hering. *de fidejussor. cap. 1. num 90.* 9 10 11

12 Quibus etiam 4. accedit, quod fideicommissum universale, sive omnium bonorum per conventionem, sive contractum vel pactum inter vivos, constitui nequeat, quod tamen per ultimam voluntatem fieri posse, dictum est, *infra num. 35. & seq.*

13 Neque pro contrariâ sententiâ facit, quod ultimæ voluntates sint ambulatoriæ, sive variabiles & mutabiles, usque ad extremum vitæ spiritum, *l. quod si iterum 4. ff. de adimend. vel transfer. legat. l. cum hic status 32. §. pœnitentiam 3. ff. de donat. inter vir. & uxor. l. si quis 22. in princ. ff. de legat. l. 2. l. 1. C. de SS. Eccles.* siquidem hoc procedit, quamdiu testator est adhuc in vivis, postquam verò testator vitam finivit, & testamentum semel per mortem testatoris vires accepit, irrevocabilis est ejus voluntas, & pro lege habetur Novel. *22. cap. 2.* atque ita ultimæ voluntates legitimæ & per mortem testantium semel perfectæ, sunt firmissimæ, nec ullo modo revocari vel annullari possunt.

14 Constituuntur igitur hæc fideicommissa 1. testamento, *l. filiusfamilias 114. §. Divi Severus 14. ff. de legat. 1. l. omnia 32. §. fin. ff. de legat. 2.* Tuschus *lit. F. conclus. 226.* & valere testatoris dispositionem ne bona extra familiam alienentur, tradunt Dec. *consil. 182. 218. & 383.* Natta *cons. 18. n. 1 lib. 2.* Decian. *cons. 6. & 7. vol. 1.* Tiraquel. *de retract. part. 13. gloss. 3. quæst. 8.* Nic. Reusner *decis. 11. n. 13.* We-

15 sembec. *consil. 50.* & hanc testatoris prohibitionem adeò validam esse, ut ne quidem huic favori renunciari possit, docent Bart. *in d. l. filiusfam. §. divi in fin. & ibi* Jason. *lect. 1. in fin. ff. de legat. 1.* Decian. *cons. 103. n. 23.* Hering *de fide juss. cap. 1. n. 89.* ubi *n. 95.* addit, quod ante aliquot annos ad impetrationem Caroli & Marquardi von Freyberg zum Eisenberg / fratrum, contra Dn. Ludovicum Ducem Würtembergensem, & Leonem von Freyberg / 30. Aprilis Anno 1590. in Camerâ Imperiali emanaverit mandatum inhibitorium sine clausulâ, quo dicto Duci & Leoni von Freyberg injunctum, ne per attentatam alienationem arcis Retlingen / quicquam contra testamentum quondam Eberhardi von Freyberg / patris sui molirentur, sed omnia in illo statu relinquerent, quo testator semper illa esse & manere ordinaverat, & si quid contra factum esset, statim illud ipsum infectum redderent & annihilarent.

16 Potest enim testator testando rebus suis legem apponere, quam vult, *Novell. 22. cap. 2. l. verbis 120. ff. de V. S.* & sicut de rebus ipsis testandi facultatem habet liberam, ita etiam iisdem quodvis onus in testamento imponere potest. Bart. *in auth. ingressi C. de SS. Eccles.* Jason. *in l. filiusfam. § divinum 43. ff. de legat. 1.* iisque adjicere conditionem pro lubitu, *l. in conditionibus primum ff. de condit. & demonstr. l. cum quæstio. C. de legat.* vel ne bona alienentur in piam cau-

ſam *c. veniat. X. de condit. appoſit.* vel in Eccleſiam *l. fin. C. de jur. emphyt.* Ripa *in l.
ex facto §. ſi quis rogatus n. 38. ff. ad Sct. Trebell. & in l. fin. quæſt. 52. C. de revoc. donat.*
Vultei. *I. Marpurg conſil. 29. n. 37. & ſeq.*
Et hoc quidem, ſi teſtamentum legitimè factum ſit, ſine dubio proce- 17
dit, ubi quocunque modo relinquatur fideicommiſſum ſive per ſcripturam,
vel ſine ſcripturâ, quinque requiruntur teſtes, *l. & in epiſtola 22. C. de fideicommiſſ.
juncta l. fin. C. de teſtament. l. fin. C. de mort. cauſ. donat.* Ant Faber. *in C. lib. 6. tit. 5.
defin. 2. num. 17. & defin. 3. n. 2.* Bened Carpz. *jurisprud. for. part. 3. conſtit. 4. defin. 35.
num. 3.* Quod etiam in Codicillis procedit, ſi iisdem fideicommiſſum relin-
quatur, *l. fin. C. de Codicill.* R. A. zu Cölln / *de Anno 1512. tit.* von Teſtamenten / §.
vnd ſollen die Notarien. Carpzov *d. l. num. 5.* In teſtamento autem non ſolemni 18
fideicommiſſa relicta non eſſe præſtanda, probant, per *l. ſi veritas & l. ſi teſta-
mento. C de fideicom.* Peregrin. *de fideicom. art. 43. num. 2. in fin.* Fuſar. *de fideicom.
ſubſtit. quæſt. 564. num. 1 ſeq.*
Sed cum hujusmodi familiæ fideicommiſſa à Principibus, Comitibus,
Baronibus, & aliis Imperii ſtatibus, omnimodam jurisdictionem habenti-
bus conſtituantur, quæritur an hi quoque juris civilis ſolemnitates in teſta-
mentis obſervare teneantur? Et quidem hoc juris communis ſolemnitates
obſervare non omnes adſtrictos, ſed ſufficere, eos meri juris gentium ſole-
mnitates adhibuiſſe, ac jure militari ultima ſua elogia conſcripſiſſe, adſerunt,
argum. l. ſi conſul. 3. ff. de adopt. l. ex imperfecto 3. & ibi Gothofr. *l. omnium 19. & ibi*
Alex. *num. 8.* Jaſon. *num. 16. C. de teſtam.* Dauth. *de teſtam. num. 435.* Schrad. *de
feud. part. 10. ſect. 19. num. 18.* Boër. *deciſ. 228. num. 7.* Zaſ. *conſil. 15. num. 22. vol. 2.*
Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 1. num. 38.* Wehner. *Francon. conſil. 1.* Pruck-
man. *de regal. cap. 4. mebr. 3. effect. 1. num. 5. ſeq. & num. 20.* Beſold. *part. 4. conſil.
150. num. 1. ſeq. & part. 6. conſil. 273. per tot. & in conſil. tract. de monarch. annexo,
fol. 190. ſeq.* Quod etiam extat apud Harprecht. *ad §. ſed cum paulatim 3. & 4.
num. 292. ſeq.* Johan. Wurmbſer. *de jure publ. exercit. 2. quæſt. 18.* Hocque ob-
tinere tanquam privilegium perſonale, ratione dignitatis illuſtriſſimæ No-
bilitatis, ſummæ fidei, & legalitatis, tradunt, *argum. l. Princeps 31. ff. de legib.
l. digna vox 4. C. eod. l. omnium 19. C. de teſtament.* Cacher. *deciſ. 18. num. 17.* Hart-
man. Piſtor. *lib. 3. quæſt. 9.* Borcholt. *de feud. cap. 5. num. 37.* Petr. Peck. *de teſta-
ment. conjug. lib. 3. cap. 24. num. 2.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 4. cap. 8. num.
177.* Beſold. *d. conſil. 150. n. 4.* Atque ideò etiam ſe extendere ad Principes terri- 20
torio carentes, abgefundene Herren/ ſicuti & liberos ac ſanguine illuſtri con-
junctos, maſculos & fœminas, ſiquidem privilegia perſonalia Principibus ra-
tione dignitatis competentia, jure ſanguinis ad hæredes tranſeunt, non aliter,
ac ipſa

ac ipsa Nobilis dignitas ad ipsos transmittitur, *arg. l. cum legitimè 19. ff. de stat. hom l. 1. §. 2 ff. ad municipal. senatoris 5. ff. de senator.* Chassan *de glor. mund. part. 8. consid. 24* Besold *d. consil 150. num. 7. seq.*

21 Ab hac tamen sententiâ alii non sine ratione dissentiunt, ac Principes, aliosque Imperii Status, dum ultima elogia condunt, nullâ præeminentiâ frui, sed activè & passive in hoc privatorum jure uti, tradunt Cynus *in l. si quis Imperatorem 6 in princ. C. qui testam. fac.* Bart. *in l. cum hæredes 7. num. 1. & ibi* Salicet *C. eod.* Jason. *in l. si frater in princ. eod.* Sichard. *in l. sancimus num. 18. C. de donat.* Rosenthal. *de feud. cap. 12. conclus. 10. num. 15. & 16.* ubi asserit, quod licet ex abundanti concedatur, in Ducatu vel Comitau, Ducem aut Comitem ea posse, quæ Imperatori in toto Imperio licent, id tamen respectu subditorum tantum intelligendum. Nam si de testamenti minus solemnis valore, puta tantum coram duobus aut tribus testibus conditi, incideret quæstio, illam apud superiorem instituendam & agitandam esse, qui haut facilè concessurus hanc personam litigantem itelligi à potestate & legibus solutam, &c. Unde etiam superiorem illam sententiam, Principem nimirum in testamento condendo ad nullam juris civilis solemnitatem adstringi, ad eos tantummodò Principes restringunt, qui præter Deum & gladium superiorem alium nullum agnoscunt, Franc. Barry *tract. de success. lib. 1. tit. 2. princ.* Et addit Rosental. *d. conclus. 10. num. 18.* se plurima testamenta Electorum, Ducum, Principum ac Comitum Germanorum legisse ac vidisse, in quibus testamentorum solemnitates sollicitè admodum & solemniter fuerint observatæ, nullum in quo omissæ & sic ipsum testantibus sæpè præscripsisse sibique unâ cum aliis duobus senioribus pragmaticis visum fuisse, donationem mortis causâ, sub sigillo Comitis cujusdam Germani sine testibus factam non valere, etiam si factum non negaretur. Unde & tutius & cautius facturos Principes inferiores, si in testamentis suis juris solemnitates observent, monet Besold. *de reg. success. dissert. 2, num. 11.*

22 Secus tamen hæc se habent in testamento paterno inter liberos, in quo solemnitates juris civilis non desiderantur, & sic si in eo fideicommissum constitutum & solemnitates aliàs requisitæ non intervenerint, nihilominus tamen validum erit fideicommissum per tradita Besold. *part. 3. consil. 133. n. 4. & seqq.* cum notissimi sit juris, quod voluntas patris, quantumvis nullâ legum solemnitate fuerit confirmata, inter liberos valeat & observanda sit, *l. quoties 10. l. filiu 16. l. si cogitatione 21. & l. fin. & authent. seq. C. famil. ercisc. l. hac consultissima § ex imperfecto. & ibi* Paul. de Castr. *&* Jason. *num. 2. C. de testament.* Clar. *lib. 3. sentent. §. testamentum quæst. 8. & seqq.* Adeò, ut in ejusmodi paterna dispositi-

tione

tione omnes juris civilis solemnitates remissæ, & ad terminos juris naturalis & gentium redactæ dicantur, sufficiatque qualiscunque testatio, dummodò de voluntate paternâ quoquemodo constet, Bart. & Dd. *in d. §. ex imperfecto.* Decian. *consil. 46. num. 157. vol. 2.* Natta *consil. 403. num. 4. vol. 3.* Gail *2. observ. 112. num. 2. & 6.* & sustinetur testamentum paternum inter liberos, si voluntas pa- 23
tris saltem manu in Schedulâ quapiam conscripta sit, Dd. *comm. in auth. quod sine C. de testam.* Alex. *consil. 114. vol. 7.* Jason. *consil. 57. vol. 2.* Hartm. Pistor. *l. quæst. 1. num. 4. & seq.* Idque tantò magis hoc casu nostro procedit, ubi testamentum tale publicum favorem concernit, Anchor. *consil. 58. circa fin.* Philipp. Matth. *1. Marpurg. consil. 20. num. 12.* Besold. *d. consil. 33. num. 18.* cum Reipubl. intersit, ut familiarum dignitas salva sit, *infra cap. 7. num. 4.*

II. Hæc, quæ de testamentis diximus, in Codicillis quoque obtinent, 24
ita, ut his quoque fideicommissa hæc constitui possint, *argum. §. codicillis 2. I. de codicill. l. fin. §. si quis verò 2. C. eod. l. filiusfamilias 18. in princ. ff. ad L. Falcid.* Fusar. *de substit. fideicom. quæst. 289. num. 2. seq.*

Constituuntur hæc fideicommissa non tantum per ultimam volunta- 25
tem, sed etiam ab intestato & inter vivos, *§. præterea 10. I. de fideicommiss. hæredit. l. 1. §. hoc autem 5. l. recusare 6. §. 1. l. Scævola 76. ff. ad SCt. Trebell. l. 3. l. & sine 5. C. eod. l. 1. §. 1. illud 9. ff. de legat. 3.* Tib. Decian. *consil. 31. n. 61. vol. 1. & consil. 55. n. 1. vol. 3.* Tuschus *lit. F. conclus. 243. & conclus. 244.* Petra *de fideicommiss. quæst. 4. per tot.* Quemadmodum enim legem rebus suis quis dicere potest, quam vult, testando, *Novell. 22. cap. 2. l. verbis legis 120. ff. de V. S.* ita etiam contrahendo, *l. legem. 10. C. de pact. l. 1. C. de pact. conv. tam. sup. dot.* & alias quoque argumentum ab ultimis voluntatibus ad contractus, bonum & validum est, *arg. l. pactum inter 46. ff. de pact. l. jure civili 24. ff. de condit. & demonstrat. l. quæ de 46. ff. de legat. 1.* Nicol. Everhard. *in loc. à contract. adult. volunt. 36. num. 2.*

Nec obstat, quod fideicommissa solum in testamento relinquantur, seu 26
in eâ scripturâ, quæ vim ultimæ voluntatis obtineat, *l. cum quis decedens §. pater ff. de legat. 3. & ibi* Bart. *l. ut hæredibus l. sequens quæstio. ff. de legat. 2.* Raph. Cuman. *in l. qui Romæ §. cohæredes. ff. de V. O. & seq. & ibi* Alex. *num. 4.* Socin. *num. 19.* Jason. *num. 15.* Alciat. *cons. 517. num. 3.* & ita fideicommissa sint actus ultimæ voluntatis, *l. verba contraxerunt 20. ff. de V. S.* & ab eo demum relinqui possint, qui à defuncto est honoratus, vel ex judicio ejusdem emolumentum aliquod pecuniarium accepit, *l. 1. §. si is 17. l. ex facto 17. §. 2. ff. ad SCt. Trebell. l. sed cum. ea. 15. in fin. ff. de jur. codicill. l. planè 94. in fin. l. filiusfam. 114. §. apud Marcellum 3. in fin. ff. de legat. 1. l. cum pater 77. §. qui dotale 5. ff. de legat. 2. l. ab eo 9. C. de fideicommiss.* Siquidem hoc propriè & strictè loquendo verum est, Molina *de Hispan. primogen.*

mogen. lib 1. cap. 1. num. 9. generaliter verò loquendo ea etiam bona fideicommissaria dicuntur, de quibus per modum contractus convenit, ut aliis descendentibus & agnatis masculis restituantur, Marzar. *in epitom. de fideicommiss. part. 2. quæst. 2. num 11.* Nec hodie refert, post legatorum & fideicommissorum æquiparationem, per quæ verba fideicommissum relinquatur, modò de disponentis voluntate constet, *l. pen. in princ. ff. de legat. 2. & ibi* Bald. ubi non referre scribit, an verbum sit præceptivum vel dispositivum, nam ex quibuscunque verbis fideicommissum inducitur, & sola voluntas in fideicommissis spectatur, non etiam verborum qualitas, *l. cum virum* C. *de fideicommiss.* Molina. *d. cap. 1. num. 10.*

27 Hinc etiam fideicommissum Epistolâ, verbis quibuslibet, etiam solo nutu coram quinque testibus relinqui posse constat, *l. & in epistola 22.* C. *de fideicommiss l. fideicommissa 11. §. si quis ita scripserit 4. l. nutu 21. ff. de legat. 3.* Peregrin. *de fideicommiss artic. 43 num. 2.* cum in fideicommissis sola voluntas suffi-
28 ciat, *supra cap. 3. n. 2. seq.* Et sic non semper verba precaria sunt necessaria, sed sufficit, si de testatoris voluntate constet, etiamsi parum aptè scribantur, *l. si servus 108. §. pen. ff. de legat. 1 l. miles 75. in princ. l. cum pater 77. § donationis 26. ff. de legat. 2. l. ubi 29. §. 1. ff. ad SCt. Trebell.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 1. num. 18.* Mascard. *de probat. conclus. 776. num. 6.*

29 Atque hinc III. fideicommissa hæc induci & constitui possunt per contractum inter vivos; prout docent *per l fin. C. de reb. alien. non alien. l. ea lege C. de cond. ob caus. l. si ita quis §. ea lege & ibi Dd. ff de V. O.* Cravet *consil. 19 num. 7. & 8.* Oldrad. *consil. 139.* Dec. *consil. 63. num. 1. & consil. 265. num. 8. & consil. 578 n. 9. & 10.* Socin. *in l. qui Romæ. §. cohæredes num 19. ff. de V. O.* Alex. *cons. 83 lib. 2.* Tuschus *lit. F. conclus. 244. per tot.* Petra *de fideicommiss. quæst. 4.* Natta *consil. 474.* Surd. *cons. 247. num 3. lib. 2.* Gozadin *consil. 87.* Hondedæ. *2. cons. 42. num. 1. & num 14.* Hering. *de fideiussor cap 1. num. 124 seq.* Marzar. *de fideicom. quæst. 2.* Peregrin. *de fideicom art. 51 num. 2. seq.* quemadmodum enim testando quis legem dicere potest,
30 quam vult, ita etiam contrahendo, *l. legem C. de pact.* Et ab ultimis voluntatibus ad contractus valida est inductio *supra num. 25.* Indeque alienationis prohibitionem per contractum fieri posse, constat ex traditis Tusch. *lit. A. conclus. 260. per tot.* Ac posse fieri substitutionem in contractibus, præcipuè in donatione inter vivos, docent *per l. quoties C. de donat. quæ sub mod. l. hæredibus ff. de legat 3.* Castrens. *cons. 348. col. 2. lib. 2.* Decian. *cons. 31. num 61. lib 1.* Rol. à Vall. *cons. 34. num. 67. lib. 4.* Peregrin. *de fideicom. art. 1. num. 16. & art. 51. n. 2.* Vinc. Fusar. *de substit. fideicom. quæst. 15. n. 1.* Et licet hanc substitutionem fideicommissariam dici non posse, quod in contractibus per fideicommissum substitui non posse, velint Jason, *in l. qui Romæ. §. hæredes num. 15. & ibi* Castr. *num. 2.* Alex. *n. 4.* Socin.

sen. n. 19. ff. de V.O. Menoch. cons. 369 n. seq. Peregrin. de fideicom. art. 1. n. 15. & seq. & art. 51. n. 2 Eandem tamen fideicommissum dici, probant Cravet. cons. 19. n. 9. Honded d. cons. 42. n. 1. & 44. Natta cons. 532. n. 26. lib. 3. Peregrin de fideicom. art. 51. n. 2. Fusar. d. quæst. 15. n. 8.

IV. Idem est quoad pactum; nam pacto fideicommissa constitui posse 31
docent, per l. de fideicom. 11 C. de transact. l. 1. cum proponas 16 C. de pact. l. quotiens 11. C. de fideicom. Menoch. cons. 1256. n. 30. & cons. 591. n. 4. seq. Tusch. lit. A. conclus. 258. n. 4. & lit. P. conclus. 36. per tot. Bart. Muscul. de success. conv. membr. 1. class. 1. conclus. 3. n. 53. Borcholt de transact. cap. 3. n. 1. & 2. Et valere pactum inter fratres Nobiles, ut bona illorum immobilia non alienentur, nec testamento, nec 32
ulla ratione, extra illorũ descendentes & familiam, concludunt, Jason. in l. stipulatio hoc. modo 61. n. 19. in princ. ff. de V.O. & consil. 211. n. 2. vol. 2. Natta cons. 474. n. 1. seq. Paris. cons. 26. n. 85. & 91. vol. 2. Castrens. cons. 165. & cons. 324 part. 1. Dec. cons. 655. n. 5. Ant. Rube. cons. 146. n. 4. seq. Gail. 2. observ. 126. n. 9. Hering. d. cap. 1. n. 125. & seq. Rosenthal. de feud. cap 7. conclus. 25. n. 22. in not. lit. ee. Laur. Kirchof inter cons. var. Germ. tom. 1. cons. 17. n. 12. ubi se ita consuluisse in causa Nobilium de Scarampis, & de Asinariis, refert, hocque pactum familiæ, einen Burgfrider / appellat, Modest Pistor. part. 1. cons. 21. cum ad conservationem, & communem pacem ac concordiam familiæ in eo versetur, ne bona libera alterius dominationi subjiciantur, sed potius in suâ libertate & dignitate conserventur, Hering. de fidei. ussor. d. cap. 1. num. 126.

Ac conjuges in contractu matrimonii donationem propter nuptias, do- 33
tem, vel aliam rem immobilem ita afficere posse, ut perpetuò sit apud primogenitum, vel filios, nec extra familiã alienetur, sed in eâ perpetuò permaneat, docent Jason. in d. l. stipulatio hoc modo 61. n. 19. ff de V.O. Cagnol. in repetit. l. fin. C. de pact. Decius in l. pactũ quod dotali in 11. C. eod. Tiraquel. de primog. quæst. 6 n 11. & seq. Crav. cons. 256. n. 1. Guid Pap. decis. Grationop. 267. per tot. Zas. vol. 2 cons. 1. n 50. seq. Val. Forst. de success. lib. 4. cap. 24. n. 15. Rosenth. d. conlus. 25. n 22. in not. lit. ee.

Atque hæc quidem procedere, quando non de successione aliquâ to- 34
tius, vel alicujus quotæ hæreditatis, sed rerum singularium agitur, & tum pacta & statuta familiarum de succedendo & excludendo fœminas in certis rebus, aut aliquibus bonis, ex frequentiore interpretum traditione valida haberi, docent Jason in d. l. stipulatio hoc modo 61. num. 19. & ibi Crot. num. 65. ff. de V.O. Alciat. in l. pactum dotali. C. de collat Alex. cons. 83. num. 6. 14. seq. lib. 2. Dec. consil. 225. num. 4. & cons. 655. num 10. Natta consil. 474 num. 1. & 2. Cravet cons. 256 num. 1. in fin. vol. 1 Paris. cons. 21. num. 56. Hotoman. cons. 72 num. 44. Johan. Fichard. in addit. ad Villalob. commun. opin lit f. num. 13. & lit. P. num. 3. Cacheran.

*decis. Pedem.*100.Ant.Gabriel.*lib. 3. commun.opin.tit.de pact. 3.conclus.*1.Grassus §. *successio ab intest.quæst.9 num.*10.Rosenthal. *d.conclus.25.num.20. & ibi in not. lit. aa.*Gail.*2. observ.126.num. 8. & observ. 127. num.3* Tuschus *lit. F. conclus. 244. num.4.& seq.*confer Vincent.Fusar.*de fideicommiss.substit.quæst. 308. num.68.seq. & num.74.seq.*ubi ad contraria respondet. Vel maximè quando de rebus aliquot. in specie expressis, veluti in hac vel illa domo, arce, castro, &c. conventio fuerit facta, *per l. si quis argentum. § sed & si quis C. de donat.* Menoch. *consil. 1. num.* 150. Villalob.*commun.opin.lit.P.num.3.* Gabriel.*d. conclus.1.num.3.& 9.*Paris. *cons. 72.num.16.* Jason.*consil 5. lib.3.*Alex. *cons. 28.lib.3.* Rosenthal. *d. cap.7.conclus.25. num 23 in not. lit.dd.*Vultei.*4.Marpurg.cons.54.num.28 seq.* Et valere pactum inter fratres vel alios, ut certa quædam bona decedentis ad superstitem deveniant, tradunt Jason *in l fin.num.7.vers. quarto lim.C. de pact. & ibi*Salicet.*num. 9.* Paris. *cons.26 num. 87.92. & 103.lib.2.*Tiraquel.*de primog.quæst. 6. num.5.*Hondedæ. *1. cons. 40.num.47.*

35 Verum quando de totâ aliqua adhuc viventis hæreditate, vel ejusdem aliqua parte sive quotâ agitur, aliter se rem habere, & de hac pactum non valere, communis Dd. est conclusio, Natta *in repet.c quamvis in princ. num. 188. seq. de pact.in 6.* Benedict. *in c. Raynutius num. 197. de testament.* Menoch. *cons. 1. num.139.& cons. 92 num.7.*Jason. *in l. licet num. 16. C. de pact.* Wesembec. *cons.71. num.3.5.8.& 9.* Graff. §.*successio ab intestato. quæst. 9. num.1.*Schurff. *cons. 11. num.3. & seq. cent.1.*Gail. *2. obs. 125.num.3. & obs. 126 in princ. & 155. in princ.* Borcholt. *de pact.cap.5.num 69.*Gœddæ. *ad l.3 num.38.ff. de V.S. & de stipulat. cap.6.conclus 7. num.61.seq.* Cothman.*consil. 21. num. 22.seq.* Valent.Forster.*de success. lib. 4.cap.*
36 *24.num. 5.seq.& per tot.*quia pactis hæreditas dari nequit.*l.hæreditas 5.C. de pact. convent.l.licet.19.C. de pact. C. quamvis & ibi* Dd.*comm de pact.in 6.* facultas enim
37 succedendi est juris publici, *l.testamenta 3. ff. qui testam. fac.* quod privatorum pactis tolli non potest; *jus publicum.ff. de pact. l. nemo potest. ff. de legat.1. l. cum. donationibus 34. C. de transact. l. fin. ff. de suis & legit.* aufertque tale pactum testandi potestatem quod fieri non debet *l. jubemus 10. C. de S.S. Eccles. l. pactum quod dotali.15.C.de pact. l. si quis in princ.22.ff. de legat.3.* & inducit votum captandæ mortis alienæ, quod est contra bonos mores, & vim non obtinet, *pacta quæ contra 6. juncta l. fin.C. de pact. l. ex eo 4. C. d. inutil. stipul. l. de fideicommiss. C. de transact. l. stipulatio hoc modo 61.ff. de V.O. c.1. & ibi* Canonistæ.*de testament. in 6. c. captando de concess præbend.in 6.*Bart.*in l. fin.n.10.& ibi* Angel.*n.4.*Dec.*n.2.&*
38 *seq.* Bart *n.17.& 18.* Jason. *n.32.C.de pact.*Ideoq; tale pactum non valere, sive sit affirmativum de succedendo, vel negativum de non succedendo tradunt per *l. 3. C. d. collat. l. si. quando 35. § 1. C. de in offic. test.* Heig. *1. quæst. 25. num. 5.*

Bartol

Bartol. Muscul. *de success. convent. memb. 1 class. 1. conclus. 3. num. 53.* adeo ut pactum affirmativum de succedendo ne quidem juramento confirmari possit, 39
Bart. *in d. l. stipulatio hoc modo 61. num. 3. & 7. & ibi* Jason. *num. 11.* Angel. *n. 4.* Zas. *num. 48.* Alex *num. 16. ff. d. V. O.* Lud. Rom. *in l. pactum dotali C. de Collat.* Tiraquel. *de primog. quæst. 6. n. 18.* Menoch. *consil. 1. 148. vol. 1.* Rosenthal *d. feud. d. cap. 7. conclus. 25. num. 18. & ibi in not. lit. 1.* Muscul. *d. l. num. 48.* Valent. Forster *de success. lib. 1. cap. 24. num. 7.* Vinc. Fusar. *de fideicomm. substit. quæst. 308. numer. 18. seq.* sive pactum sit expressum, sive tacitum, Gœdd. *de stipulat. cap. 6. conclus. 7. num. 39.* *Muscul. d. l. num. 54.* sive de totâ hæreditate, sive de parte hæ- 40
reditatis sit initum, Tiraquel. *d. quæst. 1. num. 14.* Nicol. Everh. jun. *cons. 7. n. 20.* 41
Alciat. *in l. pactum. quod dotali num. 19. C. de pact.* Anton. Faber *12. error. pragm. 4.* Ernest Cothman. *consil. 2. num. 26.* Fach. *5. controv. 84.* Fusar. *d. quæst. 308. num. 61. seq.* quia idem juris esse solet de parte quoad partem, quod de toto quoad totum. *l. quæ de tota. & ibi. Dd. ff. de rei vind. l. qui scit. in pr. & ibi gloss. ff. de usur.* & pars redolet naturam totius, Scaliger *exerc. 307. sect. 20.* Et sic non 42
valere pactum in contractu matrimonii, ut unus liberorum vel filiorum majorem hæreditatis partem consequatur, vel filiæ excludantur, vel liberi primi matrimonii soli succedant, Tiraquel. *de primogen. d. quæst 8. num. 31.* Alciat. *respons. 135.* Joh. Faber. *in l. fin. C. de pact.* Rosenthal. *d. concus. 25. numer. 11. & ibi alleg. in not. lit. K.* Nec pactum mutuum inter fratres aut conjuges, ut sibi invicem succedant, valere tradunt *per l. pactum quod dotali. C. de pact. & ibi* Dd. *comm.* Zas. *in d. l. stipulatio hoc modo 61. num. 50. ff. de V. O.* Tiraquel. *d. quæst. 6. num. 6. 7. 8. & 24.* Petr Peck. *de testament. conjug. lib. 1. cap. 8. per tot.* Rosenthal. *d. l. num. 12. & ibi alleg. in not. lit. L.*

Et præterea communis Dd. videtur esse doctrina, quod pactum de non 43
alienando in perpetuum, nullo modo valeat, *l. in hoc judicium. 4. §. si conveniat. 2. ff. commun. divid. l. nulla. 70. ff. pro soc.* Alex. *in l. si non sortem. 26. § si centum. 4. num. 5. ff. de condict. indeb.* cum per tale pactum libera testandi potestas impediatur, quod fieri non debet Roman. *cons. 13.* Bart. *in l. ea lege 3. & ibi* gloss. *in verb. alienat. C. de condict. ob caus.* Et quod non valeat pactum, quod res propria alienari nequeat, scribunt per *l. penult. ff. de pact.* Curt. jun *in auth. res quæ n. 4. vers. non obstat ultimum. C. commun. de legat.* Joseph Ludov. *conclus. 74. vers. simplex.* Petra *de fideicommiss. quæst. 4. num. 2. in fin.* Peregrin. *de fideicommiss. 51. numer. 70.*

Atque hæc quidem de jure communi procedunt inter privatos; secus 44
verò se res habet, quod Principes, Comites, Barones & Nobiles; nam inter hos pacta & conventiones de mutuâ successione in causam deficientium liberorum

 rorum

rorum masculorum, non tantum de jure communi subsistere, sed etiam ge-
nerali Germaniæ consuetudine receptas & confirmatas esse, latè probant &
testantur. Decius *cons. 516. num. 7 & 18. & cons. 655. num. 12* Zasius *vol. 2. consil. 1.
num. 33. seq.* Hotoman *cons. 1. & 72. num. 37. seq.* Gail. *2. observat. 127. per tot.* Pere-
grin. *de fideicomm. art. 51. num. 34.* Carpzov. *de pacto confratern. Saxonico-Hassiæ
cap. 3. conclus 35. seq.* Quoties autem ex lege vel consuetudine loci alicujus hæc
pacta sunt approbata, ea conservandà esse, scribunt Dec. *in l. pactum, quod do-
tali. num. 10. C. de pact.* Zas. *d. cons. 1. lib. 2.* Menoch. *cons. 1. num. 163. & cons. 92. nu-
mer. 52.* Peregrin. *d. art. 51. num. 35.* Grass. *§. successio quæst. 9. num. 8.* Fusar. *de fi-
deicommiss. substit. quæst. 308. num. 46.* quia à lege & consuetudine induci potest
nova succedendi forma. Fusar. *d. l. num. 47.* Et valere consuetudinem alicujus
familiæ, quod altero moriente sine masculis, alii masculi de familia succedant,
filiabus dotatis, exclusis docent Jason. *in l. omnes populi col. 9. vers. an autem una
progenies. num. 42. ff. de just. & jur.* Natta. *cons. 503 n. 15. lib. 3.* Menoch *cons. 251.
num. 18.* Boër. *quæst. 155. num. 29.* Fusar *d. quæst. 308. num. 54 & ibi alleg.*

46 Et conventiones illustrium & Nobilium personarum; quibus familiæ
connectuntur, & providetur, quo ordine & quo modo in iustis succeden-
dum sit, valere asserunt Zasius *d. cons. 1. num. 29.* Wesembec. *consil. 1. num. 66.
vers. præsertim à familiis.* Prukman. *consil. 21. num. 28. vol. 1.* Hartman. Pistor.
lib. 2. quæst. 41. num. 50 Mynsing. *consil. 10. num. 39. vers. ego puto.* Gail. *de obs. 127.
n. 8.* Carpzov. *d. l. conclus 39.* quia hujusmodi pacta gentilitia & familiæ â Prin-
cipibus, Comitibus, Baronibus & Nobilibus fiunt, quia omni modam juris-
dictionem habent, & sic potestatem condendi legem in suis territoriis obti-
47 nent, *per. l. 2. C. de offic. præf. Præt. Orient.* Contractus autem & conventio-
nes per eos celebratæ, qui legis condendæ potestatem habent, legis vim ob-
tineant, *l. Cæsar. ff. de public. & vectigal. l. pen. C. de donat. inter vir. & uxor. &
ibi* Bart. *num. 4.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 51. numer. 34.* Gail. *d. obs. 127.
num. 8.* Hartman. Pistor. *lib. 1. quæst. 37. num. 14.* Fusar. *de fideicommiss. substit.
quæst. 308. n. 41.*

48 Atque ideò maximè in personis illustribus & Nobilibus hujusmodi pacta
sustinentur, quod in his omnis suspicio & sinistra præsumptio mortis alienæ
captanda cesset, Gail. *d. observ. 127. n. 2.* & subditorum intersit, ne extra-
49 neis & ignotis Dominis subjiciantur, *per l. invitus. & ibi* gloss. *ff. de fideicomm.
libert. l. Titius cum discederet ff. de act. empt.* Natta. *cons. 506. num. 5. & 14.* Pa-
cian. *de probat. 2. cap. 36. num. 90.* Heig. *1. quæst 19. num. 24.* Lugubreque & de-
plorandum foret videre antiqua majorum castra ac prædia ad extraneas fami-
lias pervenire, *infra cap. 7. n. 2.* Et cum hujusmodi conventiones ad conserva-

tionem

tionem illustrium familiarum & Nobilium maximè pertineant, ideoque favore dignæ sint, Zas. *d.consil.1. num.11. & seq.* Socin. jun. *consil.143. n 34. seq. vol.1.* Tib. Dec. *consil.7. num.26. vol.1.*

Atque ita pacta hujusmodi valere inter eos, qui legis condendæ potestatem habent in eorum territorio tradunt Purpurat. *in l. fin. num. 220. C. de pact.* Zas. *consil.1. num. 20. seq. lib.2.* Peregrin. *de fideicom. artic.5. num.34.* Fusar. *d. quæst.308. num. 40.* 50

Ex quo etiam pacta reciproca & mutua de succedendo in casum deficientium liberorum masculorum per stipulationem causâ donationis inter vivos initâ valere, docent per *l.necessariò. §.1. ff. de peric. & commod. rei vend. l. potior. §.1. ff. qui pot. in pign. l.un. C. ut act. ab hæred. & contra hæred. incip.* Salicet. *in l fin. num.3. C. de pact.* Jason. *in l pater puellæ. num.3. C. de inoffic. testam.* Natta *consil. 474. num.4. & 8.* Zas. *d. consil.1. num.1* Gail. *2. observ.126.* Dec. *in l. licet. & ibi* Cagnol. *num.52. &* Bolognet. *num.41. C. de pact.* Vivius *lib.1. comm. opin.233.* Idque maximè procedere, quando ejusmodi pacta reciproca agnationis & familiæ conservandæ causâ sunt inita, tradunt Castrens. *consil.324. num.1. vol.1.* Natta *d. consi 474. num.8.* Boër *decis.355 num.3.* Gail. *d. observat.126. num.9.* & quando fratres paciscuntur pro conservandâ agnatione, ut in bonis gentilitiis, existentibus masculis; fœminæ non succedant, pactum id valere, consumit Bartol *consil.72.* & tradit Boër. *decis.355. num.3.* Idque communiter receptum esse refert Grassus *§. successio ab intestato. quæst. 9. num.11.* cùm multa ob familiarum conservationem concessa & contra jus regulare recepta sint *infra cap. 7. num. 58. seq.* 51 52

Et licet ex juris Civilis rigore inter solos milites hujusmodi pacta recepta, *l. licet C. de pact.* ex communi tamen gentium usu illud jus speciale militum ad paganos quoque extensum esse respondit Hotoman. *consil 1. num. 48. & notat.* Gothofr. *ad d. l. licet.* Vultej. *4. Marp urg. consil.54. num.16.* & hujusmodi conventiones pro conservatione familiarum initas consuetudine passim receptas tradit post Zas. *d. consil. 1. num.14.* Fichard. *cons.45 num.2. vol.1.* Vultej. *d. num.16.* & conventionem initam, ut castra & bona gentilitia in familiâ penes masculos maneant, & nullâ ratione, sive inter vivos, sive ex successione, ad fœminas, aliasque personas extraneas, transferantur, valere, nec revocari, nec invitis aliis, quorum interest, retractari, nec sub pœnitentiæ, vel alio prætextu ab eâ recedi posse, consuluerunt per *l. in commodato. §. sicut. ff. commodat. l. quamvis C. de transact. l. sicut. C. de obl. & act. l. de contractu. C. de rescind. vend. l. fin. C. si contra jus.* Bart. *cons.76. n.6. vol.1.* Paris. *cons.26. n.77.* Ruin. *cons.92. n.21. vol.4.* Natta, *d. cons.474. n.3.* Castrens. *consil.164. num.5. seq.* 53

Talia

54 Talia pacta in Nobilibus Germaniæ familiis passim occurrerunt, & ita pactum de non alienandis bonis inierunt Comites de Oldenburg / Anno 1306. & 1463. Nobiles à Viermund / Anno 1495. & Nobiles à Freyberg / Anno 1566. teste Anton. Hering. *de fidejussor cap. 1. num. 130.*

55 Atque hæc pacta gentilitia non tantum inter ipsos paciscentes in vim conventionis subsistunt, sed etiam quoad ipsorum posteros vim habent paternæ dispositionis. Quamvis enim aliud sit pacisci, aliud inter liberos testari: quando tamen de mente paciscentium constat, quod non tantum inter se pacisci, sed etiam posteris providere voluerint, conventio omni meliore modo sustinetur, & descendentes à paciscentibus saltem jure simplicis divisionis & dispositionis inter liberos ab intestato quoque observari debet, eo quod parentum voluntas, quæ ut testamentum non subsistit, nihilominus in vim divisionis, inter liberos ab intestato factæ, sustineri debeat, & à liberis religiosè observanda sit, *l. filii. 16. l. si cogitatione 21. l. fin. C. famil. exercisc. l. si filia nupta. 20. §. si pater. 3. ff. eod.* Natta *in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. num. 120. & 210. C. de testament.* Castrens. *in auth. quod sine C. de testament.* Hartman.

56 Pistor. *1. quæst. 2. num. 31.* Et pro his quoque facit, quod per pactum restringi possit libertas, ut quibusdam emere volentibus, his potius, quàm aliis res vendi debeat, *l. Qui Romæ. §. cohæredes. & ibi* Jason. & Alex. *ff. de V. O.* Tiraquel. *de retract. munic. qui præfat. num. 15.* Peregrin. *de fideicom. artic. 51. num. 70.* Petra. *de fideicom. quæst. 8. num. 190. seq.* & quod validum sit pactum in re propriâ ad onus acceptoris, ne possit rem illam alienare, sed ea post ipsius mortem ad alium perveniat, *l. si ita quis. §. ea lege ff. de V. O. l. ea lege. C. de condict. ob caus. l. ult. C. de pact. inter empt. & vend.* Peregrin. *d. art. 51. num. 71.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 674. num. 4.*

57 Porrò V. fideicommissa familiarum constitui possunt per modum donationis, *sequens quæstio 68. in fin. ff. de legat. 2. l. 2. & 3. C. de donat. quæ sub mod.* Tusch. *lit. F. conclus. 2. 44. num. 6.* Cravet. *consil. 19. n. 8. seq.* etiam mortis causâ, *d. l. 3. C. de don. quæ sub mod. l. ut hæredibus. 50. pr. ff. de leg. 2. l. cum quis decedens 37. in pr. ff. de leg. 3. l. Seia 11 ff. de tot. præleg.* Surd. *consil. 357. n. 21.* Old. *consil. 139.* Cuman. *consil. 190. per tot.* Tusch. *lit. F. conclus. 243. num. 12.* Petra *de fideicom. quæst. 4. num. 1.*

58 Et hoc casu etiam omnium bonorum fideicommissum valebit, per tradita Petra. *d. cap. 4. vers. secundo limitatur iste secundus casus. fol. 38. & seq.* cum donatio omnium bonorum futurorum & præsentium mortis causâ facta valida sit, modo ratio de inofficiosis donationibus non reclamet, *l. ubi ita donatum ff. de donat. caus. mort. l. si quis argentum. 35. §. sed & si quis ibi: vel totam substantiam tradere. & §. fin. C. de donat. l. si unquam. & ibi dona omnia vel partem. C. de revoc. donat.*

donat. l. omnes. 17. §. 1. ff. quæ in fraud. cred. l. si totas 5. C. de revoc. donat. Mascard.
de probat. conclus. 1120. Anton. Faber. *de error. pragmat. decad. 48. error. 6.* Gail. 2.
observ. 11 n. 10. Alciat. *ad l. fin. num. 72. C. de pact.* Hœnon. *disp. 6. controv. 18.* Arumn.
exerc. justin. 6. thes. 15. Joh. Coras. *miscellan. jur. civ. lib. 6. cap. 17.* Bocer. *d. donat.*
cap. 3. n. 39. seq. Hunnius *var. resol. lib. 2. tract. 4. quæst. 7.* Joh. Harprecht. *ad §. alia*
autem 2. num. 115. seqq.

Quamvis communis ferè Dd. schola reclamet, & omnium bonorum,
maximè futurorum, donationem non valere asserant, Batt. *in l stipulatio. hoc*
modo 61. & ibi Angel. Castrens. Alex. Jason. Ripa & alii, *ff. de V. O.* Clar. § *donatio.*
quæst. 19. Modest. Pistor. *2. cons. 19. num. 1.* Fachin. *6. controv. 87.* Trentracinq. *lib. 3.*
resol. 3. Bronchorst. *cent. 3. assert. 71.*

Quorum potissimum fundamentum in eo positum; quod donatio o- 59
mnium bonorum liberam testandi facultatem adimat, quod fieri nequit &
contra bonos mores est, *l. pactum. 15. ff. de pact. l. jus publicum. 38. ff. eod.* Ad quod
tamen allegati Dd. respondent, & quidem *primò*, quod in cujuslibet arbitrio
sit, testari velle, vel nolle, *argum. l. 1. ff qui testam. fac poss.* ideoque qui alteri bona
sua donat, non videtur velle testamentum facere, & sic quoque dici non pote-
rit, quod donatio hæc ejus voluntatem faciendi testamentum tollat vel impe-
diat. *Deinde* constat; quod, licet quis nihil proprii habeat, nihilominus ta-
men testamentum condere possit, etiam de rebus alienis, veluti commenda-
tis, precario acceptis, &c. uti probat *tit. ff. pro hæred.* & testamentum & hæredi-
tatem etiam considerari in eo, qui nihil in bonis reliquit, neque id prorsus si-
ne utilitate esse scribit Clar. *lib. 3. recept. sent. §. testamentum. quæst. 22. num. 3.* Nam
qui potest testari, inquiens, poterit (licet nihil ipse habeat in bonis) substi-
tuere filio suo pupillariter, quod tamen facere non posset, si non haberet te-
stamenti factionem, *l. 2. ff. de vulgar. & pupill. subst.* item poterit dare tutorem
filiis suis, quod pariter fieri non potest, nisi in testamento & codicillis testa-
mento confirmatis, *l. 3. ff. de testam. tutel.*

Ad hæc illi actus & conventiones jure improbantur, quæ directò liber- 60
tatem & facultatem testandi impediunt, vel præripiunt, *l. stipulatio hoc modo.*
61. ff. de V. O. l. pactum 15. C. de pact. l. ex eo instrumento. 4. C. de inutil. stipulation. quod
tamen per hujusmodi donationes directò non agitur, sed per indirectum &
inconsequentiam tantum donator testari nequit, quod tamen in considera-
tionem venire non solet, *l. 1. ff. de auctor. & consens. tut.* Sic enim paterfamilias
potest arrogari, *§. 1. I. de adoption.* ingredi in monasterium *Novel. 5. de Monach.*
& se ipsum vendere *§ servi. 4. vers. aut jure civili. I. de jur. person. l. & servorum. 5.*
§. ff. de stat. hom. quibus tamen actibus testamenti factionem amitti in con-

fesso est, *tot.tit. I. quib.non est permiss.testam.l.qui in potestate.6.ff.qui testament.fac. auth.ingressi. C.de SS. Eccles. §. illud. I.de adopt.*

62 Et hæc quidem sine dubio procedunt in mortis causâ donatione, quia hæc non habet naturam & effectum, contractus vel alterius conventionis vel pacti, sed ultimæ voluntatis, *l. fin. C. de donat. caus. mort §. mortis causa 1. & ibi* Harprecht. *num. 65. I. de donat.* & sicut testamentum semper, & ad supremum vitæ spiritum revocari potest, *d. §. mortis causa 1. & ibi* Harprecht. *num. 66. seqq. I. de donat. l. ubi ita donatur. 27. ff. de mort. caus. donat.* Bocer. *de do-*
63 *nat. cap. 5. num. 35.* Et sic liberum testandi arbitrium non adimit, cum donator ejusmodi donationem non tantum, ut dictum inter vivos, sed etiam per ultimam voluntatem revocare & tollere possit, veluti si rem donatam alii per fideicommissum vel legatum concedat, *l. 1. C. de donat. mort. caus. l. Marcellus. 15. ff. eod. l. cum pater. §. mater. ff. de legat. 2.* Bocer. *d. cap. 5. num. 58.* Berlich. *part. 3. conclus. 2. num. 44.* Vel si nullâ urgente necessitate, voluntariè rem donatam alienet, *l. uxori. 22. cum hic status. 32. §. si maritus 5. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Menoch. *3. præsumpt. 37. num. 13.* Tusch *lit. D. conclus. 710. num. 8.* Berlich. *d. conclus. 2. num. 43.* Harprecht. *ad d. §. mortis causa. 1. num. 74. seqq. I. de donat.*

64 Et hinc quoque mortis causa donatio insinuatione non eget, sed quinque testes, tanquam ultima voluntas, desiderat, *l. cum de mortis. 4. de donat. caus. mort. l. qualicunque. l. fin. C. de donat.* Bocer. *de donat. cap. 5. num. 39.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 51. num. 62.* cum aliâs regulare sit, quod donatio quingentos solidos excedens actis publicis sit insinuanda, *§. aliæ autem. 2. I. de donat. l. sancimus 34. princ. l. si quis argentum. 35. §. fin. C. de donationis. l. illud. 19. C. de SS. Eccles.* Peregrin. *de artic. 51. num. 63.* Cujus rationes refert Bocer. *de donation. cap. 3. num. 57. & seqq.* Harprecht. *d. §. aliæ autem. 2. num. 137. & seqq. I. de donat.*

65 Verum an idem obtineat in Principibus, Comitibus, Baronibus, & Nobilibus Imperio immediatè subjectis, ut hi quoque donationes suas quingentos solidos excedentes, per modum fideicommissi familiæ factas, insinuare teneantur, dubio non caret? Et licet hoc asserant Alex. *in l. centurio. num. 26. ff. de vulg. & pupill. substit.* Anton. Gabriel. *lib. 31. commun. conclus. de don. conclus. 1. num. 23.* Socin. jun. *consil. 69. num. 41. lib. 1.* Sichard. *ad l. sancimus. 34. num. 49. C. de donat.* Wesemb. *consil. 42. num. 70.* Hieron. Treutler. *vol. 2. disput. 19. thes. 6. lit. D. vers. hoc tamen. & ibi* Hunnius *in resol.* Idque quoad Nobiles aliosque magistratus jurisdictionem & merum Imperium habentes, statuat Bened. Carpzov. *jurisprud. for. part. 2. constit. 12. definit. 16.* Contrarium tamen rectius mihi

mihi sentire videntur Bald. *in d. l. sancimus 34. & ibi* Barbat. C. *de donat.* Oldrad. *cons. 231.* Roman *consil. 59 num. 7.* Alex. *cons. 157. num. 7. & 8. vol. 2* Menoch. *cons 1. num. 374.* Bartol. *in l. si consul. 3. ff. de adopt.* Zas. *consil. 1. num. 96. vol 2.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 1. n. 39.* Modest. Pistor. *lib. 3. quæst. 9. num. 4.* Riminald. *in §. aliæ autem, 2. num. 452. & ibi* Schneidevvin. *num. 31.* Harprecht. *num. 44. seq I. de donat.* Borchov. *in not. ad Treutl. 2. disputat. 19. thes. 6. lit. d. vers. hoc tamen ad Principes.* Bocer. *de donat. cap. 3 numer. 77. seq.* Bened. Carpzov. *d. defin 16. num. 1.*

Quia hodie Duces, Principes, Comites & Barones in suis territoriis & 66 regionibus Imperatori comparantur, & in iis eandem potestatem habent, quam Imperator in Imperio Romano obtinet. Quod etiam in Nobilibus 67 Imperio immediatè subjectis obtinet, utporè qui in territoriis & districtibus suis liberis tantum possunt, quantum Imperator in Imperio, & quantum alii Principes & Ordines in suis territoriis, sicuti expressè docent Decian. *respons. 2. num. 165. vol. 1.* Besold. *part. 2. consil. 49. num. 117.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 17. num. 58.* Caspar Klok. *de contribut. cap 5. num. 46.* Thom. Maul. *de jure conducend. tit. 2. num. 32.* eosdemque jura Principis obtinere asserunt, Bart. *consil. 3. num. 3. vol. 1.* Maul *d. l. num. 31.* & majore libertate frui, quam Comites & 68 Barones Austriacos, notat Nicol. Betsius *de pact. famil. illustr cap 2. fol. 37.* Besold. *de urisdict. Imper. Roman. quæst. 17. in fin. & polit. lib. 1. num. 15. in fin.* Atque ideò decorum non erit, horum Dominorum donationes ad instar plebeiorum ad certa solemnia adstringere; cum donare liberalitatem & munificentiam exercere, proprium sit Principum, & præcipuus Nobilitatis actus, qui meritò à libero eorum arbitrio simpliciter dependere debet, sicuti post Panormitan. *in c. 1. de donation. scribit* Obrechtus, *disputat. 2. de donat. conclus. 197.* Georg Rol[illegible] *in certam. masculo fœminin. acie viril. cap. 28. num. 99. & 100.* Et 69 licet Bened. Carpzov. *d. l.* quoad nobiles aliud statuat, id respectu Landsassiorum Saxonicorum intelligendum puto, ipsique largior, quod asserit sufficere, si Nobilis aliusve Magistratus, cui jurisdictio competit, coram seipso ac in loco judicii sui, in præsentia Notarii, seu Actuarii insinuet donationem, & desuper scripturam fieri curet, adhibitis iis, quæ aliàs, quoties actum judicialem vult exercere, adhibere solet Carpzov. *d. de fin. 16. n. 11.* Hartm. Pistor. *d. quæst. 9. n. 15. 16. & 25.*

Atque hinc etiam conventionem; quà cavetur, ut castrum vel alia bo- 70 na certa, exclusis fœminis, apud agnatos masculos remaneant, valere & insinuationem & confirmationem non requirere, atque adeò etiam donationes ab iis, qui imperium & jurisdictionem habent, factas, sine ullâ insinua-

tione subsistere, concludunt Cotta *in memorial. verb. insinuatio.* Galiaul. *in l. centurio n.56. ff. de vulg. & pupill. subst.* Rol. à Valle *cons. 93. n. 42. vol. 1.* Vultej. 4. *Marpurg. cons. 54. n. 23. seq.* Et cum constitutio hæc fideicommissi per modum donationis, ob causam fiat, quæ nimirum testatoris familia ejusque nomen conservetur, propriè non erit donatio, *l. hoc jure. 19. §. fin. ff. de donat.* & sic
71 insinuatio necessaria non erit, cum donatio ob causam facta insinuationem non requirat, *l. Aquilius Regulus 27. & ibi* Bart. *n. 3. ff. de donat.* Clar. §. *donatio. quæst. 7. ad fin.* Anton. Gabriel. *lib. 3. com. opin. de donat. conlus 1. n. 62.* Molina, *de Hispan. primogen lib. 2. cap. 8. 15. seq.* ubi ex hoc concludit, quod in Majoratibus Hispaniæ, etiam si donatione vel contractu instituantur, insinuationis solemnitas non sit necessaria; quod in iis ut plurimum clausula adponi soleat, ut successores & nomen & insignia institutoris deferant. Et cum hujusmodi majoratus, sicuti & fideicommissa hæc, in totius familiæ, atque etiam Reipubl. favorem instituantur, durum & iniquum foret, ex insinuationis defectu eadem annullare, cum id non solum in donatoriorum, sed etiam totius familiæ ac Reipubl. damnum & perniciem converteretur, Molin. *d. cap. 8. n. 18.* ubi etiam concludit, quod non tantum in majoratibus, in quibus nominis & armorum gravamen appositum, insinuatio non requiratur, sed etiam si illud ommissum sit.

72 Quibus etiam accedit, quod hujusmodi fideicommissa, sive per modum contractus, sive conventionis, donationis sive divisionis instituantur, nihilominus vim & effectum ultimæ voluntatis obtineant, sicuti in simili in constitutione majoratus probat Molina *de Hispanor. primog. lib. cap. 12. num. 1.*
73 *seq.* Quia fideicommissa hæc similia sunt divisioni bonorum à parente inter liberos factæ; divisio autem à parente inter liberos facta, non vim donationis, sed potius supremi judicii obtinet, *l. si filia nupta 20. §. si pater 3. ff. famil. ercisc.* & quacunque scripturâ pater bona sua inter liberos dividat ea scriptura vim ultimæ voluntatis habet, *l. fin. C. famil. exerc.* idque maximè procedit, quoad donationes morte confirmatas, ut potè quæ ultimæ voluntatis naturam sequuntur, Molin. *d. cap. 12. num. 10. seq.* Quemadmodum ergò donatio mortis causâ & per ultimam voluntatem facta, non eget insinuatione, *supra n. 64.* ita nec fideicommissum in vim & effectum ultimæ voluntatis constitutum, confer *infra cap. 16. n. 44.*

74 VI. Constituuntur quoque fideicommissa familiarum Nobilium consuetudine; veluti si in familiâ, vel loco quodam consuetudine obtineat, ut immobilia, vel certa quædam bona in familiâ & apud masculos, fœminis exclusis permaneant, quia quod per pactum, idem etiam consuetudine fieri potest,

potest. *l. non impossibile 50. & ibi* Jason, *num. 1. in fin. ff. de pact.* Imò plus fieri potest, per statutum & consuetudinem, quam per pactum, ut videre licet in pacto de succedendo, quod pacto caveri non potest, nisi inter milites, ut supra *num. 35. & seq.* dictum; consuetudine vero vel statuto hæreditas dari potest ei, cui scriptâ lege non est data, imò consuetudo & statutum pacta de succedendo confirmare possunt, Natta *in c. quamvis num. 2, 9. de pact. in 6.* Ben. Castrens. *in c. Raynutius §. duas habens num. 19. seq. X. de testament.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 7. num. 7.* Gail. *2. observ. 126.* Myns. *2. obs. 33.* consuetudine pactum successionis 75
validari tradunt Dd. *com. in l. pactum & ibi imprimis* Alciat. *in fin.* Dec. *num. 11.* purpurat. *num. 13. C. de pact.* Jason. *in l. stipulatio hoc modo num. 8. seq. ff. de V. O.* & quod pacta de hæreditate contra jus civile contrariâ consuetudine sint recepta, tradunt Guid. Pap. *decis. 145.* Masuer. *in pract. tit. de societat. num. 20. & tit. de execut. num. 22. & tit. de succes. §. item institutio.* Capell. Tholosan. *decis. 452.* Vultei. *4. Marpurg. cons. 45. num. 32.* multa enim consuetudine contra jus commune
passim introducta & recepta sunt, ut probat Gail. *1. observ. 36. in princ.* & ubi re- 76
cepta, juri comuni derogat & legem vincit, *§. sine scripto 9. I. de jur. nat. gent. c. cum consuetudinis X. de consuetud.* Tuschus *lit. c. conclus. 806. per tot.*

Unde licet fœminæ in feudis non succedant, consuetudine tamen hoc 77
introduci posse, ut fœminæ in iis succedant, tradunt Curt. *jun. de feud. part. 3. n. 10.* Sonsbec. *de feud. part. 9. num. 126.* Zas. *de feud. part. 8. num. 42.* Clarus *§ feudum quæst. 73. num. 9.* Schrader *de feud. part. 7. cap. 4. num. 53.* Borcholt. *de feud. cap. 7. part. 2. num. 67.* Adeò, ut valeat etiam consuetudo, ut fœminæ ad feuda admittantur simul, vel etiam exclusis masculis, Sonsbec. *d. part. 9. num. 127.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 9. num. 48.* Idque non tantum procedere in consuetudine alicujus 78
provinciæ generali, sed etiam familiæ alicujus speciali, ita ut si in familiâ quadam stylus ita fuerit approbatus vel toleratus, & à Domino scienter observatus, non ex gratiâ, sed ex animo ita observandi, ut fœminæ admittantur, stylus ille & consuetudo in familiâ illa sit retinenda, decidit Gars. *de fœm. ad feud. recip. vel non restrict. 9.* Schrader *d. cap. 4. num. 54.* Valent. Forster. *de success. lit. 4 cap. 23. num. 56.* Vultei. *d. cap. 9 num. 48.*

Hinc consuetudine jus primogenituræ induci posse, comprobant Ol- 79
drad. *cons. 9. 4.* Guid. Pap. *consil. 131.* Tiraquel. *de primog. quæst. 4. num. 13. & seq. & ibi alleg. per tot.* Atque indè etiam validam esse consuetudinem, quod masculi fœminis exclusis succedant, latius dicetur *infra cap. 8. num. 205. & seq.* Et consuetudine induci jus advocatiæ, tradit per *c. generali 13. de elect. in 6.* Mager. *de advocat. cap. 9. num. 838.* nobilitatem, *per l. fin. §. ff. de muner. & honor.* Tiraquel. *de nobil. cap. 10. num. 1.* jurisdictionem, *l. viros 8. C. de in offic. testam. irrefragabili in pr.*

de offic. ordinar. c. cum contingat. 13. X. de for. compet. Naſcard. de probat. concluſ. 1055.
num. 14.

80 Idem eſt VII. quoad ſtatutum; cum enim hæc fideicommiſſa per le-
gem, ultimam voluntatem, pactum & conſuetudinem induci, ex præcedenti-
bus conſtet, idem quoque per ſtatutum fieri poſſe conſequens eſt: cum par
ſit ratio legis, conſuetudinis & ſtatuti, §. ſed jus quidem 2. §. ſine ſcripto 9. I. de jur.
natur. gent. & civ. l. de quibus ff. de legibus l. omnes populi & ibi Bart. ff. de juſtit. & jur.
Mynſing. cent. 1. reſponſ. 61. num. 18. Gœddæ. 4. Marpurg. conſ. 19. num. 9. & à ſta-
tuto ad ultimas voluntates, & viceverſa, validum deducatur argumentum,
Decian. conſ. 13. num. 13. vol. 1. Menoch. conſ. 633. num. 49. vol. 7. Nicol. Everh. in loc.
ab ult. volunt ad legem, ſtatut. vel conſuet. 47. per tot.

81 Unde jus primogenituræ ſtatuto induci poſſe, pluribus docet Tiraquel.
de primogenit. quæſt. 4. per tot. & validum eſſe ſtatutum, ut fœminis excluſis, ma-
ſculi ſuccedant, dicetur infra cap. 8. num. 205. ſeq.

Hinc etiam VIII. præſcriptione induci poſſe hæc fideicommiſſa conclu-
82 dendum venit, cum præſcriptio vim habeat pacti & contractus Salicet. in l. 1.
C. de ſervit. & aqua Luc. de Penna in l. cum ſatis C. de agric. & cenſ. Tiraquel de
retract. tit. 1. § 1. gloſſ. 9. verb. ou lignagier. num. 146. & de primogen. quæſt. 30. numer. 2.
imò pacto potentior præſcriptio ſit, ſicuti probant Speculat. tit. de feud. §. quo-
83 niam verſ. 3. Tiraquel. de primogenit. d. quæſt. 30. num. 3. vim habeat legis, gloſſ. in c.
ſuper quibusdam §. præterea verb. non extat. de V. S. Gozadin conſ. 8. num. 37. publici
inſtrumenti, Matth. de afflict. deciſ. 239. in fin. Sixtin. 1. Marpurg. conſ. 9. num.
40. regii aſſenſus, Cephal. conſ. 76. num. 3. lib. 1. Cothman. conſ. 79. num. 72. vol. 2.
privilegii ex certâ ſcientiâ conceſſi, c. ſuper quibusdam 26. §. præterea X. de V. S. l.
hoc jure 3. §. ductus ff. de aqu. quotid. Mynſing. reſponſ. 43. num. 10. cent. 1. etiam in re-
ſervatis Principis, d. c. ſuper quibusdam. §. præterea de V. S. itemque vim ſpecialis
conceſſionis à principe factæ, Rol. à Valle conſ. 66. num. 40. lib. 2. Pacian. conſ. 20.
num. 59. ſeq. lib. 5. Cravet. conſ. 10. num. 11. Mynſing. 1. obſerv. 30. Gail. 1. obſerv.
21. num. 15.

84 Et hinc præſcriptione induci poſſe jus primogenituræ tradunt Socin.
conſil 47. Tiraquel. de primogenit. d. quæſt 30. num. 1. & per tot. Idque maximè pro-
cedit quoad præſcriptionem immemorialem, cum hac adquirantur omnia
jura, etiam regalia, & ea, quæ Imperatori ſpecialiter ſunt reſervata, c. ſuper
quibusdam §. præterea X. de V. S. R. A. zu Augſpurg / de anno 1548. §. und ſoll unſer /
& § wann auch ein Außgezogener. Bald in l. cunctos populos num 5. C. de ſum. tri-
nit. Decian. conſ. 24. num. 112. vol. 1. Mynſing. 5. obſerv. 25. Vultei. de feud. lib. 1. cap.
9. num.

9. num. 21. Rosenthal. *de feud. cap. 5. conclus. 16. num. 3.* Bocer. *de regal. cap. 4. num. 45.* jurisdictio, *c. 1. in fin. de præscript. in 6. c. super quibusdam vers. præterea X. de V. S.* Bald. *de præscript. part. 2. princ. 5. quæst. 3. num. 4.* Mascard. *de probat. conclus. 1055. num. 14.* Thom. Michael. *de jurisdict. conclus. 63. lit. A.* Bocer. *de jurisd. cap. 8. num. 99.* Nobilitas, Mascard. *de probat. conclus. 1095. num. 2.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 14. num. 1.* & alia quæcunque jura aliâs non præscriptibilia Rol. à Valle *consil. 59. num. 6. vol. 4.* Natta. *consil. 222. num. 2.* Jason. *consil. 70. num. 5. vol. 3.* Meichsner. *tom. 3. decis. 6. num. 8.*

Constituuntur porrò hæc fideicommissa vel verbis expressis, vel tacitis. 85

Verbis expressis constituuntur, quando institutor verbis expressis, & ad 86
hoc ordinatis, & nominatim disponit, hanc esse mentem & voluntatem suam, quod hæc vel illa bona, in suâ familiâ ad ejus meliorem & illustriorem conservationem, apud masculos, exclusis fœminis, perpetuò permanere, nec ullo modo in extraneos alienari debeant, daß zu besserer Erhaltung vnd Auffnehmen deß Geschlechts / Stammen vnd Namen deren von N. das Gut N. bey dem Männlichen Stammen / Namen vnd Geschlecht N. ewiglich vnd so lange dasselbe wäret / als ein recht Stamm-Gut verbleiben / vnd davon nichts durch einigen Contract / Testament oder anderwertige Handlung / wie die Namen haben mag / verändert werden solle rc. Ex hoc enim, quod testator vel disponens bonorum alienationem prohibuit pro perpetuâ conservatione familiæ, perpetuum familiæ fideicommissum induci, non habet dubium, Paris. *consil. 1. num. 29. & seq. vol. 2.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 15. num. 3.*

Verbis quoque enunciativis fideicommissa induci, tradunt Bartol. *in l.* 87
hac scriptura ff. de donat. Grassus *§. fideicommiss. quæst. 4. num. 12. seq.* Fusar. *de substit. fideicommiss. quæst. 275. num. 1.* Imò etiam nutu fideicommissa relinqui posse, constat *l. nutu ff. de legat. 3.* Mantic. *d. l. lib. 8. tit. 1. num. 19.* Fusar. *d. l. quæst. 287. num. 1.*

Tacite fideicommissa hæc constituuntur, quando quidem testator, sive 88
institutor, verbis expressis non dicit se fideicommissum familiæ conservandæ causâ perpetuum relinquere, ipsum tamen hoc voluisse, ex mente & sententia ipsius, vel verbis prolatis apparet. Quamvis enim fideicommissa non præsumantur, nisi probentur *infra cap. 14. num. 43. seq.* Ab hac tamen præsumptione recedi solet, quando aliquæ conjecturæ extant & præsumptiones, ex quibus verisimiliter colligitur, testatorem fideicommissum constituere voluisse, tum enim ex conjecturis illis fideicommissum inducitur, etiamsi verba expresse fideicommissi non adsint, *l. pen. ff. de legat. 1. l. cum proponebatur 64. l. unum ex familia 67. §. si omissa 9. ibi, recte datum & minus scriptum & §. fin. l. cum proponebatur 64.*

tur.64. l. qui solidum 78. §. 1. ff. de legat. 2. l. fideicommissa 11. §. item si quis 19. ff. de le
gat. 3. l. hæredes mei 57. §. cum ita 1. ff. ad SC. Trebell. l. in legatis 21. C. de legat. l. cum
avus 102. ff. de condit. & demonstr. Salicet. in l. pen. C. de impub. & aliis subst. Coras.
in l. cum virum num. 11. C. de fideicommiss. Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 1.
num. 7. & cap 5. num. 21. & cap. 17. num. 25. Menoch. d. præsumpt. 67. num. 7. Ma-
scard. d. conclus. 775. num. 3. Grass. §. fideicommissum quæst. 4. num. 4. Fusar. de sub-
89 stit. fideicommiss. quæst. 276. num. 1. modò conjecturæ istæ non sint leves, sed gra-
ves, urgentes, probabiles, necessariæ, & concludentes, Bald. in l. cum virum
num. 20. C. de fideicommiss. Jason. consil. 166. Alciat. respons. 528. num. 1. & in l. filius-
fam. §. divi num. 23. ff de legat. 1. Mascard. d. conclus. 775. num. 4. Menoch. d. præ-
sumpt. 67. num. 8. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 1. num. 23. Hondedæ. 2. consil.
48. num. 32. Fusar. d. quæst. 276. num. 4. Peregrin. de fideicommiss. artic. 11. n. 39.
Non enim temerè capienda est fideicommissi præsumptio, l. Lucius §. tres hæ-
redes ff. ad SC. Trebell. nec sufficere hominis conjecturas ad inducendum fi-
deicommissum, tradit per l. quidam cum filium ff. de hæred. instit. Menoch. consil.
328. num. 62. & 4. præsumpt. 67. num. 10. sed illas à lege receptas & approbatas
esse debere, l. cum proponebatur ff. de legat. 2. Menoch. d. num. 10. & consil. 85. num.
88. lib. 1. Fusar. d. quæst. 276. num. 7. ita, ut à majoritate vel paritate rationis, vel
à similibus ad similia procedere liceat argum. l. non possunt ff. de legib. Menoch.
d. præs. 67. num. 11.

90 Atque hæc maximè procedunt, si de conservatione bonorum in fa-
miliâ & agnatione agatur, tum enim fideicommissum inductum præsumi,
tradunt Gozadin. consil. 89. num. 11. Cephal. consil. 268. num. 4. Paris. consil. 57. num.
9. Menoch. d. præsumpt. 68. num. 9. & præsumpt. 69. num. 9. seq. Mascard. d. conclus.
775. num. 5.

91 Quod si quoque de fideicommisso inducto agatur, conjecturas quoque
leves sufficere, tradunt Petra de fideicommiss. quæst. 9. num. 62. Fusar. d. quæst 276.
92 num. 5. & seq. Cum quilibet præsumatur appetere honorem & incrementum
dignitatis suæ, agnationis & familiæ Abbas consil. 65. num. 3. vers in casu autem lib.
2. etiam ignobilis, Boër. decis. 204. n. 31. multò magis verò vir nobilis naturali
impulsu nihil magis desiderasse credendus est, quam suæ familiæ favere, eam-
que propagari & conservari. Zas. consil. 2. num. 13. in fin. & num. 14. Mantic. de
93 conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 15. num. 1. Etsi enim verba deficiant, ex conjecturâ
tamen voluntatis fideicommissum suppleri potest, l. quidam in testamento 30. l.
cum pater 77. §. cum imperfecta 22. ff. d legat. 2. Tusch. lit. F. conclus. 260. num. 3. &
seq. Mascard. de probat. conclus. 776. num. 6. sola namque voluntas spectatur in fi-
deicommissis, etiamsi ex verbis commodè concipi non possit, dummodo ex
conje-

conjecturis colligatur, *l quamvis 15. C. de fideicommiss. d. l. unum ex familia 67. § pen. & ult ff. de legat. 2.* Mantic. *de conject ult. vol. lib. 8. tit. 1. num. 18. & 25.* Nam volun- 94
tas, quæ ex conjecturis colligitur, evidens & manifesta dicitur, *l. licet Imperator, & ibi* Bart. *num. 10. ff. de legat. 1.* Mantic. *d. tit. 1. n. 25.* Gœddæ. *4. Marpurg. consil. 50. num. 97.* Mascard. *de probat. conclus. 776. num. 4.* & conjecturæ apertissimæ probationes dicuntur *l. in tempus §. quoties ff. de hæred. instit. l. si quis locuples in fin. ff. de manumiss. test. l. si constante in princ. ff. solut. matrim.* Mascard. *d. conclus. 776. num. 5.* ac voluntatis conjectura facit rem claram, sicuti in fideicommisso inducendo dixit Alciat. *consil. 75. num. 21. & 22. lib. 9.* referente Mantic. *d. num. 25.* Adeò, ut, quo serviamus menti testatoris, etiam verba offendere, sicuti ex Socin. *consil. 113. num. 10. vol. 3.* loquitur Mantic. *d. tit. 1. n. 26.* & ut fideicommis- 95
sum valeat, à propriâ verborum significatione recedere debeamus, *l. cogi in princ. §. & si quis & ibi* Bartol. *num. 1. & 2. l. ex facto §. fin. & ibi* Alex. *ff. ad Sct. Trebell.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 1. num. 24.* Hinc ut fideicommissum 96
inductum censeatur ac debeatur, sola testatoris voluntas sufficit, sive verba fideicommissi sint expressa, sive omissa, *l. cum proponebatur 64. l. unum ex familia 67. §. si omissa 9. ff. de legat. 2. l. in legatis 21. C. de legat. l. à fratris 127. l. ab omnibus 104. in princ. ff. de legat. 1. l. fideicom. 11. §. item si quis 19. ff. de legat. 3. l. ubi jure 19. §. 1. ff. ad Sct. Trebell.* Idem est, si verba expressa in necessariam consequentiam fideicommissum importent, *per l. Titia Sejo. §. Seja libertus l. Titia cum testamento. §. Titia ff. de legat. 2. l. fideicommissa §. item si quis ff. de legat. 3.* Peregrin. *de fideicom. artic. 11. num. 25.* qui enim vult consequens, necessarium quoque ejus antecedens voluisse intelligitur, *l. ad rem mobilem l. ad legatum ff. de procurat. l. oratio ff. de spons. l. cui jurisdictio ff. de jurisdict.*

Atque hæc non tantum procedunt, quoad fideicommissum speciale, sed 97
etiam universale, ut hoc quoque relictum ex conjecturis colligatur, Bald. *in l. & in epistola num. 4. ff. de fideicommiss.* Alciat. *consil. 75. num. 21. lib. 9.* Mantic. *d. lib. 8. tit. 1. num. 18.* cum fideicommissum universale magis sit favorabile, quam speciale, sicuti colligunt ex *l. si quis omissa ff. si quis omiss. caus. testam. ab intestam.* Bald. *in auth. ex causa num. 34. C. de liber. præter.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 3. num. 1.* Et non tantum inducitur, sed etiam extenditur & ampliatur fidei 98
commissum ex conjecturis Decius *consil. 287. num. 5. & 7.* Tusch. *lit. F. conclus. 260. num. 18.* Atque hæc non tantum procedunt, si conjecturæ ex scriptis in testamento, sed etiam si aliundè desumantur, & de testatoris voluntate constet, Fusar. *d. quæst. 27. num. 9. & seq. & ibi alleg.*

Hinc fideicommissum familiæ perpetuum & absolutum inducitur 1. si 98

testator bona sua familiæ relinquat vel quod bona sua in familia permanere debeant, disponit, *l. cum ita* §. *in fideicommiss. ff. de legat. 2. l. fin. C. de V. S. l. si cognatis ff. de reb. dub.* Socin. *consil. 227. col. 4. in princ. vers. ex quibus concludo vol. 2.* Alciat. *consil. 484. num. 1. seq.* Mascard. *de probat. conclus. 776 num 7.* Vincent. Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 497. num. 1.* Petra *de fideicommiss. quæst. 5. num. 2. & 7.* ubi *num. 5. & seq.* addit, nihil referre, an testator dixerit, quod vult bona sua conservari in familiâ, vel quod non vult ea exire de familiâ, vel quod non vult alienari extra familiam, cum hæc æquiparentur & æquipolleant, Socin. *consil. 43. num. 5. in princ. vol. 3.* Et hoc casu, quando testator mandavit, seu prohibuit, quod bona sua non exeant de familiâ, sed in familiâ remaneant, absolutum induci fideicommissum, in specie docent Socin. *consil. 251. col. 3. vol. 2. & consil. 43. col. 4. in fin. & per tot. vol. 3.* Ruin. *consil. 110. num. 3. vol. 2.* Petra *quæst. 1. num. 85. & d. cap. 5. num. 20. & 28.* Peguer. *decis. 101. num 5.*

100 2. Idem est, si testator dixerit, quod bona sua conservari debeant in familiâ, agnatione vel domo sua, Curt. jun. *consil. 145. num. 9.* Petra *d. quæst. 5. num. 8.* Mascard. *de probat. conclus. 775. num. 5. & conclus. 776. num. 7.* Menoch. *4. præsumpt. 68. num. 9.* Vultei. *4. Marpurg. consil. 54. num. 9.* Hondedæ. *consil. 45. num. 3. vol. 2.* Peguer. *d. decis. 101. num. 5.*

101 3. Vel quod bona non debeant extra familiam alienari, nam per prohibitionem alienationis extra familiam, de re universali vel particulari factam, fideicommissum induci, probat, *l. is cui ff. de condit. & demonstr. l. filiusfamilias* §. *Divi.* §. *cum pater ff. de legat. 1. l. unum* §. *sed si fundum l. peto* §. *frater l. cum pater* §. *libertis l. codicillis* §. *insulam ff. de legat. 2. l. pater.* §. *fundum &* §. *Julius Agrippa. &* §. *quindecim. l. Lucius in princ. ff. de legat. 3. l. quoties C. de fideicommiss.* Verum an hoc casu fideicommissum inducatur non tantum in casum alienationis, sed etiam mortis, dubio non caret, de quo vide *infra cap. 11. num. 154. seqq.*

162 Idem est 4. quando non incidenter, sed principaliter, & per modum principalis dispositionis hoc actum est, ut bona in familiâ, vel domo, vel apud agnatos, sive masculinam lineam conserventur, & propterea extra eam alienari prohibeantur: nam tum quoque fideicommissum simplex & absolutum, tam in casum mortis, quam alienationis inductum censeri, tradunt, per *l. cum ita* §. *in fideicom. ff. de legat. 2. l. fin. C. de V. S. l. pater filium* §. *pater filium ff. de legat. 3.* Socin. *consil. 227. col. 4. vers. ex quibus concludo vol. 2.* Curt. jun. *consil. 145. num. 9.* Alciat. *consil. 484. col. 1. vers. primum est.* Petra *de fideicom. quæst. 5. num. 2.* Honded.

cons. 9.

conſ.9 num.20. & conſ.67. num.19. vol.2. Vulrei. *4. Marpurg. conſ.54.n.90.* Molina. *de Hiſpan. primog. lib.1. cap. 5. num. 17.*

Atque ita 5. quando teſtator bona ſua alienari prohibuit, & per modum cauſæ finalis adjecit, quia ea volo in familiâ conſervari. Quamvis enim non deſint, qui hoc caſu fideicommiſſum in caſum tantum alienationis inductum eſſe cenſent, Socin. *conſil.227. vol.2. & conſil.57. numero 2. vol.3.* Decian. *conſil. 287. numero 11. & conſil. 218. vol. 1.* Menoch. *conſil.85. numero 103. & ſeq. vol.1.* Burſat. *conſil. 156. numero 35. ſeq. & numero 62. ſeq.* Alba. *conſil. 1.* Alex. *in l. qui Romæ. §. cohæredes ff. de V.O.* Tuſchus *lit. F. concluſ. 262. numero 9.* eo, quod cauſa generalis adjecta prohibitioni, non debeat augere vel extendere fideicommiſſum, *l. peto §. fratre ff. de legat. 2. l. pater filium §. filiam ff. de legat. 3.* Alex. *in l. qui Romæ §. cohæredes numero 4. verſ. puto concludendum ff. de V.O. & ibi* Socin. *num. 15.* 103

Contrarium tamen, & hoc caſu fideicommiſſum ſimplex & abſolutum, non tantum in caſum alienationis, ſed etiam mortis inductum eſſe cenſent Bartol. *in d.l. qui Romæ §. cohæredes numero 3. ff. de V.O. & ibi* Aretin. *in princ.* Purpurat. *conſil. 375. numero 14. & conſil. 559. numero 13. ſeq. vol.2.* Alba. *conſil.54. numero 2.* Roland. à Valle *conſil. 23. vol. 4.* Mantic. *de conjectur. ult. vol. lib. 6. tit. 14. numero 24. verſ. ſed contrariam opinionem.* Petra *de fideicommiſſ. quæſt. 5. numero 2. 19. & numero 42. & ſeq.* Menoch. *4. præſumpt. 68. numero 9.* Peguer. *deciſ. 101. numero 5.* Molina *de Hiſpan. primogenit. lib. 1. cap. 5. numero 16.* Tuſchus *lit. F. concluſ. 260 numero 60.* Alias enim conſervatio bonorum in agnatione vel familiâ, per diſponentem deſiderata, non poſſet ſortiri effectum, Decian. *conſil. 259. numero 2.* Petra *d. quæſt. 5. numero 43.* Et hoc caſu reſultat fideicommiſſum abſolutum, ex vi rationis & cauſæ finalis adjecta, quæ ampliat diſpoſitionem, & extendit, Bartol. *in l. pater filium §. fundum ff. de legat. 3.* Petra *d. numero 43.* Bald. *in l. voluntas col. ult. C. de fideicommiſſ.* Mantic. *de conject. ult. lib. 6. tit. 14. num. 24.*

Sufficit autem ſi ratio conſervandæ agnationis in præfatione diſpoſitionis ſit expreſſa, Molina *d. cap. 5. num. 1.* Menoch. *4. præſumpt. 68. num. 9.* vel alias teſtator diſpoſitionem ſuam à prohibitione alienationis non inceperit, ſed dixerit, ut bona mea in familiâ meâ conſerventur, prohibeo ea alienari Alciat. *conſil 484. num.3.* Petra *d. quæſt. 5. num. 19. verſ. 7. exemplum.* 104

Nec huic contrariatur *l. pater filium 38. §. fundum à filio 3. ff. de legat. 3.* ſiquidem verba ibi adjecta ideò non inducunt fideicommiſſum, quia non per modum rationis fuerunt expreſſa, ſed ſolum enunciativa cujusdam futuri eventus,

tus, quem testator ex suâ dispositione eventurum sperabat; secus autem dicendum est, quando per modum rationis & causæ finalis expressio facta, tum enim fideicommissum absolutum inter omnes de familia inducere, dictum est *supra num. 103.*

105 Idque 6. multò magis procedit, si dictum fuerit, quod disponens voluerit bona sua *totaliter*, & *omnino* in familiâ suâ permanere, sicuti quoad vim verbi *totaliter*, respondit Roland. à Valle *consil. 93. num. 14. seq. vol. 2.* Socin. *consil. 266. vol. 2.* Petra *d. quæst. 5. num. 25. & quæst. 8. num. 300.* ubi verbum hoc *totaliter*, dispositionem ampliare, & absolutum fideicommissum inducere, & ideò extraneum hæredem non admittendum scribit. Et per verbum, *omninò*, fideicommissum absolutum induci, ex Ruin. & Anchor. jun. *quæst. 72. num. 8. seq. part. 1.* idem notat Petra *d. quæst. 5. num. 35. & num. 104.* siquidem verbum hoc, *omnino*, innuit, quod testator præcisè voluit dispositionem suam effectum conservationis in familiâ sortiri, Socin. *consil. 251. col. 2. in fin. vol. 2.* Petra *d. quæst. 5. num. 34.* idque omnem casum importare, dicit Anchor. *d. quæst. 72. num. 8. seq.* Petra *d. num. 104.*

106 7. Idem est, si testator, vel disponens bona sua *perpetuò* alienari prohibuit, & quod in familia permanere debeant, disposuit, nam & hoc casu fideicommissum absolutum inductum censeri, tradunt Dec. *consil. 8. num. 4.* Paris. *consil. 60. num. 16. lib. 3.* Alba. *consil. 8. num. 13.* Socin. *cons. 57. lib. 3.* Tusch. *lit. F. conclus. 260. num. 58.* Petra *d quæst. 5. num. 9. & 11.* Menoch. *4. præsumpt. 68. num. 12. & 14. & præsumpt. 69. num 9.* Vel quando testator substituit agnatos *in perpetuum:* nam tum satis manifestè significat, se omninò velle agnationem & familiam conservare, Menoch. *cons. 95. num. 51.* non enim perpetuò & semper bona in familiâ permanere possent, nisi per fideicommissum absolutum, sicuti concludit Decian. *cons. 50. num. 18. & seq. vol. 1.* Riminald. jun. *consil. 147. num. 13. vol. 2.* Petra *d. l. num. 12. seq.* prout etiam verba illa *pro perpetuâ conservatione familiæ*, perpetuum fideicommissum inducere scribit Paris. *consil. 1. num. 29. vol. 2.* Mantic. *de conjectur. ult. vol. lib. 6. tit. 14. num. 27.*

107 8. Si testator vel disponens dixerit, quod bona sua non egrediantur domum vel familiam suam *in infinitum*, Alban. *consil. 54. num. 2.* Petra *d. quæst. 5. num. 21.*

108 9. Vel quod *nunquam* exeant de familia sua, sed in ea remaneant, nam & tunc quoque fideicommissum absolutum induci, concludunt, Ruin. *cons. 10. num. 3. vol 2.* Curt. jun. *cons. 43. & cons. 114. & cons. 145. num. 9.* Socin. *cons. 251. col. 3.* Capyc. *decis. 108. num. 5. in fin. seq.* Petra *d. quæst. 5. num. 22. & 28.*

10. Vel

10 Vel quod velit bona sua remanere in familiâ & agnatione, & ad 109
eos de familiâ pervenire, donec aliquis reperiatur, usque ad ultimum, nam
& hoc casu inductum censeri fideicommissum absolutum in favorem i-
psius agnationes & familiæ, scripit Bald. *in l. quotiens. C. de Fideic.* Laur. Kis-
chov. *inter consil. German. Ictor. part. 1. cons. 18. n. 16.*

11. Quando disponens mentionem fecit de solis masculis, vel lineâ ma- 110
sculinâ, dispositio vel conventio ad eum finem facta præsumitur, ut provi-
deatur & consulatur familiæ & agnationi, & ut bona per continuam succes-
sionem in lineâ masculinâ & agnatione, conserventur & fœminæ excludan-
tur, Dd. tradunt *communiter per c. Raynaldus verb. si absque masculis X. de testam.*
Bart. *in l. cum. avus. n. 4. ff. de condit. & demonstr.* Dec. *in l. fœminæ. num. 92. ff. de R. I.*
& cons. 226. num. 6. vers. nam dum testator. Paris. *cons. 41. n. 38.* Jason. *cons. 233. col. 1.*
vol. 2. Ruin. *cons. 95. n. 8. vol. 2.* Natta *cons. 128. n. 2.* Cravet *cons. 113. n. 2.* Vultei. *4.*
Marpurg. cons. 30. num. 123. & cons. 54. n. 78. Tusch *lit. F. conclus. 260. n. 71. & seq.*
& conclus. 261. n. 20. seq. & conclus. 374. per tot. Molina *de Hispan. primogen. lib. 1.*
cap. 5. n. 35. & lib. 3. cap. 5. n. 25. & seq. Rol à Val. *cons. 82. num. 41. lib. 3.* Mantic.
de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 15. 2 Peregrin *de fideicomm. art. 25. num. 47.* Fusar. *de*
fideicomm. substit. quæst. 346. n. 13. & quæst. 499. n. 15. & ibi alleg. Honded *cons. 30.*
num. 39. & cons. 75. num. 20. lib. 1. Grass. *§. fideicommissum quæst. 16. in fin.* Menoch.
4. præs. 69. n. 10. & præs. 85. n. 25. in fin. Peregrin *de fideicomm. art. 25. n. 26. & 47.* Ita,
ut licet in dispositione ratio conservandæ familiæ sive agnationis expresse vel
tacitè non sit adjecta, tamen si in ea simpliciter & absolutè masculi ad succes-
sionem bonorum sint vocati, ex hâc solâ masculorum vocatione disponens 111
censeatur voluisse agnationem & familiam conservare, & fœminas propter
masculos excludere, Alex. *in l. venia n. 16. C. de in jus voc.* Dec *cons. 172. n. 4.* Ceph.
cons. 251. n. 4. Dec *cons. 17. n. 25.* Mathesil. *singul. 130.* Albert. Brun. *tract. de stat. excl.*
fœm. art. 3. quæst. 1. col. 2. Molina *d. n. 25.* quam sententiam communem & verio-
rem dicit & probat Molina *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 5. num. 25. seq.* Hancque
rationem agnationis conservandæ ita solam considerari, præsumi & attendi,
ac si nominatim in dispositione esset expressa, scribit Simon de Præt *in interp.*
ult. vol. lib. 3. dubit. 1. fol. 11. num. 5. Eodemque confert, quod statuta excluden- 112
tia fœminas propter masculos, ob conservandam agnationem condita esse
intelligantur, Menoch. *consil. 6. num. 12. & cons. 95. n. 60. vol. 1.* Vultej. *d. cons. 30.*
num. 123. Simon de Præt *de interpret. ult. vol. lib. 3. fol. 11.* Et si testator simplici-
ter excluserit fœminas propter masculos, quod respexisse videatur ad favo-
rem agnationis conservandæ, consuluit Curt. Jun. *cons. 11. num. 1.* Et expres-
sionem generis masculini præsumi facere mentem testatoris talem esse, quod

voluerit bona in agnatione & familiâ conservari, statuunt Curt. jun. *consil. 121.*
num. 16. Paris. *consil. 26. num 12. & alibi passim.* Ex eoque, quod testator semper
masculos prætulit, præsumi ipsum ad favorem agnationis respexisse, refert &
113 tenet post alios Cravet. *consil. 113. num. 2. & 9.* Cephal. *consil. 25. num 149.* Et vul-
gata est regula, quod masculorum inclusio fœminarum sit exclusio, *per l. cum*
ita. ff. de condit. & demonstr. argum. l. cum prætor ff. de judic. Mantic. *de conject.*
ult. vol. lib. . cap. 5. num. 30. & 31. Alex. *in l. sed etsi. §. liberos. num. 8. ff. de in jus vo-*
cand. Jason. *in l. si quis id. col. 4. limit. 11. ff. de jurisdict.* Dec. *consil. 155. num. 2.* Val.
114 Forster. *de successione. lib. 3. cap. 23. num. 14.* Et dispositio limitata in masculis,
prohibita dicatur in fœminis, quia quod uni applicatur, in cæteris denegatur,
l. quod in rerum. 24. §. si quis post in fin. ff. de legat. 1. l. fideicommissa 11. §. cum esset. ff.
de legat. 3. Forster. *d. cap. 23. num. 18.*

116 Quod si fideicommissi institutor in primâ institutione ad ejus successio-
nem filios, & descendentes masculos vocaverit, quamvis in subsequentibus
substitutionibus filiorum, vel descendentium simpliciter, absque adjectione
vocabuli masculorum, mentionem fecerit, nihilominus tamen masculinita-
tis qualitas repetita censetur Bart. *in l. fin. ff. ad Sct. Trebell.* Jason. *in l. centurio.*
num. 59. ff. de vulg. & pupill. Rol. à Valle *consil. 82. num 33. lib. 3.* Menoch. *consil. 95.*
num. 81. Molina *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 5. num. 56.* Menoch. *4. præsumpt. 84.*
num. 5. Peregrin. *de fideicom. art. 25. num. 48.* latè, Vinc. Fusar. *de fideicom. substit.*
quæst. 403. num. 1. seq. & ibi alleg. per tot. cum dispositionis verba ex præceden-
tibus declaranda & interpretanda sint, & disponens ejus præsumatur fuisse
mentis ac voluntatis, cujus in institutione fuisse comprehenditur, Bart. *in l.*
fin. num. 2 ff. ad Sct. Trebell. Abbas *consil. 6. num 3. lib. 1. de qua re* confer Molin. *de*
Hispan. primogen. lib. 3. cap. 5. num. 56. seq. cùm & aliàs quoque in dubio conjectu-
ra pro masculis sit capienda, ut masculinum non concipiat fœmininum, Si-
gnor. de Homad. *consil. 72. num. 4.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 15. num. 2.*
de quo *supra cap. 1. num. 43. seq.*

116 12. Quando testator agnatis ipsis & transversalibus vocatis, expressè
addidit, mentem & voluntatem suam esse, quod bona permanere debeant
apud dictos institutos, nam tunc testatorem inducere voluisse fideicommis-
sum perpetuum in suâ agnatione & familiâ, statuunt Jason. *in l. si quis hære-*
dem, numero 10. C. de institut. & substitut. Alex. *consil. 53. col. ult. lib. 6.* Chassan.
consil. 62. numero 10. Menoch. *consil. 117. numero 17. lib. 2. & 4. præsumption. 69.*
numero 16.

117 13. Quando testator relinquit bona sua certis personis de familiâ suâ,
& petit, ut curent ne ea de nomine seu domo sua exeant, tum enim prius illi
vocati

vocati censentur gravati aliis de familiâ restituere, & sic familiæ, vel in familiâ relictum esse fideicommissum, sicuti concludit, Bart. *in l. si qui complures. ff. de legat. 3.* & consequenter fideicommissum simplex & absolutum inter illos de familiâ inductum censetur, Socin. *cons. 43. vers. non ommitto. vol. 3.* Alciat. *consil. 484.* Petra *de fideicommiss. quæst. 5. num. 20.*

14. Simplex quoque & absolutum fideicommissum inductum intelligi, 118
quando testator instituit filios, & ipsis sine masculis decedentibus substituit filias & earum descendentes, respondit Cephal. *cons. 529. vol. 4.* Petra *de fideicommiss. d. quæst. 5. num. 23.* Peregrin. *de fideicom. art. 25. num. 26.* Vinc. Fusar. *de fideicomm. substit. quæst. 499. num. 24.* & testatorem hoc casu ad favorem agnationis & familiæ respexisse & perpetuum fideicommissum inducere voluisse, planum esse, respondit Cravet. *cons. 306. num. 5.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 5 num. 9.* Peguer. *decis. 01. num. 8.* Ubi quæritur, si testator exclusit filias propter masculos, an similiter quoque neptes exludere voluisse videatur; in qu â quæstione ita distinguit Paul. Castrens. *cons. 79. & cons. 409. num. 2. vol. 2.* ut si substitutus fuerit ex descententibus testatoris, tunc quoque sicut filiæ exclusæ, ita multò magis neptes & proneptes exclusas censeri, quia testator respexisse videtur ad favorem conservandæ agnationis, & consequentur voluisse, bona in familiâ suorum descendentium masculorum remanere; quod si verò substitutus fuerit extraneus, tunc propter solam exclusionem filiarum ab universali successione neptem non videri exclusam, quia non possit dici, quod testator habuerit rationem conservandæ agnationis, &c. quam distinctionem communem esse scribit, Ruin. *cons. 110. numer. 12. vol. 2.* confer Mantic. *d. lib. 6. tit. 15. n. 10.*

15. Hinc quando testator differentiam fecit inter masculos & fœminas, 119
masculos nimirum hæredes instituendo, & filiabus, quas exclusit, dotes legando, nullâ aliâ ratione, quam agnationis & familiæ conservandæ, id fecisse intelligitur, Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 13. num. 14.* Peguer. *decis. 101. num. 8.* Guid. Pap. *quæst. 299.* Fusar. *de subst. fideicomm. quæst. 277. num. 66. & quæst. 499. num. 21.*

16. Quando testator aliquid reliquit duobus antiquioribus sive seni- 120
oribus de domo, ex eo relicto præsumi familiam conservari, & ipsos orgine successorio vocatos, consuluit Anchor. *cons. 27.* Roman. *cons. 438. num. 14.* Ruin. *cons. 68. num. 1. vol. 2. & cons. 110. n. 14.* Rol. à Valle *cons. 70 n. 31. vol. 3.* confer. Mantic *d. tit. 15. num. 1. & seq.*

17. Quando testator non semel tantum, sed iteratò, prohibitioni de non 121
alienando causam adjecit concernentem conservationem bonorum in fami-

liâ,

liâ, per verba geminata, vel præcisa, siquidem verba hujusmodi geminata fideicommissum absolutum inducunt, secundum Socin. *cons. 250. col. 2. in princ. vol. 2.* Dec. *cons. 2; . num. 4.* Cephal. *cons. 310. n. 1.* Alba *cons. 54. n. 3.* Petra *de fideis. quæst. 5. n. 33. seq.*

122 18. Quando testator clericos excludit à successione, prout respondit Curt. Sen. *cons. 40. col. 3. vers. quarto etiam.* Menoch. *4. præsumpt. 69. num. 10. & cons. 328. num. 75. & cons. 1117. numer. 27.* Fusar. *de fideicomm. substit. quæst. 499. num. 2'.*

123 19 Per renunciationem quoque sub causâ illâ expressâ conservationis familiæ, damit der Stamm / Nahme und Geschlecht dero N. desto stattlicher und beharilicher erhalten / und Sie ihren Standt außführen mögen / tacitum fideicommissum familiæ induci, respondit. Vultej 4. *Marpurgens. cons. 47. num. 124.*

124 20. Quando testator divisionem inter illos de familia prohibuit, fideicommissum familiæ perpetuum inducere voluisse censetur, secundum Gozadin. *cons. 52. n 3.* Ruin. *in l. hoc edicto §. nunciatio, num. 199. ff. de nov. oper. nunc.* Mascard *de probat. concl. 776 n. 23.*

125 21. Idem est, si extranei hæredis institutionem interdixerit, Gozadin. *d. cons. 52. n. 4.* Mascard. *d. l. n. 24.*

126 22. Quando testator dificientibus masculis extraneum substituit, cum oneri deferendi nomen, arma & insignia ipsius testatoris familiæ, evidens est conjectura, quod ipse testator voluerit familiam suam conservari, & perpetuum familiæ fideicommissum inducere, Gozadin. *cons. 45. num. 9.* Paris. *cons. 6. num. 16. lib. 3.* Ruin. *cons. 110. n. 14. lib. 2.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 64. n. 3.* Molina. *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 14. n. 7. & seq.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 6. tit 15. num. 15.* Peguer. *decis. 101. n. 2.* Menoch. *4. præsumpt. 68. num. 13. & præs. 69. num. 19.* Guid. Pap. *decis. 467.* Theod. Höping. *tract. de jur. insignium cap. 8. n. 362. & cap. 13. num. 81. & 82.* Fusar. *de fideicomm. substit. quæst. 499. num. 13.* Peregrin. *de fideicomm. art. 25. num. 27.* Et hanc conditionem, ut quis teneatur ferre nomen & insignia familiæ, hanc solam habere rationem, ut ipsius familiæ nomen conservetur, post. Dec. *cons. 273. col. 2. vers. prædictis non obstantibus*, Socin. *in l. quibus diebus 40. §. Thermus vers. & prædicta. ff. d. condit. & de monstr.* Paris. *cons. 15. n. 77.* Guid. Pap. *quæst. 251.* Decian. *respons. 1. num. 289. vol. 1.* notat Philipp. Matthæ *1. Marpurg. cons. 20. num. 11.* Idque de Italiæ consuetudine, quod insignium delatio solum familiæ conservationem intendat testatur, Molina *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 14. n. 9.* Et quando deficientibus aliquibus apposita est conditio, quod alii extranei vocati assumant nomen & insignia

insignia familiæ, id pro conservandâ agnatione & familiâ factum censeri plures à se relatos, tradit Fusarius *de subj'itut. quæst. 499. n. 13* maxime, si onus hoc deferendi nomen & insignia non uni tantum nominatim, sed pluribus successivè, sit appositum, Fusar. *d. quæst. 499. n. 13. & 14.* Peregr. *conf. 70. n. 2. seq. lib. 3.*

Et ratio hujus evidens est, quod tàm ex nomine, quam ex armis & insignibus familiarum, agnationum & cognationum, uti & virtutis & rerum præclarè gestarum memoria in successoribus conservatur, *Lucæ 1. vers. 61. l. cum filius. 76. §. pater. ff. de legat. 2. gloss. in l. is qui complures. 94. vers. nomine. ff. de legat. 3.* Paris. *conf. 19. n. 36. seq. lib. 2.* Molin. *d. cap. 14. n. 5. seq* Höping. *de jur. insign. cap. 21. num. 114. & 231.* 127

Posse autem testamento etiam â privato, absque aliâ licentiâ, nominis & insignium delationem alicui, etiam extraneo imponi docent, per *l. sed. sciendum. 7. in fin. l. factâ 63. §. si verò nominis ferendi. 10. ff. ad SCt. Trebell. l. hoc jure. §. fin. ff. de donat.* Tessaur. *decis. 270. num. 1.* Bursat. *conf. 228. num. 13.* Georg. Everhard. *conf. 4. num. 148. vol. 1.* Decian. *resp. 1. num. 161. vol. 3.* Tiraquel. *de leg. connub. leg. 5. n. 24.* Menoch. *arbit. ad cas. 318. n. 14. & 15.* Petr. Gregor. Tholos. *lib. 36. syntag. jur. cap. 4 n. 5.* Theod. Höping *de jur. insign. d. cap. 8. n. 297. & 360. & cap. 13. num. 73.* Et hujusmodi conditionem armorum & insignium ferendorum à successoribus præcisè esse servandam, & si nnn servetur, ipsos fideicommisso privari, tradunt per *l. facta. circa fin. §. in danda. ff. ad SCt. Trebell.* & ibi Bart. *l. hoc jure § fin. ff. de donat. l. sed sciendum. ff. ad SCt. Trebell.* Socin. *conf. 259. col. 2. lib. 1.* Dec. *conf. 273. num. 2.* Guid. Pap. *decis. 251. & decis. 467.* Molina *d. cap. 14. num. 10. seq.* latè Vincent. Fusar. *de fideicomm. substit. quæst. 447. n. 1 seq. per tot.* 128

Hujus rei exemplum habemus apud *Sueton. in Octavio cap. ult.* ubi hæredes, inquit, instituit primos, Tiberium ex parte dimidiâ & sextante, Liviam ex parte tertiâ, quos & ferre nomen suum jussit, Dion. *lib. 45.* Ovid. *lib. 15. metamorphos.* 129

Nec obstat, quod jus concedendi arma & insignia non sit in potestate privatorum, sed regalibus accenseatur, *l. nemo. 5. C. de dignitat. l. quæris 3. ff. de not. restit.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 2. n. 36.* Höping. *de jur. insign. cap. 8. n. 19. seq. & n. 29. seq.* cum multa transeant cum universitate, quæ singulariter per se prohibentur. *c. 1. c. cum secundum. X. de jur. patronat. l. in modicis. & ibi gloss. ff. de contrah. empt.* Chassan. *in catal. glor. mund. part. 1. consid 38. conclus. 43. in fin.* Höping. *d. cap. 8. n. 298.* 130 131

Observandum autem hoc loco est, quod is, qui justus est ferre nomen 132

& insignia testatoris non cogatur proprium suum nomen & insignia desere-re, sed ea nihilominus retinere possit, nisi aliud à testatore, ex rationabili causâ dispositum, per tradita Höping. *de jur. insign. cap. 8. numer 342. & seq. & num. 396. & seq.*

133 Sed quid si nomen sit turpe, an illud hæres vel fideicommissarius assumere teneatur? Quod negant per *l. sed sciendum 7. l. facta. 63. §. si vero 10. ff. ad SCt. Trebell.* Bartazol. *cons. 76. num. 19. seq.* Höping. *de jur. insignium cap. 8. numer. 40.*

134 An etiam arma & insignia ad fideicommissarium universalem transeant, dubio non caret; Et licet hoc negare videatur, Wilhelm de Benedict. *in repetit. c. Raynutius. in verb. se absque liberis num. 204. seq. X. de testament.* Chassan. *de glor. mund. part. 1. consid. 38. num. 43.* eo quod ad fideicommissarium non transeant, nisi ea, quæ commodum pecuniarium cencernunt, Rochus de Curte. *de jur. patront. quæst. 9.* Gras. *§. fideic. quæst 52. & 53.* idq; regulariter verum esse non neget, Höp. *de jur insig. c. 8. n. 351.* Aliud tamen obtinere, si fideicommissarius sit de descendenibus & liberis, vel de iis, qui in concessione armorum & insignium comprehensi sunt, vel si concessio pro se & hæredibus quibuscunq; facta sit, scribit Höping. *d. l. n. 355.* ubi idem esse asserit in insignibus propriâ authoritate assumptis, vel emptis, vel ex tempore immemoriali competentibus, ut hæc quoque ad fideicommissarium universalem transeant,

135 Noalis *de transmission. cas. 33. num 18.* Cum hæc quoque ad hæredes extraneos transeant, per *l. jus familiarum. C. de religios. & sumpt. fun. l. facta. §. si in danda. vers. si verò nomminus ff. ad SCt. Trebell* Guid. Pap. *decis. 251.* Paris. *cons. 19. n. 29. lib. 2.* Dec. *cons. 273. n. 2.* Noalis *d. cas. 33 n. 17.*

136 Quod si quoq; quis in duobus fideicommissis succedere debeat, in quorum uno præcipitur, quod ejus successor appellari debeat solo cognomine ejusdem familiæ, absque mixturâ alterius nominis, ejusque familiæ arma sola deferre, & absque mixturâ aliorum armorum, in altero verò jubetur, quod nomen & arma ejusdem familiæ deferre debeat: regulariter ipsum non posse in utroque succedere, sed necessariò unum omittere debere, & alium retinere, verius videtur, per tradita Tessaur. *decis. 270. num. 13.* Molin. *de Hispan. primogen. lib 2 cap. 14. num. 26.* Höping. *de jur. insign. cap. 8. n. 379.* Plura de hujusmodi insignium & armorum delatione, vide apud Höping. *d. cap. 8. à n. 279. ad num. 450.*

137 53 Ex qualitate quoque rerum fideicommissum familiæ relictum, & quod testator vel disponens voluerit eas in familiâ permanere, intelligitur Menoch. *consil. 171. n. 20. & cons. 277. n. 28.* Bald *in l. quoties ab omnibus num. 8. C. de*

fidei-

fideicommiss. quæst. 1. numero 85. & seq. & 113. Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 6. tit. 12. num. 7. seq.* Nam ex qualitate rerum, quæ testatoris affectionem vel familiæ decorem ostendit, vel etiam tutelam respicit, simplex alienationis prohibitio, quæ aliâs esset nuda & nullius momenti, causâ præsumitur & confirmatur, ut agnationis & familiæ conservandæ causâ facta intelligatur gloss. *in l. quoties, & ibi* Paul. Castr. Cyn. *C. de fideicom.* Dec. *consil. 481. in princ.* Mantic. *d. l. num. 8.*

Atque ita si testator reliquerit bona illustria & digna, quæ perpetuò in agnatione & familiâ conserventur, eaque alienari prohibuerit, tum præsumi testatorem voluisse ea in familiâ conservari, & fideicommissi onere de uno in alium, in infinitum usque transire, affirmant Bartol. *in l. filiusfamilias. §. Divi. num. 3. & ibi* Jason. *num. 26. ff. de legat. 1.* Castrens. *cons. 343 vers. nam istud castrum. lib. 1.* 138

Unde si castrum fuerit relictum, vel jurisdictio, testatoris intentionem fuisse, quod voluerit ea in familiâ conservari & fideicommisso subjecta esse, consuluit Grat. *cons. 5. num. 19. & 20. vol. 2.* Castrens. *d. cons. 343. ver. nam istud castrum.* Menoch. *4. præsumpt. 69. num. 18.* Mantic. *d. tit. 12. num. 8.* 139

Idemque de domo nobilissimâ, vel insigni Palatio scripserunt gloss. *in d. l. quoties. & ibi* Bald. & Jason. *C. de fideicommiss.* Dec. *consil. 23. & consil. 38.* Capyc. *decis. 108. num. 4.* Menoch. *consil. 117. num. 19. & 20. lib. 2. & d. præs. 69. numero 18.* 140

24. Si plures substitutionum gradus testator fecerit, tunc enim ratio conservandi bona in agnatione habita censetur. Menoch. *consil. 95. num. 55. vers. præterea.* Peregrin. *consil. 30. num. 4. lib. 4.* Hondedæ. *consil. 56. num. 18. lib. 2.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 15. num. 7.* Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 311. num. 33. seq.* 141

25. Quando testator propinquiores fœminas exclusit instituendo masculos, illisque substituit filios, quia tunc solum masculi censentur vocati, Menoch. *consil. 254. & consil. 565. num. 6. & seq.* Grass. *§. fideicommissum, quæst. 12. num. 2.* Mantic. *d. l. lib. 8. tit. 7. num. 1. vers. addo* Menoch. *4. præs. 84. num. 24.* Fusar. *d. quæst. 311. num. 58. seq.* 142

Illud hoc loco observandum venit, quod si testator simpliciter fideicommissum familiæ, agnationi, domui, generi, &c. reliquerit, id non de hæredis vel alterius, sed de propriâ testatoris familiâ, agnatione, domo, genere, intelligendum esse, prout censent Dec. *in l. fin. col. ult. C. de impub. & al. subst.* Ripa. *in l. ex facto in princ. num. 6 ff. ad Sct. Trebell.* Alex. *consil. 56. num. 2. lib. 1.* Hippol. de Marsil. *singul. 21.* Menoch. *consil. 106. num. 212. & 4. præsumpt. 88. num. 1.* Mantic. *d. conject. ult. vol. lib. 8. tit. 12. num. 1.* Grassus *§. fideicommissum. quæst. 16.* 143

num.1. Tiraquel. *de retract. lignag.* §.11. *num.12. in fin.* Molina *de Hispan. primogen. lib.1. cap.6. num. 46.* Peregrin. *de fideicommiss artic. 22. num. 20 & artic. 32. num.33* Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 358 num.1.*
144 Cum omnis conventio & dispositio intelligi debeat, secundum affectionem & charitatem, quam disponentes erga personas habuerunt, per *l. capienda. 168. ff. de R. I. l si servus plurium. §. fin. ff. de legat. 1. l. quintus Mutius. in fin ff. de aur. & argent. leg. l. cum alienam. C. de legat.* Cravet. *consil. 62. num. 8. vol. 1.* Socin. *consil. 23. vers. 19. vol. 1.* Et quælibet dispositio in favorem eorum, erga quos affectio magna fuit, ita restringi debeat, ut magis dilectus melioris sit conditionis, Gloss. & Bart. *in l. si mater: § 1. ff. de vulg. & pupill. substit.* Alex *consil. 1. vers. secundo probatur. vol. 1. & consil. 226. col 2. vol. 2.* Vultei. 4. *Marpurg. consil. 54. num 122.*
145 Quilibet autem suæ agnationi & familiæ magis, quàm alienæ favere præsumatur, *l. omnia. §. in fideicommisso. & ibi* Alciat *ff. de legat. 2. l. qui funditum. §. qui filios ff. ad L. Falcid.* Bartol *in d. l. si mater. §. si filius. ff. de vulgar. & pupill. subst.* majorque sit affectio erga conjunctos sanguine, quam erga extraneos, qui non ex eadem gente vel domo sunt progeniti, Reusner. *decis. 7. num. 61. seq. volum 4.*
146 Neque etiam verisimile sit, quod quis successionem alienam suæ propriæ anteponere voluerit, *l. cum acutissimi 30. C. de fideicommiss l. cum avus. ff. de condit. & demonstrat.* sed quisque suis hæredibus prospicere voluisse intelligatur. *c. 1. de eo qui sibi vel hæred.* Et hærede vocato, de propriis hæredibus testator sensisse censeatur Menoch. *consil. 124. numero 29.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 14. numero 20.* Peregrin. *de fideicommiss artic. 32. num. 83.* Fusar. *d. quæst. 353. numero 2.* Quod in tantum procedere videtur, ut si testator mentionem fecerit familiæ & agnationis suæ, ne ex eâ bona sua unquam egrediantur, id restrictivè & personaliter, de suâ in specie, non autem in genere de familiâ sensisse intelligatur, sicuti in terminis, fideicommissi familiæ respondit Menoch. *consil. 233. num. 14. vers. sexto comprobatur, & num. seq.* Alex. Raudens. *respons. 57. numero 7. seq. vol. 1.* Et communis Dd. est conclusio, verba testatoris facientis mentionem familiæ intelligenda esse effectivè, id est, ut comprehendant eos tantum, qui à testatore ipso descendunt, Menoch. *d. consil. 233. numero 17. seq.* Raudens. *d. respons. 57. numero 1.* & fideicommissum inter personas unius lineæ inductum, ad personas alterius lineæ, non extendi, post Ruin *consil. 134. numero 7. vers. præterea. lib. 3.* respondit Cephal. *consil. 401. numero 31. & per tot. lib. 3.* Sfort. Oddo *consil. 45. numero 30. & consil. 66. numero 6.* confer supra *cap. 1. num. 87.*

147 Quod si tamen nulli de familiâ & agnatione testatoris extent, dispositionem de hæredis agnatione & familiâ intelligendam esse, sentiunt Ruin. *consil. 49.*

consil. 149. numero 8. lib. 2. Menoch. *consil 106. numero 129.* Fusar. *d. quæst. 353. numero 4.*

Ut porrò fideicommissi familiæ constitutio, legitima & valida sit, re- 148
quiritur 1. ut testator liberis legitimam salvam relinquat, cum hæc liberis jure naturæ debeatur, *authent. hoc amplius C. de fideicom. l. cum ratio 7. ff. de bon. damnat. l. nam etsi parentibus ff. de inoffic. testam.* Novel. *1 in præfat. §. 2.* Dec. *in l. quia sanguinis ff. de R. I.* Rol. à Valle *consil. 28. num 31.* Natta *cons 478 num. 12. vol. 3.* Gail. *2. obs. 119. num. 4.* Mynsing. *6. obs. 44. num. 4.* Vinc Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 295. num. 14.* & vicem alimentorum subeat, quæ liberis omni jure debentur, *§. 1 I. de jur. nat. gent. l. 1. §. jus naturale ff. de justit. & jur.* Mynsing. *d. obs. 44. num. 4.* Gail *2. obs. 122. num. 4.* Fusar. *d. num. 14.* etiamsi aliunde haberent, unde se sustentare possent, Decian *cons. 9. num. 50. vol. 1.* Molina *de Hispan. primog. lib. 2. cap. 15. num. 6.* Atque inde etiam nullo onere gravari, sed ab omni gravamine immunis esse debet, ut dictum est *supra cap. 5. num. 19. & seq.* Et prohibitionem 149
de non alienando, non extendi ad legitimam, responderunt Aretin. *consil. 19. dub. 2.* Paris. *consi. 145. num. 21 seq. vol. 1.* Et filium prohibitum alienare bona paterna nihilominus legitimam detrahere posse, probant per *l. pater. in princ. ff. de legat. 3. l. filius matrem. C. de inoffic. testam.* Grass. *§. legitima. quæst. 38. num. 16* Mascard. *de probat. conclus. 1243. num. 73.* Petra *de fideicom. quæst 4 num. 6.* Peregrin. *de fideicom. art. 36. num 67.* Jos Ludovic. Luc. *decis 28. n. 23.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 692. n. 1. seq per tot.* ac bona fideicommissi pro quantitate legitimæ alie- 150
nari posse dictum est *infra cap. 11. num. 309.* Atque ita etiam fideicommisso non obstante, filium gravatum legitimam sibi præcipuam & ab omni onere immunem detrahere, docent Dd *in l. ex tribus C. de inoffic. testam.* Dec. *consil. 688. n 7.* Anchoran. *consil 252. num. 8.* Menoch. *4. præsumpt. 196 num 10. seq.* latè Fusar. *d. quæst. 296. per tot.* ubi id mutis ampliationibus declarat, eamque in restitutione fideicommissi retinere posse, asserunt Roman. *cons. 239.* Angel *consil. 131.* Alexand. *cons. 78. in princ. vol. 5.* Menoch. *d. n 14.* etiamsi piæ causæ fideicommis- 151
sum relictum & restituendum sit, Castrens *consil 47. n. 3.* Rol. à Valle *consil. 25. num. 5.* Decian. *cons. 86. num. 64. vol. 3* Vultei. *1. Marpurg. cons. 29. n. 124.* Fusar. *d. quæst. 296 num. 21.* Menoch. *4. præs. 196. n. 17.* vel inventarium non sit confectum, *supra cap. 5. num. 119.* vel fideicommissum sit reciprocum, Ant Gabriel *de legit. conclus. 1. n. 6* Fusar. *d. quæst. 296. num. 23. & ibi alleg.* Adeò, ut nec confessio pa- 152
tris, qua jus legitimæ fit deterius, quicquam præjudicet, Bart. *in l. cum quis decedens. §. codicillis. num. 4. ff. de legat. 3.* Jason *in l. nam & postea §. sed & si quis num. 2. ff. de jurejur.* Tiraquel. *de retract. part. 1. §. 1. gloss. 18. num. 80.* siquidem legitima
debetur non tam ex judicio testatoris, quam ex providentia legis, per tradita 153

Gail. 2. obs. 119. n. 2. & obs. 120 n. 12 & venit non ut successio, sed ut æs alienum Bald. in l. fin. §. si in computatione C. de jur deliber. Jason. in l. filiusfam. §. Divi n. 12. & 15 ff de legat. 1. Tiraquel. in l si unquam verb. susceperit. n. 714. C. de revoc. donat. Mynsing. 6 obs. 43. n. 2 confer Tusch lit. L. conclus. 200.

154 Ex quo etiam in primogenituræ institutione liberis legitimam relinquendam esse, docent Abbas in c. licet X. de voto Ripa in l. in quartam. num. 133. ff. ad l. Falcid. Tiraquel. de primogen. quæst. 5. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 15. n. 4. seq. Menoch. 4. præsumpt. 189. num. 177.

155 Nec differentia aliqua facienda inter filios & filias, sed tam filiarum, quam filiorum legitimam onere aliquo non esse gravandam, tradunt Graff. §. legitima quæst. 39. num. 1. Vasquius de success. creat. §. 10 num. 221. & 445. Vultei. 4. Marpurg. consil. 30. n. 84.

Neque obstat, quod pater uni ex liberis plus, quam aliis relinquere, &
156 liberè de bonis suis disponere possit, siquidem hoc eatenus tantum procedit, si liberis legitimam salvam relinquat, sicuti docent per l. parentibus. C de inoffic. testam. ibi Jason. & Castrens. Bald. cons. 80. vol. 5. Alex. cons. 82. in fin. vol. 4. Vultei. 1. Marpurg. cons. 29. n. 39. Bersius de pact. famil. illustr. cap. 8. fol. 369.

157 Quamvis autem legitima liberis debeatur de omnibus bonis & totâ patris substantia, juxta l. cum quæritur 6. l. parentibus 8. l. scimus 36. in princ. vers. repletionem auth. novissima, & auth. unde si parens. C. de inoffic. testam. Bart. in l. ex facto num. 1. ff. de hæred instit. & maximè immobilibus, Ripa in l. in quartam num. 126. ff. ad l. Falcid. Covarruz. in c. Raynaldus. §. unum. 5 X. de testament. Peregrin. de
158 fideicommiss. art. 36. num. 72. Vultei. 4. cons. 30. num. 91. & filius habeat jus eligendi legitimam in quibuscunque patris sui bonis velit, Bart. in l suus quisq. ff. de hæred institut. Natta consil. 156. num 1 Paris. consil. 16. num. 69. Menoch. consil. 476. n. 2. Ant. Gabriel. de legit. conclus. 4. num. 9. Afflict. decis 162. num. 3. Guid. Pap quæst.
159 606. Fusar. de substit quæst. 453. n 4. Ipsum tamen legitimam eligere non posse in bonis fideicommisso subjectis, vel alienari prohibitis, si alia bona supersint, tradunt Jason. in l Marcellus §. res quæ num. 13. ff. ad Sct. Trebell Gratus cons. 7. vol. 1. Grammat. decis 93. Socin. cons. 75. lib. 1. Castrens. cons. 47. lib. 1. Tusch. lit. L. conclus. 187. num 132. Peguer. decis. 110. per tot. Besold. part 3. consil. 133. num. 76. Covarruy in c. Raynaldus §. 2. num. 5. X. de testament. Menoch. arbit. jud. cas. 163. num. 20. Ant. Gabr. de legitim conclus. 6. Graff. §. legitima quæst. 18. & §. Trebellianica. quæst. 9 in fin. Jos. Ludov. Luc. decis. 85. num. 12 Fusar. d. quæst. 543. num. 9. & quæst.
160 692. num. 21 seq. sicuti etiam in rebus alteri legatis filius legitimam eligere non potest, Alex. in d. l. Marcellus §. res quæ vers. quid autem in legitima ff. ad Sct. Trebell.
161 Socin. cons. 75. vol. 1. Ruin. cons. 57. num. 23. vol. 2. nisi pater omnes res meliores legasset,

gasset, non enim filius legitimam in rebus deterioribus habere debet, Alex. *in d. l. Marcellus §. res quæ vers. quod est intelligendum ff. ad Sct. Trebell.* Dec. *cons. 81.* Peguer *d. decis. 110. num. 3.* Grass. § *legitima quæst. 18. num. 5.* Surd. *decis. 316. num. 3.* Fusar. *d. quæst. 692 num. 24.*

Et sic licet filius jus habeat eligendi legitimam in quibuscunque bonis 162 patris, electio tamen hæc boni viri arbitrio fieri debet, Bart. *in l. suus quoq. ff. de hæred. instit.* Paris. *cons. 16. num. 69. vol. 2.* Natta *cons. 156. num. 1.* Afflict. *decis. Neapol. 162. num. 3.* Vultei. *4. Marpurg. consil 30. num. 92.* ita ut judex arbitrari debeat, in qui re legitima solvenda sit, Alex. *in l. filiusfam. §. divinum. 29. ff. de legat. 1* Vultei *1. Marpurg. cons. 29 num. 126.* confer Menoch. *arbitr. judic. cas. 193. num. 21. & seq.* Tusch. *lit. L. conclus. 195. num. 13. seq. & conclus. 196. num. 1. seq.* Petra *de fideicom. quæst 11. num. 90. seq* Peregrin. *de fideicom. art. 36. num. 28. & art. 39. num. 11.* Fusar. *d. quæst. 543. num. 28.*

Hinc quoque licet patrem liberis legitimam assignare non posse, tra- 163 dant Alex. *cons. 79. & 130. lib. 1.* Jason. *in l. non amplius. §. cum honorem. num. 7. ff. de legat. 1.* Fachin. *4. contr. 33.* contrarium tamen asserunt Menoch. *arbit. jud. cas. 163. n. 2. & seq.* Hotoman *4. obs. 10.* Heig *ad §. 2 & 3. n. 11. & seq. I. de inoffic. testam.*

An autem filius familias, præter legitimam, etiam Trebellianicam & sic 164 duplicem quartam de fideicommissis familiæ conservandæ causa relictis detrahere possit, dubio non caret? Est enim communiter receptum, quod filiusfamilias fideicommisso gravatus, præter legitimam etiam Trebellianicam de trahere possit, quæ ad semissem hæreditatis ascendunt, *c. Raynutius & c. Raynaldus X de testament.* Alex *in l. cohæredi § cum filiæ ff. de vulgar & pupill. subst.* Jason. *in l. filium. col. 4. C. fam. ercisc.* Fachinæ. *lib. 5. contr. 1. & 2.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 11. num. 6.* quam sententiam communem esse testantur Oldrad. *cons. 71. in fin.* Dec. *cons. 228 num. 4. & cons. 279. num. 3.* eandemque usu receptam asserit Cephal. *cons. 133. num. 9. lib. 2.* & in judiciis, & scholis servari, respondit Dec. *cons. 277. col. 2. in princ.* ac ab universo mundo ita practicari ait Jason. *in auth. res quæ C. commun. de legat* Mantic *de conject. ult. vol lib. 7. tit. 11. num. 6. & tit. 12. num. 27.* idque propterea quod filius duplicem sustineat personam, unam tanquam filius, alteram tanquam hæres fiduciarius vel fideicommissarius, atque ita pro duplicitate personarum, duplicem quoque quartam, unam ratione legitimæ, alteram verò ex Scto Trebelliano detrahat.

His tamen non attentis Trebellianicæ detractionem in fideicommissis 165 familiæ conservandæ causa relictis & bonis alienari prohibitis, locum non habere, manifestè docet *auth. sed & in ea C. ad L. Falcid.* ubi expresse ita dispositum; *Sed & in ea re cessat Falcidia, quæ ita relicta est, ne alienetur, sed remaneat. apud successo-*

ſucceſſores ejus, cui relicta eſt. Quemvis enim magna Dd. ſit altercatio, an teſtator Trebellianicæ detractionem prohibere poſſit? idque negent Sarmient. *lib. 2.*
166 *cap. 7* Alciat *5. paradox. 19.* Vaud *lib. 2 quæſt. 17.* Fachinæ *lib. 5. cap. 4.* Receptior tamen eſt eorum opinio, qui eandem prohiberi poſſe, aſſerunt, per *Novel. 1. cap. 2. §. 2. verſ. ſi verò expreſſim.* Bart. *in l. Marcellus ff. ad Sct. Trebell.* Covarr. *in c. Raynaldus §. 3. num. 6. X. de teſtament* Clar. *§. teſtamentum quæſt. 61.* Gomez *1. var. reſol. 11. n. 11.* Gail *2. obſ. 38.* Ant. Gabriel. *lib. 4. concluſ. tit. ad Trebell. concluſ. 1 n. 2.* Petra *de fideicom. quæſt. 15. n. 151. verſ. contrariam ſententiam.* Tuſchus *lit T. concluſ. 385.*
167 etiamſi liberi primi gradus hæredes ſint, Gabriel *d. concluſ. 1. num. 6.* Clar. *d. §. teſtamentum quæſt. 63. verſ. ſed retenta* Vaſqui. *de ſucceſſ. reſol. 2. §. 1. n. 27.* Petra *d. quæſt. 15. num. 125. verſ. ſed contrarium.* Molina *de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 17. num. 13.* Tuſch. *lit. T concluſ. 386. per tot.* & non tantum expreſſam, ſed etiam tacitam prohibitionem valere & tacitè ex conjecturata teſtatoris voluntate Trebellianicæ detractionem prohibitam induci, tenent Petra *d. cap. 15. n. 154. verſ. veruntamen & n. ſeq.* Menoch. *conſ. 374. n. 4. lib. 4.* Gab. *& de concluſ. 2. n. 2.* Beſold. *part. 3. conſ. 133. n. 83.* ubi *n. 84.* urgentiſſimam conjecturam deſumi, addit, à qualitate fideicommiſſi, veluti, ſi teſtator ſubjecit bona fideicommiſſo, & prohibuit ea quovis modo alienari.

168 Atque ita non detrahi Trebellianicam, quando teſtator prohibuit bona alienari immobilia, tradunt Socin. *jun. conſ. 170. n. 40. lib. 2. & conſ. 49. n. 18. lib. 3.* Hier. Gabriel. *conſ. 87. n. 5. lib. 2. & comm concluſ. tit ad Trebell. concluſ. 9. ſeq* Rol. à Valle *conſ. 9. n. 15. lib. 4.* Aretin. *conſ. 37. n. 10.* Corn. *conſ. 22. n. 29. & ſeq. vol. 2.* Guid. Pap. *conſ. 51. n. 2.* Ruin. *conſ. 115. n. 25. in fin. vol. 3. & conſ. 130. n. 17. ſeq.* Curt. jun. *conſ. 160. n. 2.* Alciat. *conſ. 48. n. 5. in fin. lib. 9.* Pariſ. *conſ. 126. n. 34. ſeq.* Petra *de fideic. quæſt. 15. n. 191.* Alba *conſ. 7. n. 7.* Molina *de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 17. n. 18.* Tuſch. *lit. T. concluſ. 387 num. 25. ſeq.* Idque non tantum procedere in re particulari alienari prohibitâ, ſed etiam in omnibus bonis, tradit Pariſ. *conſ. 17. n. 20. & conſ. 63. n. 47. vol. 2.* Petra *d. quæſt. 15. n. 191.* cum idem juris ſit de toto ad totum, quod de parte ad partem, *ſupra num. 41.* Licet contrarium ſtatuat Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 7. tit. 12. num. 20.*

169 Ratio autem, quod per alienationis prohibitionem, Trebellianicæ quoque detractio prohibita intelligatur, evidens eſt, quod ſi hæres quartam Trebellianicam detraheret, pro parte iſta detracta alienatio fieret, quod foret contra expreſſam teſtatoris voluntatem, ſiquidem is voluit, ut bona integra & illibata in familia conſerventur, hac autem ratione extra eam alienarentur. Cum ergò ex vi prohibitionis de alienando, includatur Trebellianicæ detractio, quæ eſt alienationis ſpecies, ſatis hoc caſu dicitur expreſſa Trebellianicæ prohi-

prohibitio, ubi enim natura verbi de necessitate unum importat, illud satis expressum dicitur, Bart. *in l. de fidejussor. §. meminisse ff. de legat. 1.* Ruin *cõs. 146. n. 14.* Molina *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 7. n. 27.* sicuti etiam illud, quod ab expresso resultat & sequitur, Cravet. *consil. pro genero num. 308.* Petra *d. quæst. 15. n. 15.* Imò cùm hæc natura sit fideicommissi familiæ, ut bona ista perpetuò integra & illibata in familiâ permaneant, etiamsi eorundem alienationem expressè non prohibuerit, nihilominus tamen institutor eam intendisse intelligitur, cum fideicommissum familiæ instituens omnia ea, quæ ipsi naturalia sunt, expressè disposuisse censeatur, etiamsi in dispositione ulterius non processerit, vel ea expresserit, sicuti in jure Majoratus tradit Molina *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 3. num. 1. & seq.* & dictum est *infra cap. 11. num. 6. & seq.*

Atque hinc etiam legatarium & fideicommissarium, si legatum vel fi- 170
deicommissum restituere teneatur, Falcidiam vel Trebellianicam non deducere, constat ex *L. lex Falcidia 67. §. fin. ff. ad L. Falcid. l. 1. §. indè Neratius 19. l. ex asse 28. §. fin. l. si patroni 55. § qui fideicommissũ 2. ff. ad SCt. Trebell.* Mantic. *de cõject. ult. vol. lib. 7. tit. 11. n. 4. & tit. 12. n. 21.* Alex. *in l. pœnales §. fin. ff. ad L. Falcid.* Bald. *in l. 1. n. 36. ff. comm. de legat.* Tuschus *lit. T. conclus. 380 num. 12. & 21.* Plures casus, quibus Trebellianicæ deductio prohibita censeatur, vide apud Petram *de fideicom. d. quæst. 15. n. 151. & multis seqq.* Tusch. *lit. T. conclus. 187.*

Ex his facilè concluditur, quod fideicommissarius ex fideicommisso 171
jam constituto, sororibus, vel aliis fratribus & liberis suis in id non succedentibus, & quibus ab institutore legitima non debetur, ad legitimam non teneatur; sicuti etiam quod ex bonis fideicommisso perpetuo, vel restitutioni subjectis legitima non detrahatur vel debeatur, docent Beust. *in l. admonendi 31. n. 874. vers. similiter legitima ff. de jurejur.* Heig. *qu. 25. n. 8. ad fin. part. 1.* Ant. Cuch. *de legitim. rubr. legitima est quota n. 22.* Schrad. *de feud. part. 7. c. 5. n. 52.* Berlich. *part. 3. conclus. 11. n. 19. & seq.* Quia legitima est portio ejus, in quo quis ab inte- 172
stato est successurus, & illis tantum præstanda est, qui ab intestato succedunt, non aliis, *l. posthumus. 6. §. si quis ex his. ff. de inoff. test. l. cum quæritur. l. parẽtibus. 8. C. eod. l. si mater. 7. C. de inoffic. don. l. maximũ vitium. 4. vers. cum enim. C. de lib. præter. l. cum ex filio 39. ff. de vulg. & pupill. subst.* Hart Pistor. *qu. feud. 58. n. 15.* Ant. Faber *12. error. pragmat. 6.* Petra *de fideicom. quæst. 15. n. 106.* Quando ergò fœmi- 173
næ & alii fratres in fideicommisso familiæ non succedunt, consequens est, illis quoq; ex eo legitimam non deberi, communi etiam Dd. calculo receptum est eum, qui ab hæreditate ab intestato sive à succe ssione excluditur, etiam à legitima repelli, Bart. *in l. Titio centum §. Titio. & ibi* Castr. *col. ult. vers. 2. ff. de cõd. & demonstr.* Dec. *cons. 26. n. 4. & cons. 296. n. 2.* Rom. *cons. 16. col. ult.* Paris. *cons. 93. in 12.*

Cravet. *cons.1.n.13.* Tiraquel. *de primog. quæst.55.n.9.& seq.* Menoch. *2.arb.cas.149.n.13.* Gœddæ. *1.Marpurg.cons.26.n.202.* Schrad. *cons.19.n.62.* Hondedæ. *1.cons.10.n.20.27.& 28.* Fach. *3.contr.25* Michael ab Aguir. *apol.part.1.n.181.* Hartm. Pistor. *quæst.38.n.15.& 40.lib.2.part.2.*

174 Cui accedit, quod legitima debeatur liberis ex propria patris defuncti substantia, & de illis, quæ immediatè à patre ejusque bonis proficiscuntur, *Novel.1.in princ.§.primum itaq; ibi: partem dare quamlibet propriæ substantiæ, & Novel.18.c.1.vers.si verò ultra.ibi: mediam ejus totius substãtiæ.l.quoniam novella.29.in fin.ibi: si ex substantia ejus profecta sit.l.scimus 36.in pr.vers.repletionem, ibi: ipsa substantia patris. C.de inoff.test.* Vultej. *de feud.lib.1.cap.9.n.116.* Schrad. *de feud.part.7.c.5.n.47.* Cum ergò fideicommissum non sit de substantia ipsius fideicomissarii defuncti, sed ipsius primum instituentis, & ex ejusdem dispositione ad omnes de familiâ, qui ejus sunt capaces, ipso jure integrum & illibatum transeat, & dominium, quod est apud possessorem, non sit purum, ple-
175 num & absolutum, sed ad vitam tantum ejus restrictum, *l.3.§.2.C.comm.de legat.* Berlich. *d.l.n.20.* sequitur quoq; ex eo legitimam sororibus vel fratribus in eo non succedentibus non deberi, nam si eo possessoris defuncti liberis, & successoris sororibus vel fratribus legitima deberetur, non posset integrè & totaliter restitui, imò post aliquot successiones & legitimarum detractiones, tandem penitus ad nihilum reduceretur, quod testatoris intentioni & voluntati planè contrarium.

176 Et hinc, quando statutum aliquem à successione excludit, ipsum quoq; à legitimæ petitione excludere, ex Castr. Angel. Alex. Socin. Jason. & aliis cõcludit Schrad. *ad §.sed naturalia.n.5.I.de jur.natur.gent.* Muscul. *de success.convent. class.1.memb.2.concl.7.n.290 seq.* ac filio excluso ab intestato non deberi legitimam consuluit Corne. *cons.1.n.9.vol.4.& cons.150.n.3.vol.1.* Socin. *jun.cons.78.n.4.vol.4.* Natta *cons.199 n.2.* Jason. *cons.145.* Alb. *cons.38.* Petra *de fideic.quæst.15.n.106.*

177 Ad hæc hodie, secundum communem & veriorem Dd. opinionem, legitima liberis titulo institutionis relinquenda est, per *Novell.115.cap.3.* gloss. *in auth.novissima, & ibi* Bart. Bald. Angel Alber. Salicet. Castr. *n.3.* Jason. *n.13.* Sichard. *n.7.* Gilken. *n.27.C.de inoff.test.* Clarus *§.testamentum quæst.38.* Covarr. *in c.Raynutius 16.§.1.n.1.X.de testam.* Menoch *2.arbit.jud.cas.149.n.29.* Tusch. *lit. L.conclus.198.* Molina *de Hisp primog.lib.2.quæst.15 n.14.seq.* Joh. Harppr. *ad §.igitur.4.n.4.seq.I.de inoffic.testam.* fideicommissarium autem de fideicomisso testari non posse dicetur *infra cap.11.n.154.seq.*

178 Hinc quoque legitimam ex bonis majoratus sive primogenituræ juri subjectis non deduci, concludunt *gloss.in c.licet.X.de voto. Panormitan.cons.12. lib.1.*

lib.1. Guid.Papæ decis.476. Tiraquel. de jur. primog. qu.5. Fachinæ. lib.4. controv.
23. vers. prima conclusio. Sicuti nec ex feudo ex pacto & providentia legitimam 197
deberi liberis, sive antiquum sive novum sit, scribunt gloss. in d.c. licet. X. de vo-
to. Paris. cons.17. n.30. vol.2. Menoch. 1. cons.104. n.14. Dec. cons.269. n.15. Hartm. Pi-
stor. lib.2. quæst.38. n.15 seq. Boër. decis.204. n.14. Vultej. 1. de feud. cap.9 n.116. Bo-
cer. de jur. succed. in feud. cap. ult. quæst.4. Tuschus lit. L. conclus.197. n.1. & seq. Ber-
lich. part.3. conclus.11. n.33. & seq. Et licet alii ex feudo hæreditario filiabus legi-
timam deberi existiment Bursat. cons.132. n.30. & 31. vol.2. Thoming. decis.2. n.14.
Gail. 2. obs.154. n.9. Schrad. de feud. part.7. cap.7. n.33. Berlich. part.3. concl.11. n.37.
Contrarium tamen asserit Hartm. Pistor. d. quæst.38. n.34. Bocer. d. quæst.4. in fin.
Eo quod filiæ ne quidem in hæreditario feudo succedant, si masculi supersint, 180
quotiescunque enim feudum ad fœminas pertinet, illæ tum demum admit-
tuntur, si masculi à primo adquirente nulli amplius supersint, 1. feud.6. §.1. &
tit.8. § fin. & 2. feud.17. §.1. & 3. Zas. de feud. part.8. n.44. vers. secunda conclusio.
Sonsbec. de feud. part.9. n.138. Borcholt. cap.7. part.2. n.66. Vultej. de feud. lib.1. c.
9. n.49. & ibi allegati.

Atque hoc etiam procedere in feudo, in quo solus primogenitus succe- 181
dit, ut in hoc legitima non debeatur, tradunt Tiraquel. primogenit. quæst.4. n.
66. & quæst.5. n.2. Sonsbec. de feud. part.13. n.157. Hartm. Pistor. quæst.38. n.19. lib.
2. part.2. Rosenthal. de feud. cap.7. conclus.13. n.2. Berlich. part.3. conclus.11. n.23.
& seq. & ibi alleg.

Illud autem hoc loco observandum venit, quod licet legitima in totum 182
tolli nequeat, neque lege, neq; statuto, l. cum ratio.7. ff. unde lib. l. jura sanguinis.
ff. de R.I. Novel.1. in princ. Myns.5. obs.43. Gail. 2. obs.122. Vultej. 2. Marpurg. cõs.29.
n.43. Michael ab Aguir. apol. part.1. n.47. ipsam tamen minui posse, commu-
nem esse Dd. conclusionem, Salicet. in auth. novißima n.10. C. de inoffic. testam. &
ibi Jason n.56. Alex. cons.211. n.8. vol.7. Boër. decis.118. n.6. part.1. & decis.204. n.12.
part.2. Gail. obs.122. n.11. & per tot. Mynsing. 5. obs.43. & respons.10. n.43. decad.1.
Fach. 4. contr.32. Vultej. 2. Marpurg. cons.29. n.43. adeò ut legitimam quoque pe-
nitus tolli posse statuto vel consuetudine, asserant Bart. in l. Titio centum §. fin. 183
ff. de cõdit. & demonstrat. Natta cons.308. n.5. Jason. in auth. novißima n.51. C. de in-
offic. test. maximè, si ex rationabili causâ, favore scilicet agnationis ea omninò
tollatur, ut in statuto fœminas excludente à successione parentum, masculis
extantibus, ibi enim, dote acceptâ, legitimam tolli posse per anticipationem
quasi solutionis naturali debito extincto, tradunt Dec. in l. jura sanguinis, & ibi
Cagnol. & Dd. comm. ff. de R.I. Covarruv. in epit. de sponsal. part.2. cap.8. § 6. num.
4. seq. Surd. de aliment. tit.9. qu.2. n.5. Sichard. in auth. novißima n.6. C. de inoffic.

test. Pacian.*cons.38.num.5.* Hondedæ.*cons.36.n.127.vol.1.part.3.* Gœddæ.*1. Marpurg.cons.26.n.85.* Rulant.*de commiss.part.4.lib.5.cap 9.num.4.* Schrad.*ad §.sed naturalia num.6.I.de jur.natur.gent.* Gail *d.obs.122.n.12.* & legitimam ex cer-
184 tâ causâ, veluti ob familiæ conservationem, & ne bona in alienam familiam transeat, minui posse, magis communiter teneri, & â Camerâ Imperiali multoties decisum esse, asserit, Gail.*d.obs.122.num.11.* Sixtin. *3.Marpurg.cons.11.n.30.* ubi, non deesse, qui ex ejusmodi causâ eam omninò tolli posse, asserunt, pro qua sententia allegat Vasqui.*de success.creat.lib.2.§.20.num.238.* Brun.*de statut.*
185 *art.1.n.19.* Hier.Cuchal.*in addit.ad* Dec.*in l.jura sanguinis ff.de R.I.* Et hoc casu, ubi fœmina per statutum vel alio modo à successione excluditur, dotem congruam succedere loco legitimæ, scribit Bald.*in l.1 ff.de justit.& jur.& in l.Sancimus.& ibi* Cynus *C.de nupt.* Salicet.*in l.quoniam Novell.not.2.de inoffic.testam.* Vultej.*2.Marpurg. cons.29.num.41.*

186 Ex quo consequens esse videtur, si pater fideicommissum instituens, filias legitimè & congruè dotaverit, validum esse fideicomissum, nec ipsas legitimam, vel ejusdem supplementum petere posse, Exemplo fœminæ renunciantis, quæ si congruè dotata, licet dos legitimæ non respondeat, mortuo tamen patre ad legitimam vel ejus supplementum agere non potest, secundùm Menoch.*cons.6.n.9.* Paris.*cons 27.n.42.vol.2.* Schrad.*cons.19.num.62.* Natta *in c.quamvis.n.5.seq.de pact.in 6.& ibi* Covarruv *part.3.§.3.n.3.* Gœddæ.*1.Marpurg.cons.26.n.202.* Reinking *in enarrat.l.fin. n.191.& seq.C.de pact.* Bart. Muscul *de success.convent membr.2.conclus.7.n.284.seq.* Et si statuto generali sive universali alicujus loci filiæ certa dote contentæ esse jubeantur, tunc eas omninò à supplementi petitione excludi, docent Bart.*in l.Titio ff.de condit.& demonstr.* Dec.*cons.86.n.4.* Tiraquel.*de primog.quæst.55.n.9.* Cravet.*cons.229.* Menoch.*cas.149.n.13.* Gail *2.obs.122 n 12.* Grass.*§.legitima quæst.3.num.6.* Nicol.Betsius *de fact.famil.illustr.cap.8.vers. porrò si statuto fol.386.* ubi id pari modo procedere addit, si ad conservandam familiæ dignitatem & splendorem statuto introducatur, ut primogenitus bona immobilia solus possideat, reliquis verò fratribus certam pecuniæ summam loco legitimæ solvat, & tunc hos ulterius nihil quicquam petere posse, ut tradunt Grass.*d.§.legitima quæst.15 n.4. & quæst.42.n.3.* Tiraquel.*de jur.primog.quæst 53.n.22.& seq.* Qui enim à successione excluditur, à legitimæ quoque petititione removetur, Tiraquel.*de jur. primog.qu.5.supra num.173.*

187 Non sufficit autem dotem constitutam esse, sed eadem congrua esse debet Reinking.*in enarrat.l.fin.num.151.& seq. C de pact.* Cum dotis nomen de dote tantum congrua intelligatur, *l.cum post.§.gener.l.quæro ff.de jur.dot.* Gail.*2.observ.147.num.5.*

Quæ-

Quænam autem dicatur & sit dos congrua, inter Dd. nondum convenit. Alii enim eam dotem congruam esse docent, quæ respondet legitimæ, 188
Dec.*cons.180.& 181.* Alex.*cons.83.vol.4.* Cravet.*cons.236.n 3.* Corne.*cons.100.n.3.vol.3.* Zoanet.*rer.quotid.cap.12.n.1.* Boer.*decis.3.n.12.* Vultej. *2.Marpurg. cons.29.n.51.* eo, quod dos surrogetur in locum legitimæ, ejusque naturam in omnibus sequatur, *l.quoniam.C.de inoffic.testam.* Bart.*in l.Titio.centum. §.Titio gener.n.6.ff.de condit.& dom.* Bald.*in l.non sine.n.3.C.de bon.quælib.* Jason.*in auth. novissima.n.60.C.de inoffic.testam.* Alex.*cons.131.n.1.lib.1.* Covarruv.*in 4.decret.c.8.§.6.num.15.* Alciat.*cons.52.n.15.seq.* Molin.*de Hisp.primog.lib.2.cap 15.num.2.* 189
Surrogatum autem sapiat naturam ejus, in cujus locum surrogatur, *infra cap.11.num.77.* 190

Quæ tamen sententia meritò rejicitur, siquidem diversa, & res planè separata est dos à legitimâ, quod & nominis & rei diversitas arguit, *l.si idem.C.de jur.codicill.* Reinking.*in enarrat.l.fin.n.156.& seq.C.de pact.* Legitimæ enim quantitas lege definitur, *Novel.18.* estque certa & limitata sine personarum distinctione: Dotis verò constitutio pro diversitate personarum & circumstantiarum in facto consistentium variat & judicis relinquitur arbitrio, *infra n.198.* Deinde legitima vivo patre nec debetur, nec definitur, *l.1.§.si impuberes.13.ff.de collat.l.1.ff.de hæred.vel act.vend.l.2.§.interdum ff.de vulg.& pupill.subst.* cum legtima sit portio ejus, quod quis ab intestato habiturus esset lege definita; de viventis autem successione quærere non licet, non eâ solum ratione, quæ ex bonis moribus ducitur, quod improbus sit, & contra jus gentium festinare dicatur, qui de viventis successione sollicitus est, *l.2.§.interdum.ff.de vulgar.substitut.l.donari.29.§.donationem.ff.de donat.* sed quia viventis hæreditas nulla est, *l.hæreditas.C.de pact.convent.* 191 192

Unde regula in contrarium adducta non obest; quia surrogatum non sapit naturam surrogati, quando utriusq; diversa ratio, modus & finis, ut hic, Reinking.*in enarrat.l.fin.num.164.C.de pact.* Atque ita eo casu, quo fœminæ ab hæreditate excluduntur dote datâ, dotem non necessariò sequi metam legitimæ, sed sufficere, etiamsi minor sit legitimâ, dummodo respectu facultatum & dignitate personarum congrua sit, tradunt Bart.Socin.*cons.288.num.15.& seq.lib.2.& cons.57.num.25 lib.4.* Corne.*cons.107.num.12.seq.lib.1.* Raph.Cuman.*cons.46.col fin* Dec.*cons.26.num.4.& cons.276.num.1.* Curt.jun.*in auth.res quæ n.10.& 11.C.commun.de legat.* Molin.*de Hisp.primogen.lib.2.cap.15.n.37.& seq.* 193 194

Communiter autem obtinuit, eam dotem legitimam censeri, quæ constituitur secundum mores regionis, numerum liberorum, quantitatem 195

 bono-

bonorum paternorum nubentium statum & conditionem, locorumq; qualitatem, *l. quæro. 60. l. cum post. 69. §. gener. ff. de jur. dot. l. si filia. 43. in fin. ff. de legat. 3. l. si quis. §. sed etsi. ff. de alend. & agnosc lib.* Paris *cons. 63. n. 52. & seq. vol. 2.* Pacian. *cons. 38. num. 12.* Sichard. *part. 2. cons. matrim. 9. num. 10. & cons. 10. n. 14.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 7. § 12. num. 22.* Menoch. *arbit. jud. cas. 149. n. 31.* Hartman. Pistor. *2. quæst. 37. num. 10. seq.* Reinking. *in d. l. fin. n. 1. 7. seq. C. de pact.* Muscul. *de success. convent. conclus. 5. num. 212. seq.* Tusch. *pract. conclus. lit. D. conclus. 733. per tot. & conclus. 780. num. 175.* Mascard. *de probat. concl 750. nu. 13.* Kellenb. *de renunc. quæst. 42. num. 7.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 15. num. 34. seq.* Honded. *cons. 10. num. 31. lib. 1.* Petra. *de fideicommiss. quæst. 8. num. 465.* Peregrin. *de fideicomm. art. 42. num. 78.* Vinc. Fusar. *de fideicomm. substit. quæst. 531. n. 163. & ibi alleg.* Et quia dos constituitur, ut alimenta indè suppetant mulieri, *l. ubi*
196 *adhuc. C. de jur. dot. l. filium. §. Titia. ff. de condit. & demonstr.* non injusta illa videbitur dos, quæ alimentis respondet, Surd. *de aliment. tit. 1. cap. 10. num. 17.* Et cum lex de patre benè præsumat, & optimum pro filiâ consilium pater capiat, *l. si furioso puberi. in fin. ff. de curat. furios. l. nec in ea. 22. §. fin. ff. ad L. Jul. de adult. l. pen. §. neque enim. C de adopt.* Pacian. *cons. 66. num. 28. seq.* Vultej. *2. Marpurg. cons. 29. num. 48.* Mascard *d. conclus. 570. num. 2* Et parentes liberis suis ex voto, affectione, atque instinctu naturali benè velint, *l. isti quidem. ff. quod met. caus. l. fin. in princ. C. de curat. furios. l. cum acutissimi. 30. in fin. C. de fideicommiss.* Socin. jun. *cons. 102. num. 27. vol. 1.* non facilè dos illa, quæ patri visa est congrua,
197 aliis incongrua videri debet, *arg. d. l. si furioso. in fin. ff. de cur. furios.* Dec. *cons. 26. num. 2. & cons. 89. num. 4.* Mascard. *d. num. 2. seq.* Vultej. *d. cons. 29. num. 46.* Et communis Dd. conclusio est, quod filia à patre dotata non possit petere supplementum congruæ dotis, sed contenta esse debeat dote à patre assignata, etiamsi ea legitimâ minor sit, Paris. *cons. 29. n. 88. vol. 3.* Alex. *cons. 33. n. 4. vol. 4.* Decian. *cons. 6. n 40. seq. vol. 1.* Jason. *cons. 271. n. 3. vol. 2.* Cravet. *cons. 114. num. 13. vol. 1.* Menoch. *cons. 168. num. 17. vol. 2.* Mascard. *d. concl. 570. n. 1.* Vultej. *d. l. nu. 47.* Menoch. *d. cas. 149. n. 5.* maximè si dotatæ maritum repererint, Vultej. *d. l. num 48.* Nec necesse est, ut pater æquales filiabus constituit dotes, Pacian. *consil. 56. num. 2. & seq.*

198 Quod si nec consuetudo Regionis appareat, nec dos à patre constituta, prudentis & discreti judicis arbitrio ea erit definienda vel moderanda, arg. *l. ordine. 15. ff. ad municipal.* Tiraquel. *in l. si unquam, verb. omnia vel partem, n. 31. C. de revoc. donat.* Navizan. *sylv. lib. 2. num. 55.* Matth. de Afflict. *decis. 337. n. 9.* Ant. Thessaur. *decis. 192. per tot.* Menoch. *d. cas. 149. n. 34.* Tusch. *lit. D. concl. 733. per tot. & concl. 78. n. 175.* Molin. *de Hispan. primog. lib. 2. cap. 15. n. 34. 39. seq.*

Solet

Solet etiam pro modo facultatum ac redituum ex boni viri arbitrio decerni, *arg. l. si quis. 5. §. 10. & 19. ff. de agnosc. lib. l. cum plures. 12. §. 3. ff. de administr. tut.* Coler. *de aliment. lib. 2. cap. 2.* 199

Ita de consuetudine Sueviæ, si pater mortuus, & dos filiæ Nobili non constituta, proximi agnati & curatores eam constituere & definire solent, quæ plerumque duorum millium esse, & rarò quater mille florenos excedere solet. Sicuti etiam, quod dos mille Ducatorum Comiti congrua esse possit, tradit ex Dec. Nevizan. *in sylv. nupt. lib. 2. num. 55.* Et nota est Venetorum lex, ne patricius, quantumvis dives, ultra sex millia Ducatorum aureorum dotis nomine filiæ dare ausit, cum ante eam legem à tenuioribus ad quadraginta, quinquaginta & sexaginta millia darentur, Wilhelm. Possard. *de magistr. Athenienf. cap. 33. fol. 556.* 200 201 202

Quamvis autem iidem Veneti, si patricius plebeiam duxerit, duobus aureorum millibus dotem determinaverint, legem tamen facilè antiquari patiuntur, ut patriciorum quorundam egestati locupletiorum plebeiarum nuptiis, & utriusque ordinis concordiæ consulatur, Bodin. *de Republ. lib. 5. cap. 2. fol. 873.* 203

In Ducatu Würtembergico filiabus omnibus ex istâ familiâ progenitis condecentem dotem constituit primogenitus, quam Status provinciales, die Landschafft, ex suis reditibus exsolvunt, vigore transactionis Christophori Ducis Würtembergici, & Georgii Comitis Montisbeligardi, *4. Maji Anno 1553.* §. Vnd wiewol es, & Lands-Abschied *19. Junii 1565.* §. Daß auch gemeine. ubi Filiabus Illustribus ipsius primogeniti 3200. florenos Rhenenses pro dote definitos, eandemque summam in filiabus Ultragenitorum ad 20000. aureos moderatum fuisse, refert Dn. Nicol. Myler. *in addit. ad Rumelin. A. B. part. 3. diss. 5. concl. 14.* 204

Apud Massilienses dos maxima est aureorum centum, teste Strab. & Bodin. Drachmarum quinquaginta dotem constituit Plato *de republ. lib. 3.* 205

Solent autem inter familias Nobiliores & Illustres certæ dotes ideò constitui, ne dotium magnitudine domus exhauriatur, & ut dote moderatâ fœminæ ad pudicitiam & obsequium maritorum facilius redigantur, Schönborn. *1. polit. cap. 6.* Nam magnæ sua etiam onera & molestias habent, quas notat Megadorus in Aulular. Hæ sunt, inquiens, atque aliæ multæ in magnis dotibus incommoditates, sumptusque intolerabiles: Nam quæ indotata est, ea in potestate est viri: *Dotatæ mactant & malo, & damno viros, malo quia viris imperare volunt, damno, quia sunt sumptuosæ,* Carpz. *de jur. fœm. singul. decad. 5. posit. 1.* 206

In

207 In Germaniâ familiæ Principum, Comitum, Baronum, Nobilium, aliorumque ordinum plerumque statutis, conventionibus vel consuetudine, certam solent habere dotis quantitatem, quam excedere in præjudicium successorum & ditionum suarum nefas existimant, teste Besio, *de pact. famil. illustr. cap. 8. fol. 366.*

208 Ex quibus concluditur, illum, qui fideicommissa hujusmodi instituit, filiabus suis, & aliis, quibus dos debetur, vel alimenta vel dotem constituere teneri, sicuti in majoratuum institutione omninò requiri, ut filiabus dotes, & masculis alimenta instituantur, probat Molina *de Hisp. primog. lib. 2. cap. 1. n. 10. seq. & cap. 15. n. 1. seq.*

209 Quod itidem procedit, si consuetudo vel statutum primogenito successionem deferat, etiamsi id nihil de filiarum dote, vel alimentis disponat, ita, ut non aliter locum habeat statutum vel consuetudo, quàm si filiabus dotes vel alimenta competentia ministrentur, Bald. *in l. alimenta. nu. 3. C. de negoc. gest. & in l. qui filium. in princ. ff. ubi pupill. educ.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 4. n. 33.* Molina. *d. cap. 15. num. 11. & 12.* Et quod filiabus per statutum vel alio modo à successione parentum exclusis, dos, sive alimenta debeantur, docent *arg. l. 1. ff. de tutel. & rat. distr.* Panormitan. *in c. licet & ibi.* Hostiens. *X de voto.* Guid. Papæ. *decis. 476. & 487.* Socin. *cons. 47. lib. 3.* Jacob de S. Georg. *in l. cum antiquioribus. col. ult. quæst. 8. de jur. de liber.* Tiraquel. *de jur. primogen. quæst. 4. n. 33.* Et quandò ex statuto, vel aliàs, masculus est hæres universalis, ipsum sorores alere teneri, scribit per *l. qui filium. ff ubi pupill. educ.* Bald. *in l. alimenta. C. de negoc. gest.*

Nec est, quod fœminæ Nobiles de modicâ hujusmodi dote conquerantur, cum ad mariti domum deductæ eandem omnibus necessariis instructam inveniant, sicuti hoc nomine easdem consolatur Henric. Brulæ. *de renunciat. caus. 2. cap. 9. num. 5.* Et licet, inquiens, de tuo ibi nihil sit, nihil tamen ibi desit, tu modò vide, ne occulti divortii auctor sis. Accommodes te moribus mariti, & ille vicissim tuis etiam contentus erit. Et paulò post: Modico igitur, decenti, honestoque contenta sis, & cætera agnatis tuis masculis committe, quorum res si locupletantur, honoris, dignitatisque incrementum si augetur, & tuum honorem, tuamque dignitatem æquè augeri, & cumulari certò tibi persuadeas, & hoc pacto odium, quod ob lucellum exiguum contra fratres agnatosque tuos concepisti, per dominum maritum locupletem restringitur.

210 II. Ex præcedentibus concluditur, quod ad hujusmodi fideicommissorum validam constitutionem requiratur, ut si in bonis omnibus, vel ita consti-

stituantur, ut in illa non omnes, sed unus vel major natu, vel primogenitus, vel aliqui tantum succedant, reliquis filiis in utramque casum, tàm contrahendi, quàm non contrahendi matrimonii, de alimentis & necessariâ honestâque sustentatione, ex proventibus bonorum primogenituræ juri subjectorum, fideicommissariorum, vel aliorum prospiciatur, *Aur. Bull. tit. 25.* Besold. *1. dissert. nomico-polit. per tot.* Betsius *de pact. famil. illustr. cap. 8. fol. 385. seq. & cap. 10. fol. 711.* Idque pro modo facultatum & dignitatis: Nati enim ex illustri familiâ, magnificè sunt tractandi, ihrem Stand gemäß/ quo dignitatem suam sartam tectam tueri valeant, ac famililiæ splendor conservetur, *arg. l. tutor. 13. in princ. ff. de admin. tut. l. si quis à liberis. 5. §. alimenta. 19 ff. de agnosc. & alend. lib.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 4. num. 33.* Coler. *de jur. Imper. sect. 50.* Mart. Rumelin. *ad A. B. part. 3. diss. 5. conclus. 12. & ibi* Dn. Myler. *in addit.* Betsius *d. cap. 10 fol. 711.* Besold. *nomico-polit. 1. dissert. 5. num. 10.* Arnisæ. *de republ. lib. 2. cap. 2. sect. 9. num. 27.* Springsfeldt *de Apagan. cap. 8. per tot.* Quis enim familiæ illustris foret splendor, si unus locuples & divitiis abundet, reliqui verò mendici?

Quod sapienter observavit Rex Josaphat, qui filio suo Joram primogenito Regnum tradidit, cæteris verò filiis minutas quasdam civitates, aurumque & argentum reliquit, quo honestè vivere possent, *2 Paralipom. 21. v. 3.* Ita Cyrus filio primogenito Cambysi Regnum, Tanazaridi verò alia quædam minutiora reliquit, teste Xenophonte. Plato lib. 11. hanc legem sancivit: Qui liberos habet, & testamentum conscribit, primò hæredem de filiis unum, quem dignum putaverit, constituat; deinde quemcunque aliorum adoptandum aliis dederit, conscribat; & si filiorum aliquis superest, nullâ hæreditate munitus, quem secundum legem in Coloniam sperat profuturum, huic liceat patri de aliâ pecuniâ, quantum velit, legare, referente Tiraquel. *de primogen. quæst. 4. n. 34.* 211

In Germania olim in frequentiore usu fuisse, ut natu minoribus per subinfeudationem, vel usumfructum perpetuum, proprietate apud primogenitum remanente, fuerit prospectum, idque rationi & qualitatibus primogenituræ consentaneum omninò esse, refert Betsius *de pact. famil. illustr. cap. 9. fol. 603.* eademque bona homagii nomine obtinuisse, & de iis primogenito ejusque hæredibus fidelitatem & hominium jurare obligatos fuisse, scribit Besold. *nomico-polit. lib. 1. dissert. 5. n. 12.* ubi etiam addit, in Angliæ, Hispanniæ, Portugalliæ Regnis, & in magno etiam Hetruriæ, Parmæ, Urbini, aliisque Ducatibus & Principatibus, minores plerumque fratres certis annuis reditibus, pro qualitate cujusque status, contentos esse juberi. 212

213 Atque hoc suadet ipsa æquitas & naturæ lex, ut ex bonis paternis filiis postea genitis alimenta decernantur, *arg. l. necare. 4. & l. si quis à 5. ff. de agnosc. & alend. lib. Aurea Bulla, tit. 25.* quæ licet Electoribus Secularibus una cum dignitate Electorali, Dominia, Principatus, Ducatus primogenito solùm concedat, nihilominus tamen primogenitum monet, ut clementem se ac pium erga cæteros suos fratres & sorores exhibeat, iisque alimentariam portionem adsignet. Et ex bonis paternis etiam ex naturæ lege filiis alimenta deberi, scribit Arnisæ. *Polit. cap. 9. fol. 218. & seq.*

214 Adeò ut consuetudinem, quæ fratribus nullam portionem relinquit, diabolicam esse, dicat Afflict. *in C. Imperialem in princ. n. 7. & 17. de prohib. feud. alien. per Frider.*

215 Quare summa crudelitas & tyrannis improbatur Turcarum & Ottomannorum, qui fratres reliquos trucidant, prout experientia docet & testantur Camerar. *cent. 1. medit. 88.* Busbeq. *epist. 1.* Bodin. *de Republ. lib. 6. cap. 5.* Arnisæ. *de republ. lib. 2 cap. 2. sect. 9. num. 10.* & unum hoc esse Turcici Imperii fundamentum & inter arcana domus numerat Clapmar. *de arcan. rerumpubl. lib. 5. cap. 2.* Besold. *Nomico-polit. 1. diss. 5. num. 6.* eandemque crudelitatem

216 approbare quoque videtur Cardanus *in encom. Neron. fol. 196.* Quod etiam Imperator Augustus ab Arrio Philosopho edoctus, Cæsarionem, quem ex Julio Cæsare Cleopatra concepisse jactitabat, per fraudem interfici curavit, Sueton. *in August. cap. 17. ad fin.* Et maximam nonnullorum esse Regum occidere fratres, hancque eo in loco haberi, quo apud Geometras sunt, quæ dadata vocant & concessa, circa quæ disputatio admittatur nulla, testatur Plutarch. *in Demetr. n. 10.*

217 Imo & ipsi Patres quandoque, ut uni filio tuto regnum relinquere possent, cæteros sustulerunt, sicuti de Dejotaro refert Besold. *d. dissertat. 5. num. 5.* exemplo Vinitorum, qui cum vitis aliqua complures emiserit surculos, unum modo ex iis relinquere, alios amputare consueverunt, ut is, qui relinquitur, major & augustior fiat, Anton, Muret. *8. var. cap. penult.* Barbaricum hunc ritum nulli hominum placere posse, & diabolicam esse opinionem eorum, qui dicunt, quod ut calx ædificia compaginat, quæ aliter consistere nequirent, sic sanguinem omnium, qui dominationi obstare possunt, consolidare novi Principis Dominatum, pluribus demonstrat Arnisæ. *2. relect cap. 2. sect. 9. in princ.*

218 Iniquus quoque est mos Abyssinorum & Chinensium Regum, qui fratres postgenitos perpetuo castro, instar carceris mancipare solent, teste Jovio *histor. lib. 18.* Arnisæ. *d. sect. 9. num. 10.* & ita apud Abyssinos, Regios fratres, gentiles & agnatos in unâ quâdam educari arce, quæ in monte penè inac-

inaccesso sita, & valido præsidio custoditur, ne turbas aut partes facere valeant, testatur Alvarez. *in hist. Æthiop. fol. 103.*

Caliphæ magni quondam in Arabiâ ex Prosapiâ Mahometi Reges, singulos ex gentilitiâ ipsorum familiâ superstites, ferreis catenis vinciebant, singulis sua palatia infra maximam Regiam tribuebãt, atque singulis horum ædibus custodes præficiebant, ne quis adversus magnum illum Regem aliquid moliretur, ubi ipsi cõvivia celebrant, & genio per totam vitam indulgebant, prout refert ex Benjamino Tudelens. *in itinerar. fol. 61. seq.* Besold. *d. diss. 5. n. 8.* 219

Ormi Rex postgenitos fratres excœcavit, teste Lindstock *hist. Indi. p. 2. c. 6.* 220

Alii eosdem in monasteria relegare solent, quo habitum monachalem assumant, & mundo moriantur, Springsfeldt *de apanag. cap. 4. num. 10. seq.* de quo confer *infra cap. 7. num. 66.* 221

Apud Lacedæmonios olim pari jure cum aliis civibus vivere cogebantur, quod improbat Besold. *d. dissert. 5. num. 4.* ubi quoque, non satis esse, cum aliis putat, si postgeniti cum filiis Davidis justitiæ Sacerdotes, sive Consiliarii vel primores Regni constituantur, *2. Regum 8. in fin.* nulla enim fides, nec amicitia firma esse solet inter eos, qui hæredes unius sunt Regni, ita ut miraculi loco esse, si fratres se invicem ament, dicat Trebell. Pollio *in Claud.* Confer *infra n. 270.* 222 223

Portio, quæ fratribus posterioris partus, sive reliquis minoribus datur, Gallis dicitur *Apennage*, quasi ad panem regiam que sustentationem concessa, vel ut alii volunt, à banno, quasi abbanagium, Hindanweisung/ Abbannung/ Besold. *Nomico-polit. 1. dissert. 5. num. 15.* Althus. *polit. cap. 19. num. 83.* Ex quo etiam dicuntur Abgefundene Herren / nec titulo Regali utuntur, quem tamen primogenito ejusque masculis descendentibus defunctis, sicuti & ipsum Imperium, sine speciali Imperatoris concessione recuperant, Besold. *d. l. num. 17.* 224

Constituitur portio isthæc, sive Apanagium postgenitis, quandoque in pecuniâ numerata, seu certis quibusdam reditibus annuis Tiraquel. *de jur. primogen. quæst. 5. num. 2.* Guid. Pap. *decis. 476. num. 1.* Boër. *decis. 204. num. 14.* Springsfeld *de apanag. cap. 8. num. 26.* Quandoque in certâ provinciæ parte, vel in aliquo feudo, Tiraquel. *d. l. quæst. 4. n. 48.* Arnisæ. *de Republ. lib. 2. cap. 2. sect. 9. num. 28.* Springsfeld *d. cap. 8. num. 28. seq.* Et assignatur postgenitis hujusmodi portio non per modum divisionis, sive jure proprietatis, & tanquam pars paternæ hæreditatis, sed per modum provisionis, & jure alimonii, Cotmann. *cons. 1. num. 168. vol. 5.* Springsfeld *de apanag. cap. 8. numer. 2. & cap. 11. num. 204. seq.* Merlin. *de legitim. lib. 2. tit. 1. quæst. 8. num. 18.* Schepliz. *ad consuet.* 225

Brandeb.part.4.tit.8.§.5.num.6. Afflict. *ad constit.Neapol.lib.3.rubr.18.num.24*.
226 atque ideo apanagium hoc alienari nequit, Besold.*d.differt.5.n.15*. Springsfeld *d.l.cap.11.n.249*. nec ad hæredes transfertur, Merlin. *de legitim.lib.2.tit.1.quæst.3.n.6*. Springsfeld *d.cap.11.n.22.& 45*. sed auctâ familiâ omnibus ex eâ descendentibus sua provisio & alimenta sunt assignanda, Schrader. *de feud.part.8.cap.?.n.45.& part.7.cap.5.n.43*. Menoch.*cons.411.num.13.seq*. Rosenthal.*de feud.cap.9.conclus.55.n.11.lit.l*. Merlin.*d.quæst.3.per tot.*

227 Ex quo etiam Ultrogenitos in portione suâ superioritatem territorialem non habere, nec ejus nomine investituræ renovationem petere, tradunt Rudinger.*lib.1.contr.feud.cap.56.n.11*. Rosenthal.*de feud.cap.9.concl.56.n.16*. Nec Regalia habent, Martin.Rumelin.*ad A.B.part.3.differt.5.concl.14*. sicuti etiam ad Comitia non vocantur, sed primogenitus omnes ex familiâ repræsentat,
228 eorum nomine investituras petit, ac in omnibus actibus publicis, ubi de ipsorum commodo vel præjudicio agitur, ipsorum negotia gerit & tuetur, Ritter. *de homag.conclus.55.& 85*. Rosenthal.*de feud.cap.9.concl.56.num.16*. Meichsner. *tom.2 lib 1 decis.5.fol.421.*

229 Atque ideò bona hæc postgeniti non aliter ferè possident, quàm apud Germanos viduæ Principes dotalitia sua, Bodin.*de republ.lib.9.cap.5*. Besold. *1 polit.6.num.25*. nec aliâ lege concedi solere, quàm ut primogenito obligati sint ad hominium fidelitatemque præstandam, & ut ipsis sine liberis ma-
230 sculis descendentibus, ad Regnum portio illa denuò revertatur, scribit post Hotomannum *in Franco-Gall. cap.8.& 9*. Besold. *d.num.25*. Unde quoque ultrogenitos in portione istâ sive apanagio suo subditis collectas non posse indicere pro elocandâ filiâ, tradunt Cothmann. *cons.4. volum.4*. Martin. Rumelin.*ad Aur.Bull.part.3.differt.5.concl.14.* & *ibi* Dn. Nicol. Myler. *in addit.* Sed de hâc quæstione, an secundogenitus subditis collectas imponere possit, an subditi ipsi homagium præstare teneantur, vide latè Vultej.*3.Marpurg.cons.35.per tot.*

231 Et hoc onus dotandi filiam Illustrem patris apanagiati ad primogenitum pertinere, docet idem Nicol.Myler. *d.l.* ubi ita in Electoris Brandeburgici Alberti dispositione *Anno 1573*. cautum fuisse refert, Daß derselbe/ id est, Primogenitus Regens, der andern abgangenen Töchter alle/ die sie hinter jhnen verlassen würden/ berathen und bestewren/ als ob sie seine leibliche Töchtern weren. Idemque in Marchionis Brandeburgensis Friderici divisione paternâ *Anno 1507*. provisum esse, testatur Springsfeld *de apanag. cap.11. num.271.*

Sicuti

Sicuti etiam de ducatu Würtembergico dictum est *supra n. 204.* Cum
enim primogenitus sorores & alios de familiâ alere obligatus, ipsis quoque 232
dotem constituere tenetur, cum dos & alimenta pari jure censeantur Corne.
cons.316.vers.negatur lib.1. & is dotem constituere teneatur, qui alimenta præ-
stare obligatus est, Tiraquel.*de jur.primog.quæst.62.n.4.*

In apanagio sive portione ista postgenitis alimentorum loco adsignata, 233
jus primogenituræ locum non habere, docent Hotom.*de jur. regn.Gall.libr.2.
rub.Lex sexta.* Springsfeld.*de apanag.cap.11.n.43. & seq.* Dn.D. Nic.Myler.*in
addit.ad Rumelin.A.B.part.3.diß.5.conclus.13.lit.c.* Besold.*nomico-polit.lib.1.diß.
5.num.18. & 1.polit.6.num.25.quæst.3.*

Sed quid si filii secundogeniti aliundè habeant, ex quo se alere possint, 234
an nihilominus à patre fideicomissum instituente ipsis alimenta constituen-
da erunt? Et licet hoc neget Tiraquel.*de jur.primog.quæst 4.num.35.* eo, quod
statuto tolli possit legitima, si filii aliunde habeant, unde vivere possint, Joh.
le Cirier.*de primog.cap.10.* Covarr.*lib.4.decret.part.2.cap.8.§.6.* Grass. §.*legiti-
ma quæst.42.num.4.*

Contrarium tamen, & patrem primogenituram sive majoratum insti-
tuentem filiis & aliis descendentibus alimenta præstare teneri, etiamsi habe-
ant, unde se alant, affirmant Cynus *in l.sancimus in fin.C.de nupt.* Molina *de
Hispan.primog.lib.2.cap.15.num.6.* Nicol.Betsius *de pact.famil.illustr.cap.8.fol.
386.* cum hæc alimenta liberis debeantur ex dispositione juris & naturæ ex
bonis paternis & in locum legitimæ, & sic jure actionis, Molina *de Hisp.pri-
mog.lib.2.cap.15.n.6.& 70.* ea autem alimenta, quæ jure actionis debentur, etiam
ei, qui se aliundè habet, unde se alat præstanda sunt, secundum Jason.*in l. di-
vortio in princ.n.19.ff.solut.matr.* Et alimenta, quæ alicui debentur & disposi-
tione legis sive juris, etiam ei deberi, qui se aliunde alere potest, ex eo liquet,
quod is petere possit etiam alimenta præterita, quibus jam amplius non eget,
l.libertis quos.§.1.ibi: tam præteriti temporis, quàm futuri, & ibi Bart.*ff.de ali-
ment.& cib.legat.l.1.in fin.& ibi* Bald.& Salicet. *vers.nunc quæro.C.de fideicom.*
Cynus *in l.sancimus ad fin.C.de nupt.*

Atque hæc non tantum in alimentis, sed etiam in dotibus, quatenus ad 235
alimenta necessaria sunt, procedunt, ita, ut dos quoque filiabus â parentibus
in bonis paternis præstanda sit, etiamsi aliunde sint dotatæ vel alimenta ha-
beant, Bald.*in l.neq; mater.num.3.C.de jur.dot.* Molina *d.cap.15.num.7.* cum hoc
quoque casu dos succedat in locum legitimæ, Jason.*in auth.novißima.num.60.
C.de inoffic.test.* & legitima etiam diviti, & alias habenti, unde se alat, sive do-
tet, præstanda sit, Molina.*d.cap.15,n,8.* Dos autem & legitima æquiparentur, 236

Abbas *in c. cum haberet num. 5. X. de eo qui dux. in matrim.* Bart. *in l. fin. num. 7. ff. de his quib. ut indign.* Tiraquel. *de primog. quæst. 62. num. 4. & seq.*

237 Et hæc quidem in patre fideicommissum instituente procedunt, secus verò est, quoad fideicommissi successores & possessores alios, qui filias vel sorores ex bonis fideicommissariis ab aliis constitutis dotare vel alere non tenentur, si aliunde dotes vel alimenta habeant, ut dicetur *infra cap. 11. num. 302.*

238 De eo quoque controversia esse solet: an si fideicommissi institutor liberis legitimam, alimenta vel dotes non constituerit, fideicommissum nullum sit, an verò valeat, & alimentorum vel dotis constitutio duntaxat peti possit? Et quamvis fideicommissum hujusmodi nullum ideò dicendum videatur, quod alimenta in locum legitimæ surrogentur, & ita sicut filius præteritus testamentum paternum contratabulare & inofficiosum dicere potest, *l. cum quæritur 6. C. de inoffic. testam.* ita etiam liberi, si ipsis alimenta vel dotes non constituantur, cum hæc in locum legitimæ surrogentur. Validam tamen esse dispositionem, & liberos legitimam, alimenta vel dotes tantum petere posse, verius
239 videtur. Siquidem communis verè Dd. est conclusio, quod quando per statutum à successione parentum filiæ excluduntur, ipsisq; dos vel alimenta debentur, si à patre in testamento prætereantur, parentum testamentum non possint dicere nullum, sed dotem vel alimenta tantum petere valeant; Alex. *in l. filiæ dotem num. 6. C. de collat.* Jason. *in auth. novissima num. 57. C. de inoffic. test.* Matth. de Afflict. *decis. 158.* Clarus *lib. 3. sent. §. testamentum quæst. 42. vers. item quæro.* Alciat. *cons. 52. n. 17. seq.* Quod in simili, si aliquis fuit receptus in civem, dummodò solvat datias & collectas, & si eas non solverit, non resolvatur civilitas, sed ipsum compelli ad solvẽdum, & datiis vel collectis solutis, civilitatis commodis utatur, probat Bald. *in c. dudum de elect. in 6.* Et ita si pater in primogenii institutione filiis alimenta vel filiabus dotes non reliquerit, primogenium tamen non posse dici nullum, sed alimenta vel dotes tantum peti posse, tradit Molina *de Hispan. primog. lib. 2. cap. 15. n. 24. seq.*

240 III. Ad validitatem fideicommissorum familiæ requiritur, ut Creditoribus jus suum salvum maneat, & non intervertatur, *l. filiusfamilias 114. §. Divi 14. de legat. 1.* Non enim debitorum pactionibus creditorum petitio vel jus mutari, aut tolli potest, *l. debitorum. 25. C. de pact.* & semper leges procurant,
241 omnique conatu provident, ne aliquod præjudicium creditoribus fiat, *l. fin. §. sin autem 14. C. de jure deliber.* Atque ita ex fideicomisso prius æs alienum est deducendum, *l. & sine scriptura. C. ad Sctm. Trebell. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. test. l. si universa. C. de legat. l. imponenda l. irritum. C. ad L. Falcid.* & bona non dicuntur, nisi ære alieno deducto, *l. subsignatum 39. §. bona. 1. ff. de V. S. l. si fidei-*

fideicom.§.tractatum.ff.de judic. unde quoque bona fideicommissaria pro solutione æris alieni à testatore sive instituente conflati alienari posse dictum est *infra cap.11.num.216.*

IV. Necessarium quoque videtur, ut in fideicommissi constitutione etiam scriptura interveniat. Quamvis enim alias fideicomissa etiam sine scriptura & sine nutu relinqui possint *supra n.27.* atq; inde ad majoratus sive primogenii institutionem scripturam non requiri, pluribus demonstret Molina *de Hispan.primog.libr.2.cap.8.n.1.& seq.* cum tamen fideicommissa familiarum regulariter & sua natura sint perpetua, pluresque leges & conditiones iisdem adjici soleant, ut de his omnibus & singulis tantò melius constare possit, & probatio facilior habeatur, scriptura necessaria videtur, *arg.l.1.C.de jur.emphyt. l.contrahitur 4.ff.de pignorib.* 242

V. Imperatoris confirmatio. Quamvis enim regulariter omnes dispositiones & conventiones, immodicâ donatione exceptâ, valeant, etiamsi superioris authoritas non intervenerit, *l.sive apud acta.C.de transact.l.contractus C.de fide instrument.* & in specie, conventio, qua cavetur, ut castrum vel alia bona certa, exclusis fœminis, apud agnatos masculos remaneant, insinuationem & confirmationem non requirat, sicuti per tradita Tiraquel. *de jur.primog.quæst.6.num.5.& in l.si unquam verb.donatione largitus n.127.C.de revoc.donat.* scribit Vultej. *4.Marpurg.cons.54 n.23.* & statuta in familiis Imperium & jurisdictionem habentibus, valeant, etiamsi superioris confirmatio non accesserit, Jason *in l.omnes populi n 8.& 9 ff.de justit.& jur.* Quod si tamen ad hujusmodi conventiones & fideicommissorum constitutiones, maximè si de bonis Illustribus & Nobilibus fiant, superioris accesserit authoritas & confirmatio, eo validiores & firmiores existât, dubio caret, cum per eandem omnes defectus suppleantur, & tantam vim habeant, ut neque per ipsum instituentem & contrahentem, nec ejusdem successores revocari queant, sicuti respondit Ruin. *cons.196.num.8.vol.1.* Cravet. *cons.241 num.10.* Paris. *cons.11.n.52.vol.2.* Dec. *cons.286.num.4.* Ne quidem ex causa ingratitudinis, per doctrinam Jason. *in l.5.num.54.ff.de just.& jur.* Paris. *d.cons.11.num.41.vol.1.* Losæ. *de jur.universit.3.cap.13.num.23.* 243 244 245

Atque ita etiam pacta & conventiones personarum Illustrium de reciproca & mutuâ successione, quæ vulgò confraternitates dicuntur, Imperatoris authoritatem & confirmationem pro forma desiderare, tradunt Nicol. Everh. *jur.2.cons 13.num.2.* Choppin. *de doman.Franc.lib.3.tit.6.n 59.seq.* Dauth. *in epop.l.fin.num.25.C.de pact.* Ant.Tessaur. *decis.225.num.21.* Gail. *2.obs.127.num.5.& seq.* Zasius *cons 1.n.39.& 40.* Fichard. *cons.11.num.7.& 8.lib.1.* Heig. *1.quæst.23.num.44.* 246

num.44. Petr. Ritter. *apud Arumæ. 1. discurs. 22. conclus. 3.* Reinking. *de regim. sec. lib. 1 class. 4. cap. 18. num. 51.* Schönborn *2. polit. cap. 13. vers. ut autem.* Nic. Betsius *de pact. famil. Illustr. cap. 5. fol. 124. & cap. 10. fol. 688. seq.* Daniel Otto *de jur. publ. cap. 11 fol. 374. seq.* Besold. *thes. pract. verb.* Erbeinigung. *vers. his tamen.* Muscul. *de success. convent. class. 1. membr. 1. conclus. 3. n. 57.* Clapmar. *de arcan. Rerump. cap. 21.* Remig. Fesch. *de fœderib. concl. 24. lit. d.* Johan. Caspar. Güttich *de confraternit. conclus. 6.* Joh. Wurmser. *de jur. publ. exerc. 2. quæst. 22.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. concl. 25. lit. F.* Cum enim in hisce pactis non solum de allodialibus, sed etiam maximè de Imperii feudis fiat dispositio, eaq; sine dominii consensu alienari nequeant, Imperatoris quoque consensus & confirmatio, tanquam feudi superioris domini necessaria erit, ut causa cognita perspicuum fiat, an talia pacta Romano Imperio nocumento sint futura, necne. Gail. *d. obs. 127 n. 6.* Güt-
247 tich *d. concl. 6.* Fesch. *d. lit. d.* Interest enim ejus maximè, quales sit habiturus ipse & Imperator in Principatibus & ditionibus successores.

Quos inclyta robora regni,
Et validas nunquam pudeat dixisse columnas.

248 Unde etiam repulsam tulisse olim Principes Anhaltinos cum Electore Palatino Woldemaro sine liberis defuncto, Marchiam peterent ex pacto, quod Imperator non confirmaverat, scribit Peucer. *5. Chronic. in vita Ludovici Bavari.*

249 Et ita statutum Austriacæ familiæ, ut solus primogenitus in Archiducatu succedat, reliquorum fratrum jure suspenso, cum Imperatoris authoritate
250 & confirmatione factum fuisse constat ex literis relatis à Münstero & aliis. Et jus primogenituræ Electoribus secularibus competens *anno 1356.* in Comitiis Metensibus cum consensu omnium Principum Electorum constitutum & promulgatum esse, patet & refert Nicol. Betsius *de pact. famil. illustr. cap. 10. fol. 694. seq.* ubi & alia exempla adducit.

251 VI. Solet etiam in institutione fideicommissi familiæ certi modi, conditiones & leges adponi, quæ si honestæ & possibiles, utique adimpleri & observari debent, *l. ita si quis 135. §. ea lege 3. ff. de verb. obl. l. quoties 3. C. de donat. quæ sub mod. l. legem. 10. ff. de pact. l. Mævius 55. ff. de condit. & demonstr. l. hoc jure. 10. ff. de V. O.* sive per modum dispositionis ultimæ voluntatis sive conventionis & per contractus sint adjectæ; cum quilibet sit rei sui moderator & arbiter, *l. in re mandata 21. C. mandat. l. etsi 25. §. consuluit. ff. de petit. hæred. l. nemo exte-*
252 *rus 9. C. de judæ. l. Præses. C. de servitut. & aq.* eiq; legem, quam vult, imponere possit, *d. l. si ita quis 135. §. ea lege 3. ff. de V. O. l. si quis duas 6. §. si in venditione ff. commũ. præd. d. l. legem 10. C. de pact. l. 1. ff. de solut. c. verum X. de condit. appos. c. nullus X. de serv. non ordin. c. requisisti. X. de testam.* Gail. *de arrest. cap. 6. n. 22.* & dispo-

ſponentium voluntas legis vicem obtineat & pro lege ſervanda ſit, *ſupra cap. 3. num. 2.* nihilque fidei humanæ tàm congruum, quàm ea, quæ inter contrahen- 253
tes placuerunt, ſervare, *l. in princ. ff. de conſtit. pec. l. 1. in princ. & ibi* gloſſ. & Bart. *ff. de pact. c. 1. X. eod.* Decian. *conſil. 5. num. 22.* Gœddæ. *1. Marpurg. conſil. 24. num. 2.*
Et ſicut leges, ita & pacta & conventiones partium ſervandæ ſunt, *l. jurisgen-* 254
tium §. prætor. ff. de pact. l. facti. §. mandati. ff. de his qui not. in fam. c. 1. X. de pact. Schurff. *cent. 3. conſil. 54. num. 1.* Gœden. *conſil. 97. num. 1. & conſil. 103. n. 61.* & pacta ſervari jubet Prætor cœleſtis & terrenus, *Pſal. 103. verſ. 10. l. 1. ff. de pact.* Cothman. *vol. 4. conſil. 19. num. 39.* pactisque conventis ſtandum, etiamſi à jure communi 255
recedatur, Mynſing. *tit. 2. decad. 14. reſponſ. 4. num. 29. & 83.* Natta *conſil. 384. n. 11.* Zaſ. *lib. 1. conſil. 14. num. 73.* cum proviſio hominis, faciat ceſſare proviſionem 256
legis *l. fin. C. de dot. promiſſ. l. fin. C. de pact. convent. & ibi* gloſſ. & Bart. Mynſing. *d. reſponſ. 4. num. 30.* Cothman. *vol. 4. reſponſ. 50. num. 50.* Hering. *de fidejuſſor. cap. 5. num. 379.* & pacta rumpant leges, gloſſ. *in c. contractus de R. I. in 6.* Jaſon. *in l.* 257
paciſci ff. de pact. Salicet. *in l. 1. in princ. C. commod.* Gail. *de arreſt. cap. 6. num. 22.* Atque ita conditiones poſſibiles, juſtas & honeſtas à majoratuum ſucceſſoribus 258
præciſè ſervandas eſſe, ſive in contractibus, ſive ultimis voluntatibus appoſitæ, & ſive ipſæ poteſtativæ, ſive mixtæ ſint, & ſi non ſerventur, majoratuum ſucceſſione ipſos privari, per *ſupra d. l. 1.* ſcribit Molina *de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 12. num. 34.* confer *infra cap. 16. num. 144. ſeq.*

Quod ſi verò impoſſibiles, vel turpes leges vel conditiones & quæ ſunt 259
contra leges, fuerint adjectæ, & quidem per ultimam voluntatem, veluti in legatis & fideicommiſſis, pro non adjectis habentur, & diſpoſitio, etiam conditione non exiſtente vel adimpleta, nihilominus effectum ſortitur, *infra num. 408.*

Secus verò in contractibus, quibus conditio impoſſibilis in faciendo obſtat, eosque vitiat, inutilesque & nullius momenti efficit, *§. ſi impoſſibilis 11. I. de inutil. ſtipul. l. impoßibilis 7. l. ſi homo 69. ff. de V. O. l. 1. § impoſſibilem 11. l. non ſolum. 31 ff. de O. & A.* Cujus diverſitatis hæc eſt ratio, quod in contractibus duo- 260
rum voluntas ſpectetur, quorum in actibus procul dubio hæc cogitatio eſt, ut nihil agi exiſtiment, appoſitâ eâ conditione, quam ſciunt evenire non poſſe, *d. l. non ſolum 31. ff. de V. O.* in teſtamentis verò, ſive ultimis voluntatibus, in quibus omnia ſeriò agi oportet, unius teſtatoris voluntas conſideratur, ubi facilè impoſſibilis conditio detrahitur hoc colore, quod imprudenti exciderit, occurrunt enim hic duæ contrariæ voluntates; Teſtator vult habere hæredem, & vult ſub impoſſibili conditione; in qua varietate & diſſenſione benignior facienda eſt interpretatio, quæ rei gerendæ conveniat, ſive, ut remotâ

impossibili conditione, institutio tanquam jure facta sustineatur & valeat, *l. in testamentis 12. ff. de R. I.*

Observandum autem hic venit, quod licet institutores hujusmodi fideicommissorum, in ipsa institutione apponere soleant verba conditionem denotantia, vel expresse conditionis mentionem faciant, & hac vel illa conditione fideicommissum ad successores deferant, institutio tamen illa non sit conditionalis, sed potius hac vel illa lege, pacto vel modo facta; quæ duo
261 inter sese differunt. Quamvis enim non tantum usu communi loquendi, sed etiam in jure nostro modus & conditio promiscuè sumantur, & modus in plurimis similis sit conditioni, & sæpè modus conditionem, & conditio modum significet, velut in *l. Mævia. 44. ff. de manumiss. testament. l. Titio 71. §. 1. l. libertis 108 ff. de condit. & demonstr. l. liberto. 21. §. Lucius 3. ff. de annuis legat. l. quæ*
262 *sub conditione 8. §. mortuo 7. ff. de condit. institut. l. 2. §. fin. l. 3. ff. de donat.* differunt tamen modus & conditio, ita, quod ea, quæ sub modo relicta, purè relicta sint, & statim competant, etiamsi modus iste nondum sit adimpletus, *l. libertas 17. §. hæc scriptura 2. l. Mævia. 44. l. Imperatores. 52. ff. de manumiss. testament. l. Titio 71. §. 1. ff. de condit. & demonstr. l. cerdonem 42. ff. de oper. libert. l. cum in testamento. 48. ff. de fideicom. libert. l. si tibi 19. ff. de legat. 3. l. 2. C. de his, quæ sub mod.* modò caveat fideicommissarius, quod modum vel legem istam adimplere velit, *l. quibus diebus 40. §. fin. ff. de condit. & demonstrat. d. l. si tibi 19. ff. de legat. 3.* confer *infra cap. 12. num. 21. seq.*

263 Atque ita fideicommissum familiæ sub modo relictum, modo isto non adimpleto non resolvitur, vel evanescit, nam absurdum foret, si fideicommissum hac lege, pacta vel modo institutum, ne alienetur, illud, possessore alienante, vel aliquod aliud non adimplente, annullari, & bona libera effici, sicuti in bonis majoratus scribit Molina *in Hispan. primogen. lib. 2. cap. 12. n. 7. & 8.* ubi addit, modum actum non resolvere, sed ad implendum ipsum modum restringere. Unde in simili scribit Bald. *in c. dudum n. 6. de Elect. in 6.* quod si aliquis fuit receptus in vicem, dummodò solvat datias & collectas, non resolvi civilitatem, sed posse compelli ad solvendum, & solutis datiis, vel collectis, ipsum gaudere commodis civilitatis, Molina *d. l. 2. cap. 15. n. 28.*

264 Secus verò est, quoad conditionem, nam hac non adimpletâ, vel pendente, legatum vel fidecommissum non debetur, *l. qui hæredi 44. §. fin. & tot. tit. ff. de cond. & demonstr. l. 1. § sin autem. C. de caduc. tollend. l. 2. C. de his, quæ sub mod.*

265 In dubio autem præceptum testantis vel disponentis appositum fuisse per viam modi, non autem per viam conditionis, arbitrantur per *l. quæro. §. inter locatorem. ff. locat.* Bartol. *in l. cum motu. num. 2. & ibi* Bald. Angel. Fulgos. Alex.

lex *num. 8.* Jason. *num. 8.* Dec. *num. 7.* Padilla *num. 8. C. de transact.* Paris. *cons. 19. num. 249.* Grat. *consil. 81. num. 7. lib. 2.* Molina *de Hispan. primog. lib. 2 cap. 12. num. 9.* hancque opinionem communem esse testatur Alex. *cons. 10. num. 4. lib. 1.* Padilla *d. num. 8.*

Modi & leges in fideicommissis familiarum plerumque esse solent. 1. ut vel unus solus succedat, & quidem senior, der Aeltiste deß Stammens und Namens / quale fideicommissum dicitur Majoratus; Vel ut primogenitus 266
tantum admittatur, quod primogenium, sive primogenitura dicitur: Vel ut proximior, der Nächste admittatur. Qui modi inter sese differunt, & quidem senior ille dicitur, qui in tota aliqua familia aetate major est, & alios nativitate antecedit; Primogenitus verò qui inter liberos quidem unius lineae sive ali- 267
cujus parentis de familia aliqua primum est natus, etiamsi alii ex alia linea ejusdem familiae seniores & aetate majores existant: & illa primogeniturae est 268
natura, ut de linea in lineam progrediatur, ita ut quotiescunque bona primogeniturae affecta lineam unius ex vocatis ingressa fuerint, secundo geniti vel alterius linea non admittatur, nisi omnibus prioris lineae deficientibus, & tota linea ingressi finita, Thesaur. *lib. 2. quaest. 12. num. 12.* Et ideo, quamdiu superest aliquis ex ea linea, in quam semel transitū fecit primogenitura, qui capax sit, tam diu caeterarum linearum personae repelluntur, Peregrin. *de fideicom. art. 27. num. 24.* Transit enim primogenitura de primogenito in primogenitum, sive de linea in lineam, Cephal *cons. 656. num. 50.* & primogeniti appellatione omnes illius descendentes in infinitum continentur, Paris. *cons. 72. n. 92. lib. 4.* & post lineam illam secundo geniti linea venit, Thesaur. *d. num. 12.* Et ita in primogenio fundamentum est ipsa primogenitura, ibique rectè dicitur, eundem esse seniorem, proximiorem & primogenitum; in majoratu verò contra praerogativa aetatis est fundamentum, & ille ad successionem vocatur, qui in familia post mortem possessoris major natu reperitur, Arnold. Engelbrecht. *de jurisdict. conclus. 141. lit. C.* Besold. *lib. 1. polit. cap. 6. §. 3. n. 18.* Et haec propriè majoratus est natura, ut semper natu maximus deque aliqua familia aetate major, etiam ex geniculo remotiore, succedat, Besius *de pact. famil. illustr. cap. 8. fol. 461.*

Sicuti etiam proximior der Nächste / differt à seniore dem Aeltesten; cum proximior esse possit is, qui tamen non sit senior, & proximior secundum gradum, senior verò secundum aetatem & nativitatis tempus dijudicetur. An au- 269
tem proximitas respectu fideicommissum instituentis, an verò ultimi possessoris attendenda, vide *infra cap. 9. num. 76. seq.* & si vocatus fuerit proximior, & plures sint in eodem gradu, an unus tantum admittatur vide *infra. c. 9. n. 14. seq.*

Ut plurimum autem fideicommissa familiarum ita institui solent, ut
270 vel senior, vel primogenitus de familiâ solus succedat, idque consultius & ad majorem familiarum splendorem facere ex sequentibus apparet. Nam ita apud omnes fere gentes, & sic jure gentium est comparatum, ut Imperium ex pluribus filiis uni tantum, & quidem primogenito deferatur, Peregrin. *de jur. fisc. lib. 1. tit. de iis, qui jur. fisc. hab. 2. num. 48. & seq.* Besold. *1. politic. cap. 6. num. 18.* cum teste Lucan. *lib. 1.*

271 *Nulla fides regni sociis, omnisq́ potestas*
Impatiens consortis erit: nec gentibus ullis
Credite, nec longe fatorum exempla petantur.
Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Cui consonat illud Statii Papinii *lib. 1. Thebaid.*

Ambitus impatiens, & sommo dulcius unum
Stare loco, sociisq́ comes discordia regnis.

Et illud Ovid. *de art. amand. lib. 2.*

Non bene cum sociis regna Venusq́ manent.

Nec non *Aristotel. lib. 12. metaphys.*

Multos imperitare malum est, Rex unicus esto.

272 Et regnum insociabile esse scribit Cornel. Tacitus *histor. August. lib. 2. &* Curt. *rer. gestar. lib. 9.* Et egregiè D. Hieronymus, in apibus, inquit, princeps unus est; & grues unum sequuntur ordine literario: Imperator unus: judex unus provinciæ: Roma ut condita est, duos fratres simul Reges habere non potuit: In Rebeccæ utero Esau & Jacob bellum gesserunt. Singuli Ecclesiarum Episcopi, singuli Archiepiscopi, singuli Archidiaconi; & omnis ordo Ecclesiasticus suis Rectoribus nititur, *c. in apibus caus. 7. quæst. 1.* ac naturam potestatis incommunicabilem esse, dicit Herod. Alex. *lib. 8.* Unde cum â Dario talentum per multa millia Alexandro offerrentur; peteretur que ut Asiam ex æquo divideret, diceretque Parmenio: Equidem acciperem si Alexander essem: Et ego quoque Alexander, inquit, si Parmenio essem. Dario autem respondit, neque terram duos soles, neque Asiam Reges duos tolerare &c. sicuti ex Plu-
274 tarch. refert Tiraquel. *de primog. quæst. 4. n. 24.* Et cum Lydis Crœsus imperaret, & in imperii consortium fratrem adhibuisset, tum quidam ex Lydis Crœsum his verbis allocutus dicitur: Omnium in terrâ bonorum, ô Rex, author est sol, nec quicquam extaret in terra sole non illustrante. Ac si gemini soles forent, periculum immineret, ne mox omnia conflagrarent; referente Dan. Otton *de jur. publ. cap. 15. fol. 579.* Si quoque unus semper populi Dei Princeps in Israel; solunus omnium syderum Princeps; unum sequuntur ducem cervi, uni parent Regi ârticulæ; unum in ordine volantes observant grues,

Et hanc unius gubernationem longè potiorem & naturalem magis esse, quàm multorum, tàm antiquiores, quàm recentiores scriptores, infinitis 224
propè rationibus confirmarunt, quas omnes commemorare, & dies & acharta me deficeret, & multis hoc comprobantes videri poterunt, Francisc. Patric. *in lib. de regno.* Jovian. Pontan. *lib. de obedient.* Cœl. Rodigin. *lect. lib. 13. cap. 27.* Luc. de Penna *in l. fin. C. de delat.* Ant. Corset. *tract. de potest. & excell. reg. quæst. 74.* Tiraquel. *de jur. primogen. in præfat. & quæst. 4. per tot.*

Quod primogenituræ jus in jure Divino fundatum est, *Deuter. 21. vers. 17.* 275
Genes. 27. vers. 29. Paralipomen. 2. cap. 21. vers. 3. Et Ordo non solùm naturæ ac divinæ legis, sed etiam omnium ubique gentium jus istud approbat, Naturâ 276
siquidem ita comparatum est, ut majores natu imperent, præsint, dominentur; juniores verò serviant, subsint & obediant, idque inter Bruta animalia observari, demonstrant Aristotel. *lib. 6. histor. animal. cap. 18.* Plinius *lib. 11. cap. 40.* Aelian. *de natur. animant. l. 3.* Et olim tàm apud Ægyptios, Moabitas, Albanos, Græcos, Athenienses, Macedones, Trojanos, Persas, Numidas, quam Germanos, omnesque alias gentes consuetudinem fuisse, hodieque adhuc esse, eandemque jure adprobatam, ut in his, quæ dignitatis sunt, primogenitus cæteris præferatur, demonstrant Tiraquel. *de jur. primog. in præf. n. 22. & aliquot. seqq.* Petr. Greg. Tholos. *de republ. lib. 7. cap. 5.* Bodin. *de repub. lib. 6. c. 5.* Ernest. Coth. *vol. 5. cons. 1. n. 202. & 28., & seq.* Idemq; 277
adhucdum hodiè observatur in Galliâ, Tiraquel *de jur. primogen. in præfat. n. 3.* ubi etiam generali consuetudine obtinere, præsertim inter nobiles, ut in successionibus longè melior sit conditio primogenitorum, quàm cæterorum refert, ex Oldrad. *cons. 224.* Bald. *in l. cunctos. vers. sed quæro C. de summ. trinit.* Hispaniâ; Oldrad. *cons. 94. col. ult. & cons. 2 1.* Alberic. *in l. donationes* 278
quas. C. de donat. int. vir. & uxor. Tiraquel. *d. præfat. num. 4.* Angliâ; Pet. à 279
Bella pertic. *§. fin. 1. de jur. nat. gent. & civ.* Cynus *in l. rescrip. a quæst. 3. in fin. C. de precib. Imper. offer.* Hungariâ; *c. licet. 6. X. de voto.* Tiraquel. *d. præfat.* 280
num. 6. Apuliâ, Bald. *cons. 275. col. 3 item, quia non debet. lib. 2.* Siciliâ; Andr. de Isern. *in c. 1. ad fin. tit de eo, qui sibi & hæred.* Bald. *in l. cum antiquioribus.* 281
col. 4. vers. & quia tales. C. de jur. deliber. Jason. *in l. quoties vers. illud etiam C. de* 282
rei vindic. Idemque apud insubres & plerosque Italiæ populos & civitates 283
obtinere, refert Tiraquel. *d. præfat. num. 1. & seq.* Et familias Italiæ illustres, apud quas jus primogenituræ viget, refert Raudens. *respons. 1. num. 83. lib. 1.* Cothman. *cons. 1. num. 265. seq. vol. 5.* Sabaudiæ quoque & Pedemon- 284
tium Ducatus divisionem penitus respuere, testantur, Purpurat. *cons. 317. n. 4.* Rubæ. *cons. 133. n. 1.* Cothman. *d. cons. n. 267.*

Hoc quoque primogenituræ jus hodie in Germaniâ viget in Archiducatu serenissimæ domus Austriacæ, Goldast. *de majorat. lib. 2. cap. 17. num. 12. & cap. 8. num. 4.* Cothman. *vol. 5. consil. 1. num. 281.* Bened. Carpzov. *de leg. reg. German. cap. 9. sect. 1. num. 6.* idque ex decreto Friderici I. cognomento Barbarossæ in Comitiis Ratisponensibus *de Anno 1136.* quod postea à Friderico II. in Comitiis Veronensibus *Anno 1245.* & à Carolo V. in Comitiis Wormatiensibus anno 1525. confirmatum, teste Goldast. *de majorat. lib. 2. cap. 17. n. 2.* Martin. Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 3. dissert. 5. conclus. 5. & ibi* Dn. Nicol. Myler. *in addit.*

286 In Ducatu Bavariæ, ex testamento Ducis Bavariæ sub. *11. Aprilis, anno 1573.* introductum est, ut primogenitus solus Ducatum possideat, reliquis fratribus exclusis, Arnisæ. *de republ. cap. 2, sect. 7. num. 35.* Cothman. *de respons. 1. num. 281.*

287 Idem de Marchionatu Badensi testatur Facultas juridica Friburgensis apud Zas. *cons. 20. lib. 2.*

288 Et in Ducatu Brunsuicensi pactis familiæ *anno 1553.* initis & ab Imperatore Carolo V. confirmatis, idem introductum esse constat ex traditis Nicol. Bets. *de pact. famil. illustr. cap. 9. vol. 521.* Knichen. *de Saxon. non prov. jur. verb. Ducum. cap. 3. num. 301.* Goldast. *de majorat. lib. 2. cap. 19. num. 3.* Coler. *de jur. Imper. sect. 61.*

289 De Ducatu Clivensi & Juliacensi, ex pactis occasione nuptiarum *Anno 1496.* Mariæ Juliacensis, & Johannis Clivensis initis, idem ex Authore actorum Juliacensium, tradit Besold. *de success. reg. lib. 1. dissertat. 6. num. 10.*

290 In familiâ Landgraviatus Hassiæ licet jus primogenituræ jam ante non obtinuerit, sed æqualiter inter omnes Hassiæ Landgravios administratio & emolumenta fuerint divisa, ipso tamen dominio ex civili possessione apud eosdem pro indiviso remanente, sicuti refert Oldendorp. *2. Marpurg. cons. 5. num. 97.* Reinking. *de regim. secul. & Eccles. lib. 1. clas. 4. cap. 17. num. 20.* nuper tamen vigore transactionis, vulgò deß Cassel und Darmstadischen Haupt Accords de anno 1628. id introductum esse refert Reinking. *d. l. num. 26.* Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 3. dissert. 5. conclus. 6. & ibi* Dn. Myler. *in addit.*

291 In Ducatu quoque Holsatiæ solus primogenitus succedit, Goldast. *de majorat. lib. 2. cap 18. num. 5.* Kranz. *lib. 7. Histor. Dan. cap. 41.* Spangenb. *lib. 4. Chron. Schaumb. cap.*.

292 In Ducatu Lotharingiæ, Arnisæ. *de republ. lib. 2. cap. 2. sect. 7. num. 35.*

293 Et licet Ducatus Megapolitanus olim divisioni obnoxius fuerit, nuper-

timè tamen singulari familiæ pacto jus primogenituræ introductum esse, re-
fert Reinking. *d. cap. 17. n. 34.* ubi idem in Pomeraniæ familiâ, eâ adhuc exi-
stente, obtinuisse refert.

Inclytum quoque Ducatum Würtembergicum sub hac verborum qua- 294
litate ab Imper. in feudum esse concessum, daß die Herrschafft zu Würtemberg
zu ewigen Zeiten / von Erben zu Erben / von einem Hertzogen zu Würtemberg auff
den andern / vnd allwegen auff den Eltesten ehelichen Mannlichen Leibs-Erben / vnd
nach eines Eltesten Absterben / auff desselben ältesten Sohn vnd Descendenten / vnd
also consequenter fallen solle / refert Besold. *differt. nomico-polit. lib. 1. differt. 6. num.
11.* ubi id prolixè in antiquis familiæ Ducatus Würtembergici pactionibus,
Uraci Anno 1473. & Minsingæ Anno 1480. erectis, ab Imper. Anno 1484. &
1492. & à Maximiliano I. Anno 1595. in conventu ordinum Imperii publico
Wormatiæ confirmatis, annotatum inveniri, refert Goldast. *de majorat. lib.
2. cap. 18. n. 2.* & hoc non tantum in Ducatu Würtembergico, sed etiam Co-
mitatu Montbelgartico obtinere & receptum esse, refert Besold. *lib. 1. polit.
cap. 6. num. 26. vers. 2.*

Idem primogenituræ jus in Electoratibus secularibus, veluti Regno Bo- 295
hemiæ, Palatinatu, Ducatu Saxoniæ, & Marchionatu Brandeburgico con-
stitutum est per Auream Bullam Caroli IV. *tit. 24.* §. dann man andere / *vers. &
ibi*: Darumb wollen Wir / vnd setzen das ewiglich zu halten / daß nun fürtan zu künff-
tigen Zeiten / die Edlen vnd Großwürdigen Fürstenthumb / als das Königreich Bö-
hem / Graffschafft der Pfaltz bey Rhein / das Hertzogthumb zu Sachsen / Marggraff-
schafft zu Brandenburg / vnd der Land-Gebieth / Huldigung / Dienstbahrung / vnd jeg-
liche die darzu gehören / wie die genand seynd / weder zertrennt / noch in einigerley Weg
nicht zertheilt werden sollen / sondern in jhrer gantzen Vollkommenheit bleiben ewiglich:
vnd der erstgeborne Sohn soll Nachkommen seyn in den Sachen / vnd jhm soll alle
Herrschafft vnd Recht folgen / rc.

Atque hinc licet hanc consuetudinem, ut solus primogenitus succedat,
reliquis exclusis, juri & rationi contrarium, & non admittendam esse cen- 296
seant, Cynus *in l. Barbarius. ff. de offic. Prætor.* Bald. *in l. omnes populi. col. 7. vers.
tertio quæro ff. de just. & jur.* Alex. *consil. 128. col. 4. vol. 1.* Aretin. *consil. 64. col. 3.
vers. confirmatur.* Contrarium tamen, & hanc consuetudinem validam &
observandam esse, asserunt Guil. Benedict. *in c. Raynutius verb. eodem testa-
mento. num 158. & 163. X. de testament.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 4. num. 13.* Jac.
de S. Georg. *in l. cum antiquioribus. col penult. vers. sed an valeat. C. de jur. delib.* Pa-
normit. *consil. 12. col. 3. vers. sed & dubium vol. 1.* Fachin. *consil. 26. num. 26.* Bertrand.
consil. 78. col. 1. vol. 3.

297 Et ſemper apud pleroſque populos prærogativam aliquam obtinuiſſe primogenitos nemo eſt, qui neget; Ita apud Judæos natu maximum de bonis parentum cuncta duplicia habuiſſe, conſtat ex *Deuteronom. 21. verſ. 17.* & refert Joſephus *antiquit. lib. 4. cap. 6.* Panormitan. *in l. licet. X. de voto.* Lucas de Penna *in l. 1. colum. 10. verſ. ad octavum. C. de privileg. eor. qui in ſacr. palat.* Alex. *conſil. 1.2. lib. 2.* Tiraquel. *de jur. primogen. in præfat. numero 12.* ad dextram patris ſedebant, Tiraquel. *d. præfat. numero 13.* utpotè, quæ validior & præſtantior. Tiraquel. *d. l. numero 15.* veſtem peculiarem habebant, & reliquis fratribus benedicebant, Johan. Andreas & Panormitan. *in d. c. licet. X. de voto.* Tiraquel. *d. l. numero 17. & ſeq.* ipſiſque primogenita pecorum debebantur, Martinus Laudens. *de primogenitur. in princip.* Socin. *conſil. 47.* Tiraquel. *de præfat. numero 20.*

298 Imo etiam animalia bruta, rationis expertia, & quæ ſolo appetitu naturali feruntur, fœtus primogenitos charius amare, ex *Homer. in Exord. lib. 17. Iliad.* refert. Tiraquel. *d. præfat. num. 43.* ubi *num. 44.* ex Ariſtotele *lib. 6. hiſtor. animal. cap. 18.* addit, ſcrofam, cum peperit, primam mammam porco, qui primus in lucem prodiit, præbere, tanquam omnium ſibi chariſſimo, quod etiam memorat Plinius *lib. 11. cap. 40.* Ac canes quoque maximo natu catulo jus primogenium tribuere tradit Ælian. *lib. 3. de natur. animal.* Tiraquel. *d. n. 44. ubi num. 45.* ejusdem cauſas addit.

299 Ad hæc in medicamentis, incantationibus, medicis remediis, & id genus aliis, quæ ex animalibus conficiuntur, plus habere virium & ponderis primogenita, & prima quæque cætera, & interdum ea ſolum in eas res prodeſſe, non etiam alia, pluribus demonſtrat, Tiraquel. *d. præfat. numero 52. & ſeqq.*

500 Seniorum & majorum quoque natu prærogativas quinquaginta recenſet Tiraquel. *de jur. primogen. d. præfat. numero 79. usque ad fin.* Veluti 1. quod ſint cæteris honoratiores, *num. 79. & ſeq.* 2. Prudentiores, *num. 89.* 3. In conſiliis junioribus præferantur, *num. 93.* 4. Majori authoritate polleant, *num. 105.* 5. Quod vetuſtas vim probationis obtineat, *numero 107.* 6. Quod ſenes ſine veniâ in jus non vocandi, *numero 108.* 7. Quod privilegiis egregiarum perſonarum gaudeant, *num. 109.* 8. Quod eorum nomina prius inſcribenda, *num. 110.* 9. Quod ante alios inſtrumentis ſubſcribant, *num. 111.* 10. In dicendis ſententiis præferantur, *numero 112.* 11. Primo loco ſedeant, *num. 115.* 12. Alioſque in eundo præcedant, *num. 118.* 13. Quod ſenior & antiquior in collegio, ſi præſes deſit, collegium convocet, *numero 119.* 14. Seniores in legationibus præferendi, *num. 122.* 15. Et non tantum in legationibus, *num. 123.*

16. Sed

16. Sed & alias semper, ubi unus præ multis loquitur, id munus seniori concedendum, *num.124.* 17. Apud seniorem communia instrumenta deponenda, *num.126.& seq.* 18. Et originale attestationum servandum, *num 136.* 19 Seniori filio claves & annuli relinquendi, *num.137.* 20. Et insignia domus ab ipso asservanda, *num.138.* 21. Filia senior prior maritanda, *num 139.* 22. Quod seniores habeant jus corrigendi propinquos, *num.141.* 23. Ubi aliorum consensus requiritur, seniorum adhibendus, *num 146.* 24. Seniores in eleemosynis præferantur, *num 147.* 25. Testes seniores junioribus prævaleant, *num.148.* 26. Virtutibus præsumantur excellere, *num.153.* 27 Senioribus peritis magis credendum, *num.155.* 28. Seniorum voces in electionibus & alias præferendæ, *num.156.* 29. In accusationibus præ aliis admittendi, *num.157.* 30. Sicuti & in alia veritatis inquisitione, *num.158.* 31. In libris corrigendis præferendi, *num.159.* 32. Mitius puniendi, *num.160.* 33. Non ab ipsis, sed à junioribus tortura incipienda, *num.162.* 34. Seniores in regimine hospitalis præferendi, *num.163.* 35. In Duces exercitus potius eligendi, *num.164.* 36. In cæteris quoque honoribus, officiis & dignitatibus aliis anteponendi, *num.165.& seq.* 37. Uti & in sacerdotiis, *num.182.* 38. Meliores præbendæ assignandæ, *num 187.* 39. In divinarum literarum interpretatione præ aliis audiendi, *num.188* 40. Et in aliis ipsorum dicta observanda, *num.189.* 41. Antiquorum consuetudo & mos servandus, *num.190.* 42. Seniores quoque rustici audiendi, *num.194.* 43. Seniori Domino pro omnibus à Vasallo fidelitas præstanda, *num.195.* 44. In servitiis Vasalli antiquior dominus præferendus, *num.196.* 45. Seniores magistri adolescentibus præficiendi, *num 198.* 46. Seniores à longis itineribus excusandi, *num.211.* 47. Inviti testimonium dicere non cogendi, *num.212.* 48. A multis muneribus excusandi, *num.214.* 49. Seniores Doctores junioribus præferendi, *num.215.* 50. Cumulatioribus privilegiis donandi, *num.216.* quæ omnia latius deducit Tiraquel. *d. loc.*

Primogenitura autem constituta esse intelligitur, 1. quando testator unum tantum vocavit, veluti filium, vel proximiorem unum, Menoch *consil.713.num.1.seq.* Molin. *de Hispan. primogen. lib.1.cap.5.num.34.* Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst.384.num.2.* ubi rationem hanc assignat, quod quando unus tantum succedere debet, illud de primo intelligatur, *l. boves §. hoc sermone. ff. de V.S. l. hæc conditio 10. ff. de condit. & demonstrat. l. eum qui calendis. §. fin autem ff. de V.O.* 301

2. Quando vel in ipsâ dispositione vel in præfationibus mentio fit de primogeniturâ vel majoratu, Molin. *d.cap.5.num.1.seq.* Menoch. *consil.713.num.6. & consil.803.num.4. & consil.926.num.1.seq.* 302

303 3. Quanda testator castrum in familiâ conservari disposuit, nam jure primogenii id fecisse præsumitur, Menoch. *d. consil. 713. num. 8. & consil. 915. n. 21.* Fusar. *d. quæst. 38;. num. 4.*

304 4. Si dictum fuerit, quod bona de primogenito in primogenitum, vel de majore natu ad majorem transire debeant, Menoch. *consil. 775. num. 1. 2. & consil. 1023. num. 7.* Molina *d. cap. 5. num. 39.*

305 5. Quando successivè vocati sunt primogeniti & post eos secundo geniti, Molina *d. cap. 5. num. 30.* Menoch. *consil. 904. num. 44.*

306 6 Idem procedere, si dictum sit, de gradu in gradum, tradunt Menoch. *d. consil. 904. n. 54.* Molin. *d. cap. 5. n. 32. & 38.* Fusar. *d. quæst. 384. n. 7.*

397 7. Quando testator vocavit priores, quia tunc primogenitos vocasse censetur, Menoch. *consil. 915.*

308 8. Quando testator imposuit onus deferendi arma & insignia familiæ, secundum Anchor. *consil. 113. n. 4.* Menoch. *consil. 106. n. 1.* Guid. Pap. *quæst. 467.* Molin. *d. cap. 5. n. 31.* Fusar. *d. quæst. 384. n. 9.*

309 Quod si ad fideicommissum vocatus fuerit major de domo, sive de familiâ, quæritur an vocatus sit major ætate, an verò major divitiis, vel dui dignitate alios antecellit? Et majorem ætate hoc casu vocatum intelligi, censent per *l. si pater. in fin. ff. de adopt. l. eum qui in princ. ff. de interdict. & releg.* Felin. *in rubr. de major. & obed num. 26.* Dec. *in c. cum omnes. X. de constitut.* Paris. *consil. 19. num. 125.* Menoch. *consil. 211. num. 26. & 4. præs. 92. num. 1.* Honded. *consil. 70. num. 12. lib. 2.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 1. num. 10.* Mantic. *de conject. ult. vol.*
310 *lib. 8. tit. 10. num. 1.* Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 383. num. 1.* Idque maximè procedere, quando vocatus major natu, tum enim disponentem de seniore & ætate majore sensisse, ipsa verba ostendunt, *c. lex est. distinct. 2. l. qui cum major. ff. de oper. libert.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 1. in fin.* Honded. *consil. 70. num. 13.*
311 *lib. 2.* Et hoc casu majorem ætate excludere defuncti majoris filios, concludunt Alex. *consil. 4. per tot. lib. 4.* Petra *de fideicommiss. artic. 12. num. 86. vers. quod si major.* Fusar. *d. quæst. 383. num. 5.* Et quando major natu vocatus, excluso nepote patruum natu majorem succedere, communis Dd. est conclusio, Peregrin. *consil. 33. num. 14. seq. & consil. 64. num. 10. lib. 2.* Honded. *consil. 70. lib. 2.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 40. num. 160.* Vinc. Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 387. num. 39. & seq. & ibi allegat.*

312 Quod si testator digniorem vocaverit, dubitatur an major ætate, vel divitiis, vel miles, vel in aliâ dignitate constitutus sit præferendus? Et judicis arbitrio relinquendum esse discernere, quis si dignior, tenent Dec. *in c. sedes num. 8. X. de rescript.* Petra. *de fideicommiss. quæst. 13. num. 602. vers. circa primum.*

Quod

Quod si tamen testator rationem bona in agnatione conservandi habuit, illum digniorem censeri, qui ditior esset, cum ab ipso agnationis dignitas & nobilitas melius conservaretur, censent per *l. si quis à liberis in fin. princ. ff. de liber agnosc.* Petra *de fideicommiss quæst. 13. num. 602. vers. circa primum.* Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 383 num. 9.* Et si non constet, quis sit dignior, possidentem digniorem præsumi, scribit Cephal. *cons. 606. num. 6* Seniore autem vel 313
digniore de domo vocato, seniorem de familiâ, nullâ proximitatis ratione habitâ, admitti, tradit Anchoran *cons. 27. num. 6.* Gratian *discept. for. cap. 645. n 7. & 8.* Fusar. *d. quæst. 383. num. 13.*

II. Adjici solet fideicommissi constitutioni quandoque quod in eo plu- 314
res simul succedere debeant, *l. omnia. 32. §. fin. l. peto. 69. §. fratre 3. ff. de legat. 2.* ubi quæritur, an ipsi ordine successivo, an verò simultaneo, sive uno eo- 315
demque tempore succedant? Et pro successivo ordine, si testator plures, inter quos ordo cadit necessitatis, puta filium suum & ex eo nepotem, ejusve descendentes, & posteros vocaverit, concludunt Clarus *§. testamentum. quæst. 80. num. 3.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 17. num. 5. seq.* Gomez. *1. var. resol. cap. 2. num. 4.* Menoch. *4. præsumpt. 79. num. 3.* Idem est, si plures per nomen appellativum invitaverit, inter quos ordo & gradus succedendi est, & tamen non evertatur natura nominis, si ordine successivo vocentur, veluti si quis fratres utrinque conjunctos & consanguineos tantum habens, fratres vocaverit, tunc enim omninò fratres utriusque vinculi præferentur fratribus uno tantum vinculo nexis, Peregrin. *d. art. 7. n. 34.* Menoch. *4. præsumpt. 75. n. 21.* nisi testator omnes fratres vocasset, quo casu consanguinei æquè, ac uterini fratres pariter admittendi, Peregrin *d. l.* Vel nisi vis pluralis numeri requireret, ut unà & simul admitterentur, veluti si unus tantum extet frater germanus, Peregr. *d. n. 34.* Menoch. *d. præs. 75. n. 22.*

II Interdum quoque fideicommissum familiæ ita constituitur, ut inter 316
fratres illustres commoditas territorii separetur, exercitium verò jurisdictionis in seniorem, cum emolumento quodam transferatur, Besold. *Nomico-polit. lib. 1. dissert. 6. num. 12.* vel fratres annis alternis, vel triennio provincias administrent Johan. Lauterbach. *in Principe Christian. cap. ult. num. 131.* cujus-
modi gubernatio vicissitudinaria Germanicè dici solet ein Mutschierung / vel 317
Mutscharung / Goldast. *de majorat. lib. 1. cap. ult. numer. 21.* Besold. *d. numer. 12. & thesaur. practic. verb.* Mutschierung. Vel etiam ita constitui 318
solet, ut administratio duobus fratribus simul committatur, reliquis fratribus mediante assignatione certorum proventuum, à gubernatione & successione exclusis, Besold. *d. n. 12.* vel etiam, ut emolumento- 319

 rum

rum & fructuum perceptio dividatur, ipsa tamen Realium & jurisdictionis
319 substantia apud omnes in solidum maneat: Ita in Hassiâ administratio & emolumenta inter agnatos hactenus sunt divisa, ipse tamen Landgraviatus, & tàm possessio civilis, quàm dominium ipsum totius ditionis Hassiacæ, cum pertinentibus Commitatibus, ditionibus & præfecturis ad omnes Hassiæ Landgravios æqualiter & pro indiviso pertinuit, & divisio facta, administrationem, emolumenta & naturalem possessionem respiciunt, teste Reinking. *de regimin. secular. & Eccles. lib. 1. class. 4. cap. 17. numer. 19. seq.* Quod tamen hodie secus & in eâ familiâ jus primogenituræ introductum esse, dictum est, *supra num. 290.*

320 IV. Quandoque etiam in fideicommissis familiæ Divisio nominatim prohiberi solet. Quamvis enim per ipsam fideicommissi constitutionem & alienationis prohibitionem ipsa rerum fideicomissariarum divisio prohibita non censeatur, *infra cap. 16. num. 201. & seq.* cum tamen hujusmodi fideicommissorum finis sit dignitas familiæ, bonorumque in eadem conservatio, hæc autem maximè fiat, si patrimonia unita & indivisa conserventur, solent fideicommissi institutores divisionem nominatim prohibere, & providere, ut bona fideicommissaria in communi & indivisa possideantur; cum per divisionem bona dismembrentur, diminuantur & ad destructionem deducantur, *c. majoribus 8. c. d. dilecto. X. de præbend.* ac divisione dignitas familiæ,
321 ejusdemque memoria, ac universa patrimonia destruantur & corrumpantur, Hostiens. *in c. licet. & ibi* Joan. Andre. *X. de voto.* Socin. *cons. 47. num. 5.* Molin *de Hispan. primogen. lib. 1. cap 11. num. 4.* per unionem verò bonorum eadem conservetur, illustrior, augustior & fortior reddatur, virtus namque
322 unita, teste Philosopho, fortior est seipsa dispersâ; & omnis dualitas ad destructionem subjecti, unitas autem ad conservationem ejusdem ordinatur, Tiraquel *de jur. primogen. lib. 1. cap. 11. num. 5.* & potentiam in unius personâ unitam fortiorem & efficaciorem esse ad res magnas gerendas, scribit Nicol. Betsius *de pact. famil. illustr. cap. 9. fol. 535.* atque ita ex crebra & toties repeti-
323 tâ bonorum divisione, principales familiæ, si non planè intercidunt, saltem ita attenuantur, ut pro dignitate statum & conditionem suam tueri amplius non possint, nec adversariis resistere & onera imperii ferre queant, Gail. *2. observ. 153. num. 2.* Bald. *in auth. hoc amplius, C de fideicommiss.* Oldrad. *cons. 237. num. 2.* ubi ait, divisio in Baroniis locum non habet, ne per divisionem minuatim diviso obsequio, Dominus servitio debito fraudetur, Rol à Valle *cons. 80. num. 5. vol. 1.* Chassan. *in consuet. Burgund. rubr. 3. §. 6. num. 9.* Quod etiam fatentur *Imp. Theodos. & Valentin. in l. meminimus. 2. & ibi: sed multi*

tanquam

tanquam corrumpendi totius patrimonii occasione captata unius cujusq; rei particulam sibi vindicando, adeo totas dilacerant facultates, ut dum participibus relictarum opum nocere cupiunt, sua quoq; jura præcipitent C. quando & quibus quart. pars. nihil enim tam magnum, quod per divisionem non fiat parvum, Bald. *in auth. hoc amplius num. 8. C. de fideicom.* Gail. *d. observ. 153. num. 5.* & diminutio bonorum, inducat etiam diminutionem dignitatis, sicuti conservatio bonorum conservationem dignitatis & honoris inducit, Vultei. *1. Marpurg. conf. 54. num. 11.* 324

Unde egregiè Leopold. de Northoff. *in Chron. Comitum de Marcka ad Comitem Engelbertum* ita scribit: Ad pacificam terræ gubernationem & defensionem, inter cætera expediens esse puto, ut ipsius Comitatus de Marcka unitas indivisibiliter conservetur; videlicet ut castra, jurisdictiones & districtus per unam tantummodò, & non per plures Comites gubernentur. Sic enim pax in terrâ poterit conservari; sic contra vicinos Dominos, & alios extraneos invasores, tantò fortius defensari; quod fieri non posset, si in seipsâ esset divisâ. Nam si dividatur, tum una pars subditorum uni Domino, altera pars alteri Domino adhærebit, & tantò terra ad se defendendum erit debilior contra adversarios extraneos, quando sic esset divisâ, quæ huc usque unita fortiter & viriliter se defendit, &c. referente Besold. *nomico-polit. lib. 1. dissert. 6. num. 17.*

Imò divisionem non tantum familiis, sed imperio quoque damnosam esse, cum indè eveniat, ut præter nudum dignitatis nomen & titulum vix aliquid reliquum sit, scribit Gail. *d. obs. 153. num. 3.* Quod etiam confirmat Euphorm. Satyr. *in Icon. animor. cap. 5. pag. 10.* ita scribens: sed divisæ inter agnatos familiarum opes ingentium titulorum magnitudinem sæpe non æquant, quippe haut multo secus provincias atque dynastias, quam privatæ sortis hæreditatem dividunt. Eo modo Saxoniæ Principatum forte plures hoc seculo fratres inter se spargebant, & quoniam res ardua erat, legum & consuetudinum periti his advocantibus convenere; quibus in conclavi sedentibus cum litigantes fratres adessent, emotæ mentis vir, sed innoxia, jucundaque insania consuetus delectare audientes, in id secretum perrupit, quem grandior natu ex Saxonicis fratribus intuens (nam is illius aulæ cibisque assueverat) vis autem & tu, inquit, sententiam dicere, de hercíscundæ familiæ rebus? At ille, & quid in, inquit, velim? Expectaverant omnes ab amente ridiculi leporis venustatem. Igitur rogare perseverant, ne in tanta re suum consilium deesse pateretur. Sed ipse negabat, nisi vestis, qualem juris periti induebant, sibi daretur, tantæ consultationi misceri; cum illa, se sapientiam esse sumpturum. Hilarior genius omnes invaserat, adeò ut ipsius quoque herus, non sine ma- 326

ximo risu, juberet, de penu sua produci suffultam pellibus togam, injicique cupienti; quam ut ille curiosè aptavit, bis terque per triclinium spatiatus, rogare Dominum cœpit, ecquid se illa vestis deceret? Egregie, inquit, sed super est, ut his rebus, quæ inter nos agitantur, tua sapientia modum imponat, ille brevem in se moram esse respondit; in proximum conclave paulisper abiturum: illic se melioris sapientiæ spiritus ad consilium accersere velle: Cum eo secessisset, adduxit repente ostium, ne quis arbiter prudenti nequitiæ interveniret; exuitque illam togam & gladiolo, quo erat accinctus, ab humeris ad fimbriam, in longas & exiles partes execuit. Ita laceram cum sibi itterum injecisset, reserat fores, prrvenitque ad Dominum, & intueri rursus jubet, quam ornatus incederet. Iracundia arcuit risum, quia pretiosa erat vestis, quæ ita in partes perierat; & ô te vecordem, inquit, flagellis que scindendum! nihil verò timuisti dominicæ vesti furiosas manus afferre? Neque ille conterritus; ridiculum, inquit, cum vos multo periculosius insaniatis, tam graviter mihi irasci. Hæc est vestræ fortunæ imago, quam indui; multoque stolidius Saxonicum Principatum perditis, quam ego hanc togam. Incolumis me decebat, ridetisque discerptam. Ita Saxonia integro corpore viget, armis & opibus gravis; cum eam per partes laceraveritis, nemo pristinam dignitatem agnoverit. Hactenus ille. Et porrò divisam rem nequaquam adeò potentem esse atque unitam, per se constat, & scribunt Bald. *in c. cum omnes num. 4. in fin. ff. de constit.* Decian. *respons. 73. num. 9. vol. 2.* Unde Justinus *lib. 21.* firmius inquit, futurum est regnum, si penes unum remanserit, quam si portionibus inter plures filios divideretur. Et Albert. Krantzius *in Vandalia libr. 8.* Si Principatus, ait, per Germaniam indivisi manerent, longè formidabilior esset virtus ejus, quam si multis partibus sit demembrata. Et divisiones Regnorum, tam regiis familiis, quam ipsis regnis semper exitiosas & perniciosas fuisse, post Johan Tititum *de reb. Galic. lib. 2. fol. 117.* scribit Nicol. Betsius *de pact. fam. illustr. cap. 8. fol. 326. & 346.*

326 Atque hinc etiam jure feudali constitutum est, quod Ducatus & alia feuda regalem dignitatem annexam habentia non dividantur, *c. imperialem §. præterea Ducatus. de prohib feud. alien. per Frideric. 55. & ibi* Feudistæ *comm.* Tiraquel. *de jure primog. quæst. 4. num. 21.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. membr. 1. conclus. 55. num. 1. & ibi in not. lit. a. & ibi allegat.* Schrader. *de feud. part. 8. cap. 2. num. 30.* Gail. *2. obs. 53. num. 6.* Bocer. *de jur. succed. in feud. cap. 3. quæst 43. per tot.* ubi aliorum distinguentium sententias refert & rejicit. Indeque S. Bernhardum à Panormo

327 petenti cuidam Comiti successionum leges, respondisse, inter rusticos arbitrarias esse; mercatoribus commune utilius, quam divisum; in Nobilibus au-

tem familiis, maximè ſi potens ſit dominium, Regnum, Ducatus, & ſi quid eſt
ejusmodi ,; oportere unicum & proximum hæredem ſuccedere, refert ex Jo-
han. Titio *in comment. de reb. Gall. lib. 2. de filiis Regum, eorum aſſignat. & benefic.*
Nicol. Betſius *de pact. famil. illuſtr. cap. 9. fol. 533. in fin. & ſeq.*

Nec obſtat, quod nemo vel ad inchoandam bonorum communionem,
vel ad perſiſtendum in eâ compelli poſſit, *l. ſi non ſortem § ſi centum. ff. de condit.* 328
indeb. l fin. C. commun. divid. adeò, ut ne quidem expreſſa conventione per pa-
ctum effici poſſit, ne unquam bonorum diviſio fiat, ſed ut in communione
perpetuo ſtetur, *l. in hoc judicium. § ſi conveniat. & ibi* gloſſ *& Dd. ff. comm. divid.*
Bart. *in l. ſi convenerit. ff pro ſoc.* Jaſon. *in d l. ſi non ſortem §. ſi centum. ff. de cond. indeb.*
Hen. Gœden. *conſ. 19. n 10. & conſ 70. n. 1* Tuſch. *lit. D. concluſ. 542. n. 23. ſeq. & per tot.*
Beſold. *conſ. 249 n. 11.* Vinc Fuſar. *d. fideicom. ſubſt. quæſt. 707. n. 4. & ſeq & n. 19* cum
communio diſcordias excitare ſoleat, *l. cum pater. 77. §. dulciſſimis 20. ff. de legat.*
2. l. in re communi. 26. ff. de ſerv. præd. urb l ſancimus. 34. § ne autem C de donat.

Reſpond. Nam ex certâ aliquâ & rationabili cauſâ, ut hic eſt familiæ 329
conſervatio, conſuetudinem induci, vel conventione conſtitui poſſe, ne res
dividantur, probat Regner. Sixtin. *3. Marpurg. conſ. 11. num. 12. ſeqq.* ita enim non
habita ratione diſcordiæ, quæ ex communione oriri dicitur, unus conſortum
amplius diviſorio judicio agere prohibetur, ſi alienatio judicii mutandi causâ
in potentiorem facta fuerit, *l fin. ff. de alienat. judic. mut cauſ. & ibi* Bart. & Bald.
Et ſic licet ex inæqualitate inter liberos ſervata contentiones oriantur, *l. fra-
tres. & ibi* Bald. *l. de fideicom. C. de tranſact. c. juſtam eſt, cauſ. 23. quæſt. 3.* & ideò le- 330
gibus cautum, ut æqualitas inter liberos ſervetur *l. 1. C. unde vi. l. cum poſt. § fin.
ff. de bon. poſſ. contr. tab. l. pen. C. comm. divid. l. inter filios. C famil. erciſc.* ex certâ ta-
men causâ, & quo illuſtrium perſonarum dignitas ſplendidior conſervetur,
Imper. Fridericum conſtituiſſe, ſolum primogenitum, fratribus reliquis ex-
cluſis, in Regno, Ducatu, Comitatu, aliisque feudis regalibus ſuccedere & di-
viſionem prohibitam eſſe, ex jam dictis conſtat. Idque etiam ſpeciali conſue-
tudine effici poſſe, tradunt Bart. *in l. cunctos populos & ibi* Bald. & Jaſon. *C. de
ſumm. Trinit.* Bald. *in l. antiquioribus. C. de jur. delib.* Sixtin. *d conſil. 11 n 27.* Hinc
præceptum de non dividendo in perpetuum, valere & ſervandum eſſe, quan-
do teſtator affectionem habuit ad rem, ut in caſtro, domo, vel palatio, quod
commodam diviſionem non reciperet, tradit Peregrin. *de fideicom. art. 11. num.
80. in fin.* Fuſar. *d. quæſt. 707. num. 203.*

Sed quæritur, ſi teſtator juſſerit bona ſua poſt mortem hæredis inſtituti
in diviſa ad proximiorem agnatum pervenire, & plures ſint in eodem gradu, 331
cuinam bona illa debeantur? Et hæc omnibus deberi ita, ut bona non qui-
dem

dem quoad proprietatem, sed quoad usumfructum dividantur, consultus respondit Tib. Decian. *consil. 71 vol. 3.* nisi testator dixerit, quod uni ex proximioribus indivisa restituenda, quo casu seniori masculo vel digniori deberi putat. *arg. l. fin. ff. de fide instrum.* cum in dubio testator de majore natu sensisse præsumatur, Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 10. num. 5.*

332 V. Quamvis etiam alienationis prohibitio tacitè fideicommissis familiarum insit, etiamsi de ea specialis mentio non fuerit facta, ut dicetur *infra cap. 11. num. 1. & seqq.* eadem tamen plerumque in vim majoris efficaciæ expresse adjici solet, ut videre licet, *in l. peto 69. §. fratre. 3. l. cum pater. 77. §. libertis. 27. l. penult. §. instituto 15. ff. de legat. 2.* Indeque consultum esse scribit Nicol. Betsius *de pact. famil. illustr. cap. 4. fol. 62.* ut ad exemplum Impp. Diocletiani & Maximiniani *in tot. tit. C. de alienat. judic. mut. caus. fact. & l. censemus. 4. C. de litigios.* in pactis familiaribus hujusmodi alienationes omninò nullæ declarentur, adjectis clausulis pœnalibus annullativis & executivis, ut nempè ille, qui hujusmodi alienationem fecit, jure suo cadat, ad exemplum ejus qui in potentiorem patrocinii causâ actionem transtulit, de quo *tot. tit. C. ne lic. potent. & tit. seq. si quis potent.* Et liceat agnatis, propriâ, aut judicis authoritate rei alienatæ possessionem apprehendere, & ita ejus dominium in se transferre; vel si adversarius potentior sit, quam ut agnatorum viribus ad rei alienatæ restitutionem cogi possit, Imperator aut ejus loco Camera Imperialis adita, authoritatem suam, sine strepitu aut observatione ulla judicii, declarando alienationem nullam, mandatis pœnalibus, interponere debeant, ut adversarius accepto pretio, si ignoranter, & sine dolo, bona in se transtulerit, si verò scienter & dolosè in fraudem legis, sine pretio, ea familiæ restituere cogatur, juxta *l. 7. & 8. ff. quæ in fraud. credit.* ubi paulò post addit *Betsius*, ut hujusmodi pactiones & conventiones robur suum plenè, & in omnibus punctis consequantur, & effectum producere possint, confirmatione Imperatoris cum clausula decreti irritantis omninò in hoc articulo indigere, ut evitetur illud, rem inter alios actam aliis non nocere, & suppleatur omnis, qui prætendi posset, jurisdictionis defectus.

333 Non inutiliter quoque clausulam mutuæ hypothecationis & constituti possessorii ab illustribus familiis ejusmodi pactis inseri scribit Betsius *d. loc. folio 64.*

334 Licitè autem hujusmodi alienationis prohibitionem tàm testamento, quàm conventione fieri posse, non videtur magnum habere dubium, cum ut *supra num. 252.* dictum, quilibet sit rei suæ liber arbiter & moderator, eique, quam vult, legem imponere possit. Et licitam hujusmodi alienationis prohibitio-

hibitio-

hibitionem de jure esse, apertè docent *l. filiusfam. 114. §. Divi 14. ff. de legat. 1. l. peto. 69. §. fratre. 3. l. Lucius. 88. §. instituto 15. ff. de legat. 2. l. pater filium. 38. §. fundum. 3. ff. de legat. 3. l. fin. C. de reb. alien non alien.* Ventur. de Valent. *lib. 2. Parthen. litigios. cap. 11. num 27.* Jacob. Orloshaus. *in respons. an fæmin. ab eis ve descendent in succeß. regnor. admit. c. 33 per tot.* Dyonis. Gothof. *lib. 2. de tutel. Elect. test. a sert. 19. n. 7. & lib. 3. object. 13.* Natta *cons. 18. n 1. lib. 3.* Decius *cons 182. 218. & 383.* Decian. *cons. 6. & 7. vol. 1.* Tiraquel. *de retract. part. 13. gloss. 3. quæst. 8.* Reus *decis. 11. n. 3. seq.* Eandemq; adeò validam esse, ut ne quidem huic favori renunciari possit, tradunt Bart. *in d. §. Divi. in fin. & ibi* Jason. *lect. 1. in fin.* Dec. *cons. 40. n. 25.* Hering. *de fidejussor. cap. 1. num. 89.* Adeoque favorabilis esse judicatur, ut si probetur intentionem fuisse testatoris, prohibere omnem alienationem, ad hoc, ne bona avita ullo modo ejus familiam exeant, intentio illa debeat quoque 335
ampliari & extendi ad casus & personas ibi non comprehensas; Cravet. *cons. 227. num. 3.* Socin. *cons. 43. col. 3. vol. 3. & consil. 249. col. 20. in fin. vol. 2.* & is, qui contra hanc prohibitionem testatoris alienat, nihil agat, sed quicquid facit, inutile & irritum sit, *l. Lucius. 88. §. instituto. 15. ff. de legat. 2. l. fin. C. de reb alien. non alien.* Roman. *cons. 356.* Pract. Ferrar. *in form. libet. in act. real. verb. veris ac legitimis. n. 21.* Thom. Grammat. *decis. 93. n. 1. seq.* Et hæc tantò fortius procedere, si testator non solum bonorum suorum alienationem prohibeat, sed etiam simul jubeat quod ea in familiâ permanere debeant, Bart. *in l. pater filium. §. fundum ff. de legat. 3.* Dec. *cons. 481. num. 3.* Hering. *d. cap. 1. num. 93.*

Nec hæc alienationis prohibitio probabili & urgente ratione destitui- 336
tur; quod non tantum lugubre & deplorandum videre antiqua majorum prædia in extraneas manus devenire, *l. in fundo. 38. ff. de rei vind.* sed etiam turpe domum familiæ alienare, in quâ pater defecit, minor crevit, ut loquitur Imper. Augustus *in l. lex quæ 22. §. nec verò C. de administr. tut.* Gail. *2. observ. 19. in princ.* & audire illud lamentabile Pophetæ Jeremiæ *Thren. 5. vers. 2.* Hæreditas versa est in alienos: domus nostræ ad extraneos. nec non illud *Maronis: veteres migrate coloni.* confer *infra cap. 7. num. 1. seq.*

Atque hinc etiam olim apud Romanos non licuit hortum vel agrum 337
alienare, nisi prius pararetur alius non minoris proventus, Francis. Patric. *lib. 1. de republ. tit. 7.* Johan. Casus *lib 2. Sphær. civitat. cap. 5. distinct. 2.* Et Locrensium 338
lege olim prohibitum fuit, avitas hæreditates vendere, alienare, hypothecare, vel alio quovis modo distrahere, teste Aristot. *2. polit. 5.* Sic quoque rerum avitarum hæreditariarum immobilium alienationem statutis Lubeccensibus districtè prohibitam esse, docest Ernest. Cothm. *vol. 3. respons. 11. per tot.* idemque

statutis Hamburgensibus dispositum esse refert idem Cothman. *vol.3. respons. 45.num.77.* Et hoc olim quoque in veteri testamento obtinuisse, constat ex dictis *infra cap. 7. num.3. & 72.*

339 Et hujusmodi alienationis prohibitionem hoc exulceratissimo seculo multis familiis valdè profuturam fore, experientia testatur. Plurimi enim hodie reperiuntur, qui statim à morte parentum, ubi rerum potiri incipiunt, non aliter, ac si Pythio vel Crasso (qui tamen & ipse ad extremum eo pervenit miseriæ, ut ab occurrentibus dives per jocum salutaretur, teste Valer. Maxim *lib. 6. cap. 11.*) essent ditiores, laborant, ut, mente gaudio diffusa, & velut natante, & tanquam ipsi mox morituri, bona avita, multis sudoribus parta, & hactenus conservata, alienant, decoquunt & quasi abliguriunt, ut de magno sæpè patrimonio, vix testam, quâ ignem sibi petant, relinquant, juxta Cornificium apud Herenn. *lib. 4.* Cur igitur huic malo maturè occurrere & remedium quærere non liceret. Cum etiam Reipubl. plurimum intersit, ut homines rebus suis benè moderateque utantur, Plato *de legib. lib. 3.* Et si inter nos quoque avita prædia alienare non liceret, plures erigerentur, & reviviscerent, Illustres & antiquæ familiæ, quam hac licentiâ everterentur: non tot heluones & minus frugi Nobiles reperirentur, qui de die in diem suffocati, a vita sua patrimonia quasi evomunt; populus & villæ in pastiones non venirent, suorum majorum pagos quisque sibi suisque vel invitus retineret, non in paucorum manus cum mediocritate dispositæ transirent possessiones; & in una domo coacervarentur maximæ.

340 Nec his negocium aliquod facessit, quod alienationis prohibitio sit o-
341 diosa pertradita *infra cap 7. num. 82.* & scandalosum, iniquum, juri prorsus contrarium, ac cum utilitate & bono publico pugnans, ingenuis hominibus non esse liberam facultatem de rebus suis liberè disponendi *l. 2. ff. si quis à parent.*
342 *manum.* Jason. *in l. 1. num. 23 ff. de adopt.* Borcholt *de feud. cap 5. num. 41* Ex quo etiam in Camerâ Imper. Decreta fuisse mandata inhibitoria sine clausula, de non impediendo fieri venditionem vel alienationem, in causa Frantzen und Burckharden von Cran / contra Herrn Julium Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg / anno 1582 item in causa Ilsen / geborner von Saldern / Wittiben von der Schulenburg / contra eundem Ducem, *2. Decembr. anno 1589.* & in causa Clausen von Alefeld / Otten von Seestät / auch Hauß Rantzowen / die alienation deß Adelichen Sitz und Guts Pardel betreffend, *1. Iunii anno 590.* refert Hering *de fidejussor cap. 1 num. 100.* Respond. Si quidem his non attentis, nihilominus parens, vel etiam testator à lege potestatem habet, quod ob familiæ suæ conservationem & affectionem quam erga bona avita habet, liberis suis posteris

corun-

eorundem in extraneos alienationem prohibere possit, sicuti ex præcedentibus constat. Et cum parens vel testator hujusmodi rerum suarum, dum est in vivis, liber sit moderator & arbiter, ipsisque legem, quam vult, adjicere possit, utique & talem, ne easdem successores alienent, ex justâ causâ adponere poterit.

Atque ita juris regula, de rebus suis liberè disponendi, eatenus procedit, 343
quatenus jure, lege vel ratione & justâ de causâ non prohibeatur. Pruckman. *de regal.* §. *soluta potestas. cap. 1. membr. 2. effect. 6. n. 42.* Sic enim dominium definitur, quod sit jus, seu facultas de re sua perfectè disponendi, nisi quatenus lege prohibemur, Bart. *in l. si quis vi.* §. *differentia. n. 6. ff. de adquir. poss.* Petr. Peck. *de testam. conjug. lib. 5. cap. 4. num. 2.* Indeque etiam illud liberum est, & manet, 344
quod sub certâ lege liberum & licitum est, Hering. *de fidejussor. cap. 7. n. 223.* sic enim matrimonia sunt libera, sed tamen sub eâ lege, ut parentum consensus præcedat & interveniat, *princ. I. de nupt.* donatio & liberalitas omnibus est permissa, *l. donari. ff. de donat.* in officiosa tamen donatio lege prohibita est, *tot. tit. C. de inoffic. donat.* Testandi facultas libera est, *l. 1. C. de SS. Eccles.* sed tamen sub certis legibus, *l. testandi. C. de testament.* & sic tuum aliquid est, etiamsi tu lege vetante id liberè alienare non possis, *l. si prædium. C. de jur. dot.* unde non est argumentum, ideò aliquid tuum non esse, quia vendere non potes, quia consumere, quia mutare in deterius, aut melius non potes; tuum enim est, quod sub lege certa tuum est, inquit Seneca *de benef. lib. 7. cap. 12.* Atque hinc etiam alienationis prohibitionem, quæ fit pro conservatione familiarum, non esse odiosam, constat ex dictis *supra n. 33. & infra cap. 7. n. 85 seq. & 96.*

Atque hujusmodi alienationis prohibitio non tantùm in Nobilibus & 345
Illustribus, sed etiam Regiis familiis obtinet, sicuti de Galliæ Regno testatur Claud. Sesellius *de republ. Gallic. lib. 1. fol. 270.* Tria, inquiens, sunt frena, quibus Regum nostrorum potentia coërcetur: Primum Religio; secundum jurisdictio & administratio justitiæ; tertium frenum est politia. Hæ sunt leges atq; decreta, quæ Galliæ Reges alii post alios fecerunt ac confirmarunt singulis temporibus, neque temerè illis derogant, ac si faciant, populum non sint habituri obsequentem: Imprimis, quod attinet, ad ipsorum, hoc est Regni Galliæ, patrimonium, quod ipsis alienare non licet, nisi magnâ cogente necessitate, quæ multâ senatus deliberatione adeò curiosè examinatur & disquiritur, ut propter incertitudinem venditionis, pauci earum rerum aliquid sibi emendum & subeundum periculum putent, & hoc quidem Rex se ipsum servaturum, & ab aliis, ut observetur, præcepturum, cum ad ipsum Imperii summa

defertur, solemni jurejurando pollicetur, &c. Quod etiam brevis refert Joh Tilius *in comment de reb. Gallic. lib. 1. fol. 117.* dum ait; quæcunque ad dominium regni pertinent, non posse alienari, ideoque dominium illud à quibusdam cum tunicâ vacante futuris, & indivisâ comparari. Hinc cum Anno 399. Franciæ Rex Carolus IV. Comiti San-Paulino particulam quandam dominii sui sive donasset, sive ex alia causâ cessisset, Senatus Parisiensis pro vetere Veteris Parlamenti jure intercessit, regiique dominii alienationem, nisi author Senatus Parisiensis fuisset, nullam pronunciavit, Goldast. *in polit. Imper. part. 14. pag. 647.*

346 Idem in Imperio nostro Romano obtinet, ubi Imperator juramento promittere tenetur, se absque consensu Electorum non tantum bona Imperii nec oppignoraturum, nec venditurum, nec quocunque modo alienaturum, sed jam ante ab eo avulsa omni conatu recuperaturum, Capitulat. Imp. Ferdinandi III. *artic. 9. ibi:* Zu dem vnd insonderheit sollen vnd wollen Wir von dem H. Röm. Reich/vnd desselben Zugehörungen/ nicht allein ohne Wissen/ Willen vnd Zulassen gemeldter Churfürsten samptlich nichts hingeben/ verschreiben/ verpfänden/versetzen/noch in andere Weg veräussern oder beschweren/sondern auch Vns auffs höchste bearbeiten/ vnd allen möglichen Fleiß vnd Ernst fürnemmen/ das Jenige/ so davon kommen/als verfallne Fürstenthümb/Herrschafften/vnd andere/auch confiscirte vnd vnconfiscirte merckliche Güter/die zum theil in ander frembder Nation Händ vngebührlicher Weise gewachsen/zum förderlichsten wieder darzu zu bringen/ zu zueignen/ auch dabey bleiben zu lassen/ꝛc.

347 In Hungariæ Regno idem obtinere, videre licet apud Bonfin *decad. 4. lib. 9. rer. Hung.* ubi inter leges Hungaricas, Uladislao hæ proponuntur: Ne quando Moraviam, Silesiam & Lusatiam, quas Matthias Rex olim in provincias redegerat, ab hujusce Regni ditione alienari patiatur, sed sub Hungaricâ ditione retineat; quod si forsitan ipse sine liberis humanis excederet, ante diem extremum ita prospiciat, ne quo illæ prætextu abalienentur, referente Bened. Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 1. sect. 6. n. 11. & seq.*

348 Prohibitionem alienationis aliam esse realem, aliam impersonalem &
349 aliam personalem, constat ex dictis *supra cap. 2. n. 2. & seq* Ut autem alienationis prohibitio valeat, requiritur ut fiat cum causæ vel personæ expressione, *l. filiusfam. 114. §. Divi. 14. ff. de legat. 1 & ibi* Rom. *n. 3. l. pater. 38. § Julius. 4. l. Lucius. 93. princ. ff. de legat 3.* cum enim per fideicommissa hæc libera de illis disponendi & testandi potestas successoribus adimatur, ut *infra cap. 11. per tot.* dicetur, ideoque ut valeat, justa & rationabilis causa ejusque expressio necessaria est. Adeò
350 ut nuda, & sine causæ expressione testatoris alienationis facta prohibitio non valeat,

Valeat, nulliusque sit momenti, Angel. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de V. O. Bart. in l. cum lex. ff. de fidejuss. Petra de fideicommiss. quæst. 1 num. 2. seq. Bart Romul. in d. l. filiusfam. § Divi num. 5. & num. 33. ff. de legat. 1. Cephal. consi. 330. num. 28. vol. 3. Purpur. consil. 304. Beccius consil. 100. num. 3 & 2. Grass. §. fideicommissum quæst. 5. Peregrin. de fideicom. art. 14. num. 1. Mascard. de probat. conclus. 1243. num. 4. Fusar. de fideicom. subst. quæst. 685. num. 1. seq & ibi alleg. ubi quatenus id procedat, vel non, declarat cum hæc nihil aliud esse censeatur, quam consilium, per l. cum pater. 77. §. mando filiæ. 24. ff. de legat. 2. Bart in l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2. Jason. in d. §. Divi. lect. 2. n. 11. & ibi Socin. num. 1. ubi dicit, quod talis prohibitio dicatur potius consilium, quod hæres prohibitus sequi non tenetur. gloss. in l. Titio centum. 70. in princ. ff. de condit. & demonstr. Petra d. quæst. 1. n. 3. Fusar. d. l. n. 2. cum nemo 351 teneatur sequi consilium l. 2. §. fin. ff. mandat. d. l. cum pater. 77. §. mando. 24. ff. de legat. 2. atque ita cum hæc prohibitio censeatur facta solum favore ipsius prohibiti, ut probat Crot. consil. 61. num. 24. seq. eidem licitè renunciare possit, per l. fin. C. de pact. Rom. d. §. Divi. n. 6. Peregrin. de fideicommiss. art. 14. n. 1. ubi alias rationes adducit.

Causæ hujusmodi prohibitionis expressio vel verbis apertis declaratur, 352 vel tacitis, sive tacitè inest. Nihil enim refert, sive causa exprimatur verbis expressis, vel verbis æquipollentibus, ac tacitè insit l. Lucius. 88 §. instituto. 15. ff. de legat. ii. Romul. d. §. Divi, num. 19. & 30. cum æquipollentium eadem sit disciplina, idemque judicium Nicol Everhard. in loc. ab æquipollent. 101. num. 7. Et expressum censeatur non tantum illud, quod disertè ac nominatim in 353 specie dicitur, sed etiam quod verbis generalibus explicatur, Bart. in l. 1. num. 7. ff. de vulgar. & pupill. Caches. consil. 13. num. 17. Tiraquel. de leg. connub. gloss. 7. num. 87. Paurmeister. de jurisdict. lib. 2. cap. 8. num. 50. & quod venit in consequentiam, vel ex conjecturis colligitur, l. prætor ait. & ibi Bart. ff. de nov. oper. nunc l. tale pactum. ff. de pact. Alex. consil. 51. col. 4. vol. 1. Paris. consil. 20. num. 28. seq. vol. 3. Paurmeist. d. num. 50. vel quod ex præsumptâ mente disponentis resultat, Paris. consil. 41. num 51. vol. 2. Pacian. consil. 9. num. 25. Unde omnes scribentes 354 censent prohibitivam alienationis causam, sive expressam, sive ex rei, sive personarum qualitate subintellectam, eandem prohibitionem efficacem & validam reddere, nec esse nudum alienationis præceptum illud quod ex tacitâ causâ vel subintellectâ vestitur, prout censent, Bartol. in l. filiusfamil. 114. §. Divi. 4. num. 4. & ibi Jason. num. 8. & 26. ff. de legat. 1. gloss in l. quoties ab C. de fideicom. Dec. consil. 23. num 5. Tiraquel. de retract. in præfat. num. 39. Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 6. num. 32.

Expresè adjicitur causa; veluti si dicat disponens prohibeo hanc vel illam 355

rem sive domum alienari, quia eam propriis manibus construxi, vel quia fuit majorum meorum, Romulæ, *in d. §. Divi. numero 2. & 10. ff. de legat. 1.* vel ut maneat in familiâ, *l. cum pater 77. §. libertis. 27. ff. de legat. 2.* Sichard. *in l. 3. numero 6. C. de condict. ob caus. dat.* Petra *de fideicommiss. quæst. 1. numero 76.* Author. *consil. apud* Besold. *part. 1. consil. 11. numero 105.* Peregrin. *de fideicom. artic. 14. num. 3.*

356 Atque ita expressio causæ consideratur non tantum ratione utilitatis & affectionis simul; veluti si testator dicat, prohibeo hæredes meos, ne hujusmodi bona alienent extra familiam, quia volo ea in eâdem permanere, *d. l. cum pater. 77. §. libertis. 27. ff. de legat. 2.* sed etiam ratione affectionis tantum; ut prohibeo talem rem alienare, quia donata fuit mihi à Cæsare, Romulæ. *d. l. num. 2. & 9.* ubi ita omnes Doctores statuere asserit, & solum Alciatum hîc contrarium attentare, & à communi Dd. sententiâ recedere, per *l. pater filium. 38. §. Iulius Agrippa. 4. ff. de legat. 3.* ubi licet dictum sit, *domum majorum*, nihilominus tamen decidat JCtus præceptum esse nudum & non valere, indeque apparere expressionem causæ affectionis duntaxat, validam prohibitionem non efficere, sed necesse esse, quod exprimatur causa affectionis & utilitatis simul. Quo nomine reprehenditur à Romulo *d. l. numero 10.* cum in Pandectis Florentinis, & omnibus aliis codicibus, non legatur *Domum majorum*, sed *Domum majorem*: & sensus illius legis sit, quod testator plures habuerit ædes & ad tollendam dubitationem addiderit verba illa; *Domum majorem*, id est prætiosiorem.

357 Sufficit autem causam in aliquâ parte testamenti adjectam esse, vel apparere, licet ipsi prohibitioni statim non sit adjecta, Petra. *d. quæst. 1. numero 77.*

358 Tacitè inesse intelligitur causa, & perinde est, ac si ea esset expressa, 1. si testator prohibeat alienare arcem, turrim in finibus positam, vel quid simile: quamvis enim causa non fuerit expressa, tacitè tamen subintelligitur, prohibitionem istam propter agnationis & familiæ tutelam & conservationem factam esse, gloss. *in l. quoties. & ibi* Cyn. *& Dd. com. C. de fideicommiss.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 12. num. 8.* Honded. *consil. 58. num. 17. lib. 1.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 685. num. 29. & seq. & ibi alleg.* Romulæ. *d. §. Divi. num. 2. & 9. ff. de legat. 1.* Petra. *d. quæst. 1. num. 89.* ubi *num. 90* idem esse asserit in castro alienari prohibitio Alberic. *in d. l. quoties. C. de fideicom.* Ripa. *in d. §. Divi. num. 4.* & de palatio aliquo insigni publico, idem Petra *d. l. num. 98.* post Dec. *consil. 38. num. 2.* ac de alio loco honorabili Cornel. *51. d. l. quoties. num. 6. in princ. C. de fideicommiss.* Petra *d. l. num. 100.* Fusar. *d. l.* item hospitio notabili, Bald. *consil. 57. in fin.*

in fin. part. 2. Petra *num.* 102. & possessione honorabili cum jurisdictione. Rol. à Valle. *cons.* 23. *num.* 24. *seq. vol.* 4. Petra *d. num.* 102. ex qualitate enim rei alienari prohibitæ præsumitur, quod testator voluerit eam in agnatione permanere, & sic fideicommissum inter omnes de familiâ introducere, gloss. in *d. l. quoties.* & *ibi* Cynus & Bald. *num.* 8. *C. de fideicommiss.* Petra *d. quæst.* 1. *num.* 85 *seq.*

2. Idem est, si servus alienari fuerit prohibitus, tum enim tacita subintelligitur causa, ne forsitan duriorem dominum experiatur, per *l. generaliter.* §. *si petitum ff. de fideicommiss. libert.* Bart. *in d. l. filiusfam.* §. *divi. in* 3. *opposit ff. de legat.* 1. & *ibi* Romul. *n.* 11 Petra *d. quæst.* 1. *n.* 92 ubi idem esse, si vasallus alienari fuerit prohibitus, dicit Romule *d. l. n* 15. 359

3. Si testator prohibeat prodigum vel hominem minus iudustrium alienare *l. Titio centum* 7. *princ. ff. de condit.* & *demonstr.* in his enim dilapidationis suspicio in causâ fuisse intelligitur Romule. *n.* 5. 360

4. Si alienationis prohibitio à Principe sit facta, tum enim licet causa non sit expressa, nihilominus tamen valet prohibitio, Romule. *d.* §. *Divi. num.* 27. Petra *d. quæst.* 1. *num.* 94 Fusar. *d. quæst.* 68. *n.* 38. quia in Principis concessione & dispositione, licet causa non exprimatur, semper tamen præsumitur, Bald. *in l. rescripta.* & *ibi* Cyn. *C. de precib. Imper. offer.* Alex. *cons.* 216. *col.* 7. *lib.* 2. *gloss. in l. relegati in fin.* & *ibi* Bart. *ff. de pæn.* & eo ipso testator præsumitur, habuisse justam affectionem erga eum, & propter ea eam in agnatione suâ conservari voluisse. Ripa *in d.* § *Divi. n.* 5. *vers.* . *vestitur.* 361

5. Si testator prohibeat alienari ad certam ætatem, quia talis prohibitio propter inbecillitatem ætatis facta intelligitur, & valida est, Purpurat. *cons.* 304. *num.* 8. Bald. *in l. quoties. num.* 4. *C. de fideicommiss.* Petra. *d. quæst.* 1. *num.* 82 *seq.* 362

6. Si persona cui prohibitio facta, testatori sit odiosa, *l. codicillis.* §. *matre ff. de legat.* 2 Cynus *in l. quoties. ad fin. C. de fideicommiss.* Petra *d. quæst.* 1. *num.* 82. *seq.* 363

7. Si res alienari prohibita fuerit majorum ipsius testatoris per *l. si in emptionem* 25. *ff. de minorib.* Cyn *in l. quoties. post. med. C. de fideicommiss.* Ripa *in d.* §. *Divi. n.* 3. & *ibi* Loazes. *num.* 59. *in fin.* Tiraquel. *de retract. in præfat. tit.* 1. *num* 39. Petra. *d quæst.* 1. *num.* 93. Fusar. *d. quæst.* 65. *num.* 30. idque propter justam affectionem, quam testator verisimiliter ad bona hujusmodi habuit, quam justam causam vestiendi prohibitionem esse concludit Jason *in d.* §. *Divi. num.* 11. & *ibi* Crot. *num.* 7. idque quoad turrim vel palatium, quod fuerat majorum seu accessorium ipsius testatoris, nominatim tradit, Castrens. *in d.* 364

l. quoties

l. quoties. num. 4. & ibi Jason. *col. 1. vers. 1. quando sit contemplatione rei. & C. de fideicom.* est enim affectio illa conservandi in familiâ, ut ex Opizo. *in d. §. Divi. n. 9.* scribit Petra *d. quæst. 1 n. 93.*

365 Idemque esse 8. si testatrix domum, in quâ peperit, alienare prohibeat, tradit Bald. *d. consil. 57. in fin.* Petra *num. 103.*

366 9 Si res alienari prohibita per testatorem, aliàs quoque de jure communi prohibita fuerit alienari, tum enim propter geminationem prohibitionis testatoris prohibitio de non alienando valida fit, & operatur fideicommissum, ut etiam in casibus aliàs permissis à jure non possit fieri alienatio, Socin. *cons. 75. num. 4. seq. vol. 1.* Dec. *cons. 636. num 10.* Cephal. *cons. 342. num. 68. vol. 3.* Petra *d. quæst. 1. num. 95.* Atque ita si bona restitutioni, seu fideicommisso subjecta, alienari prohibeantur, licet causâ non additâ, cum hæc prohibitio cum legali concurrat, Alex *in l. quidam testam. §. fin. num. 2. & 3. ff. ad Sct. Trebell.* Ruin. *cons. 211. num. 18. lib. 2.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 6. num. 33.*

367 10. Si quis bona extra familiam alienare prohibuit, eâ ratione & causâ id fecisse intelligitur, ut bona in familiâ conserventur, licet id non expresserit, gloss. *in d. l. quoties. C. de fideicommiss. & in l. filiusfamil. §. Divi. ff. de legat. 1.* Decian. *cons. 481. num. 1.* Tiraquel. *de retract. in præfat. numer. 50.* Molina *d. num. 33.* Et quamvis nonnulli requirant, ut res vel qualitas nominatim exprimatur in prohibitione de non alienando, & propterea non valere prohibitionem, si testator prohibeat omnia sua bona immobilia alienari, ita, ut licet inter ea sit turris, ejus tamen alienationis prohibitio non valeat, nisi ea nominatim sit expressa; contrarium tamen docet Petra. *d. quæst. 1. numer. 106. & seq* ubi *num. 113.* addit, quod præcedentes conclusiones procedant, si res prohibita alienari taliter sit qualificata, quod in eâ cadat probabilis affectio testatoris, quod voluerit eam in familiâ conservari.

368 Non tantum autem ratione affectionis prohibitio de non alienando vestita & valida esse intelligitur, sed etiam respectu pœnæ adjectionis: Atque ita 11. valida est alienationis prohibitio, si testator alienationem prohibeat, & si contra fiat, actum annullet, hoc enim casu ex pœnæ hujusmodi adjectione vestiti prohibitionem, constat ex *l. Lucius 88. §. instituto 15. ibi si autem aliquis præter hæc fecerit, erit, quod obligatur, inutile atque irritum. ff. de legat. 2.* Socin. *cons. 227. vers. ad quod argumentum. vol. 2.* Joan. de Ana. *cons. 47. numer. 8. vers. sed certe.* Corne. *cons. 258. col. penult. in fin.* Petra *d. quæst. 1. numer. 114. seq.*

12. Idem

12. Idem est, si in casu alienationis alius fuerit vocatus, etiamsi extraneus 369
sit, *l. 3. §. si quis ita legaverit. 4. ff. de adim. legat. l. pater. 38. §. fundum. 3. &*
§. quindecim. 5. ff. de legat. 3. Crot. *in d. l. filiusfam. 114. §. Divi. 14. num. 7. ff.*
de legat. 1. Curt. *cons. 116. num. 2. ad fin.* Cravet. *cons. 584. num. 10. in fin.* Petra
d. quæst. 1. num. 118. Rumul. *in d. l. filiusfamil. 114. §. Divi. 14. n. 32. ff de legat. 1.*

13. Quod etiam valere, licet nec certa persona, nec certum genus perso- 370
narum sit vocatum; veluti si dixerit testator, si aliquis ex vocatis per me con-
trafecerit, ille omnibus bonis meis sit privatus, probant per *l. 1. C. de his quæ*
pœn. nom. Rolant. à Valle. *cons. 70. num. 62. & seq. vol. 3.* Natta. *cons. 675. num. 15.*
Ruin. *cons. 110. num. 7. vol. 2.* Petra *d. quæst. . num. 119.*

14. Quod si quoque persona fuerit nominata, in cujus favorem testator 371
vult bona jure fideicommissi devolvi, validum quoque est præceptum, *l. fi-*
liusfamilias. 114. §. Divi. 14. & ibi Romul. *num. 34. ff. de legat. 1.*

15. Idem quoque esse, si alienationis prohibitio in odium certæ, vel cer- 372
tarum personarum facta sit, Bart. *in l. filiusfam. §. divi. num. 7. & ibi* Angel.
num. 1. Castrens *num. 5.* Jason. *num. 43.* Socin. *sen. num. 96.* Alciat. *num. 16.*
ff. de legat. 1. Magon. *Luc. decis. 59. num. 26.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 686.*
num. 1. seq per tot.

16. Validam quoque esse nudam alienationis prohibitionem, si pœna 373
sit contraventioni adjecta, tradunt Ruin. *in l. filiusfam. §. Divi. numer. 7. &*
ibi Ripa *num. 35. ff. de legat. 1.* Petra *de fideicommiss. quæst. 1. num. 11. & 114. seq.*
Fusar. *d. quæst. 985. num. 18. & quæst. 687. per tot.* Sed an idem quoque sit, si
plures per viam dispositionis alienare fuerint prohibiti, vide Fusar. *d. quæst.*
685. num. 40. seq. ac fin.

Alienationis prohibitione quænam veniant, vide *infra cap. 11. num. 30. seq.* 374
Observandum autem hic venit, quod fortior sit prohibitio alienationis
expressa ab homine facta, quàm tacita, Dd. *comm. in l. fin. §. fin. ff. de le-* 375
gat. 2. & in authent. res quæ C. commun. de legat. Author consil. *quod ex*
tat apud Besold. *part. 1. consil. 11. numer. 133.* Petra. *de fideicomm. quæst. 3.*
numer. 7. & sic pluribus inter sesse differant, veluti 1. quod si contra ex- 376
pressam alienationis prohibitionem alienatio fiat, ipsa statim ipso jure sit nul-
la per *l. Lucius. 88. pen. §. instituto. 15. ibi.: si autem aliquis præter hæc fecerit. e-*
rit, quod obligatur, in utile atque irritum ff. de legat. 2. l. statu liberis. ff. de statu li-
ber. Bart. *in d. l. filiusfam. §. Divi. opposit. 5. & ibi* Ripa *num. 43. seq. & numer. 47.*
ff de legat. 1. gloss. *in l. cum pater. §. libertis ff. de legat. 2.* Castrens. *cons. 247. num. 3.*
part. 1. Cephal. *cons. 318. num. 16. seq & num. 89.* Petra *de fideicommiss. quæst. 3.*
num. 4. & seq. & vocatus sive fideicommissi successor, statim admittatur, Ri-

pa d. l. & in ipsum dominium transferatur, Petra d. quæst. 3. num. 4. Quod secus est in alienationis prohibitione tacitâ, quam interim ad mortem alienationis valere, & eo mortuo demum in successorem transferri tradit Rol. à
377 Valle cons. 70. in fin. vol. 3. Petra. d. quæst. 3. num. 5. Atque ita si expressè alienatio prohibita, statim secutâ alienatione à successore res alienata revocari potest l. peto. § fratre l. cum ita. §. in fideicommisso ff. de legat. 2. in tacitâ verò prohibitione expectanda sit mors alienantis, l. fin. §. sin autem sub conditione. C. commun. de legat. Socin. cons. 227. fundam. 4. Petra d. quæst. 1. n. 2. confer infra. cap. 6. num. 370. seq.

378 2. Quia expressa alienationis prohibitio dominii translationem impedit, nec alienatio, etiam ab ignorante facta, Jason. in d. l. filiusfam. 114. §. Divi. 14. col. 9. vers sed tu potes & ibi Ripa num. 11. & num. 47. ff. de legat. & in auth. res quæ n. 24. C. comm. de legat. Castrens. in l. fin. §. fin. ff. de legat. 2. Bald. cons. 156. col. 1. vol. 2. Dec. cons. 23. & cons. 300. num. 1. & cons. 236. num. 7. Alex. in l. Marcellus. §. res quæ. n. 4. ff. ad SCt. Trebell. Petra d. quæst. 3. num. 35. quod secus est in prohibitione tacitè factâ gloss. in l. cum pater. §. libertis. & ibi Bart. ff. de legat. 2. Jason. in auth res quæ not. 5. col. 6. C comm. de legat. Author. d. consil. apud. Besold. part. 1. consil. 11. num. 114.

379 3. Quia per expressam prohibitionem de non alienando, confiscatio quoque omni tempore interdicta censetur, secus autem, quoad prohibitionem tacitè factam. l. cum pater. libertis. ff. de legat. 2. l. ex facto. §. ex facto ff. ad SCt. Trebell. Ripa in d. §. Divi. num. 47. vers. item expressa prohibitio operatur. Riminald. jun. cons. 371. num. 91. in princ. vol. 4. cons. 243. num. 68. vol. 3. Socin cons. 49. cas. 3 num. 3. seq. vol. 2. Petra d. quæst. 3. num. 11. & seq. ita ut in prohibitione expressa bona in fiscum nullo modo transeant, si verò tacitè alienatio prohibita, durante vitâ possessoris delinquentis ad fiscum pertineant Alex. cons. 23 vol. 1. Bart in auth. res quæ. ad fin. C. commun de legat. Menoch. cons. 102. num. 23. Petra d. num. 11. & quod tacita alienationis prohibitio fiscum non excludat, respondit Alciat cons. 650. Cephal. cons. 13. num. 30. vol. 2.

380 Licet porro VI. fideicommissa, quæ pro familiarum conservatione constituuntur; suâ naturâ sint perpetua, per l. omnia. 32. §. fin. ff. l. peto. 69. §. fratre. 3. ibi: omnes fideicommissum petent. qui in familia fuerunt. l. qui solidum. 78. §. prædium. 3. ff. de legat. 2. cum enim familiæ nomen sit collectivum, & proinde sua natura tractum temporis, perpetuitatem personarum implicet, Peregrin. d. fideicommiss. art. 22. numer. 25. consequens indè est, ut etiam fideicommissa quæ pro ejus conservatione instituuntur, perpetua sint, & quamdiu ipsa familia durat, hæc quoque durent, arg. l. 2.

ff. d.

ff. de jurisd. Estque familia quasi quædam civitas, sive civium unitas, ita ut sicut civitati relictum perpetuum, ita etiam quod familiæ relictum perpetuum est, per dicta *supra cap. 2. num. 1.*

Posse tamen hæc fideicommissa vel ex certo tempore, vel ad certum tempus, vel certas personas constitui, à jure non est absonum. Quamvis enim olim obligatio ad certum tempus contrahi non potuerit, novis tamen constitutionibus id permissum est, *l fin. vers. cum enim. C. de legat. l. 2. C. de pact. inter empt.* & dominium, & simile aliquod jus, ita in alium transferri potest, ut post certum tempus danti vel alii restituatur, *l. 2. C. de donat. quæ sub mod. d. l. vers. consequens est. C de legat.* & quidem ex tempore, veluti si ita instituatur, ut certo quodam tempore incipiat, *arg l quærebatur. § ff. fin. de milit. testam. l. hæreditas ex die ff de hæred. instit. l. obligationum in princ. ff. de obl. & act.* Ad tempus, veluti decem, viginti vel plures annos, vel aliud limitatum tempus, *arg. l. & puto. §. 1. ff. famil. ercisc. l. miles ita hæredem. in princ. ff. de milit. test. § hæres 1. de hæred instit.* Vel ad certam, tertiam vel quartam generationem Menoch. 2 *consil. 197. per tot.* Ad certas personas constitutum intelligitur fideicommissum, quando certis personis illud relictum, vel quando certæ personæ, vel certarum personarum genus alienare fuerit prohibitum, quo casu non fieri extensionem de personâ ad personam, constat ex traditis *infra cap. 7. num. 111.* Sicuti etiam alienatio ad certum tempus, veluti, ne hæres alienet in vitâ suâ, non extenditur ultra illud tempus, Petra *de fideicom. quæst. 5. num. 54.* 381

VII. Solet quoque aliquando fideicommissi institutor disponere, ut successor teneatur juramento promittere, se leges & conditiones fideicommisso adpositas servaturum & adimpleturum. Et licet hoc casu variè distinguat Molina *de Hispan primogen. lib. 2. cap. 12. numero 44. seq.* Verius tamen mihi videtur, majoratus successorem ad hoc teneri, si conditiones sint honestæ & possibiles, si verò impossibiles, vel turpes & quidem per ultimam voluntatem adjectæ, illas pro non adpositis haberi, & ad impletionem ipsum non teneri, per tradita *supra num. 251. & seq* Ita enim Silesiæ quendam Principem agnatos suos ad majoratum à se institutum servandum juramento adstrinxisse tradit Besold. *1 nomico-polit. dissert. 5. num. 22.* ubi ejus juramenti hanc refert formulam: Jch N. gelobe vnd schwere Gott dem Allmächtigen / daß ich den letzten Willen / Testament / Succession oder Ordnung / so der Hochwürdige in Gott Fürst vnd Herr / Herr Balthasar / Bischove zu Breslaw / Herr zu Plaß / Sora vnd Trebel / der Sagnischen Fürstenthümbe Pfandes Herr / obrister Hauptmann in Ober- vnd Nieder-Schlesien / auffgericht / die Zeit meines Lebens in allen Puncten / Clauseln vnd Articuln / stät / vest vnd vnverbrüchlich halten will / von den Haab vnd 382

Gütern / so an mich / laut Ihrer Fürstl. Gn. Succession vnd Ordnung / kommen vnd gefallen / nichts verwenden / verkauffen / versetzen / noch vergeben / sondern Ihr Fürstl. Gn. letzten Willen / Succession vnd Ordnung in allen Puncten / Clausuln vnd Articuln vnverbrüchlich nachsetzen vnd Folg leisten: Auch keine List oder Disputation der Juristen vnd Rechtsverständigen suchen; sondern mich allein deß klaren / hellen vnd einfaltigen Buchstaben / in einem vnd dem andern Articul / verhalten vnd gebrauchen / als mir GOtt helffe.

VIII. Licitè quoque adjici solet modus succedendi, vel quinam in fideicommisso succedere debeant, vel non, ita ut valeat, lex & conditio, ne monachi, clerici vel alii religiosi succedant; cum id non in odium Religionis, sed potius propter familiæ conservationem factum censeatur, Molina *de Hispan.*
383 *primogen. lib 2. cap. 12. num. 54.* Cum legibus permissum, aliquem ita testari posse, ne monasterium succedat, Molin. *d. num. 54.* Marzar. *in epit. de fideicom. quæst. 31.* & hanc conditionem primogeniis adponi posse, tradit Covar. *lib. 1. var. resol. 19. n. 11.* idemq; esse, ubi id à testatore non fuit expressum, sed ex certissimis conjecturis colligitur, scribit Covar. *d. num. 11. post* Dec. *consil. 259.* confer *infra cap. 8. num. 28. seqq.*

384 IX. Idem est si apponatur clausula, quod bona fideicommisso subjecta, ex crimine possessoris, etiam læsæ Majestatis, sodomiæ, &c. non debeant confiscari, sed ad sequentem successorem transire, de quo vide *infra cap. 16. num. 321. seq. num. 350. d. cap. 12 num. 56.*

385 X. Adjici quoque potest conditio, ut successor contrahere teneatur matrimonium cum personâ talis familiæ, vel cum certâ personâ, quod si non fiat, in fideicommissum non succedat, per tradita Molin. *de Hispan. primog. lib. 2. cap. 13. n. 1. seq. & per tot.* Quamvis enim quis metu pœnæ non possit adstringi ad contrahendum matrimonium, *c. gemma X. de sponsal. l. Titia. ff. solut. matrim.* spe
386 tamen future successionis, & præmii ad matrimonium aliquem allici & invitari posse constat, *l. Titio centum. §. Titio centum. ff. de condit. & demonstrat.* cum hoc ipso non censeatur adempta facultas contrahendi, licet ex parte contrahatur, Bart. *in d. §. Titio centum & ibi* Dd. *comm.* Oldrad. *consil. 16. quæst. 1.* Felin. *in c. 1. n. 3 X. de sponsal.* Covarruv. *in epit. super 4. part. 2. cap. 3 §. 3 num. 6 seq.* Ita
387 etiam Isaacus filio suo Jacobo præcepit, ut uxorem acciperet de filiabus Labani, *Gen. 1. c. 28. n. 1 seq.* modo præceptum illud nubendi honestè adimpleri possit, aliàs enim conditio ista rejicitur & pro non adjectâ habetur, *l. cum ita legatum. 63. §. videamus. 1. ff. de cond. & demonst.* Molin. *d. l. n 4. & seqq.* ubi plura de hac con-
388 ditione nubendi tradit. Ita enim licet validum sit statutum pœnale prohibens, ne qua mulier extra territorium statuentis nubat, sicuti pluribus docet Pacian.

d. pro-

d. probat. lib. 2. cap. 3. num. 19. & seqq. hoc tamen ita intelligendum esse, & locum obtinere, si mulier in territorio isto honestè nubere possit, secus autem esse, si id ibidem honestè fieri nequeat, respondit Bartol. *in l. edicimus. C. de muri leg. & ibid.* Luc. de Perma. *n. 10 vers. & dom nus.* Aretin. *in § 1 n. 4. vers. quæro an statu- tum. 1 de ur. natur. gent* Pacian. *d. l. num 143.* Calcan. *consil. 3. vers. ad hoc etiam col. 9.* ubi decidit, quod quædam Domina Paula, filia Comitis Petrini de Capatiis, potuit impune extra jurisdictionem Laudæ, non obstante prohibitione statuti, nubere, hac potissimum ratione, quia nullum virum sibi parem in dignitate, in potentiâ, & in Nobilitate, in jurisdictione Laudensi invenire potuisset. Et propter hanc rationem excellentissimam Ducissam Sablonetæ non potuisse privari successione in bonis maternis, quia Nobilis illa mulier non erat talis, ut posset honestè nubere in territorio sui fratris, se respondisse scribit Pacian. *d. cap. 3. num. 14. & seqq.* 389

XI. Potest quoque adjici conditio, ut fideicommissarius & successores arma & insignia testatoris deferant, de quo *supra num. 126. & seq.* 390

De eo autem non immeritò dubitatur, si fideicommissum testamento, vel alio modo, sub hac conditione fuerit constitutum, ut successor, sive possessor certam aliquam Religionem, veluti Pontificiam, vel Augustanam confessionem amplecti & profiteri teneatur, is autem diversæ Religioni sit addictus, an hanc conditionem adimplere, & Religionem suam, in qua fuit natus & educatus, deserere & alteram amplecti teneatur, ad hoc, ut fideicommissum obtineat, an verò, conditione istâ etiam non adimpletâ, nihilominus fideicommissum petere, & in eo succedere possit? Et ipsum ad fideicommissum non esse admittendum, nisi conditionem istam adimpleverit, ex sequentibus rationibus asserendum videtur. 391

Quia 1. conditiones & leges honestas & possibiles à fideicommissi institutore adjectas, omninò esse observandas & adimplendas, probatum est *supra num. 251.* & conditione legato appositâ pendente, ipsum quoque legatum pendet, nec quicquam ante conditionis eventum deberi dicitur, *l. cum ad præsens. 77. & l. seq. ff. si cert petat. l. cedere diem 213. & ibi* Alciat. *ff. de V. S. l. legata 41. ff. de condit. & demonstr. l si post diem . ff. quando dies legat. ced.* conditio siquidem nihil ponit in esse, antequam impleta & purificata fuerit, *l. si quis sub conditione dandorum 8. ff si quis omiss. caus. test l. 1. & ibi* Bart *ff. de condit. & demonstr* Parif. *4. consil. 0 . num. 9.* ita, ut si leges & pacta fideicommisso adjecta non serventur, successor ad fideicommissum non admittatur, vel si admissus, illud admittat, & fideicommissum ad alium proximum successorem transferatur, per tradita *infra cap. ult. num. 144. seq.* Hæc autem Religionis mutandæ & alterius amplecten- 392 393

plectendæ, nec impossibilis, nec legibus contraria, nec turpis esse videtur. Nam impossibilitatem quod attinet, impossibile aliquid dicitur, naturâ, jure, facto, contra bonos mores, & perplexitate, *l. conditiones. 9. l. filius. 15. ff. de condit. institut. l. generaliter 26. l seq l. continuus. 137. §. cum quis. 6. ff. de V. O.* Bald. *in l. eam quam. num. 32. in fin. vers. item pluribus modis. C. de fideicommiss.* Petra *de potest. princ. cap. 3. quæst. 3 num 3.*

394 Naturâ hanc conditionem impossibilem non esse, per se patescere videtur, quia illud propriè & naturâ impossibile dicitur, quod propter naturæ impedimentum fieri non potest, seu cui natura impedimento est, quo minus fiat, *§. impossibilis. 11. I. de inutil. stipul.* Bart. *in l. continuus. §. illud. ff. de V. O.* Petra *d. cap. 3. quæst. 3. num. 4.* Quo minus autem quis Religionem suam mutare possit, natura nihil quicquam impedit.

395 Ita etiam nec jure, nec legibus impossibilis, vel contra jus & leges hæc conditio esse intelligitur; cum utraque Religio tàm Augustana, quam Catholica legibus Imperii permissa, & statibus Imperii liberum sit, hanc vel illam amplecti & profiteri, sicut, hoc constat ex *constit. pacis Religios. de an 1555 per tot.*

396 Et sic quoque facto hominis conditio ista impossibilis non erit, cum experientia testetur, quod homines ab hac Religione ad illam, & ab illa ad hanc indies discedere, eamque mutare soleant & possint.

397 Unde quoque nec turpis & contra bonos mores erit, cum turpe & contra bonos mores illud dici non possit, quod publicis imperii legibus & constitutionibus permissum, & quod lege permittente fit, pœnam non meretur, *l. Grachus. C. ad L Iul. de adulter.*

398 Multò minus perplexitate impossibilis dici poterit; Cum perplexitate impossibilis dicatur conditio, quæ existere non potest, vel quæ contradictionem implicat, quod hoc casu locum non obtinere, ex præcedentibus constat.

399 2. Quia hæres, ejusque successores hæreditatem adeundo vel fideicommissum acceptando, sese adstringunt ad omnia, quæ defunctus voluit, & jus ipsos obligat ad defuncti voluntatem observandam in omnibus articulis & clausulis, *§. hæres. I. de obligat. quæ quasi ex contract. l. si quis. 5 § hæres 2. ff. de oblig. & action.* Schurff. *consil. 50. num. 10. cent. 1.* sicuti & is, cui ex contractu vel facto jus aliquod adquiritur, id cum omnibus clausulis & conditionibus in eo appositis acceptare tenetur, per *l contra juris. 28. § si filius. 2. & ibi* Bald. *ff. de pact.* Schurff. *consil. 54 n. 4. cent. 2.* Et alias quoque testatoris voluntas pro lege observanda, nihilque sit, quod magis hominibus debeatur, quam ut supremæ voluntatis, (cum jam aliud velle non possunt) liber sit stylus, & licitum, quod
400 iterum non redit, arbitrium, *l. 1. C. de SS. Eccles.* Cum ergo legatum, vel fideicommis-

commissum sub hac conditioneReligionis mutandæ sit relictum,illâ non existente vel impletâ, legatum quoque vel fideicommissum deficit,& non debetur, cum conditio ad unguem servanda sit ab eo, qui ex conditionali istâ dispositione commodum aliquod sentire laborat, ut pote quæ actui substantialis, *l. 2. §. prius ff. de vullgar. & pupill.* & datum sub unâ conditione,ut hic, si Religionem mutet, sub contrariâ conditione ademptum intelligatur, *l. 1. §. hujus rei. ff. de offic. ejus. l. Pomponius. §. sed & si. ff. de procurator. l. si inter me. ff. de except. rei judic.* cum nihil ipsi relinquere fuerit coactus,sed legatum vel fideicommissum ex liberâ testatoris voluntate proficiscatur. 401

Hinc quoque 3. si Titio centum ita sint legata, ut Mæviam uxorem ducat,quæ vidua est, hujusmodi conditio legato adjecta non remittitur, sed omninò adimplenda est,ac legatum non debetur,nisi conditio ad impleta sit, *l. Titio centum. 71. §. 1. ff. de condit. & demonstr.* quamvis enim matrimonium cogi non possit,cum sit liberum, *l. non cogitur. 21. l. in vitam. 28 ff. de rit. nupt. l. 2. C. de inutil stipul.* nec pretio conjugalis amor conciliari debeat, *l. 3. ff de donat. int. vir. & uxor.* ratio tamen libertatis in causâ matrimonii conditionem impossibilem vel inhonestam non efficit, per *d. l. Titio. 71 §. 1. ff de condit. & demon.* atque ita etiam licet Religio sit libera, & cogi non possit, vel pretio conciliari non debeat,Religionis tamen libertas ejusmodi conditionem impossibilem vel turpem efficere posse non videtur, cum â matrimonio carnali ad matrimonium spirituale, nimirum Religionem,ubi Christus est sponsus, & Ecclesia sponsa, argumentum frequens & probabile sit, & hæc matrimonia â jure æquiparentur, *c. quoniam frequenter. § porro X. ut lite non contestat. c. inter corporalia. c. fin. X de translat. Episc. c. cum inter Canonicos X de elect.* Nicol. Everhard. *in loc. a matrimon. carn. ad spirit. 76 num. 1.* 402 403 404

4. Quia fraternitatis & christianæ charitatis officium est, ut alter alterum in Religione doceat, instituat & ad eandem alliciat. 405

5. Quia fideicommissi successor, si conditionem istam adimplere nolit, spernere & repudiare fideicommissum & sic conscientiæ suæ consulere, ac testatoris voluntati satis facere poterit, utpote cum ejus voluntas hæc esse præsumatur, quod fideicommissum illum habere velit, qui ipsius voluntatem exequitur & observat, & non eum, qui eandem negligit,& jussa ejus contemnit. 406

Hinc 6. legatum sub conditione mutandæ Religionis relictum,non deberi ei,qui conditionem istam ad implere recusat, tradunt Alem. *in Palæstr. consult. ult.* Bernh Bertr. *in discurs. de pac. Relig.* apud Arumæ. *de jur. publ. disc. 25. pag. 214.* 407

Hæc licet non parvi videantur esse momenti, contrarium tamen, quod scilicet hæres, vel fideicommissi successor, etiam non impleta hac Religionis

suæ

ſuæ mittandæ conditione, nihilominus ad fideicommiſſum admittendus ſit,
408 verius mihi videtur. Eſt enim i. juris notiſſimi quod conditio probroſa, turpis, & quæ contra leges & bonos mores, vel impoſſibilis eſt, legatis vel fideicommiſſis adſcripta, pro non adjecta, vel non ſcripta habeatur, & legatum, vel fideicommiſſum non minus debeatur, ac ſi legatum vel fideicommiſſum pure relictum fuerit, *§. impoſſibilis 10. ibi: pro non ſcripta habetur. I. de hæred. inſtit. §. fin. I. l. de legat. l. ab omnibus 94. § in fin ibi: impoſſibilis conditio pro non ſcripta habetur. l. ſi quis inquilinus 112. §. ſi quis ſcripſerit. 3. ibi: quod contra jus eſt, vel bonos mores, non valet. ff. de legat. 1. l. obtinuit. 3. ibi pro nullis habendas. l. multa 6. in fin. ibi: pro non ſcriptis eſſe l. non dubitamus 20 ibi: turpes conditiones remittendæ ſunt ff de condit. & demonſtr. l. continuus 137. §. cum quis 6. ibi: nullius momenti. ff de V. O. l. ſi quis ita. 6. ibi. evaneſcere l. conditiones. 9. ibi: remittendæ ſunt l. conditiones. 14. ibi: pro non ſcriptis habentur, & perinde, ac ſi conditio hæreditati, ſive legato adjecta non eſſet, capitur hæreditas, legatumve. l. mulier 20. in fin. princ. ibi: impoſſibilis conditio pro non ſcripta accipienda eſt. ff de condit. inſtitut. l. cum in ſecundo 16. in fin. ibi quaſi conditio adſcripta non ſit, quæ eſt impoſſibilis ff. de injuſt. rupt. irrit. l. ſi Mævia 45. ibi: quia id quod impoſſibile in teſtamento ſcriptum eſſet, nullam vim haberet. l. ſervum meum*
409 *50. §. 1. ff. de hæred. inſtituend.* ita ut licet tales conditiones ſub pœna aliqua fuerint adjectæ, pœna tamen non debeatur, *l. ſtipulatio hoc modo. 61. ff. de V. O. l. ex eo C. de inutil. ſtipul* Philip. Matthæ *1. Marpurg. conſil. 20. num. 39.*

410 Quot modis autem impoſſibile aliquid dicatur, *ſupra num. 393.* dictum, & obſervandum eſt, quod jure civili illa conditio, quæ pietati vel conſcientiæ, legibus ac bonis moribus contraria, pro impoſſibili habeatur; ea ſiquidem facta, quæ lædunt pietatem, exiſtimationem, verecundiam noſtram, & (ut generaliter dixerim) contra bonos mores fiunt, nec facere nos poſſe credendum eſt, inquit Papinianus *in l. filius 15. ff. de condit. inſtitut.*

411 At verò, qui veritatem cœleſtem in ſcriptis Prophetarum & Apoſtolorum comprehenſam ſemel agnitam deſerere, & aliam Religionem, quam veluti erroneam toto pectore hactenus eſt averſatus, deſultoria quadam levitate; & quidem ſpe legati vel fideicommiſſi conſequendi, arripere & amplecti mavult, ipſum contra pietatem & conſcientiam ſuam agere, eamque lædere, ac æternum animæ ſuæ periculum accerſere, nemo ſanus negabit, & tradit Petr. Syring. *in diſſert. de pac. relig. concluſ. 45. lit. c.* ſi quis enim ex verbo Dei de veritate Religionis edoctus, illam ſtudio conſequendi vel retinendi fideicommiſſi, veluti alicujus Principatus, Ducatus, Comitatus, caſtri, vel alterius boni, deſerit & abnegat, graviſſimè peccat, adeò, ut peccatum in ſpiritum ſanctum comittere, & Diabolum quaſi adorare videatur, cum ejusmodi apo-

ſtaſia

stasia proclive ad modum ad atheismum, ac consequenter ad peccatum in Spiritum sanctum sit præcipitium, ut ait Petr. Syring. *d. conclus. 45. lit. c.* quod neque in hoc, neque in futuro seculo remissibile esse, docet Salvator noster *Matthæ. 12. vers. 32.* Quod etiam ex Henrici Saxoniæ Ducis responso fratis sui Georgii legatis dato satis apertè constat, de quo *infra num. 430.*

Quod si quoque sub ejusmodi conditione institutus vel substitutus, pro consequendo fideicommisso vel legato, diversam illam Religionem simulare saltem, & ore duntaxat profiteri, corde verò suam retinere velit, nihilominus tamen turpiter agit, & contra conscientiam graviter peccat; non enim Religio fucata, aut hypocrytica, sed sincera esse, & quod quis corde credit, ore etiam profiteri debet, juxta illud Christi: qui me non professus fuerit coram hominibus, illum nec profitebor coram patre meo cœlesti, & si quis in spiritualibus spe lucri invitatur, Simoniam committit, juxta Sichard. *in l. 1. C. de instit. & substit.* utpotè quæ fit, quandocunque pro re Sacrâ aliquid promittitur, datur vel accipitur, *c. non satis. 8. X. de Simon.* Indeque ejusmodi conditiones, quæ rem saccram, Religionem vel similem, ære nundinantur, aut provocant, ceu turpes & Simoniacas rejiciendas esse, tradunt Joan. de Ana. *in d. c. non satis X. de Simon.* Bart. *in l. Titio. 71 §. Titio centum. ff. de condit. & demonstr.* Alex. *in l. 2. C. de instit. & substit.* Et sic, quin is, qui contra conscientiam amore fideicommissi sibi relicti, vel aliarum divitiarum aut dignitatum, veritatem agnitam abnegat, pessimè faciat, & divinam maledictionem sibi accersat, nemo sani judicii unqam dubitaverit. 412 413

Turpiter quoque ipsum facere, qui spe lucri â suâ hactenus pro verâ agnita Religione, ad aliam diversam deficit, non videtur habere dubium & tradit Petr. Syring. *d. conclus. 45. lit. c.* ubi aperte scribit, quod deficere ab orthodoxâ Religione, & pro salutari verbi divini pabulo humanarum traditionum paleam accipere, & sic aurea æneis permutare, id apud bonos & graves viros transfugæ turpe esse, ac existimationem ejus non parum imminuere. Licet enim turpe non sit, Pontificium vel Lutheranum agere; cum utraque in Imperio permissa sit Religio, turpe tamen est, â primævâ & pro verâ agnitâ & professâ Religione deficere, & ad aliam pro falsâ habitam, spe lucri & commodi alicujus pecuniarii, vel dignitatis alicuius mundanæ, transfugere, multa siquidem per se sunt honesta, quæ tamen propter lucrum turpia & inhonesta fiunt, *l. ut puta. 2 ff de condict. ob turp.* eam autem conditionem, quæ fideicommissarii vel legatarii existimationem lædit, impossibilem esse, & pro non scriptâ haberi, constat ex *d. l. filius. 15. ff. de condit. instit.* Ex quibus etiam consequens est, quod hujusmodi conditio bonis moribus contraria. 414 415

416 Quia 2. Deo magis obediendum est; quam hominibus; *Actor 5. vers. 29.* & sic testatoris præcepto contra hæredis vel fideicommissarii conscientiam & Religionem aliquid jubenti, non erit obediendum. Unde *Hieron. in Epist. ad Tit. 1. cap. 2. vers. servi Dominis*, ita scribit: Si Dominus ea jubet, quæ sunt adversa scripturis sanctis, subjiciatur servus Domino: si verò contraria præcipit, magis obediat spiritus, quam Corporis Domino. Si bonum est, quod præcipit Imperator & Præses, jubentis obsequere voluntati: Si verò malum, responde ei illud de Actibus Apostolorum: obedire oportet Deo magis, quam hominibus. Hoc ipsum de servis intelligamus apud Dominos, & de uxoribus apud viros, & de filiis apud parentes, quod in illis tantum debeant Dominis, viris, parentibus esse subjecti, quæ contra Dei mandata non veniunt, Quod est relatum in *c. si Dominus 93. caus. 11. quæst. 3.* Quæ si in servis, uxoribus & filiis obtinent, qui strictius obligati sunt Dominis, maritis & parentibus, quam hæredes & fideicommissarii testatoribus, multo magis quoque in his obtinebunt. & sic testatoris præceptis contra Dei voluntatem & mandata aliquid jubentibus, obsequi non erunt obligati. Ex quo etiam D. Augustinus scribit: non semper malum est, non obedire præcepto: Cum enim Dominus jubet ea, quæ sunt contraria Deo, tunc ei obediendum non est. *c. non semper. 92. caus. 3. quæst. 3.* Nec licet Imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra Divina mandata præsumere, nec quicquam, quod Evangelicis, Propheticis aut Apostolicis regulis obviet, agere, *c. non licet. 2. Dist. 10.*

417 Quia 3. præceptum testatoris, quod juri naturali, & sic multò magis juri divino repugnat, hæredes & fideicommissarios non obligat, sed hi contra illud agere possunt, nec in pœnam præcepto adjectam incidunt, *l. unic. C. de his, quæ pœn. nom.* gloss. *in C. Raynutius. §. 1. & ibi* Covarruv. *X. de testament.* Corset *singul. 255.* Quicquid autem cum pietate & Religione nostra pugnat, id quoque cum jure naturali pugnare, & injustum esse censetur, Oldendorp. *in element. introd. jur. de jur. div. præcept. 1. §. hinc propogatæ. vers. rursus hinc sequitur.*

418 Quia 4. Religio non est in bonis & commercio hominum, sed res sacra, & sic divini & publici juris, *l. 1. & tot. tit. C. de summ. Trinit.* Et sic exemplo aliarum rerum sacrarum & publicarum, in dispositionem testamentariam deduci nequit, *§. non solum. 1. de legat. l. si servus 30 §. ult. ff. de legat. 1.* atque ideò testator hæredi, vel fideicommissario circa Religionem, ejusque liberum & publicum exercitium, non potest præjudicare, eumque invitum ad hanc,

vel

vel illam Religionem alligare, Gylman *lib. 2. rer. judicat. num 8 verſ. quia reſpondetur. fol. 760.* cum teſtator non poſſit juri publico derogare, nec efficere, quo minus leges in ſuo teſtamento locum habeant, *l. nemo poteſt. 55. ff. de legat. 1. l. jus publicum 37. ff. de pact. l. cerdonem. 42. ff. de oper. libert. l. quod bonis. 15. §. 1 ff. ad L. Falcid.* nec defunctus hæredem legis beneficio privari poteſt, Cephal. *conſ. 174. num. 18. lib. 2.* Pruckman. *conſil. 48. num. 53. part. 1.* Surd. *deciſ. 62. num. 18. & 19.* ſicuti etiam in genere pacta & conventiones contra juris civilis regulas & leges non valent, *l. 7. §. ait Prætor. 7. & §. generaliter. 16. l. contra. 28. ff. de pact.* Atque ita cum jure publico & pragmaticâ Imperii conſtitutione proviſum ſit, quod nemo ad alterutram in Imperio receptam Religionem cogi debeat, ſed hanc vel illam amplecti & profiteri, omnibus ſtatibus & Imperii membris immediatis liberum ſit, hæc libertas teſtamento, vel alia diſpoſitione ipſis adimi, vel reſtringi non debet: Quæ enim publicâ Imperii conſtitutione conceſſa, non aliter, quam per Imperii conſtitutionem contrariam, adimi & infirmari poſſunt, *l. nihil tam naturale. 35. ff. de R. I.* 419 420

Ad hæc, quod teſtator in pœnam non obſervatæ voluntatis hæredem relictis privare poteſt, id hanc habet rationem, quod unusquisque rei ſuæ eam, quam vult, legem imponere poteſt, *l. quoties. C. de donat. quæ ſub mod. c. utrum. C. de condit. appoſit.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæſt. 25. num. 1. ſeq.* Et legibus XII. tab. ſancitum, & à Juſtiniano repetitum: paterfamil. uti legaſſet ſuper bonis ſuis, vel re ſuâ, ita jus eſto, *l. verbis. 120. ff. de V. S. Novell. 22. cap. 2. verſ. diſponat.* Cum autem Religio non ſit in bonis, ſive patrimonio teſtatoris, ideò diſpoſitio de eâ non valet, & Religio cum conſiſtat in animo, debet eſſe libera, ejusque exercitium liberum, Gylman. *tom. 1. part. 1. tit. 3 poſt vot 12. num. 28. ſeq.* Neque enim peccatum gravius, vel etiam tyrannis durior eſt, quam conſcientiis velle dominari, & qui animas torquere conantur, dum cœlum ambiunt, terram amittunt, ſicuti Imper. Maximilianus II. dicere fuit ſolitus. 421 422

5. Confirmat hanc ſententiam *l. conditiones. 9. ff. de condit. inſtitut.* ubi conditiones iſtæ, ſi quis patrem ſuum ab hoſtibus non redemerit, vel ſi parentibus ſuis, patronove alimenta non præſtiterit, tanquam contra bonos mores, remittuntur. Et *l. quidam. 27. ff. de condit. inſtit.* ubi quidam in teſtamento ſuo ſub hac conditione hæredem ſcripſerat: ſi reliquias ejus in mare projiciat, & quæſitum fuit, cum hæres inſtitutus conditioni non paruiſſet, an ab hæreditate ſit expellendus? Modeſtinus reſpondit, quod laudandus magis, quam accuſandus hæres, qui reliquias teſtatoris non in mare, ſecun- 423

dum ipsius voluntatem, abjecit, sed memoria humanæ conditionis sepulturæ tradidit. Ex quo concluditur: Si ejusmodi conditiones, quæ sunt contra bonos mores, & quibus mediatè in Deum, principaliter verò in hominem peccatur, à legibus humanis adeò improbantur, ut laudandus potius, quam accusandus sit hæres, qui stultam hanc, in humanam & contra bonos mores adjectam conditionem & voluntatem neglexerit, & non adimpleverit, multò magis laudandus is erit, qui conditionem neglexerit & non adimpleverit eam, quæ principaliter & immediatè in Deum, & contra conscientiam propriam peccatur, & semel agnita divina Veritas, contra conscientiam, abnegatur, & Deo contumelia infertur, sicuti argumentatur, Petr. Syring. *d. differt. de pac. relig. conclus. 45. lit. c.* Carpzov. *decis. 89. num. 10.* ubi etiam *num. 9.* addit, apud bonos & graves viros non parum lædat existimationem, deficere ab orthodoxâ Religione, & pro salutari verbi divini pabulo, humanarum traditionum paleam accipere, & hac quoque ratione conditionem istam pro non adjecta habendam esse, cum pro non scripta habenda sit conditio illa, quæ existimationem lædit, *d. l. 15. ff. de condit. institut. l. probrum. 42. l. Nepos. Proculo, 125. & ibi* Gœdd. *ff. de V. S.*

424 6. Quia licet juramentum omni jure sit permissum, illud tamen in ultimis voluntatibus, ob hanc solam causam Prætor remittit, ne quis vel pro lucro captando ad perjurandum impellatur vel sub metu numinis divini à juramento abstineat, & hæreditatem, vel aliud relictum amittat, sicuti hoc constitutum reperitur in *l. quæ sub conditione. 8. in princ. ff. de condit. institut.* relictum enim ibi fuit aliquid sub conditione jurisjurandi, id est, si juraverit; & respondet ibi Jurisconsultus Ulpianus, hæredem aut legatarium ita capere, ut capiunt hi, quibus nulla talis jurisjurandi conditio inseritur, ac Prætorem providisse ait, ne is, qui sub jurisjurandi conditione quid accipit, aut omittendo conditionem perderet hæreditatem, legatumve, aut cogeretur turpiter accipiendi conditionem jurare: Cum enim faciles sint nonnulli hominum ad jurandum contemptu Religionis, alii per quam timidi, metu divini numinis, usque ad superstitionem; ne vel hi, vel illi, aut consequerentur, aut perderent, quod relictum est, Prætorem consultissimè intervenisse Jurisconsultus ibidem ait. Quam æquissimam & piam esse decisionem per se constat, non enim vult Prætor res divini juris secularibus commodis impertinenter immisceri, neque vult occasione negociorum politicorum aliquem vel ad atheismum invitari, vel alicujus superstitionem, & conscientiæ imbecillitatem inturbari. Quod si igitur Prætor isto casu consultissimè interveniendum censet,

jura-

juramentum remittendo, quanto magis id facturus fuerit in præsenti casu nostro, ubi de veritate Evangelii semel agnitâ deserendâ, & contra conscientiam turpiter & impiè abjurandâ, & falsâ agnoscendâ agitur, Petr. Syring. *d. conclus. 45. lit. c.* cum longè gravius, magisque abominabile sit, à verâ Religione desciscere, eamque mutare, quam de hoc vel illo faciendo jurare, & timidi magis sint homines metu numinis divini ad Religionem adjurandam, quam ad simpliciter jurandum, Besold. *2. polit. cap. 1. num. 42. vers. 4. & in delibat. jur. ex lib. 5. Pandect. tit. 2. cap. 27.*

Accedit 7. quod si hujusmodi mutandæ Religionis conditio licita perhiberetur, per eandem à verâ fide & Religione orthodoxâ ad falsam deficiendi occasio & ansa præberetur, cum facilè evenire posset, ut simpliciores magno & opimo aliquo legato, vel etiam parvo, si viliores & tenuioris fortunæ sint homines, seducerentur, & ad diversam & superstitiosam Religionem amplectendam commoverentur, juxta illud Ausonii: 425

Auri sacra fames, quid non mortalia cogis
Pectora? - - -

Si enim ob pecuniam furta, rapinæ, cædes & lotrocinia, aliâs severâ pœnâ ulciscenda, committuntur, quanto magis, si licitum hoc modo pecuniæ aucupium diceretur, à verâ Religione defectiones futuræ erunt? Omnis autem malefaciendi & peccandi causa & occasio evitanda & præcavenda. Ex quo etiam conversationes cum hæreticis improbantur, exemplo Johannis Apostoli, qui cum lavandi gratiâ balneum ingressus, ubi vidisset Cerinthum, continuo exiliens, non totus discessit, dicens: fugiamus hinc, ne & ipsæ balneæ corruant, in quibus Cerinthus lavatur, referente Euseb. *Eccl. hist. lib. 4. c. 4.* 26

Probari etiam 8. videtur hæc sententia & ipsâ pacis Religiosæ constitutione, qua utriusq; Religionis libertas in Imperio Romano permissa, ac severè prohibitum, ne aliquis status alium statum, vel alterius subditos, vel in Religione turbet, vel ab eadem vi cogat, vel clam, vel alio modo seducat, R. A. de Anno 1555. §. Es soll auch kein Stand / *23. ibi*: Es soll auch kein Stand den andern / noch desselben Vnderthanen zu seiner Religion dringen / abpracticiren / ꝛc cujusmodi constitutio omnem coactionem & seductionem à Religione alterius respuit & prohibet, & sic etiam omne testatoris allectamentum, omnes persuasiones, omnesque institutiones sub conditione Religionis mutandæ vel deserendæ factas; cum etiam sollicitatio & persuasio, per quam quis inducitur ad aliquid faciendum, loco coactionis & compulsionis habeatur, *l. unic. §. pœnas autem. 2. vers. nisi enim eam sollicitaverit. C. de rapt. virgin.* Mascard. *de probat. conclus. 532. numero 40.* & illum, qui servum, vel ingenuum ex cultu 427 428 429

Chriſtianæ Religionis in nefandam ſectam ritumve transduxerit, capite puniendum eſſe, reſcribunt *Imperat. Theodoſ. & Valent. in l. eum qui 5. C. de Apoſtat.*

430 Nec hæc aſſertio 9. exemplis deſtituitur: Ita enim Georgius Saxoniæ Dux, Pontificiæ Religioni addictiſſimus cum liberos non haberet, teſtamento hæredes inſtituit fratrem Henricum, ejusque filios Mauritium & Auguſtum, ſed eâ lege & conditione adpoſitâ, ne formam Religionis mutarent. Hoc ſuum teſtamentum conditum prius Nobilitati & populo communicavit, ac petiit, ut ratum illud haberent, & ab eo ſe non diſceſſuros, datâ fide jurarent. Hi verò cum metuerent, ne bellum ex eâ re inter agnatos excitaretur, orabant, ut pateretur ad Henricum fratrem legationem mitti, ſperare enim ipſum aſſenſurum, ut in Religione nihil immutetur. Legati miſſi cum variis uterentur argumentis perſuaſoriis, præcipuè autem adderent, multum adeſſe paratæ pecuniæ, multum exquiſitæ ſuppellectilis, plurimumque argenti, quæ conſecuturus ſit omnia, modò fratris voluntati morem gerat, &c. quibus ille ſtatim è veſtigio reſpondit: Sanè veſtra hæc legatio & oratio planè mihi repræſentat illud de quo prodit um eſt in ſacris literis, cum Sathanas Chriſto polliceretur totius mundi regna, modo procumbens ad pedes ipſum adoret. An verò tanti, addens, apud me putatis ullas opes, ut earum cauſâ velim ab agnitâ veritate, purâque Religione diſcedere. Multum certè vos expectatio veſtra fallit, &c. Atque ita dimiſſis legatis, cum Henricus reſciviſſet, Georgium fratrem è vivis ſublatum eſſe, ilicò Dresdam & ad reliqua oppida profectus, ſuam in fidem populum adegit, non obſtante conditione hæredis inſtitutioni adjectâ, neque attento, quod Cæſarem & Ferdinandum, in caſum ſpretæ conditionis, ſubſtitutos Adverſarios potentiſſimos haberet, ſicuti refert Sleidan. *in comment. de ſtat. Religion. lib. 12. verſ. ad exitum hujus conventus. fol. 343.*

431 Atque ita etiam denique 10. de legato ſub conditione Religionis mutandæ relicto aſſerunt, idque etiam conditione iſtâ non adimpleta, deberi concludunt Petr. Syring. *d. concluſ. 45. lit. c.* Henric. Andr. Cranius *tract. de pac. religioſ. part. 2. problem. 6.* Martin. Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 3. diſſert. 6. corol. 2. & ibi* Dn. Nicol. Myler. *in addit.* Beſold. *lib. 2. polit. cap. 1. num. 42. verſ. 4. & in delibat. jur. ex lib. 5. pandect. tit. 2. cap. 27. ac in diſſert. de educat. & in religion. cap. 10. num. 13.* Bernhard. Widenbrüg *in tractat. method. de interdict. cap. 5. poſit. 61. n. 7.* Benedict. Barpzov. *illuſtr. Saxon. deciſ. 89 per tot.* ubi ita Scabinos Lipſienſes ad conſultationem Hieronymi Rüdigers zu Praga/ menſe Septembri Anno 1630. reſpondiſſe refert.

Atque

Atque hæc maximè procedere, in Regnis, Principatibus, Ducatibus, 432
Comitatibus, Baronatibus & similibus, ubi ex provisione legis & majorum succeditur, constat ex traditis *supra cap. 3. n. 22.*

Ex his facili negocio responderi potest, ad argumenta in contrarium ad- 433
ducta; siquidem primum quod attinet, illud non procedit, quando testatoris voluntas juri contraria, & conditiones legatis & fideicommissis adjectæ sunt impossibiles, legibusque & bonis majoribus adversæ, ac turpe aliquid continent; cum nemo facere possit, quo minus leges in testamento suo locum habeant, *l. nemo potest. 55. ff. de legat. 1.* hujusmodi autem conditiones bonis moribus ac legibus esse contrarias, ac pro impossibilibus haberi, & sic non esse observandas vel implendas, in decidendi rationibus satis apertè est demonstratum, quo me refero.

Nec obstat, quod utraque Religio pontificia & Augustana confessio in Imperio Romano permissa & turpe illud dici non posse videatur, quod publicâ legis constitutione permissum. Non enim ex legis permissu; sed ex fideicommissarii religiosâ conscientia conditionis turpitudo, vel impossibilitas æstimanda est, cum lex quandoque etiam turpe ac inhonestum, per conniventiam & ratione temporis permittat, juxta illud: non omne, quod licet, 434
honestum est, *l. non omne 144. ff. de R. I.* ita enim priscis temporibus, cum gentilis idololatria, unâ cum Christianâ Religione à piis Imperatoribus, majoris mali evitandi causâ, ad tempus permitteretur, si paganus Christanâ Religione imbuto legatum vel fideicommissum sub tali conditione, reliquisset; si ad paganismum reverteretur: quis talem conditionem pro turpi, inhonestâ, impiâ & impossibili, & sic pro non adjectâ non habuerit? Sic concubinatus licet turpis sit, ad evitandum tamen majus malum, de jure olim fuit permissus, hæc tamen permissio turpitudinem hanc non facit honestam. Et sic quoque si alicui legatum vel fideicommissum relictum fuerit hac conditione, si spreto legitimo matrimonio, in concubinatu viv t, quis hanc conditionem non dixerit esse turpem & inhonestam, & sic tanquam impossibilem, pro non adjectâ habendam esse?

Deinde ex permissione utriusq; Religionis, non rectè, sed malè infertur, 435
posse aliquem spe lucri Religionem suam, in quâ natus & educatus, quamque unicè veram & salutiferam agnoscit & profitetur, relinquere, atque aliam, quam hactenus tanquam falsam & damnabilem aversatus, contra conscientiam amplecti & profiteri, idque contra bonos mores, vel turpe non esse, illumque turpiter, & contra conscientiam non agere, qui ita spe tantum lucri Religionem mutat. Et quod proceres Imperii permiserunt Stratibus Religio-

nem

nem Pontificiam derelinquere, & Augustanam confessionem amplecti; & vice versâ ab Augustanâ confessione ad pontificiam deficere, id tum demum licitum & honestum permittitur, si quis conscientiâ ductus & solius alterius Religionis amore & veritate sibi impressa, non verò, si auri saccra fame & lucri pecuniarii causâ motus id fecerit. Neque enim proceres Imperii voluerunt, vel potuerunt illud, quod per se & sui naturâ turpe, & contra bonos
436 mores est, honestum facere, cum malum ex conniventiâ & permissione, vel pravâ consuetudine bonum reddi nequeat, *c. mala 3. c. qui contempta 6. c. frustra. 7. Dist. 8. c. fin. X. de consuetud.*

437 Nec audiendi sunt illi, qui statuunt hoc vel illud apud Lutheranos esse contra bonos mores, non verò apud Pontificios, & vice versâ: cùm non credam, vel apud Pontificios, vel Lutheranos bonum virum dicturum, quod solo amore fideicommissi, vel commodi pecuniarii causâ Religionem mutare velit, cum aliter legibus sit constitutum, *l. filius. 15. ff. de condit. institut.*

438 Ex quibus facile infertur, manifestam esse contradictionem, turpiter non agere, & contra conscientiam à Religione deficere; aut enim prædicta conditio turpis est, aut fideicommissarius eam adimplendo non lædit conscientiam; sed conscientiam illum non lædere, qui agnitam & perspectam veritatem fidei abnegat, nemo sanus unquam dixerit, & sic consequens est, conditionem istam tanquam turpem & impossibilem non esse adimplendam, sed pro non adjecta habendam. Atquè indè, quod dicitur utramque Religionem in Imperio tolerari, & propterea conditionem prædictam pro impossibili non esse habendam, verum est de possibilitate respectu legis permittentis, que etiam quandoque turpe ac inhonestum, conniventiâ quadam, pro temporis ratione permittit; sed non Respectu religiosæ legatarii conscientiæ, qui respectus tamen hic potissimum attendi debet, Syring. *d. conclus. 45.*

439 Idem etiam ad *secundum* argumentum respondetur. Et quamvis testator non fuerit obligatus vel coactus hæredi vel fideicommissario relinquere & sic sub contrariâ conditione, quod reliquit, ipse adimere voluisse præsumatur, aliud tamen est nihil relinquere, aliud relinquere aliquid, eique inhonestam, vel impossibilem conditionem annectere; illud est in potestate testatoris, hoc verò non item, sed in potestate legis. Non est absurdum vel improbatum alicui nihil relinquere, cui de jure nihil debetur; absurdum verò & legibus contrarium, addere conditionem impiam, inhonestam

stultam,

stultam, bonis moribus, pietati & Religioni contrariam, & sic jure impossibilem, hæc enim ut *supra num. 29.* probatum, pro non adjecta habetur.

Ad *tertium.* respondetur, diversissimam esse causam matrimonii & Religionis, in matrimonio enim sola nostra spectatur voluntas, in negocio verò Religionis nostra salus, & Dei voluntas: Cùm autem major ratio sit habenda salutis nostræ & divini cultus *Matthæ. 10 vers. 3*. quam matrimonii, major quoque & laxior libertas in matrimonio spectari debet quàm in Religione, quæ nullâ ratione cogi potest, nihil enim tàm voluntarium est, quàm Religio, in quâ si animus sacrificantis aversus est, jam sublata & nulla est, & quis imponat mihi necessitatem credendi, quod nolim, & non credendi, quod velim, ut ait Lactant. *de divin. institut. lib. 5. cap. 11.* ac corpora obnoxia esse & adscripta dominis, mentem verò sui juris, quæ adeò libera & vaga, ut nec ab hoc quidem carcere, cui inclusa est, teneri queat, quo minus impetu suo utatur, & in infinitum Comes cœlestibus exeat, inquit Seneca, *3. de benefic. cap. 20.* & prudentissimus Poloniæ Rex Stephanus Batoræus dicere fuit solitus, Reges esse Reges & Dominos populorum, non animarum, & Deum tria sibi reservasse, ex nihilo aliquid facere, noscere futura, dominari conscientiis, teste Schleidan. *in liter. Argent ad Cæsar. lib. 21.* 440 441 442

Aliud igitur est, hanc vel illam uxorem ducere, quod salvâ & illæsâ conscientiâ, & sine peccato fieri potest, aliud verò Religionem mutare; & à verâ & salvificâ fide deflectere, peccatum est & sine conscientiæ læsione, vel etiam æternâ damnatione, fieri nequit: ac in matrimonio quamlibet, quæ legibus, vel sanguinis ratione non prohibetur, in uxorem ducere possumus, quod secus est in Religione, ubi conscientia & verbum Dei non permittit hanc vel illam pro libitu profiteri. Et licet quoque in nuptiis respicere ad dotem & lucrum matrimoniale pecuniarium, non verò in Religione, ubi non est licitum habere rationem lucri alicuius temporalis. Unde etiam Papinianus *in d. l. Titio. 71. §. 1. ff. de condit. & demonstr.* aliud esse scribit, pœnæ metu eligendi matrimonii libertatem auferri, aliud per testamentum, sub certâ conditione quem ad aliam Religionem invitare. Quamvis igitur matrimonium carnale & spirituale in uno aliquo tertio, quod scilicet in genere utrumque licitum sit conveniant, cum tamen unum magis liberum sit, quàm alterum, in omnibus non continuò æquiparantur. Ex quo etiam vigenti tres differentias matrimonii carnalis & spiritualis adducit Nicol. Everhard. *in d. loc 76. num. 10. seq.* ubi inter alias pro quartâ & quinta addit, quod in matrimonio carnali admittatur conditio, modò non sit contra substantiam matrimo- 443 444

 nii,

nii, & validum sit matrimonium sub conditione contractum *c. de illis. c. super eo & c. fin. X. de condit appofit.* in matrimonio verò spirituali omnis conditio abesse debeat, *c. 2. in electon. in 6.* & quod in matrimonio carnali possit inter venire pecuniæ datio & permissio, & quotidie dos detur, & donatio propter nuptias constituatur, etiamsi matrimonium sine dote esse possit, *c. nullum. caus. 30. quæst. 5. l. cum multæ C. de donat. ante nupt.* in matrimonio autem spirituali pecuniæ datio intervenire non debeat, *c. gratia c. qui studet. c. sunt nonnulli. caus. 1. quæst 1.*

Ad 4. R. in genere quidem licitum, imo fraternitatis & charitatis officium esse, ut alter alterum in Religione doceat, & sic alectamentum in genere licitum quidem esse, modum tamen alliciendi, & ad Religionem diversam persuadendi, qui est contra bonos mores, improbari; cum aliud
445 sit modus, aliud verò ipsum allectamentum; ita enim modus alliciendi ad Religionem, qui fit mediis in sacrâ scripturâ & praxi Christianâ præscriptis & receptis, veluti prædicatione & auditu verbi Dei, ominò licitus & permissus est, ille verò, qui fit vel coactione, vel pecuniæ, divitiarum, vel aliarum rerum ac dignitatum politicarum promissione, omninò illicitus & improbatus est; quo alliciendi modo usus est diabolus primum in Paradiso, primos nostros parentes ad peccatum suaviter persuadendo & commovendo, & postea Christum tentando, dicens: hæc omnia mundi regna tibi dabo, si ad genua procumbens me adoraveris, *Matth. 4. vers. 9.* & hic modus alliciendi praxi Christi & Apostolorum adversatur, qui non secularium divitiarum & dignitatum, sed æternæ beatitudinis & salutis promissione; non donis, sed Dei verbo, & rerum argumentis gentes in Religione Christianâ docuerunt, & ad Christianismum converterunt.

446 Ad 5. R. nihil hîc hæredem vel fideicommissarium contra conscientiam agere, si non adimpletâ conditione hujusmodi fideicommissum nihilominus petat; cum de jure non teneatur conditionem impossibilem, turpem, inhonestam, ac bonis moribus, & conscientiæ libertati contrarium adimplere, sed liberum ipsi sit, etiam non adimpletâ tali conditione fideicommissum petere, quod autem fit jure permittente, conscientiæ non adversatur, cum etiam testatoris mens esse non præsumatur, hæredem vel fideicommissarium ad turpem & inhonestam ejusmodi conditionem adimplendam adstringere voluisse.

447 Ad authoritates *sexto* loco adductas respondetur, non authoritatibus, sed rationibus & legibus esse pugnandum, *l. 1. §. sed neque 6. C. de vete. jure enuclean.*

enuclean. iisque opponimus authoritates *supra num. 431.* in contrarium adductas.

Atque hæc quidem procedunt, si conditio adiecta, ut ipse hæres, vel 448
fideicommissi successor suam Religionem mutet, & aliam ipse amplectatur & profiteatur. Quod si verò fideicommissum aliquod, veluti Principatus, Ducatus, Comitatus, Baronatus, vel territorium quoddam hâc conditione fuerit concessum, ut hæres vel fideicommissi successor per se quidem Religionem, quam velit, amplecti possit, eam tamen, quæ in Principatu, Ducatu, Comitatu, Baronatu vel alio territorio isto receptâ, immutatam relinquat, aliamque non introducat, vel ad eam subditos non cogat; diversum statuendum & hæredem vel successorem hanc conditionem implere teneri, omninò dicendum videtur. Quia diversâ est ratio inter Religionis professionem, & ejusdem exercitii permissionem, longè enim gravius est amplecti, profiteri, approbare & sequi Religionem, quam quis fortè abhorret & falsam judicat, quam ejusdem exercitum permittere & conservare Turpe & contra conscientiam, jurique naturali & Divino contrarium est, privati commodi & lucri pecuniarii causâ à verâ & salvificâ Religione ad aliam, quam quis falsam & damnabilem credit, deficere, non verò turpe, inhonestum, vel juri naturali vel Divino contrarium est, si Princeps vel alius magistratus, populis sibi subjectis & subditis exercitium alterius, quàm suæ Religionis permittat.

Sic enim Imperator in Imperio Romano, & in quibusdam provinciis 449
hæreditariis diversum Religioinis exercitium permittit, nec tamen prudens quis dixerit, ipsum hac permissione contra jus naturale & honestatem peccare, & pactum sive permissum de libertate Religionis, turpe & inhonestum, ac proinde violandum & negligendum esse.

Ita etiam Elector Brandeburgicus, licet ipse Reformatæ, sive Calvinianæ 450
Religioni sit addictus, subditis tamen suis Augustanam confessionem liberè relinquere tenetur.

Et si Principes Imperii in constitutionem de pace Religionis consentire, 451
eamque inviolabiliter observare tenentur, ac vasallos & ministros alterius, suæ Religionis, salvâ & illæsâ conscientiâ habere possunt, per tradita Reinkinig in seiner Biblischen Policey/*lib.2 axiom.61.* cur non etiam subditos alterius Religionis habere, ipsisque istius exercitium relinquere poterunt? imo si Principes Christiani Judæos, hostes & blasphematores Christi & crucis ipsius, ferre, illisque suos cultus liberè permittere possunt, cur non & ipsorum subditis diversum, vel Augustanæ confessionis, vel Pontificianæ Religionis

exercitium permittere licitum erit, cum utriusque cultores unum eundem-
que Deum Salvatorem agnoscant, & in potioribus fidei articulis consentiant?
452 Unde quoque Principes populi Israel & Judæi Deo placuisse leguntur, qui
non omnes cultus à lege Dei alienos, in eâ prohibitos abrogarunt, sed alios
indulserunt, ipsique observarunt, *3. Reg. 3. v. 15. & 22. & 4. Reg. 11. v. 14. 15. ac
2. Paralipom. 15. v. 21. & 28.* Et de Davide ejusque successoribus nuspiam le-
gitur, quod populos vicinos, Idumæos, Ammonitas, Moabitas atque alios,
quos subegerant, ad observantiam legis & Religionis Mosaicæ pertraxe-
rint vel coëgerint, ipsosque ab idololatricis suis cultibus prohibuerint & ab-
straxerint.

453 Et posse quoque territoriorum Dominos bonâ conscientiâ diversas Re-
ligiones in suo territorio tolerare & permittere, docent Bodin *de republ. lib. 1.
cap. 7. & lib. 4. cap. 7.* Alberic. *de jur. bell. lib 1 cap. 10. & lib. 7. cap. fin.* Clapmar. *de
arcan. rerumpubl. lib. 4. cap 21.* Camerar. *horar. succisiv. 1. cap. 58.* Waremund. *ab
Ehrenberg/ de fœderib. lib. 1. cap. 2. num. 87. seq.* Anton. Benbell. *de pac. relig. part. 2.
cap 3. & seq. & cap. 12.* Johan. Gerhard. *in coron. disp. polit. conclus. 26. seq.* Kecker-
man. *1. polit. cap. ult.* Schönborn. *lib 3 polit. cap. 11. in fin.* Cran. *de pac. relig. part. 1.
problemat. 13 connex. 1.* Arumæ. *de comit. cap. 8. num 25.* Reinking. *de regimin. secular.
& Eccles. lib. 3. class. 1. cap. 1. num. 29. seq.* Rumelin. *ad A B. part. 3. differt. 2. corol. 1.*
454 Benedict. Carpzov. *de leg. Reg. German. cap. 3. sect. 5.* Quamvis enim magistra-
tus summis viribus eo niti debeat, ut una eademque Religio ubique locorum
obtineat; cum pax Ecclesiæ Religionis sit unitas *l. inter claras. 8. in princ. C. de
summ. Trinit.* neque arandum simul cum asino & bove, *Deut. 22. v. 10.* ac in uno
officio diversæ Religionis non sint sociandi, *c. in novâ actione. 22. caus. 16. quæst.
7. l. 1. & 2. C. de sum. Trinit.* optandum tamen id potius, quàm sperare licet, præ-
sertim in magnâ Republicâ, ideoque prudentissimi Rerumpubl. moderato-
res ac territoriorum Domini eo in genere Nauclerum imitari solent, qui
cum eò, quo cupit, pergere non possit, eò, quo potest, cursum dirigit, ac sæ-
pè velificatione mutatâ, procellis ac tempestatibus obtemperat, ne si portum
455 tenere velit, naufragium patiatur, Schönborn/ *d. cap. 11. in fin.* oportet enim esse
hæreses, ut probentur fideles, *1. Corinth. 1. vers. 19.* & melior est Religionum
multitudo, quam conscientiarum carnificina; illa habet superstitiosos, hæc
atheos; illa plures Divini numinis habet cultus, hæc nullum. Et cum divini-
tas patiatur multas Religiones esse, cur nos unam imponere audebimus, in-
quit Theodoricus Rex Gothorum *constit. 48.* referente Goldast. *constitut. Im-
perial. tom. 3. fol. 113.*

Unde

Unde quoque Turcæ, licet suæ legis observatores sint strictissimi, diversas tamen Religiones tolerant, Besold. *thesaur. pract. verb. Religion. vers. Turcæ*, idque notabile probat exemplum Sultani Soleimanni Imper. Turcici, qui cum à nonnullis moneretur, ut Christianos & Judæos, aliosque diversos ritus in Religione sequentes, vel ejiceret, vel cogeret, ut musulmannizarent, dixisse fertur: Quemadmodum ista varietas distincta herbarum & florum, non solum nihil obest, sed mirificè oculos & sensus recreat; ita in imperio meo diversa fides & Religio potius usui, quam oneri mihi est, si modò pacatè vivunt, & in aliis rebus politicis mandatis meis parent. Præstat igitur diutius, sicut majores mei permiserunt, ita more suo Religiones suas sequi, quam turbas excitari, & imperium meum deformari, non secus, ac si flosculos unicolores tantum relinquerem, & reliquas evellerem; quid facerem enim aliud, quam ut hortum vel pratum suâ nativâ elegantiâ, & decore potius spoliarem, quam ornarem? referente Philip. Camerar. *hor. succisiv. part. 1 cap. 58 fol. 262.* Non enim, ut supra dictum, territoriorum domini imperium habent in conscientias, sed dominatus in conscientias & animas soli Deo relictus, non dominamur fidei vestræ, inquit Apostolus *2. Corinth. 1. vers. 4* & mentium Rex Deus est, Curt. *lib. 8.* 457 458

Denique dubium movetur, an ad Validitatem fideicommissi familiæ requiratur ejusdem publicatio? Creditores enim nonnulli, eorumque fautores & patroni hanc quæstionem in hunc finem movere solent, ut, quia de creditis suis super hypotheca bonorum horum invalidè constitutis, desperant hoc saltem exceptionis obstaculo, quod scilicet hujusmodi fideicommissum familiæ pro notitia aliorum non fuerit publicatum, illud infirmare & supprimere possent.

Verum frustraneo conatu, quia nullibi in jure talis requiritur publicatio, turpe autem est sine lege loqui, *Novell. 1°. cap. 5. in princ.* nec Doctori, etiam maximæ authoritatis, credendum, nisi quatenus jura & rationes adducit, Archidiac. *in c. nolite. in fin. caus. 2. quæst. 3.* Jason. *in l. illam. C. de collat.* Zabarel. *consil. 78.* 459

Neque etiam ullus Doctorum classicorum, quem ego viderim, hanc publicationem requirit, sed contrarium eleganter docet Nicol Everhard. jun. *vol. 1. consil. 7. num. 24.* ubi ita scribit: Sed hic forte objicietur, quodimò in casu nostro justa subsit causa scilicet Imperatori, dictam dispositionem cassandi, nempe ignorantia creditorum, qui nesciverunt, de dominio E. talem ordinationem, & alienationis prohibitionem factam fuisse, sicque decepti

majorem pecuniæ qualitatem D. Oswaldo à E. crediderunt, quam aliâs credituri non fuissent, si ejus notitiam habuissent, unde iniquum videtur, eos hoc jam prætextu magna parte sui crediti defraudari: Et ipsa æquitatis ratio exigit, ut cassata hac dispositione, creditoribus subveniatur. Verum respondetur hanc causam esse quorundam privatam, & nullo modo justam, ut ob eam sæpe dicta dispositio cassari, & consequenter illi de familia E dominio & jure suo in E. privari debeant, & illam in consideratione non haberi, sa-
460 tis probatur *argum. auth. res quæ C. comm un. de legat.* ubi non distinguitur, an contrahentes sciverint rem fideicommisso subjectam, vel non, sed existente die fideicommissi, potest fideicommissarius eam penes quemcunque existentem persequi. Quod si prædicta ratio æqua, & ad privandum quem jure aut dominio suo, justa & sufficiens esset, tunc sequeretur, quod eadem ratio ad auferendum alicui dominium ædium alteri locatarum sufficeret, puta si splendidas ædes à me Titius conductas haberet, & Sempronius Titio illarum contemplatione, credens eum divitem, magnam pecuniam mutuò dedisset: Vel si cum Titii ædes magnificæ pro magna quantitate mihi essent specialiter hypothecatæ: Sempronius id ignorans, dictarum ædium contemplatione eidem Titio pecuniam crediderit, sub generali hypotheca omnium bonorum: quia nullo istorum casuum hæc ignorantia sufficiens causa esset privandi me vel dominio, vel jure specialis hypothecæ in dictis ædibus mihi competente; sed sibi imputare debent creditores, qui non didice-
461 runt cautius mercari. Unde est regula juris, quod is, qui cum alio contrahit, vel est, vel esse debet non ignarus conditionis ejus, cum quo contrahit, *l. qui cum alio 19. ff. de R. I.*

Et non solum hujus dispositionis cassatio hic non fieret ex justa causa, verum etiam contra justas causas, quia inprimis aliis auferretur domi-
492 nium & jus quæsitum ex dicta dispositione. Deinde præjudicaretur pio & honesto desiderio defuncti, qui sub authoritate legum suam ordinationem faciens, per illam ipsam deciperetur, contra *l. 1. in fin. C. de his, qui ven. ætat.*

463 Item & in hoc ipso præjudicaretur Reipubl. cujus interest, defunctorum voluntates conservari inviolatas, *l. vel negare. ff. quemad. testam. aper.* Præjudicaretur etiam Reipubl. in alio, quia dignitas familiæ per hoc vilesceret, quod non fieri Reipubl. interest, cujus defensio & tutela ad illam pertinet. Unde tot & graves causæ, publicum bonum ex magna parte concernentes, meritò creditorum causis, ad privatum ipsorum commodum excogitatis prævalere, easque elidere debent. *Hactenus Everhardus.*

Cujus

Cujus sententiam quoque confirmat, quod idem in feudis & bonis emphyteuticis o tinere videmus, ubi si quis horum bonorum qualitatem ignorans magnam pecuniæ summam sub hypotheca illorum, inscio domino directo mutuum daret, hic licet millies feudi & emphyteuseos ignorantiam & publicationis defectum allegaret, irrideretur potius, quod cautius non fuerit mercatus, secundum *l. 2. C. de furt.* quam ut feudi & emphyteuseos domino, 464
vel successoribus quicquam hoc ipso præjudicaretur.

Sic quoque si una eademque res diverso tempore, pro certa pecuniæ summa fuerit hypothecata, licet posterior creditor ignoraverit, rem istam priori creditori obligatam & hypothecatam fuisse, per hanc tamen ignorantiam & posteriorem obligationem, prior illa non invalidatur, sed regula illa vulgata locum habet, qui prior tempore in hypotheca est, prior quoque 465
& potior est jure, *l. quoties utriusq. ff. de pignor. l. qui balneum. in princ. ff. qui pot. in pign. c. qui prior. de reg. jur. in 6.* Mascard. *de probat. conclus. 135. n. 1.*

Cum enim hisce & similibus casibus creditor facilè indagare, & scire potuerit, qualia sint bona hujusmodi hypothecata, an fideicommissaria, feudalia, emphyteutica vel aliis hypothecata, nec indagavit, & cognovit, ignorantia hujusmodi qualitatis ipsi nequaquam proderit, quia ignorantia non excusat, ne quidem in facto alieno, quando quis tenebitur indagare, nec indagavit, cum de eo facilè certiorari potuerit, ex Abbat. *ad c. pen. X. de R. J.* & gloss. *in c. ignotuit. verb. ignorantiam. X. de elect.* Cravet. *consil. 168. num.* 466
4. Hippolyt. Riminald. *consil. 233. num. 54. & 55.* Gœddæ. *4. Marpurg. consil. 17. num. 51.*

Idque maximè procedit in istis locis, ubi fideicommissa hæc familiarum in usu consueta sunt, quo casu, si creditores non explorent de tali consuetudine, etiamsi forenses sint, in lata culpa esse arguuntur, secundum Bald. 467
consil. 46. vol. 3. Cravet. *consil. 115. num. 3.* Hippolyt. Riminald. *consil. 102. num. 4.* Gœddæ. *d. num. 5.* Atque ita hoc casu scire & scire debere paria sunt, & tam 468
est in culpa, qui scire debuit, tametsi non sciat, quam is, qui scit, per *l. cum te. & ibi* gloss. *ff. de reb. credit.* Et parem esse culpam scire, & ignorare quidem, sed tamen scire debere, & scire, & non scire, sed scire posse, tradunt Angel. *in l. sed non. ff. de adquir. hæred.* Wesemb. *consil. 8. num. 36. vol. 1.* Vultei. *4. Marpurg. consil. 32 num. 13. & consil. 34. num. 52.* Vigilantibus enim jura scripta sunt, 469
non negligentibus, eaque non his, sed illis subveniunt, *l. non enim ff. ex quib. caus. major.* Et quod is, qui negligit jura sua perdat, quia negligentia lædit 470
omnia, notanter scribit Bald. *in c. fin. num. 5. vers. alius modus X. de elect.*

Vultei.

Vultei. *d. consil. 34. num. 54.* Plura huc facientia vide *infra cap. 11. num. 358. & multis seqq.*

Quin autem hoc casu creditor contra debitorem pecuniam mutuo accipientem, ejusque hæredes personalem actionem intentare, & pecuniam creditam ab ipsis repetere possit, non videtur habere dubium.

CAPUT. VII.

De fine fideicommissorum familiarum Nobilium.

Summaria.

1. *Finis fideicommissorum familiarum Nobilium est memoriæ, agnationis & familiæ, ac in ea bonorum conservatio.*
2. *Lugubre & triste paternas & avitas domos ad extraneas transire videre familias.*
3. *Naboth parentum hæreditatem vendere noluit.*
4. *Reipublicæ interest, ut familiarum dignitas conservetur.*
5. *Nobiles familiæ Reipubl. seminaria sunt, & veluti rudimenta.*
6. *Familiarum dignitas sine opibus non conservatur.*
7. *Nobilitas paupertate non amittitur.*
8. *Paupertas non est de genere malorum.*
9. *Nihil absurdius, quam dignitatem quæstu, & Nobilitatem opibus metiri.*
10. *Maximorum virorum paupertas refertur.*
11. *Ad splendorem Nobilitatis plurimum faciunt divitiæ.*
12. *Divitiæ augent decus Nobilitatis, & conservant.*
13. *Nobilitas sine divitiis penè mortua, manca & ludibrio est.*
14. *Familiæ sine divitiis sordescunt.*
15. *Et se habent tanquam fides sine operibus.*
16. *Eo quis nobilior quantò ditior.*
17. *Et quantò potentioribus præest.*
18. *Non est regia dignitas imperium exercere in mendicos.*

19. Imper.

19. *Imper. Maximiliani dictum, se in Germaniâ esse Regem Regum.*
20. *Pecunia nervus rerum agendarum.*
21. *Vulgus Nobilitatem vetustis divitiis æstimat.*
22. *Divites præferuntur pauperibus in magistratibus.*
23. *Quod declaratur exemplis Romanorum.*
24. *Atheniensium.*
25. *Carthaginensium.*
26. *Genuensium.*
27. *Reipubl. interest, per ditiores & digniores regi.*
28. *Divitiæ authoritatem & potentiam conciliant.*
29. *Sapientia pauperis contempta est, & pecuniæ omnia obediunt.*
30. *Emblema adolescentis industrii.*
31. *Quod Doctor sine lege, pastor sine grege, &c. id Nobiles sine divitiis.*
32. *Nullus ordo sine divitiis conservatur.*
33. *Ecclesiastica dignitas ob paupertatem vilescit.*
34. *Paupertas ad scelera proclivis est.*
35. *Præstat divitem esse, quam Nobilem mendicum.*
36. *Paupertate subditorum domini vilescit authoritas.*
37. *Nobiles majores sumptus, quam plebei ferre tenentur.*
38. *Nobilium exequiæ majore pompâ, & majoribus sumptibus celebrandæ.*
39. *Nobili injuria fit, si modico sumptu sepeliatur.*
40. *In funeribus Nobilium imagines & equi deferri solent.*
41. *Vestitus Nobilium major & pretiosior esse solet, quam plebeorum.*
42. *Nobilibus majora alimenta debentur.*
43. *Nec tenentur comedere allium, & panem atrum.*
44. *Propter viri Nobilitatem major dos constituenda.*
45. *Majoribus beneficiis & præbendis sunt honorandi.*
46. *Vilium artium exercitia Nobiles faciunt contemptos.*
47. *Nobilitas per vilium artium exercitia amittitur.*
48. *Mercatura Nobilibus interdicta.*

49. *Mercaturâ Nobilitas amittitur.*
50. *Thebanorum lege mercatores ad Reipubl. honores non admittebantur.*
51. *Sicuti nec apud Germanos ad torneamenta.*
52. *Vxores maritorum radiis coruscant.*
53. *Clarior & illustrior Nobilitas, si ex parte matris ea quoq; concurrat.*
54. *Romæ patriciis cum plebeis connubium non erat.*
55. *Et apud Romanos nuptiæ inter impares illegitimæ sunt habitæ.*
56. *Olim apud Francos Nobilis fœminam ignobilem ducens pro ignobili fuit habitus.*
57. *In Ecclesiis plerisq; Cathedralibus non recipiuntur, nisi ex utroq; latere Nobiles.*
58. *Propter familiarum conservationem multa contra jus recepta sunt.*
59. *Iuris primogenituræ & majoratus finis est, ut familiarum dignitas & memoria conservetur.*
60. *Confraternitates ideò introductæ ut territoria & provinciæ apud familias illustres remaneant.*
61. *Renunciationis fœminarum finis est, bonorum in familiâ conservatio, & ut familia illustrior fiat.*
62. *Collegia Cathedralia ideò instituta, ut familiæ Nobiles numerosâ prole abundantes, receptum habeant.*
63. *Monasteria Nobilium sunt hospitalia.*
64. *Olim Principes aliquando sorti, vel virginis arbitrio matrimonium & successionem permiserunt.*
65. *In Comitiis Augustanis ac Ratisbonensibus Comites & Barones Augustanæ confessioni addicti petierunt, ut ipsis quoq; ad Canonicalia beneficia aditus pateat.*
66. *Parentes filios suos in monasteria detrudentes reprehenduntur.*
67. *Vtile Imperio Romano foret, si utriusq; Religionis Comites, Barones & Nobiles Ecclesiasticorum beneficiorum participes redderentur,*

rentur, hac conditione, ut sacram contra Christiani nominis hostes militiam obire tenerentur.

68. Idem foret, si alii ordines Equestres in Germania instituerentur.

69. Feudi alienatio ideò prohibita, ne vasalli feudis exuti Dominis servitia præstare minus idonei fiant.

70. Ne quoq; bona allodialia alienentur, sed apud masculos permaneant, potentioribus à nonnullis in feudum concessa fuerunt.

71. Decurionibus olim interdicta fuit bonorum alienatio sine decreto.

72. Lege Divinâ perpetua prædiorum alienatio prohibita fuit, & fœminis, masculis extantibus, â successione fuerunt exclusæ.

73. Ut bona in familia permaneant, jus retractus inductum est.

74. Quod legibus Mosaicis receptum.

75. Nec olim jure divino de tribu in tribum alienatio permissa erat.

76. Validum est pactum, ut bona paterna ad masculos perveniant, & filiabus pecunia detur.

77. Et bona feudalia ita dividere licet inter fratres, ut unus prædia, alter pecuniam accipiat.

78. Pactum in matrimonii contractu valet, ut masculi, fœminis exclusis, succedant.

79. Ratio unica familiæ conservationis intuitu comprehendit omnes casus, etiam non expressos.

80. Pro familiæ conservatione Monacho ad tempus matrimonium permittitur.

81. Fideicommissa regulariter sunt odiosa, & strictè interpretanda.

82. Alienationis prohibitio odiosa.

83. Statutum fœminas excludens odiosum censetur.

84. Omnis recessus à jure communi odiosus, & stricti juris.

85. Fideicommissa familiarum sunt favorabilia.

86. Quæ publicum favorem spectant, favorabilia sunt.

87. Quamvis aliâs in dubio judicandum sit, fideicommissum non extare, secus tamen est in fideicommissis familiarum.

88. Statuta fœminas pro conservatione agnationis & familiæ excludentia

dentia sunt favorabilia, & latè interpretanda.

89. Dispositio quæ principaliter favorem concernit, favorabilis esse censetur, etiamsi incidenter in alterius odium convertatur.

90. Principalis intentio attenditur, & à potiori fit denominatio.

91. Pacta, quibus bona penes masculos permanere constituitur, favorabilia sunt,

92 Quatenus fideicomissum sit onus.

93. Nemo plus gravari potest, quam ex testamento accepit.

94. Quatenus fideicommissa strictè interpretanda.

95. Fideicommissa à legibus recepta & comprobata.

99. Alienationis prohibitio pro conservatione familiæ facta non est odiosa.

97. Dispositio ad jus artiquum & mediam Iurisprudentiam ducens, non est odiosa, sed favorabilis.

98. Fideicommissa familiarum latè sunt interpretanda.

99. Odia sunt restringenda, & favores ampliandi.

100. Statuta & pacta fœminas excludentia, ut bona in familiâ conserventur, ex identitate rationis extenduntur.

101 Etiamsi ratio non sit expressa, sed ex mente & conjecturis colligatur.

102. Ratio potius & mens, quam verba inspicienda.

103. Etiam alias in fideicommissis extensio non fiat de casu ad casum.

104. Secus tamen est in fideicommissis pro familiæ conservatione constitutis.

105. Ex verisimili constituentis voluntate, & quando eadem militat ratio, extensio fieri solet de casu ad casum.

106. Licet quoq; extensio non fiat de personâ ad personam.

107. Etiamsi eadem militet ratio.

108. Secus tamen est, quando ratio agnationis & familiæ conservandæ expressa est.

109. Vel quando alienationis prohibitio est realis.

110. Ex præsumptâ disponentis voluntate & ratione extensio de personâ ad personam fieri solet.

111. Quam-

111. *Quamvis fideicommissi constitutio ad personas certas directa eas non egrediatur, secus tamen est in fideicommissis familiarum.*

112. *Alienationis prohibitioni ad certas personas relatæ, si ratio conservandi rem in familiâ adjiciatur, non est personalis, sed perpetua & personas egreditur.*

113 *Ex legitimis conjecturis extensio fit de personâ ad personam.*

114. *Et quamvis fideicommissum injunctum primis hæredibus, in sequentibus non censeatur repetitum, hoc tamen non procedit in fideicommissis familiarum.*

115. *Alienationis prohibitio filiis facta, ad nepotes non videtur extendenda.*

116. *Filiis fideicommisso gravatis, nepotes non censentur gravati.*

117. *Nepotes filiorum nomine non continentur.*

118. *Quando filii prohibiti sunt alienare extra familiam, vel quod bona permanere debeant in familiâ pro ejusdem conservatione, filiorum nomine etiam nepotes, & alii descendentes veniunt.*

119. *In fideicommissis, quæ relicta sunt filiis, etiam nepotes veniunt, quando eadem ratio in nepotibus, quæ in filiis.*

120. *In materiâ favorabili filiorum nomine etiam veniunt nepotes.*

121. *In dispositione per verba successivum tractum habentia factâ, non sufficit momentaneum supplementum.*

122. *In statuto favorabili fœminas per masculos excludente, filiorum nomine etiam nepotes veniunt.*

123. *Licet propriè filii sint liberi primi gradus, ex identitate tamen rationis, vel loquentis voluntate per interpretationem etiam filiorum nomine veniunt nepotes & alii descendentes.*

124. *Et sic etiam pronepotes.*

125. *In dispositione hominis, quæ de descendentibus agit, filiorum nomine etiam veniunt nepotes.*

126. *Maximè si ab intestato essent successuri, & aliâs extranei admitterentur.*
127. *Idem in dispositione legis obtinet.*
128. *Et hæc tum maximè procedunt, quando conjectura aliqua capi potest, testatorem de nepotibus quoque sensisse.*
120. *Vel quando absurdum indè sequeretur.*
130. *Filiorum nomine non veniunt nepotes, quando id disponentis mentem fuisse constat.*
131. *Alienationis prohibitio hæredi facta, ad hæredis quoque hæredem facta intelligitur.*
132. *Hæredis nomine hæredis quoque hæres & alii successores veniunt.*
133. *Maximè si alienationis prohibitio pro familia & agnationis conservatione facta.*
134. *Alienationis prohibitio de unâ re factâ, extenditur ad alia bona, nisi prohibitionis ratio alia quoque bona comprehendat.*
135. *Fdeicommissorum favor ita interpretari debet, ne aliis iniquitas inferatur.*
136. *Prohibitus alienare inter vivos, non censetur prohibitus alienare per ultimam voluntatem.*
137. *Verbum alienare, etiam comprehendit ultimam voluntatem.*
138. *Et vice versa, prohibitus alienare in ultimâ voluntate, non censetur prohibitus alienare inter vivos.*
139. *Nisi ratio addita, quod bona in familiâ permanere debeant.*
140. *Venditione prohibitâ, etiam alia alienationis species prohibita censetur.*
141. *Secus verò est, quoad alienationem per testamentum.*

Finis

FInis fideicommissorum familarum Nobilium est, memo- 1
riæ, agnationis & familiæ, in eaque bonorum perpetua
conservatio. Siquidem non tantum lugubre, triste & de- 2
plorandum est, videre paternas & avitas domos, in qui-
bus pater defecit, minor crevit, prædia in extraneas ma-
nus & familiam pervenire, *l. in fundo.38. ff. de rei vind. l. si in*
emptionem. 35. ff. de minorib. l. lex. quæ 22. nec verò C. de administrat. tut. Gail. *2 ob-*
servat.. 19. in princ. supra cap.6 num.49. & num.336. & infra *cap.8.num.183.* Ex quo
etiam Naboth vineam veluti parentum hæreditatem avitam Regi Achabo 3
vendere noluit, *3. Reg. 21. vers.2. & seq.* sed etiam Reipub. interest, ut familia- 4
rum dignitas conservetur & salva sit, *l.1.§. sed etsi 13. ff. de inspic. vent.* Rol. à Val-
le. *consil.58. num.81. seq. vol.1.* Paris. *consil.26.num.12 seq.* Tib.Decian. *cons.9.num.*
4.vol.3. Brun. *de stat. fœmin. exclud. art.3. col.2.* Gail. *2.observ.127.num.8.* Myn-
sing. *dec.8.resp.79.num.32.* Vultei. *4.Marpurg.consil.30. num. 119.* ubi Reipubl. in-
teresse scribit, ut familiæ Nobiles, (quibus tanquam columnis Respublica
magna ex parte nititur,) & earum honor, ordo, dignitas & opulentia con-
servetur, & ne columnis Reipubl. ad tenuitatem redactis, totum ædificium
lædatur, aut collabatur, Brun. *d.l.* Fichard. *consil.3.num.9.* Decian. *consil.46.*
num.108.vol.2. Natta *de stat. fœmin. exclud. num.13. vers. secundo hoc confirmo.* Puta-
runt sanè prudentes antiqui è Republic. esse conservari familiarum splendo-
rem posteris, ut benè gestorum memoria majorum cum nomine & bonis in
perpetuum superstes ad imitationem virtutis & actionum impelleret, inquit
Petr. Gregor. Tholos. *in syntagm. lib.45. cap.13 num.4.* Sunt enim familiæ No- 5
biles Rerumpubl. seminaria & veluti rudimenta Bodin. *de republic. cap.2. in*
princ. fol.12. Schönborn. *lib.1. polit. cap.10. vers. corpus illud.* ac firmamentum mu-
nimentumque regalis potentiæ ex illustri Nobilium familiarum dignitate
reputandum, scribit Annæ Robert. *lib. 2. rer. iudicat. 4.* familiarumque splen-
dor & dignitas est fulcrum & sustentaculum Reipubl. *arg. Aur. Bull. tit.3. verb.*
quorum præsidio dextera imperialis roboratur. Et sic familiarum conservationem
in Republ. quoque splendorem, commodum & utilitatem vergere dicit Va-
lentin. Forster. *de successfion lib.3. cap. 13. num. 7.* cum omnis civitas ex familiis
constet, ut scribit Aristot. *lib.1. polit.* Unde qui amplificandis & augendis il-
lustrium & Nobilium familiis studet, publicæ utilitati principaliter prospice-
re dicitur, *d.l.1. § publica. ff. de ventr. in spic.* Perusin. *consil.68.n.4.* Cornel. *consil.*
335.num.18. vol.1. Muscul. *de success. convent. num.152.*

At verò Nobilium familiarum splendorem sine opibus ac divitiis conser- 6
vari

vari & propagari non posse, præter ipsam experientiam, communis Dd. schola tradit, Cornel. *consil. 90. in fin lib. 3.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 25. per tot.* Schurff. *consil. 27. n. 16. cent. 2. & cent. 3. consil. 72. n. 4.* Wesemb. *consil. 50. n. 15. & consil. 51. num. 27.* Quamvis enim divitiæ solæ non faciant Nobilem, per ea, quæ dixi *in tract. de Ord. Equest. jurib. ac privileg. lib. 1. cap. 5.* neque etiam paupertate Nobilitas amittatur, ut probavi *ibid. cap. 14.* cum possit quis esse pauper, dignitate tamen & famâ domus integrâ manente *l. ut tantum. 14. §. 1. ff. de serv. corrupt. l. 2. §. post hunc. 47. vers. ego Sabino. ff. de orig. jur.* Gylman. *decis. Cameral. 9. num. 17.*
8 *lib. 1* & nemo sapiens paupertatem & ignobilitatem mala dixerit, Armuth ist keine Schande oder Ohnehr / *c. illa cavenda. 6. caus. 15. quæst. 1.* Pruckman *consil. 6. num. 274. vol. 2.* Wesemb. *consil. 18. num. 27.* Mynsing. *respons. 2. num. 27.* Gail.
9 *2. observ. 95 num. 20.* nihilque absurdius aut perniciosius, quàm dignitatem quæstu, ordinem pecuniis, Nobilitatem opibus metiri, exclamat Bodin. *de republic. lib. 3. cap. 8.*

Nimirum stulta hæc sententia, si sit ab auro
Nobilitas, certè de terrâ nascitur aurum,
De fraude, & furto, de fœnore: Nobilitas, ô
Iudicium vulgi insanum; ô sine pectore turba!
Nobilitare hominem non ulla pecunia, nullæ
Divitiæ possunt: pretio nam dignior omni est
Nobilitas: hæc non emitur, nec venditur auro.

Quod vulgi delirium etiam alius Poëta ita eludit:

Nobilitas: veluti vulgus putat inscius, aut est
Copia nummorum & collectio divitiarum.
Iudicium tamen hoc vulgi mendaciter errat,
Vt plerumque solet. Si Nobilis ille putari
Debet, quicunque est dives: Sic Nobilis esse
Cerdo potest, lanius, tonsor, piscator, equiso,
Pastorque & pistor, coriarius atque bubulcus,
Et latro, & leno, & quivis de gente lutosâ,
Namque ex his multi rebus, nummisque potentes
Et sunt, & fieri possunt, &c.

10 Mihi inquit Imperator Julianus *in Orat. ad Milit.* apud Ammian. Marcell. *in lib. 24.* nec facultates, nec propinquitas generis suppetit, quamvis ortu sim Nobilis, præter pectus omni liberum metu: Nec pudebit Imperatorem cuncta bona in animi cultu ponentem, profiteri paupertatem honestam, Nam & Fabricii, familiari re pauperes rexêre bella gravissima, gloriâ lo-

riâ locupletes, &c. Epaminondas Thebanorum Dux erat, quem tamen adeò pauperem fuisse accepimus, ut ne vestem quidem mutatoriam haberet, ideoque domi manere cogeretur, si quando pallium sartori reficiendum dedisset, Clem Timpler. *lib. 2. polit. cap. 2. quæst. 12.* Valerius Poplicola, qui Tarquinio ejecto consulatus initium cum Junio Bruto fecit, terque consul fuit, patrimonio ne quidem ad exequiarum impensam sufficiente decessit, & publicâ pecuniâ deductus fuit, Valer Maxim. *lib. 4. cap. 4.* Idem Agrippæ Menenio contigit, quem licet Senatus & plebs pacis inter se faciendæ auctorem legisset, ita tamen inops decessit, ut nisi à populo collatis in capita sextantibus funeratus esset, sepulturæ honore caruisset, Valer. Maxim. *d. l.* Sic nobilissima Aeliorum familia nullum scrupulum argenti habuit, antequam Paulus Persiæ Rege devicto Q. Aelio Tuberoni genero suo quinque pondo argenti ex præda donaret, Valer. Maxim. *d. l.* ita ut uno tempore sexdecim Aelii essent, quibus una Domuncula erat, & unus fundus, minus multo cultores desiderans, quam dominos habebat, idem Valerius Maxim. *ibid.* Lentulo gloriæ fuit benè tolerata paupertas, deinde magnæ opes innocenter partæ & modestè habitæ, inquit Tacitus *lib. 4. annal.*

Verum tamen quin ad splendorem Nobilitatis plurimum faciant opes & divitiæ, ipsa experientia testatum facit, & Nobilitatem divitiis demum verè magnificam reddi, ac instar solis radiorum generosas animi vires exerere, commune Dd. suffragium habet Matthæ. de Afflict. *in c. un. quis dic. Dux. col. 8.* Bart. *in l. 1. C. de dignitat.* Tiraquel. *de nobilitat. cap. 3. num. 22.* *Guid. Pap. decis. 437. & 476.* Chassan. *in consuet. Burgund. tit. 7. §. 12. in princ.* Rolbag. *in certam. mascul. fœmin. acie viril. cap. 28 num. 57* & quod magno sint ornamento & adjumento in dignitate constitutis, nemo dubitat, per *l. si res 50. ff. de admin. tut. l. 1. ff. de custod. reor. l. rescripto 6. in princ. ff. de muner. & honor. l. ad subeunda 46. C. de decurion. l. 2. in fin. C. d. præd. decur. Novell. 15. in princ.* Bart. *in l. 1. col. 3. vers. 3. & ibi* Joan. de Plat. *C. de dignita.* augent enim decus Nobilitatis & conservant *l. quisquis. 5. C. ad l. Iul. majest. l. 6. C. de suspect. tut. Num. 36. vers. 6. & 7.* Natta. *cons. 675. num. 11 tom. 4.* Surd. *cons. 488. num. 52. lib. 4.* Salicet. *in l furiosi. C. de nupt.* Angel. *in l. si quis uxori. §. cum Titio ff. de furt.* Ripa *in c. ad aures. X. de rescript.* præsertim si magnæ & inveteratæ sint Craver. *cons. 982. num. 37. tom. 6.* Guid. Pap. *cons. 217. num. 1.* Decian. *cons. 66. num. 41. vol. 3.* Et sicut fides sine operibus, sic quoque Nobilitas sine divitiis penè mortua, Chassan *in catal. glor. mund. part. 8. consid. 22.* Nevizan. *in silv. nupt. lib. 4. n. 11. seq.* Bonus de Curtil. *de nobilitat. part. 7. num. 3. & 4.* manca & lubrica est, per

l. nobiliores. C. de commerc. Tiraquel. *de nobilit. cap. 25. num. 9. & de jur primog. quæst. 4* ita, ut egestate sordentibus vita sit supplicium, mors verò solatium
14 post Roman. *cons. 411. in princ.* Tusch. *lit. 5. conclus. 6, 6. num. 40.* & familiæ sine iisdem sordescere censeantur, *l. 3. in princ. ff. de testib. l. 1. ff. de Custod. reor. l. quisquis. 5. C. ad l. Iul. majestat. l. pietatis 6. C. de Suspect. tutor.* Michael. ab Aguir. *de success. regn Portugal. part. 3. num. 64.* Decian. *respons. 7. num. 65. vol. 5.* Bursat.
15 *cons. 35. num. 5.* & se habeant tanquam fides sine operibus Riminald. *cons. 072. num. 60. lib. 6.* Tiraquel. *de nobilitat. cap. 25. num. 9.* Pruckman. *cons. 22. num. 143. vol 1.* ita, ut de Nobilitate disputans sine pecuniâ, de nobili stercore disputa-
16 re dicatur, Hostiens. *in c. tua. X. de consang. & affin.* unde etiam, cæteris paribus, eo quis nobilior censetur, quanto ditior est, Cephal. *cons. 615. num. 137. lib. 5.* Cœpoll. *de Imper. milit. relig. cap 6. num. 1. & seq.* & quo nobilius habet
17 subjectum Simon Pistor. *cons. 18. num. 7. vol. 1.* Capyc. *decis 27. num. 23.* tantoque illustriores & potentiores domini reputantur, quanto potentioribus & illustrioribus præsunt, *Novel. 15. in princ. c. intellecto. X. de jurejur.* Ant. Sola *ad proem. constit. Duc. Sabaud. & Princip. Pedemontan. gloss. 1. num. 9.* Gail. *1. obs. 2. numer. 1.* Knichen. *de Sax. non prov. jur. verb. Ducum. cap. 1 n. 26. & de jur. territ. cap. 1. n. 1.*
18 *seq.* & paupertas statui Principis non est conveniens, Warem. ab Erenb. *de*
19 *fœder. cap. 2. num. 133.* nec Regiæ dignitatis est, imperium exercere in mendicos, sed opulentos potius & fœlices, Thom. Morus. *in Utop. lib. 1. fol. 103.* Ex quo Imp. Maximilianus I. & Carolus V. ad ostentandam præeminentiam, præ cæteris Regibus, gloriati sunt, se in Germaniâ esse Reges Regum, in aliis verò regnis mancipiis & servis imperare, & sic Regem Hispaniarum hominum, & Galliæ Regem asinorum esse, Casp. Ens. *in thesaur. polit. part. 3. apote. C. 63.* Dn. affinis Joach. Cluten syllog. *rer. quotid. concl. 26. lit. a.* Ziegler. *§. Landsassii concl. 1. num. 108.* Et aliàs quoque pecuniæ vis Rempublic. stabilit. *Novell. Leon. 52. in princ.* in quâ veteres robur omne patrimonii posuerunt, *l. lex. 22. vers. huic accedit. C. de administr. tur.* adeò, quod non tantum nervus re-
20 rum gerendarum, sed & nauta in hoc mundo sit, Warem. ab Erenberg. *medit. pro fœder. 1. cap. 1. n. 66. & cap. 2. num. 132.* Lather. *de cens. lib. 1. cap. 2. n. 4. seqq.* Unde vulgus Nobilitatem vetustis fermè divitiis æstimat, Paul. Bus. *de. republ. lib. 1. cap 8.* Tanta est miseria hujus temporis, ut nullus habeatur magis Nobilis, quam qui est plurimum dives, suo tempore conquestus est Salvian. Massil. *de gubernat. Dei lib. 3. fol. 90.*

--- fac sim
Forunatus ero locuples, ero primus in urbe,
Audiar, assurgent omnes me vertice nudo,

Vulgus

Vulgus adorabit me, plebs me consulet, omnis
Turba magistratus, etiam populusque patresque.

Et Horat. Satyr. 3. lib. 2. inquit:

- - - omnis enim res,
Virtus, fama, decus, divina humanaque pulchris
Divitiis parent, quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, justus, sapiens etiam Rex.
Et quicquid volet, hoc veluti virtute paratum,
Sperabit magnæ laudi fore, &c.

Nec non Ovid.

Iuppiter admonitus nihil esse potentius auro.
In precio precium nunc est, dat census honores,
Census amicitias, pauper ubique jacet.

Palingen.

Tantum habet Imperii, tantasque pecunia vires,
Vt sibi nil obstare diu patiatur, ab alto
Deducit montes & valles tollit in altum.

Opus sunt opes, & sine iis nihil fiet, quod opus, ait Demosthenes *Olynth. 1.*

Hinc quoque sicut in honoribus & magistratibus consequendis No- 22
biles præferuntur ignobilibus, ita etiam divites pauperibus *Esaiæ 3. vers. 7. l. rescripto in princ. ff. de muner. & honor. l. ad subeunda. & ibi* Luc. de Penna, *C. de decurion.* Alber. *in auth. præsides. C. de Episc. aud.* Tiraquel. *d. nobil. cap. 3. num. 19. seq.* Apud Romanos nemo Ordini Equestri, qui Senatorii seminarium 23
erat, adsciscebatur, nisi cui millium quadringentorum nummorum census nec ad Decurionatum promovebatur, nisi centum millium esset, Alex. ab Alexand. *lib. 1. genial. dier. cap. 16.* Marc. Vertran. Maur. *de jur. libror. cap. 23. fol. 148. &c.*

Pisander de consilio Alcibiadis Democratiam Athenarum in Oligar- 24
chiam commutare volens, in numerum eorum, quibus commissurus erat Rempub. non allegit, nisi qui & pecuniis & corporibus publico statui prodesse possent, Thucyd. *lib. 8.* Et Solon inter cætera popularibus suis consultum duxit, ut quisque pro suarum facultatum modo, si adesset vitæ innocentia, dignitatem in Republ. assequi posset, nullâ habita plebei aut patricii ratione. Wilhelm. Possard. *de magistrat. Athen. cap. . fol. 436.* Sicuti & Carthaginensium 25
legibus locupletissimi ad magistratus adsumebantur Aristot. *3. polit. 9.*

Sic quoque divitiarum rationem, non tamen exclusâ virtute, ob oculos habuit Andreas Doria, qui in reformandâ Genuensium Republ quam à Vicinorum Principum imperiis, suâ fortunâ liberaverat, viginti octo familias, tum ex Nobilitate, tum ex plebeis eorum civium, qui sex in urbe domos haberent, imperii participes fecit, ac plebeios earum familiarum latâ lege nobilitavit, Marta. *de jurisdict part. 1. cap. 33. num 82.* Bodin. *de republic. lib. 2. cap. 6.* imitatus T. Flaminium Proconsulem, qui, regiâ licentiâ turbatam Thessaliam compositurus, à censu maximè Senatum & judices legit, ut earum partem civitatum potiorem faceret, cui salva tranquillaque omnia magis esse expediebat Livius *lib. 34.* Unde Phormio Atheniensis vir benè moratus, sed malè nummatus, classi præfectus, imperium recusavit, pauperem se & obæratum, nec authoritatis satis apud milites, nec mentis ad cogitandum habiturum, Pausan. *in Attic.*

27 Atque hæc non sine ratione, siquidem Reipubl interest, per ditiores & digniores regi *l. honores. ff. de decurion l. ad subeunda C. eod. Novell. 5 in princ.* Alb. Brun. *de statut. fœmin. exclud. art. 3. num 10.* Paur. de Palat. *in repet. §. cæterum. num. 136. l. de legit. agn. success.* Et hâc ratione magis Nobiles, quam plebeios ad officia politica & magistratus esse assumendos, pluribus demonstravi *in tract.*

28 *de Ord. Equestr. jur. & privil. lib. 2. cap. 2* divitiæ enim authoritatem, virtutem & potentiam facilius conciliant: melius enim divites, rerum experientiâ instrui possunt, quia, non ut pauperes, domi delitescunt, sed in luce vivunt, Aristot. *2. polit cap. 7.* juxta illud Juvenalis:

Haut facile emergunt, quorum virtutibus obstat
Res angusta domi. - - -

Et illud Ovidii. *3. elegiar.*

Curia pauperibus clausa est, dat census honores,
Inde gravis judex, inde severus eques.

29 Sapientia pauperis contempta est, inquit Ecclesiastes *cap. 9 vers. 16.* pecuniæ obediunt omnia, Ecclesiastes *cap. 10. vers. 19.* Dives locutus est, & omnes tacuerunt, & verbum illius usque ad nubes perducent. Pauper locutus est, & dicunt; quis est hic? & si offenderit, subvertent illum, ait Ecclesiasticus *cap. 13. v 28. & 29.* Et melius esse mori, quàm indigere, putat idem Ecclesiasticus *cap. 40. vers. 29.*

30 Quod etiam emblemate adolescentis industrii, manu sinistra alatâ sursum ad cœlum contendentis, sed gravi pondere dextræ appensô, terræ affixi, adumbravit Alciat. *emblemat. 120.* ubi sequentes adjicit versiculos.

Dextra

Dextra tenet lapidem: manus altera sustinet alas,
Vt me pluma levat, sic grave mergit onus:
Ingenio poteram superas volitare per arces,
Me nisi paupertas invida deprimeret.

Hinc quod est Doctor sine lege, Pastor sine grege, Comes sine Cõmitatu, Eques sine equo, Episcopus sine Episcopatu, Abbas titularis in ordine S. Benedicti, Canonicus sine præbendâ, Cardinales Ravennæ, Rex Schachorum, Imperator Græcorum, id Nobiles sunt sine opibus, hoc est, nullatenses, & Equites in herba, Jasòn *in l. id quod num 22. seq. ff. de legat. 1.* Cavalcan. *decis. 20. num. 26 part. 2.* Knichen. *de Saxon non provoc. verb. Ducum cap. 3. num. 228.* Decian. *respons. 19. num. 118 vol. 3.* Indeque nullus ordo, qui sine divitiis valeat, vel conservari possit, *l. pietatis. 6. C. de suspect. tut. Novell. 90. cap. 1.* ita, ut etiam Ecclesiastica dignitas ob paupertatem vilescat, *Clem. in plerisque ibi: & mendacitatis opprobrio serenitatem Pontificalis obnubilent dignitatis. X. de elect. & elect. potest. c. futuram. c. videntes. caus. 12. quæst 1. c. nemo. de consecrat. distinct. 1. c. ad audientiam. X. de Eccles. ædif. c. 1. de censib. c. expendit. caus. 12. quæst. 1* Unde cum Servius Sulpitius Galba, & Aurelius in Senatu contenderent, uter adversus Viriatum in Hispaniam mitteretur, & Scipionis Æmiliani rogaretur sententia, neutrum mihi placet mitti dixit, quia alter nihil habet, alter nihil satis est, Valer. Max *lib. 6. cap. 4.* Est enim paupertas ad scelera & maleficia proclivis, juxta illud *Silii lib. 13.* 31 32 33 34

- - - Sceleri proclivis egestas,

Et Martialis ad Charid.

O quantum cogit egestas.

Et Horat. lib. 3. Carm. ode. 24.

Magnum pauperies opprobrium, jubet
Quidvis & facere & pati
Virtutisque viam deserit arduæ.

Item Plaut in Stich. act: 2. scen. famem esse.

Nil habet infœlix paupertas durius in se,
Quam quod ridiculos homines faciat.

Ac ut Horatius 2. serm. Satyr. 2. inquit:

Et genus & virtus nisi cum re vilior algâ est.

Nec non Palingen.

Heu quam sæpè gemit rerum indiga virtus
Quam contempta jacet si sacra pecunia desit,
- - - virtus sine censu languet ubique.

35 ita, ut præstet divitem rusticum esse, quam Nobilem esse mendicum, Es sey besser ein reicher Baur/als ein armer Edelmann zu seyn. Hippol. Riminald. *consil. 740. num. 26. lib. 7.* Tiraquel. *de nobilit. cap 3. num 22.* Duæ res sunt, quæ maximè homines ad maleficium commovere possunt, inopia & avaritia, inquit *Cicero,* & inopiam cum rerum innovatione illiberalitatem & maleficia gignere, tradit Plato *de republ. lib. 4. in princ.*

36 Imò paupertate subditorum etiam magistratus & Dominorum authoritatem vilescere adserit Jacob Orleshaus. *in illustr. respons. an fœmin. in success. regnor. exclud. acie viril. cap. 39. num. 50* ubi ait, parum tutam esse sine viribus subditorum majestatem Principis, quod sine eâ non dignam Principe, Principi reverentiam subditi præstent, quodque ea sit hominum stoliditas, ut sapientem solum divitem, pauperes verò omnes insipientes existiment, ut dixit Horat. *epist. 19. ad Vall.*

Vos sapere & solos ajo benè vivere, quorum
Conspicitur nitidis fundata pecunia villis.

37 Ratio autem, quod majora bona in Nobilibus & personis Illustribus, quam plebeis requirantur, est Primò, quod majores sumptus ipsi, quam plebei & ignobiles ferre teneantur; cum ipsorum facta & actus majori & solemniori pompa & festivitate sint peragendi, *arg. l. fin. § sin autem. 6. & ibi* Salicet. *C. de curat. furios. l. 1. C. de tutor & curat. illustr.* Petr. Fritz. *de nobilit. conclus. 23. lit.*
38 *f.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 13. num 60.* Ita enim Nobilium exequiæ funerales majoribus expensis & solemnibus sunt celebrandæ, & majori pompa Nobiles, quam plebei sunt sepeliendi, per *l. si quis 2. § sumptus. 5. l. & si quis 14. § hæc actio. 6. l. in patrem 2. ff. de religios. & sumpt. fun.* Bursat *consil. 226. n. 131. lib. 3.* Alex. *in l. ex facto § si quis rogatus. col. 2. ff ad Sct. Trebell.* Bon. de Curtil. *de nobilit. part.*
39 *5 num. 52* Tiraquel. *de nobilit. cap. 20. num. 149. seq.* Nolden. *d. cap. 13. num. 63.* adeò, ut Nobili injuria fiat, si modico sumptu sepeliatur, *d. l. & si quis. 14. § judicem. 10. ff. de religios. & sumpt. fun.* & quod exequiæ à promiscuo secernant funere Nobiles, scribit Tacit. *lib. 16. annal. cap. 16.*

40 Inter cætera autem in pompis funeralibus Nobilium majorum imagines, die Ahnen/Schild und Helm/ deferri, & equi, die Leib-Pferd/ad locum sepulturæ deduci solent, ut dixi *in tract. de ordin. Equestr. jurib. & privil. lib. 2. cap. 1.* Idem est quoad Nobilium studia, Card. Mantic. *decis. 335. num. 1.* Doctoratus, *c. cum sit nimis. 2. vers. ipsosque. X. de magistris* nuptias, Adeliche Däntze und Hochzeiten/ Nolden. *de stat. nobil. cap. 13. num. 61. & seq.* Vestitus Nobilium major & preciosior esse solet & debet, quam plebeiorum, Luc. de Penna *in l. mulieres. col. pen. vers. 28. C. de dignitat.* Tiraquel. *de nobil. cap. 20. num. 188.* Afflict. *decis. 15. num. 14.*

num.14. Alber. *ad l.2.C quæ res vend. non poss.* Majora Nobilibus, quam plebeis 42
constituenda & taxanda sunt alimenta, *l.1. §.mulier l. habitatio. 4. §.servis ff. de
vent. in possess. l. nepos ff. de V.S. l. sed & si quid 15. § mancipiorum. 3. ff. de usufruct. l. cum
plures, 12. §. imprimis. 3. in princ. l. tutor. in princ. ff. de admin. tut.* Tiraquel. *de nobilit.
cap. 20. num. 4.* Coler. *de process. exec. part. 2. cap. 3. num. 120. seq.* Munoz. de Esco-
bar. *de ratiocin. administr. cap. 22. num. 52* Petr. Friz. *de nobilit. 1. conclus. 23. lit. K.*
Nolden. *de cap. 17. num. 93.* nec tenentur Nobiles comedere allium, cepas, pa- 43
nem atrum, fabaceum, caseum putridum, & similia, quæ sunt cibaria propria
rusticorum, Surdus *de aliment. tit. 4. quæst. 18. num. 1.* Tiraquel. *d. num. 143.* Coler.
d. cap. 3. num. 122. Indeque propter Nobilitatem viri major dos filiæ constituen-
da est â parentibus, Menoch. *cons. 12 1. num 34. lib. 13.* Cœpoll. *de imper. milit.* 44
delig. cap. 4. num. 38. Chasan. *in catal. glor. mund. part. °. consil. 40.* Tiraquel. *d. cap.
20. num. 163.* majoribusque beneficiis & præbendis sunt honorandi *arg. c. de* 45
multa. in fin. X. de præbend. Cœpoll. *d. cap. 4. num. 29.* Joh. de Selva *de benefic. part.
3. quæst. 7. num. 16. seq.* & si in Nobilem conferatur beneficium, latius extenden-
da concessio *l. filiusfam. 7. §. 3. ff. de donat.* Surd. *cons. 453. num. 11. & seq. lib. 3.* & le-
gatum ipsis pinguius intelligitur concessum, *l. sed si susceperit §. sed etsi proponat.
ff. de judic. l. si servus 50. §. fin. ff. de legat. 1.* Natta *cons. 626. num. 9. tom. 3.* Tiraquel *de
cap. 20. num. 153.*

Seunda ratio est, quod paupertas Nobiles ad artes viles in officinas
operarias detrudat, panem mercenariâ manu quærere cogat, vel ad mercatu-
ræ quæstum, vel ad alias sordidas artes & negociationes adpellat, Gregor.
Rolbag. *certam. masculo. fœmin. acie viril. cap. 28. num. 80.* Quamvis autem vilium 46
artium exercitia humili loco genitos non faciant contemptos, aliud tamen
est quoad illos, qui dignitate aliquâ coruscant, *l. nequis. 6. C. de dignitat.* est enim
Nobilitas dignitas, qui verò sordidis & abjectis officiis, vel deformibus mini-
steriis occupantur, ad dignitatem aliquam aspirare non solum vetantur, sed
& promoti repelluntur, *d. l. ne quis 6. & ibi* Joan. de Plat. *C. de dignitat. Novell. 91.
cap. 1.* adeò, ut etiam Nobilitas ipsa per vitam venalitiariam, seu exercitium 47
vilis alicujus artificii, sive artium mechanicarum sordidarum, vilium-
que operarum planè amittatur, *l. nobiliores & ibi* Bald. *C. de commerc. &
mercat.* Felin. *in c. super eo vers. secunda qualitas X. de testib* Bon. de Curtil. *de nobil.
cap. 3. num 35.* Azevad. *ad constit. Hispan. lib. 6. tit. 1. leg. 3. per tot.* Farinac. *decis. crim.
290 num. 2.* Friz. de Nobilit. *conclus. 30. lit. a.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 22. num. 5.*
Tiraquel. *de nobilit. cap. 27 num 1. seq.* quod etiam apud Ægyptios, Scythas, Per-
sas, Lacedæmonios, Corinthios & alias nationes observatum esse, ut qui arti-
ficia discunt vel exercent, pro ignobilibus habeantur, testatur post Hero-
dot. &

dot. & Xenophont. Hippolit. à Collib. *in nobil. axiom. 44.* Tiraquel. *d. cap. 27. numero 2.*

48 Quod idem etiam obtinet in mercaturâ, quâ nominatim interdictum est Nobilibus, *l. nobiliores 3. C de commerc. & mercat. l. ne quis 6. C. de dignitat. l. un. C. de perfectiss. dignit. l. milites 15. C. de re milit. milites. 31. C. locat. l. 1. C. de præposit. agent. in reb. l. cohortales 12. C. de cohortal. l. humilem. 7. C. de incest. nupt. tot. tit. C. de*
49 *negociat. ne milit.* ita ut etiam per mercaturam Nobilitas amittatur, Luc. à Pennâ *in l. fin. C. de fund limit.* Guid. Pap. *decis 196. & 391.* Tiraquel. *de nobilit. cap 32. per tot.* Cœpol. *de milit. imper. delig. verb. Nobilitatis opin. 12.* Mynsing. *6. obs. 54. num. 6.* Matthi. Stephan. *de nobilit. cap. 7. num. 2. seq. & de jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 7. memb. 2 num 93.* Bocer. *de regalib. cap. 2. num. 52.*

50 Ex quo etiam Thebanorum lex erat, neminem ad Reipul. honores suscipiendos idoneum haberi, nisi qui per decem annos â mercaturâ destitisset, Aristot. *3 polit cap. 3.* eandemque ob causam Romæ quæstus omnis patribus indecorus fuit visus, Livius *lib. 21.* & fœmina, quæ mercimoniis præfuit, senatori nubere non poterat, *l. humilem. 7. C. de incest. nupt. l. 1. C. de natural. lib.*
51 nec olim ad torneamenta admittebantur illi, qui mercaturam vel cambium exercuerunt, per *constit.* Henrici Aucup. *art. 11.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. tom. 2. lib. 6 cap. 5. num. 70. & seq.*

Tertia ratio est, quod penuria quandoque cogat Nobilem, ut uxorem plebeiam & ignobilem sibi matrimonio conjungat, Gregor. Rolbag. *d. cap.*
52 *28 num. 78.* Licet autem viri nobilitati nihil de roget, si ignobilem in uxorem ducat, cum uxores maritorum radiis coruscent, *l. fin. C. de nupt. Novel. 150. cap. 2.* easque maritorum honore erigant genere nobilitent, iisque forum ex maritorum personâ statutant Impp. Valent Theodos. & Arcad. *in l. mulieree. 13. C. de dignitat l. fin. C. de incolis.* & liberi patre Nobili matre verò ignobili nati, patris conditionem sequantur, & Nobiles existant, ut probavi *d. tract. de ord. Equestr. jurib. & privileg. lib. 1. cap. 9.* indeque magnificam & potentem Nobilitatem Venetianam magnum incrementum & robur accepisse, quod ex moribus & legibus connubialibus egentes patritii locupletes plebeiorum filias
53 sibi despondere potuerint, attestatur Bodin. *de republ. lib. 5. cap. 2.* Quin tamen illustrior, clarior & solidior sit Nobilitas, si ex parte quoque matris Nobilitas præclara accedat omni dubio caret Natta *cons. 638. num. 18. seq.* Cravet. *cons. 982. num. 5. part. 6.* Decian. *respon 19 num. 237. vol. 3.* Bon. de Curtil, *de nobilit. part. 4. num 29* Tiraquel. *de nobilit. cap. 18 num. 26. seq* Nolden. *de stat. nobil. cap. 1. num. 17.* ubi *num. 19.* Germaniæ moribus receptum, ut octo generationes Nobilium ex utroque latere sine defectu Nobilitatis probentur, addit. Et alias quoque

ex æqua-

ex æqualibus nuptiis claritatem generis conservari & retineri, proditum est
l. sicut, C. de dignitat.

Ex quo etiam lege XII. tabul. disertè cautum, ne patritiis cum plebeis 54
Romæ connubium esset, idque ab Appio Claudio Decemviro postremis
duabus tabulis additum fuisse, tanquam id Nobilitatem pollueret, refert
Dion. Halicarnass. *origin. Roman. lib. 10. in fin.* similiterque lege Juliâ de mari-
tandis ordinibus constitutum fuit, ne Senator, Senatorisve filius, nepos, vel
pronepos duceret libertinam, nec cujus pater materve artem ludricam exer-
ceret, *l. si quis 27. l. lege Iulia. 44. ff. de ritu nupt. l. pen. C. de nupt.* quod etiam in Se-
natoris filiâ libertino nubente oratione D. Marci repetitum, talesque nuptias
insuper planè irritas & nullas factas fuisse constat *ex l. Oratione. 16. ff. de ritu nu-
ptiar. juncta l. 3. §. 1. ff. de donat. inter vir.* Reusner. *lib. 1. decis. 4. num. 3. seq.* ac Imper.
Constantinus sub infamiæ pœnâ, & quod alieni â legibus Romanis fieri de-
beant Senatores, aliosque diginitate amplissimâ præditos, â nuptiis vilium,
humilium & abjectarum personarum abstinere jussit, *l. 1. C. de natural. liber.*
quod etiam postea repetierunt Impp. Valent. & Martian. *in l. humilem. 7. C. de
incest. nupt.* Indeque nuptias apud Romanos inter impares contractas illegiti- 55
mas fuisse habitas, scriptum reliquit Boët. *in comment. topic. Cicer.* Et olim apud 56
Francos Nobilem fœminam ignobilem ducentem, pro ignobili fuisse habi-
tum; & servam ducentem libertatem amisisse docet lex Salica *lib. 1. tit. 14. §.
11.* ac nec hodie in Daniæ regno inter Nobiles & ignobiles jus connubii esse,
refert Cypræ. *de sponsalibus cap. 13. §. 36. in fin.*

Unde quoque in plerisque Ecclesiis cathedralibus uff den hohen Stifften/ 57
observatur, ut non recipiantur Nobiles, nisi ex utroque sanguine & parente,
Nobilitatem per longam parentum seriem edocere possint, per *c. venerabilis.
37. X. de præbend.* Bon. de Curtil. *de nobilit. part. 4. num. 28.* Bocer. *de regalib. cap. 2.
num. 17.* Betsius *de pact. famil. illustr. cap. 6. fol. 164.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 11.
num. 28.* Besold. *thes. pract. verb.* Ahnen. Atque hinc propter familiarum conser- 58
vationem, multa contra jus regulare recepta esse, testantur Albert. Brun. *in
tract. de statut. excludent. fœmin. art. 4.* Natta *in c. quamvis. num. 14. de pact. in 6.* Ti-
raquel. *de retract. lignag. in præfat. num. 50. seq.* Vultei. *4. Marpurg. cons. 54. n. 8.* ut
sunt 1. jus primogenituræ & majoratus, non & hujus præcipuus finis est, ut 59
familiarum dignitas, splendor & memoria conservetur, Paris. *cons. 72. num. 85.
lib. 4.* Dec. *cons. 38. in princ.* Socin. *consil. 47. num. 7. lib. 3.* Molin. *de Hispan. primogen.
lib. 1. cap. 11. num. 3.* Tiraquel. *de jure primog. quæst. 71. num. 2.* & primogenitorum
successionem introductam esse propter bonum publicum, contra omnes re-

gulas juris communis, scribit Tiraquel. *de jur. primogen. quæst. 35. num. 13.* ac ne per rem domi angustiorem claritas familiarum obsolesceret, in Hispania majoratum, aliaque adhuc jura similia alibi obtinere, ait Goldast. *de majorat. cap. 22. numero 3.*

2. Confraternitatis, quæ ideò introductæ, ut territoria & provinciæ in manibus illustrium familiarum, benè de imperio meritarum, remaneant, *arg. l. lex quæ. 22. § ergò C. de administr. tut.* Reusner. *1. cons. 3. num. 30.* Gail. *observ. 127. num. 2.* & ut domini certos suorum Principatuum & ditionum successores habeant, & sciant bona sua, ditiones & subditos, non ad ignotos, sed notos & amicos fide probatos, non ad exteros, sed fratres, non ad crudeles, sed mites & concordes perventuros esse Dominos; cum lugubre sit pertimescere & nosse antiqua majorum prædia & castra ad manus externas esse perventura, Gail. & Reusner. *d. l. & supra numero 1.*

61 3. Renunciationes fœminarum Nobilium, quarum finem esse favorem erga masculos, & ut bona in agnatione conservata familiam illustriorem efficiant, tradunt Hondedæ *1. cons. 29. num. 71. & seq.* Gylman. *Symphor. tom. 4. part. 1. vol. 7. num. 48. fol. 42.* Kellenbenz. *de renunc. quæst. 19. num. 10.* Breulei. *de renunc. caus. 1. per tot. & caus. 4. cap. 1. num. 1. seq. & cap. 2. num. 1.* Muscul. *de success. conv. num. 116.* Reinking. *in enar. l. fin. num. 123. C. de pact.* Besold. *cons. 133. num. 22. & cons. 171. num. 38. 42. & seq.* & hâc solâ ratione fundari hujusmodi renunciationes, probat Joseph. de Rustic. *tract. de liber. in condit. posit. lib. 2. cap. 2. num. 7. & 20.* ac verba hæc; ob nominis & familiæ conservationem, dem Adenlichen Mannsstammen zum besten / sive, zu Erhaltung deß Adenlichen Stammen und Namen / sive ponantur in præfatione, sive in ipsâ dispositione / non tam causam impulsivam, quam finalem denotare, ac limitandi & restringendi vim obtinere, docent *arg. l. fin. ff. de hæred. instit. §. item vetustas. I. de legit. agnat. success.* Bart. *in l. cum hi. & ibi* Bald. *ff. de transact.* Everhard. *jun. cons. 11. numero 8. volum. 2.*

62 4. Collegia Ecclesiastica Cathedralia, vulgò die hohe Stifft / quæ eo maximè fine instituta, luculenterque dotata fuere, ut familiæ Nobiles & Generosæ, numerosâ prole abundantes, receptum habeant, cui tuto & commodè liberos committere valeant, ne paternæ hæreditati omnes incumbant, Stumpff *histor. Helvet. lib. 6. fol. 165.* Besold. *1. Politic. 6. num. 28. & de success. reg.*
63 *lib. 1. differt. 6. num. 18.* Josias Nolden. *de stat. nobil. cap. 11. num. 28.* Indeque Monasterium in Helveticâ Eremo, zum Einsidel / Principum ac Nobilium hospitale nominatum esse, testatur Stumpff. *d. l.* quod etiam scribit Author

du Secret

du Secret des Finances lib. 3. fol. 424. ibi : Le vray hospital de la Noblesse, c'est le temporel du Clerge; par le moyen du quel, les enfans, que vous consecrez & dediez al' Eglise, sont entretenuz & elevez, &c. Et hunc modum conservandorum in integritate suâ Principatuum & Comitatuum Imperii, superioribus sæculis adeò usitatum fuisse, ut aliquandò etiam Principes sorti, vel virginis arbitrio matrimonium ac successionem permiserint, refert Nicol. Betsius *de pact. famil. illustr. cap. 8. fol. 39.* ubi in Hassiæ Landgraviis exemplum recenset ex Münster *Cosmograph. lib. 3. cap. 417.* 64

Unde quoque non sine magnâ & justissimâ ratione Anno 1566 Augustæ, & Anno 1575. Ratisbonæ in conventu Electorum, & sequenti anno in Comitiis publicis, Comites & Barones in tractu Rhenano, Franconiâ & aliis locis, Augustanæ Confessioni addictos, obnixe petiisse, ut ipsis pariter ad Canonicalia ejusmodi beneficia aditus pateret, constat ex ipsorum scriptis, quæ collegit Franc. Burckhard. von der Freystellung / *lib. 1. cap. 3.* cui tamen æquissimæ implorationi nec Cæsaream Majestatem, nec alios Romanæ Hierarchiæ nimium faventes Imperii Status, benevolas præbuisse aures, scribit Besold. *d. dissert. 6. num. 19.* ubi etiam addit, Romano Catholicorum artibus fuisse effectum, ut Equestris Ordo, die freye Ritterschafft / vel imprudentibus, vel malis consultoribus usus, illustrem hunc conatum impediverit. 65

Non autem immeritò parentes, qui filios suos ad familiæ dignitatem conservandum, in monasteria detrudunt, reprehendit Jacob. Wimpfeling. *in catal. Episcop. Argentin. sub vita* Burckhardi de Lützelstein / *Antistitis 74.* Credibile est, inquiens, multos olim filios suos tradidisse vel monasterio, vel Ecclesiastico statui, ne paternæ hæreditatis essent cohæredes, & filii seculares exaltarentur, & familiæ propagarentur. Quod si genitores Deo universali confisi essent, & filios suos frugaliter vivere instituissent, hodie forsitan ipsorum progenies subsisterent, nec essent prorsus extinctæ, &c. Cui etiam consonat Hartmut von Cronenberg / in der Vermahnung an alle Ständ / de Año 1523. ubi ita scribit: Item / wo sich die Fürsten / Graffen / Herren vñ die vom Adel beschweren wolten / deß Abgangs deß vermeinten Geistlichen Standes / von wegen deß / daß jhr Stand geschmälert würde durch die Nahrung der Kinder / die alle Erbtheil haben wolten / so jhnen die Stifft vnd Clöster abgangen weren: Da will ich den Fürsten / Graffen / Herren / vnd denen vom Adel rathen / daß sie gleich den ehrlichen höchsten Heyden / zu der Zeit der gemeinen Römischen Regierung / in derselbigen Tugend nachfolgen / welche Edlen Römer zeitliche Güter auch Geld / nicht gerechnet haben für jhre Reichthumb / sondern jhre Adeliche Tugenden haben sie für jhr höchste Reichthumb gehalten. 66

ten. Vngeachtet viel Adelicher / trefflicher Hauptleuthe sind unter jhnen gewesen / die wol Königliche Reichthumb hätten mögen erlangen: Aber sie haben allein getracht et nach Reichthumb der Tugend in Mannlichen Thaten / vnd zu gemeinen Nutzen dienend fürtrefflich. Vnd in dem Frieden haben sie für die höchste Ehre gehalten Ackerbawen. Vnd hat sich mehrmals begeben / so einer auß den Vortrefflichsten / die auch von Edlen Königlichem Geschlecht gebohren / vnd in Armuth zeitliches Gutes gestorben / daß vmb wegen jhrer Tugend jhnen grosse Reichthumb zugerechnet sind / 2c.

67 Atque hinc è re Christiana magis fore, si utriusque Religionis Comites, Barones & Nobiles Ecclesiasticorum beneficiorum participes, & hâc quidem conditione redderentur, ut sacram contra Christiani nominis hostes, militiam obire tenerentur, scribit Besold. *de dissertat. 6. num. 19.* 68 Indeque ut in Germania præter Prælaturas & duos Equitum ordines, quibus omnibus cœlibatus annexus, alia instituerentur media, quibus potentiorum secundogeniti se alere, & sublimes Imperii dignitates in integritate suâ conservari possent, optat Nicol. Betsius *de pact. famil. illustr. cap. 10. fol. 717.* ubi *fol. 722. addit,* quod si amplissimi reditus hi Ecclesiastici in Equestribus ordinibus, qui perpetuò pro religione & patriâ excubarent, constituendis consumerentur, melius fortasse publicis privatisque rationibus in Germaniâ consuleretur: possentque, ne aliis essent oneri, hujusmodi Equitibus sedes assignari, vel in urbibus vi hosti ereptis, vel in munimentis limitaneis Imperii sumptu excitatis, uti olim Antiochiæ & Ptolemaide, inque Borussiâ & Livonia factum, &c. Et hâc fortasse ratione verum illud deprehenderetur, quod Mansfeldicus Princeps Carolus, in Ungaria Cæsarei exercitus Dux affirmare solitus, Germanorum nempè gentem eandem adhuc esse, quæ semper ab antiquo fuerit, nobilitate, magnanimitate, fortitudine bellicâ, ac omnibus heroicis virtutibus illustrem, unicam illis deesse palæstram, in qua se exerceant, Betsius, *d. l. fol. 723.*

69 5. Eadem hac ratione feudi quoque alienatio prohibita esse censetur, quod nimirum vasalli feudis exuti & diminuti, Domini servitia debita commodè præstare nequeant, & per hoc ipsum honos tàm Domini feudi, quam Imperatoris & Imperii diminuatur, *2. Feudor. 52. & 55.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 10. num. 58.* Gregor. Rolbag. *certam. masculo-fœmin. acie viril. cap. 33. num. 9. & seq.* Qua ratione non tantum ipsum feudum, seu ipsam rem feudalem, sed etiam ipsos fructus alienari non posse, concludit Vultei. *d. n. 58.*

70 6. Ne quoque bona allodialia alienentur, & fœminæ iisdem non succedant,

cedant, sed apud masculos in familiâ permaneant, Nobiles plures eadem Potentioribus in feudum obtulisse & feudi jure ab iisdem recognovisse, testatur Nobiliss. & in omni scientiarum genere experientiss. Dn. Reinhardus à Gemmingen/in dem Gemmingischen Stammbaum/*lib. 2. cap. 6.*

7. Olim decurionibus interdicta fuit propriarum rerum alienatio sine 71 decreto, atque donatio etiam cum decreto, eo quod Reipubl. interesset, ipsos facultatibus esse idoneos ad subeunda munera publica, *l. fin. C. de præd. curial. sine decret. non alien. Novell. 38. princ. §. 1. & 2. Novell. 87. & ibi.* Cujac. Dn. Bocer. *de regalib. cap. 4. num. 36.*

8. Hanc ob causam olim quoque divinâ lege obtinuit, ut non tantum 72 prædiorum perpetua distractio esset prohibita, sed etiam ab omni hæreditario parentum & proximiorum jure, quamdiu masculi extarent, fœminæ submoverentur, *Numeri 27. vers. 1. seq. Levit. 25. vers. 23. & seq.* Greg. Rolbag. *in certam. masculo fœm. acie viril. cap. 33. num. 5.*

9. Eadem ratione, quâ bona in familiâ permaneant, nec extra illam pro- 73 ximioribus invitis alienentur, jus Retractus consanguinitatis etiam lege Divinâ introductum est, Theod. Reinking. *tract. de retract. consang. quæst. 1. num. 16.* Nam hoc jus retractus consanguinitatis jure divino seu legibus Mosaicis constitutum & receptum fuisse, constat ex *Levit. 25. v. 25. Ruth. cap. 4. v. 4. & seq. Jerem. 32. v. 7. & seq.* Indeque hoc jus ex jure divino originem traxisse asserit Boer. *in consuet. Burg. tit. de retract. lignag. §. 1.* & in jure divino fundari testatur Chassan. *in consuetud. Burg. tit. de retract. lignag. §. 1. num. 1. vers. & videtur.* Mynsing. *3. observ. 51. num. 6.* Et Moysen, authore Deo, hanc legem Hebræis tulisse, 74 ut possessiones singulis familiis reservarentur, ne possent extra illas perpetuò alienari, scribit Oldendorp. *in tract. de jur. & æquit. tit. 8. circa fin.* Köppen. *decis. 52. num. 2.* Ernest Cothman. *4. respons. 42. num. 5.* ubi dicit hoc jus extra omnem controversiam ab ipso rerum cœlestium & terrestrium creatore institutum esse, Rob. Maranta *disput. 1 de jur. protomis. num. 23. in fin.*

Adeò autem jure divino prohibita erat bonorum extra familiam aliena- 75 tio, ut nec de tribu in tribum ulla alienatio, ulla venditio, ulla alia translatio fieri potuerit, *Numer. 36. vers. 7. & seq.* ubi expressè cavetur, ex hàc ratione mulieres peculiaria bona possidentes, ne quidem nubere extra tribum potuisse, ad evitandam commixtionem & translationem possessionum de unâ tribu in aliam, confer Zepper *ad leges Mosaic. forens. lib. 1. cap. 8. & lib. 4. cap. 23.*

10. Familiæ conservandæ favore permittitur & validum est pactum, & 76

successores obligat, quod bona paterna ad masculos perveniant, & filiabus pecunia detur, *l. fin. C. famil. ercisc. l. parentibus C. de inoff. testam.* Bald. *in l. tale. & ibi* Dd. *com. ff. de pact.* Wesembec. *vol. 2. consil. 51 num. 24. & per tot.* Besold. *consil. 133. num. 20.* & fratribus ita dividere licet, ut alter prædium, alter verò pecuniam accipiat, *per l communi. ff. commun. divid. c. omnes. si de feud. defunct.* Jason. *in §. quædam. & ibi* Faber. *num. 11. I de action.* Alex. *consil. 18. in fin. vol. 2.* Socin.
77 *consil. 165. num 16 vol. 2.* Wesembec. *d. consil. 51. num. 18.* Quod etiam in feudo absque domini consensu permissum esse tradunt Bart. *in l. & ideò. num. 4. ff. de condict. furt.* Bald. *in l. si familiæ. num. 6. C. famil. ercisc.* Jason. *in l. stipulationes non dividuntur in princ. num. 31. ff. de V. O.* Curt. *de feud. part. 4. num. 124.* Schurff. *cent. 1. consil. 17.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. de feudis. § 8. in princ. num. 7.* Wesembec. *d. l. num. 9 seq.* Et hoc & absque pactione ex jure, & consuetudine Saxoniæ inter Nobiles observari, ut maribus integrum prædium paternum vel avitum assignetur, pretio filiabus dato, testatur Wesembec. *d. consil. 51. num. 53.* Et sic quoque testatorem disponere & filiabus suis mandare posse, ut acceptâ certâ pecuniæ summâ in dotem assignata, hæreditati paternæ, maternæ & fraternæ renuncient, consulta respondit *Facultas Iuridica Marpurgensis, tom. 4. consil. 30. num. 99 seq.*

78 11. Tantus est favor masculorum propter familiæ conservationem, ut pactum in matrimonii contractu factum, de eorum successione exclusis fœminis, etiam ad naturales extendatur ex vili concubinâ natos, modo per subsequens matrimonium fuerint legitimati, sicuti inter illustres personas judicatum fuisse à supremo Galliæ apud Parisios Senatu refert Nicol. Betsius *de pact. famil. illustr. cap. 6. fol. 190. & seq.*

79 12. Hoc quoque intuitu unica ratio, quæ favet agnationi, quando est generalis, comprehendere dicitur omnes casus, non per extensionem, sed per comprehensionem; qui sicut genus comprehendit omnem speciem, ita ratio generalis comprehendit omnem casum sub ratione licet non expressum, Alex. *consil. 89. circa princ. num. 3. & seq. vers. corroborantur. lib. 6.* Besold. *consil. 133. num. 24.*

80 13. Et pro familiæ conservatione, & ne ea sine prole deficiat, Papæ permissum esse, Monacho Nobili ad sobolis procreationem, ad tempus conjugium concedere, tradit Bald. *in l. si tibi filius. ff. de adopt.* & ex Johan. Andr. Panormitan. Anchor. refert Johan. Wolff *memorabil. lect. tom. 1. cent. 15. fol. 804.* maximè si de Regum, ac Principum, ubi maximum quoddam subesse solet periculum, familiâ conservandâ agatur, Innocent. *in c. cum ad Monasterium verb.*

verb. licentiam & ibi Panormitan. *X. de stat. monachor.* Joh. Andr. *in c. semel Deo. de R. I. in 6.* Jason. *in l. si arrogatur, vers. item attende. ff. de adopt.* Tiraquel. *de nobilitat. cap. 30 num. 186.*

Ex his omnibus & similibus facilè colligitur, fideicommissa hæc, quæ pro familiarum conservatione sunt constituta, favorabilia esse. Quamis enim 81
communi Dd. sit conclusio, quod fideicommissa sua naturâ & regulariter sint odiosâ, sicuti concludunt per *l. cohæredi. §. cum filiæ 2. ff. de vulg. & pupillar.* glossa *in l. precibus. C. de impub. & al. substit.* Menoch. *cons. 95. numer. 20. lib. 1.* Cephal. *consil. 268. num. 28. lib. 2. & cons. 620. num. 1. lib. 5.* Decian. *consil. 1. num. 89. vol. 1.* Vultei. *1. Marpurg. cons. 29. num. 132.* Cravet. *cons. 180. in fin.* Grass. *§. fideicommissum. quæst. 2.* Menoch. *cons. 85. num. 29. cons. 150. num. 10. seq. & 4. præs. 67 num. 20. seq.* Vincent. Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 290. numer. 1.* quia continent onus, *l. cohæredi. 41. §. cum filiæ. 2. ff. de vulgar. & pupil.* & strictè sunt intelligenda. *l. nummis. ff de legat. 3. l. apud Iulianum. §. scio. l. si ita sit scriptum. in fin. ff. de legat. 1. l. si ita relictum fuerit. in princ. ff. de legat. 2.* & impediunt alienationem, *infra cap. 11. num. 1. seq. per tot.* prohibitio autem alie- 82
nationis est odiosâ, Alex. in *l. filiusfam. §. Divi. & ibi* Jason. *ff. de legat. 1.* Paris *cons. 32. num. 16. & 82.* Rol. à Valle *cons. 43. num. 45. lib. 4.* Decian. *cons. 10. num. 53. & cons. 55. num. 58. lib. 3.* Hier Gabriel *cons. 111. num. 18. lib. 1.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 676. num. 1. & ibi alleg.* cum adimat liberam rei administrationem *l. dudum. C. de contrah. empt.* Dec. *consil. 625. num. 7.* Socin. *consil. 112. num. 11 & consil. 143. num. 23.* Besold *consil. 11. num. 7. & cons. 232. numer. 25.* Fusar. *d. quæst. 676. numer. 2.* & sic onus contineat, per *l. cohæredi. §. filiæ ff. de vulgar. & pupill. subst.* Surd. *consil. 236. num. 51.* Gail *2. obs. 137. num. 3.* atque inde fideicommissa tanquam odiosâ esse restringenda, & in dubio contra fideicommissum interpretationem faciendam & judicandum, communiter Dd. concludunt Socin. sen *cons. 113. num. 8. vol. 1.* Corne. *cons. 186. num. 11. & cons. 304. num. 14. in fin vol. 3.* Riminald. *cons 223. num. 56. & 60.* Dec. *cons. 287. numer. 11. & cons. 291 num. 8.* Cravet. *cons. 80. in fin.* Alciat. *l. centurio. num. 58. ff. de vulg. & pupill* Natta *cons. 200. num. 8.* Roman. *in l. plures. num. 4. ff. de damn. infect.* Rol. à Valle *cons. 46. num. 3. & consil. 59. num. 34. vol. 3.* Peregrin. *d. fideicom. art. 1. n 39. seq.*

Et sic quoque odiosum esse statutum fœminas à successione excludens, 83
tradit Feder. de Sen. *cons. 39.* Angel. *cons. 210. in princ.* Alex. *cons. 16. circa princ. lib. 1.* & quod tanquam odiosum non extendatur ad bona extra territorium statuentium sita, tenet Calderán. *consil. 17. in fin.* cum exhæredationis quandam speciem contineat, & sit contra jus commune omnis autem recessus à

jure

jure communi odiosus, *c 1. in fin. de fil. præsbit. in 6.* Abbas *in c. cum dilecti num. 5. X. de donat.* Rol. à Valle *cons. 448. num. 2.* Cravet. *cons. 170. num. 3.* Tiraquel. *de retract. part. 1. in præfat. num. 62.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 4. num. 15. & 23.* & stricti juris, Bald. *in l. non sine. 5. C. de bon. quæ lib.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 17. num 32. seq.*

85 Contrarium tamen verius est, quoad fideicommissa quæ pro conservatione familiarum Nobilium ac illustrium sunt constitura; nam hæc favorabilia esse, & pro iisdem benigniorem interpretationem faciendam esse, omnes ferè Doctores, uno ore docent, Anchoran. *cons. 27. num. 6.* Signorol. *cons. 173. num. 3.* Raph. Cuman. *cons. 2. num. 4.* Curt. jun. *cons. 111. num. 12.* Paris. *cons. 25. num 38.* Socin. jun. *cons. 181. num. 39. vol. 2.* Cephal. *cons. 137. num. 38. in fin.* Decian. *cons. 1. num. 317. seq. vol. 3.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 1. n. 44.* Tiraquel. *de jur. primogen. quæst. 71. num. 2.* Menoch. *4. præs. 67. num. 19. & seq.* Petra *de fideicommiss. quæst. 5. num. 67. & seq. & num. 70. & quæst. 9. num. 12.* Ernest. Cothman. *consil. 80. num. 89. & seq.* Vultej. *4. Marpurg. cons. 54. num. 11* Besold. *consil. 133. n. 17. seq.* Tusch. *lit. F. concl. 248. num. 6 seq.* Marzar. *in epit. fideicommiss. part. 2. quæst. 1. num. 8. vers. non omitto tamen.* Grassus *§. fideicommissum. quæst. 2. vers. contrarium.* Vinc Fusar. *d. quæst. 90. n. 3. & ibi alleg.* Hondedæ. *1. cons. 63. num. 101.* & dispositionem generaliter esse favorabilem, quæ agnationem respicit, tradit Dec.
86 *cons. 581. num. 5.* Alex. *cons. 158. num. 9. vol. 6.* Wesembec. *cons. l. 51. num. 41.* spectante enim ad familiarum conservationem & favorem publicum, *supra num. 4. seq.* Ea autem, quæ ad publicum favorem spectant. favorabilia esse, lateque interpretari debere, docent gloss. *in l. illud. 19. verb. alia causa. C. de SS. Eccles.* Jason. *in l. si constante 24. in princ. & ibi* Bart. & Alex. *ff. solut. matrim.* Dec. *cons. 372. num. 8.* Felin. *in c. nonnulli. num. 16. vers. & favore publicæ. X. de rescript.* Cravet. *de antiq. temp. part. 4. §. transeo nunc. ad quartum num. 78.* Etiamsi constitutio ista publicam utilitatem non principaliter, sed tantum secundariò respiciat Jason. *in l. de quibus 32. col. 5. ff. de legib. & in l. qui se patri. 3. & ibi* Bald. & Alex. *C. unde liber.* Rol. à Valle *cons. 72. num. 64. lit. 1.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 20. num. 125.*

87 Atque inde licet alias vulgò receptum, quod in dubio judicandum sit fideicommissum non extare, Bart. *in l. cum avus. in fin. ff. de condit. & demonstr.* Rol. à Valle *cons. 46. num. 3. & cons. 72. num. 35. lib. 3.* Menoch. *cons. 224. n. 24. seq.* Honded. *1. cons. 60. num. 13. & cons. 78. n. 13.* Menoch. *4. præs. 67. num. 20.* Peregrin. *de fideic. art 1. n. 38. & 40.* Mascard. *de probat. 775. n. 2.* Secus tamen esse in fideicommissis hisce familiarum & in his interpretationem esse faciendam ea extare, ut bona in agnatione serventur, docent Alban. *cons. 51. num. 17.* Cephal.

phal. *consil.137.num.38. in fin. seq.* Mantic. *de conject. ult. vol. d.lib.7. tit.1.num.44. & per tot.* Menoch. *consil.220.num.49.* Besold. *d.consil.133.num.23.* Hond. *1.consil. 63 num.101.* Petra *de fideicom.quæst 9 num.222.* Decian. *consil.1.num.317.seq.lib.1.* Tusch. *lit. F. conclus.248.num. 0.* Mascard. *de probat. conclus.775. num.5.* Vinc. Fusar. *de fideicom. subst.quæst. 291. num.3.*

Idem quoque in statutis fœminas pro conservatione agnationis & familiæ excludentibus obtinere, eademque favorabilia, & latè interpretanda esse tradunt Cynus *in l.1. C.ad l.Iul.de adulter.* Bald. *in l. Titia cum testamento §. Lucius Titius.ff.de legat.2.* Joan. de Ana. *consil.89.num.1.* Roman. *consil.16.& consil. 32.* Curt. sen. *consil.9.col.6.* Dec. *in l.2.num.3.C.de in jus vocand.* Curt.jun. *consil.9. num.3.* Tusch. *lit.S. conclus.248.num.4.* Wesembec. *consil.51.num.27.* Tusch. *lit.S. conclus.656.num.42.& seq.ubi num.43* hoc procedere asserit, etiamsi ratio hæc in statuto non sit expressa, post Castrens. *consil.276. in fin.lib.2.* Roman. *consil.411. num.2. & 3.* Non obstante, quod nonnulli statuunt quod statuta, atque ita etiam fideicommissa hæc respectu masculorum sint favorabilia, respectu verò fœminarum odiosa, prout distinguunt Bald. *in l. venia. num.4. & 5. & ibi* gloss. & Jason. *num.4.C.de in jus voc.* Paris. *consil.85.num.28.lib.2.* Alciat. *consil.66.in fin.* Molina *de Hispan.primogen .lib 1.cap.18 num.6.* eandemque magis communem & in practicâ servandum asserat Curt. jun. *in d.l.venia.num.20.& consil.5.num.7.* Molina *in consuet.* Paris. *lit.2.§.8.* gloss. *3.num.30.* Cùm enim statuentium præcipuus & principalis finis sit agnationis & familiæ conservatio, & ideò non solum familiæ, sed etiam publicum favorem principaliter concernunt, licet incidenter & secundariò odium fœminarum contineant, nihilominus tamen favorabilia sunt dicenda; quia dispositio, quæ principaliter favorem concernit, favorabilis esse censetur etiamsi incidenter in alterius odium convertatur, *l. qui exceptionem. in princ. & ibi* Bart *num 2.* Bald. *notat.1.* & Dd. *commun. ff. de condict.indeb.* Bald. *in d.l.venia.num.4.C.de in jus voc.* Gozadin. *consil.5.num. 6.* Tiraquel. *de retract. lignag. §.30.gloss.1. num.5.seq.* Molina *de Hispan.primogen. lib.1.cap.18.num.3.* & principalis intentio magis attenditur, Joan. de Ana. *cons. 88. in princ.* Tusch. *lit.S. conclus. 659. num.9.* & à potiori fit denominatio, *l.quæritur.ff.de stat.homog.* Cravet. *consil.638. num.17.* Ita enim Sctm Macedonianum odiosum reputatur, quia emanavit in odium creditorum, quamvis in favorem filiorumfam. redundet; Vellejanum autem favorabile, quia in fœminarum favorem prodiit, licet in creditorum damnum cedat, ut tradunt Bart. & Bald. *in l. qui exceptionem ff. de cond.indeb.* Dec. *in l. venia. num.3. C.de in jus voc.* Peregrin. *de fideicommiss. art.1. num.24.*

88 89 90

Atque hinc etiam fideicommissa esse favorabilia, & latam accipere interpretationem, indistinctè pluribus probat Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 1. num. 14. & seq. & ibi alleg.* Alex *consil. 3. lib. 1.* Jason. *consil 203. col. 4. lib. 2.* Bald.
91 *consil. 104. lib. 4.* Marzar. *epit. fideicommiss. part. 2. num. 7.* Idem quoad pacta, quibus bona penes masculos permanere debere constituitur, obtinere, eademque favorabilia esse, concludit Wesemb. c *consil. 51. num. 27.*

92 Neque his contrariatur, quod fideicommissum sit onus, siquidem hoc tantum procedit quoad hæredem, ita ut ejus respectu quidem sit onus, secus verò quoad testatorem, cujus voluntatem adimpleri favorabile prout respondent per *l. 1 C. de SS. Eccles. l. uni. §. fin C. de caduc. tolliend.* Jason *consil. 203. col. 4. vers. non obstat secundo.* Socin. jun. *consil. 168. num. 91 vol. 2.* Mantica *de conject. ult. volunt. lib 7. tit. 1. num. 30.* Menoch. *4 præsumpt 67. num. 20. seq.* Et fideicommissum ex parte gravati esse odiosum, quia onus continet, ex parte verò honorati esse favorabile, quia commodum continet, scribunt Dec. *consil 95. num. 5. vers sed tamen. & consil. 218. num. 11. seq.* Menoch. *consil. 215. num. 25.* Fusar. *d. quæst 676. num. 4* & cum commodum fideicommissarii sit principale testatoris propositum, illud magis spectandum est, *argum. l. si quis nec causam. ff. si cert. petat. l. qui exce-*
93 *ptionem. & ibi* Dd *ff. de cond indeb.* Et licet dici possit onus sive gravamen, hoc tamen est rationabile, non enim quis plus gravari potest, quam ex testamento & dispositione accepit, & quod amplius est, inutiliter relinquitur *§. 1. de singul. reb. per fideicom. planè §. fin. l. videndum ff. de legat. 2. l. 1. §. sciendum. & l. 3. §. Iulianus. ff. de legat. 3.*

94 Pariter non adversatur, quod fideicommissa strictè sint intelligenda, siquidem hoc procedit, quando incerta est disponentis voluntas, tum enim ejus declaratio ad hæredem pertinet. qui eadem persona esse censetur cum defuncto, *l. si quis à filio. §. si plures. & ibi latè* Alex. *ff. de legat. 1.* ubi verò ambiguitas est verborum, latè fieri debet interpretatio, Mantic. *d. tit. 1. num. 32.*

Nec propterea fideicommissum odiosum dici potest, quod alienationem impediat, quia, ut alibi dictum, unusquisque rebus suis eam legem im-
95 ponere potest, quæ sibi placuerit, neque etiam fideicommissum contrà regulas juris inductum, sed à legibus receptum & comprobatum est, *tot. tit. ff. de legat. & fideicommiss. & tot. tit. de fideicommiss. hæred. & singul. reb. per fideicommiss. tot tit. ff. & C. ad Sct. Trebell.* confer *supra cap 1. num. 6. seq.* Et quamvis aliàs alienationis prohibitio esset odiosa, hoc tamen non procedere, si prohibitio ista facta fuerit pro conservatione familiæ & agnationis, hanc enim principali testatoris considerato proposito favorabilem esse tradit, Alex. *consil. 1. num. 11.*

in fin. & 13. Mantic. *d.tit.1.n.44.* Menoch. *consil.97.num.17.* Fusar. *d.quæst.676.*
num.5. quando enim ratio alienationis prohibitioni adjecta est favorabilis,
ipsa quoque prohibitio favorabilis esse judicatur, Grammat. *consil.6.n 36.lib.*
2. Fusar. *d.n.5.* & alienationis prohibitionem non esse odiosam, quæ facta à
jure, lege vel statuto, tenet per *l.dudum C.de contrah.empt.* Bero. *consil.173.num.1.*
& 15.vol.1. Petra. *de fideicommiss. quæst.5.num.69.*

Licet quoque exclusio fœminarum sit contra jus commune novissimum:
cum tamen juri divino, & antiquo mediæ scilicet jurisprudentiæ sit consen- 97
tanea, ut dicetur *infra cap.8.num.199.* odiosa non erit; cum lex & dispositio illa,
quæ nos ad jus antiquum, & mediam jurisprudentiam reducit, etiamsi à jure
novissimo nos retrahat, non odiosa, sed favorabilis sit dicenda, sicuti docet
gloss. *in c. statutum.verb. numerandum de præbend.in 6.* Alex. *in l. si constante.num.*
15.ff.de solut.matrim. Jason. *in auth. quas actiones.num.24.C.de SS.Eccles.* Curt.jun.
in l.venia.num.25.C.de in jus voc. Wesembec. *consil.1.num.29.* Mantic. *d.tit.1.*
num.25. ubi tamen *num.27.* id non procedere, si fœmina propter masculos re-
motiores excludatur, asserit; cum hæc exclusio non tantum sit contra jura ci-
vilia novissima, sed etiam contra jus divinum & XII. Tabularum & alia ju-
ra antiqua atque ideò exclusionem fœminarum propter masculos remotio-
res odiosam, exclusionem autem propter masculos ejusdem lineæ & gradus
favorabilem censendam esse, concludit Mantic. *d.l.num.31.& seq.* confer Mo-
lin. *de Hispan.primogen.lib.3.cap.5.num.71.* ubi fœminarum exclusionem propter
masculos simpliciter factam, propter masculos ejusdem lineæ & gradus; non
autem propter remotiores factam censeri statuit, post Bald. *consil.275.vers.item*
non est.vol.2. Paul.Castrens. *consil.47.num.1.& 2.* Alex. *in l.si dotali.num.5.ff.so-*
lut.matrim. Alb.Brun. *de stat.excl.fœm.art.12.quæst.40.* Tiraquel. *de primogen.*
quæst.10.num.25. quæ nisi aliud ex conjecturis & ratione conservandæ agnatio-
nis expressâ, appareat, verum esse putat Molin. *d.num.71.in fin.* Odiosam quo-
que non esse, sed favorabilem dispositionem illam, quæ juri divino conve-
nit, non videtur habere dubium.

Cùm igitur fideicommissa hæc familiarum sint favorabilia, ideò etiam
latè, & ita sunt interpretanda, ut extent & valeant potius, quàm pereant, si- 98
cuti in præcedentibus demonstratum est, & docent per *l.ex facto. §.si quis au-*
tem.ff.ad Sct.Trebell.§.1.l de fideicommiss.hæred. Jason. *consil.203.num.1.vol.2.* Phil.
Dec. *consil.652.num.7.* Marzar. *de fideicom.quæst.1.* idque maximè procedere in
fideicommissis familiæ & agnationis favore constitutis, & in his pro fidei-
commissis eorumque validitate respondendum esse, tradunt Menoch. *cons.95.*

num.95. consil.97. num.117. Rimin. jun. *consil 482. num.69.* Peregrin. *de fideicom. artic.1. num.38.* odia enim sunt restringenda, favores verò ampliandi & interpretatione juvandi, *c.odia.de R I.in 6. l. cum quidam. ff. de liber. & posthum. l. hoc modo. in fin. ff. de condit. & demonstr.*

100 Atque hinc statuta & pacta, quæ fœminas excludunt & masculos præferunt ad conservationem familiæ, & ut bona in eâ permaneant, tanquam favorabilia ex identitate rationis extendi, docent Natta, *consil. 463. num. 2. lib.2.* Cravet. *consil. 135. num.35.* Menoch. *consil. 11. num.10.* Curt. sen. *consil. 11. num.3. & 4.* Ripa. *in l. 2. num.14. ff. de legat.1.* Wesembec. *d. consil.1. num. 40.*
101 Tusch. *lit.S. conclus. 656. num. 28.* Et licet hoc obtinere, quando ratio est expressa, dicat Curt jun. *consil.6. num.16.* sufficere tamen, quando ratio ex mente & conjecturis colligitur, respondit Roman. *consil.32. col. 2. vers.3. & consil. 411. num.2. & 3.* Menoch. *d. consil.11. num.10.* Paris. *consil.3. num.23. lib.3.* Wesembec. *d. num.40.* Molina *de Hispan. primogen. lib.3. cap 5. num.5.* Bald. *in l. maximum vitium. num.7. C. de liber. præter.* Alb. Brun. *de stat. exclud fœm. artic.3. quæst.1. col.2.* cùm potius ratio & mens, quàm verba inspicienda, *l. scire §.*
102 *aliud. ff. de excusat. tut.* quod non tantùm in legis, sed etiam hominis dispositione procedere, tradit latè Coras. *in l. cum vitium. in princ. C. de fideicom.* Socin. *consil. 268. in fin. lib.2.* Menoch. *consil.97. num.156.* Wesembec. *d. l. num.41.* & hoc casu non esse extensionem, sed comprehensionem ex rationis identitate, scribit Alex. *consil. 36. num.8. & seq. & per tot. lib.6.* Tusch. *lit. S. conclus.656. num.39. & conclus.659. num. 28.*

103 Hinc licet alias in fideicommissis extensio non fiat de casu ad casum Cravet. *consil.161. num. 16. & consil.191. num.11.* Menoch. *consil.171. num.15. & præs. 73.* Honded. *consil.48. num. 57. & consil.55. num.45. lib 2.* Fusar. *de fideicom. substit. quæst.460. num.1. & ibi alleg.* & prohibitio alienandi in certo vel uno casu, non extendatur ad alios, Alban. *consil.7. num.8.* Cephal. *consil.17. num.22. & seq.* Petra *de fideicom. quæst.5. num.51.* Hier. Gabriel. *consil.111. num.18. lib.1.*. Fusar. *de fideicom.*
104 *substit. quæst. 378. num. 1.* secus tamen est in fideicommissis, quæ pro familiæ & agnationis conservatione sunt constituta, siquidem in his extensio de casu ad casum permittitur, sicuti *arg. l. quamvis. & ibi.* Bald. respondent, Castrens *cons. 357.* Menoch. *4. præsumpt.85. num.14.* Ruin. *consil.203. lib.2.* Natta *consil.675. num.*
105 *12.* Magon. *decis. Florent.37. num.31.* Fusar. *d. quæst. 460. num.27.* & aliàs quoque ex verisimili disponentis voluntate & quando eadem ratio militat extensio de casu ad casum fieri solet, *l. Titius. §. Lucius. & ibi* Jason. & Dd. *comm. ff. de liber. & posthum.* Gloss. *in l. tale pactum. §. fin. ff. de pact.* Curt. sen. *consil.76. col.pen.*

Paris.

Paris. *cons.50.n. 52. lib. 3.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 4. num. 24.*
Honded. *cons.4.num.72.lib. 1.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 14. num. 21.*
Grass. *§. fideicommissum. quæst. 4. num. 9.* Petra *de fideicom. quæst. 5. num. 42. ad fin.*
Menoch. *4. præs. 73. num. 4.* Vinc. Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 460. num. 4. seq.*
Et in substitutione directa fieri extensionem de casu ad casum, tradunt Bart.
in l. 1. num. 33. & ibi Jason. *num. 26. seq.* Alex. *n. 33. Ripa n. 80. ff. de Vulgar.* Menoch.
cons. 243. num. 1. & cons. 432. & 621. Vinc. Fusar. *de subst. fideic. quæst. 31. num. 1. &*
per tot. Et quando ratio apposita in prohibitione, prohibitionem quoque se-
cundum eandem extendi, traunt, Bald. *in l. voluntas. in fin. & ibi* Cyn. *C. de*
fideicom. Menoch. *cons. 484. num. 7. seq.* Petra. *de fideicommiss. quæst. 5. num. 43. & 50.*
seq. Peregrin. *de fideicom. art. 11. num. 54.* Mascard. *de probat. concl. 1243. num. 84.*
Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 678. num. 3. seq.* Ac quælibet dispositio regula-
tur ex ratione, non tàm expressâ, quam etiam præsumptâ & conjecturata *c.*
suggestum. & ibi Dec. *X. de appellat.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 11. num. 8.*
Mascard. *d. concl. 1243. num. 84.* Fusar. *d. l. num. 6.* Et quando ratio in dispositione
est expressa, tunc non dicitur fieri extensio ad alium casum sed casus illa vigo-
re rationis in ipsâ dispositione comprehensus dicitur, Rol. à Valle *cons. 27. lib.*
1. Petra *de fideicom. quæst. 5. num. 94.* Fusar. *d. quæst. 678. n. 7.*

Et quamvis etiam extensio non fiat de personâ ad personam, etiam ex 106
tacita & verisimili mente disponentis, *l. si quis ita §. pen. ff. de testam. tut.* Aret.
in l. Gallus *§. & quid si tantum. ff. de lib. & posthum.* Dec *cons. 21. n. 5. & cons.*
291 num. 6. Natta *cons. 47. num. 9.* Rol. à Valle *cons. 56. n. 24. vol. 3.* Mantic. *de con-*
ject. ult. vol. lib. 3. tit. 19. num. 8. Mascard *de probat. conclus. 1342. num. 4. seq.* Et dif-
ficilius fiat extensio de persona ad personam, quam de casu ad casum, *l. si ita*
quis. §. si quis cum ignoraret. ff. de testam. tut. l. Titius ff. de liber. & posthum. l. 1.
§. Et adeo ff. de his qui in testam. del. Rol. à Valle *cons. 94. num. 20. lib. 2.* Menoch.
cons. 315 num. 6. & seq. Paris. *cons. 63. num. 12.* Decian. *respons. 60. n. 45. lib. 3.* Valent.
Forst. *de success. lib. 3. cap. 23. num. 20.* nec extensio de personâ ad personam fiat
in statuto, secundum Decian. *respons. 13 num. 29. lib. 3.* nec in contractibus ex
mente conjecturatâ, Idem Decian *respons. 21. num. 3. lib. 2.* nec in privilegiis, Paris.
cons. 32. num. 26. lib. 2. nec in ultimis voluntatibus Paris. *cons. 50. n. 8.* nec in sub-
stitutionibus, Paris. *cons. 20. num. 48. lib. 3.* nec in alienationis prohibitione, De-
cian. *resp. 10. n. 53. lib. 3.* neque etiam in statutis fœminas à successione exclu-
dentibus, Decian. *respons. 60. num. 42. seq. lib. 3.* Tiraquel. *in l. si unquam. verb. li-*
bertas n. 28. & in tract. cessante causa limit. 8. & in fideicommissis & substitu- 107
tionibus non fieri extensionem de persona ad personam, Menoch. *cons. 97.*
num. 50. & cons. 106. num. 57. Honded. *cons. 6. num. 47. lib. 1. & cons. 48. n. 53. & cons. 51.*

n. 61. seq. lib. 2. Menoch. 4. præs. 73. num. 5. Peregrin. de fideicom art. 1. num. 27. & 30. etiamsi eadem militet ratio vel præsumpta mens testatoris, teneant Aretin. in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 3. ff. de lib. & posthum. Petra. de fideicomm. iss. quæst. 5. num. 56. & seq. Ruin. cons. 127 num. 9. vol. 2. Molin. de Hispan. Primoger. lib. 1. cap. 4. num. 4. ne quidem sub prætextu & ratione, quod bona in familia conservari debeant, secundum Riminald jun. 117. num. 71. vol. 2. Petta d. l. n. 61. &
108 alios relatos per Fusar. de fideicommiss. substit. quæst. 458. contrarium tamen, & in fideicommissis quoque ex identitate rationis extensionem fieri non tantum de uno casu ad alium, sed etiam de persona ad aliam, concludit, Marzad. cons. 4. vers. nam quatenus Jason. in l. Titius §. Lucius num. 37. ff. de liber. & posthum. Petra. d. quæst. 5. num. 66. seq. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 19. num. 9. Grass. §. fideicommissum. quæst. 8. num. 2 vers. sed contrarium. Fusar. d. quæst. 458. n. 6. & seq & ibi alleg. Idque maxime procedere, & extensionem ex identitate rationis de persona ad personam fieri, quando ratio agnationis & familiæ conservandæ fuit expressa, docent Curt. jun. cons. 43. col. pen. Marzar. consil. 4. num. 15. vers. prætereà quando ratio agnationis vel familiæ. Petra. d. quæst. 5. num. 66. & seq. num. 85. & num. 92. seq. Menoch. cons. 1 3. n. 9. Surd. cons. 67. n. 20. seq. cons. 96. num. 13 per tot. lib. 1. & cons. 241. num. 22. seq. lib. 2. Fusar. d. quæst. 458. num. 10 seq.
109 uti & quando alienationis prohibitio est realis, tunc enim perpetuo durat prohibitio & de persona ad personam extenditur l. peto. §. fratre. & ibi Bart. ff. de legat. 2. Grass. §. fideicommissum. quæst. 5. num. 12. Mascard. de probat. concl. 1243. num. 36. Peregrin. de fideicom. art. 1. n. 28. Petra. de fideicom. quæst. 2. num. 17. &
110 35. & quæst. 5. num. 66. & n. 84. Fusar. d. l. quæst. 679. num. 20. Imò etiam ex præsumpta hac disponentis voluntate & ratione extensionem fieri de persona ad personam aperte doceat Angel. in l. Gallus. §. & quid si tantum. n. 3. ff. de liber. & posthum. Jason. in l. Titius. §. Lucius num. 7. ff. de liber. & posthum. & cons. 115. num. 4. vol. 4. Alb. Brun. de stat. fœm. exclud. art. 8. quæst. 9. Pæris. cons. 50. num. 54. seq. & cons. 66. n. 66. lib. 3. Molin. de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 4. num. 24. seq. Petra. de quæst. 5 num. 89. Paris cons. 50 n. 22. & seq. vol. 3. Fusar. d. quæst. 458. num. 5. & ibi alleg. Quando enim ratio est expressa in dispositione, tunc non propriè dicitur extensio, sed est comprehensio, Paris. de cons. 50 num. 56. Aelx. cons. 37. num. 10. vol. 6. Rol. à Valle. cons. 27. vol. 1. Dec. cons. 372. num. 7. Castrens cons. 261. n. 3. part 2 Petra. d. quæst. 5. n. 94.

111 Et quamvis alias fideicommissi constitutio non ad bona, sed ad certas personas directa, favore istarum personarum facta & personas istas nominatas egredi non videatur, eo quod consideratio agnationis conservandæ respectu certarū personarum facta, non omnes agnatos, sed nominatos duntaxat com-

xat comprehendat secundum Joan. de Imol. *in l. si verò §. de viro. ad fin. ff. solut. matrim.* Brun. *de stat. fœm. exclud. art. 1 . quæst. 5. in fin.* Paris. *cons. 44. num. 16 lib. 2.* Gozadin. *cons. 59 num 4.* Molina *de Hispan. primog. lib. 1. cap. . n. 37. seq.* Secus tamen esse in fideicommissis familiarum conservandarum, patet ex *l. cum ita legatur, §. in fideicommisso ff. de legat. 2.* ubi expresse disponitur, quod in fideicommisso familiæ relicto non solum succedere debeant hi, qui ex ipsa familia nominati sunt, sed post eos extinctos omnes qui ex familia processerunt ordine successivo admittendi sint, & ita nominatio & specificatio personarum solum tribuat nominatis successionis præcedentiam, non autem aliorum exclusionem operetur, sicuti notat Glos. *in d. §. in fideicommisso verb. nominati sunt. & ibi* Bart *n 1. & 3.* Imol. *col. 1.* Molina *d. l. lib. 1 cap. 4. n. 3. & seq.*

Unde etiam, licet prohibitio alienationis, quæ refertur ad personas, personalis esse censeatur, illud tamē non procedere, quando prohibitioni adjectus est aliquis terminus, ex quo realis, non autem personalis censenda sit, veluti si ratio conservandi rem in familiâ addita, tùm enim, etiam si alienationis prohibitio ad personas referatur, nihilominus tamen perpetuā esse, & personas istas egredi, tradunt, Bart. *in l. filiusfamilias. Divi num. 21 ff. de legat. 1.* Paris *cons. 72. num. 88. lib 4.* Molin. *d. lib 1 cap. 4. num 36.* Non enim quæri oportet, cum quo testator loquatur, sed in quem voluntatis intentio dirigatur, *l. cum pater. § donatio. ff. de legat. 2.* Mantic *de conject. ult. volunt. lib. 3. tit. 19. n. 9.* Et ideo ex legitimis conjecturis extensionem fieri ad personam non expressam tradunt Angel. *in l. Gallus. §. & quid si tantum num. 5. vers. fallit. etiam. ff. de liber. & posthum.* Jason. *in Titius. §. Lucius. num. 7. ff. eod.* Paris. *cons. 50. num. 54. & seq. vol. 3.* Mantic. *d. n. 9.* 112 113

Atque indè etiam licet alias fideicommissum in junctum primis hæredibus non censeatur repetitum in sequentibus Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 6. num. 6.* Grass. *§. fideicommissum quæst. 8. & quæst. 37. num. 14.* Menoch. *4. præs. 69* Peregrin. *de fideicom. art. 15. num. 28. seq. & art. 29. n. 22. & seq. late* Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 480. num. 1. & seq. per tot. & ibi alleg.* Hoc tamen non procedere in fideicommissis familiarum, & quando testator voluit perpetuo agnationem conservari, sive hoc ex verbis expressis, sive conjecturis colligatur, Molina *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 5. n. 36. & 50.* Grass. *§. fideicom. quæst. 8. n. 3.* Marzar. *de fideicom. quæst. 19.* Fusar. *d. quæst. 480. n. 20. seq. & ibi alleg. & n. 37.* 114

Ex his quoque facile colligitur decisio quæstionis istius controversæ, an si alienationis prohibito facta fuerit filiis, ea quoque ad nepotes & descendentes extendatur? Quamvis enim vulgata ferè Dd sit traditio, quod 115 hujusmodi prohibitio ad nepotes non extendatur, per *l. pater filium.*

§. fun-

§.fundum Titianum. , ff.de legat.3. Novell.159. Cap. nos igitur.1. & ibi Gloss. in
verb. voluisse. l.libertum.in princ.ff.de excusat. ut. Bartol.in l. filiusfam. §. divi num.
20. & ibi Jason. num.109. & 146.Ferd. Loaz.num.489.ff. de legat.2 Dec. cons. 377.
num.5 Covarruv.3.var.resol.cap.5.num.4.Castrens. cons.170.Corne.cons. 122 col. 3.
lib.2. Natta cons.506. num.6.vol.3.Alex.cons.56. num. 1. vol.5. Rol. à Valle cons. 83.
num 48 Menoch cons.85 num.117.Mascard.de probat.concl.1243.num.77. Mantic.
de conject.ult.vol.lib.8. lit.2 num.20.& tit 8.num.2. Vinc. Fusar. de fideicom.subst.
quaest.679.num. 1.& ibi alleg. Peregrin.de fideicom.art.1.num.28.Mascard.de probat.
concl.1243.num.77. eandemque communem dicat. Silvan. cons. 6. numer. 26.
Tiraquel. de retract. part. 1. gloss. 6. §.1 num. 19. maximè , si filii nominibus
propriis sint appellati l. si quis ita in princ.ff. de testam.tut. Bart. in l. Gallus §. in-
stituens ff.de liber & posthum. Curt.jun. cons. 67.num.2. & cons. 114.num. 5. Cravet.
cons.98.num.9 Mantic d. tit.8.num.4. Fusar.d.quaest. 679. num. 4.seq. & ibi alleg.
etiam in legatis & fideicommissis Cozadin.cons.36. num. 3. Zas. cons.7. num.5.
116 lib.1. Mantic. de conject ult.volunt.d. lib. 8.tit.8 num.2. & ibi allegat. Alciat.cons.
2.num.21.seq.lib.8.& cons.31.n.37.lib.9. Atque ita , licet alienationis prohibitio
filiis in testamento facta , nepotes tamen non contineri , & filiis fideicomisso
gravatis, nepotes tamen non dici gravatos, concludunt Bartol. in l. liberorum.
n.5 ff de V.S. Natta cons.191.num.10. Rol. à Valle cons.43. num. 26. seq. lib.4.
Menoch. cons.215.num.35. Tusch.lit.F.concl.376 num. 89. Hondedæ. 1.cons. 60. n.
46. & 62.lib. 1. Marzar.de fideicom. quaest. 7. vers. redeundo. Molina de Hispan.
primogen.cap.6.n.27.Mantic de conject.ult.vol.lib 8.tit.2. num. 20. Menoch.4.
117 praes.94.n 22.Peregrin.de fideicom.art.1.n.27.seq.& art.22.num.62. Fusar. de fi-
deicom.subst.quaest.322 n.1 seq.& quaest.679.num.3. Neque etiam filiorum nomine
nepotes contineri in contractibus , tradunt Bald. cons.387. Tusch. lit.F. concl.
376 per tot. neque etiam in statutis Bart. post.consil. lib 2 quaest.3 Tusch.d. lit. F.
conclus.375.n.6.& concl.376.num.105. Idque hâc potissimum ratione , quòd ut
supra n.82.dictum alienationis prohibitio odiosa,& ideò restringi potius de-
beat , quam ampliari & quod generaliter filiorum appellatione non veniant
nepotes, tradunt per l.quid si nepotes , ff.de testam.tut. Bald.in l.Gallus.§.instituens
& ibi Aretin Cyntinol.num 40 ff de lib. & posthum. Jason in l.1.§.praetor ait num.
6.ff.de in jus voc. Zas.cons.3.num.5.lib.1. Menoch.cons.215.dubio secundo. Marzar. de
fideicom.quaest.13. Tusch.lit.F.concl.376.n.50. & 122.& alii relati à Vinc. Fusar. de
fideicom.substit.quaest.319.n.3.& seq.

118 Ab his tamen vulgò doctores recedunt & filiorum appellatione etiam
nepotes & alios descendentes contineri , quando ratio adjecta , que conve-
nit etiam personæ ad quam extensio est facienda , veluti si filii prohibiti fue-
rint

rint alienare rem extra familiam, vel quod bona in familia & agnatione,
pro ejusdem conservatione permanere debeant, concludunt, Bart. *in l. pater*
filium § fundum. ff. de legat. 3. Alciat *in l. filiusfam. § Divi. n. 49. ff. de legat 1.* Paris.
consil. 32. n. 37. vol 1. Grassus. *§. fideicommissum quæst. 5. num. 11. & quæst. 10. n 8* Alciat.
in l. liberorum ff. de V. S. Solin. jun. *consil. 16. n. 13.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit.*
8 num. 17. Menoch. *consil. 387 num. 2 lib. 4.* Alex. *consil. 37. per tot. lib. 6.* Petra *de fi-*
deicommiss. quæst. 5. num. 84. Mascard. *de probat. conclus. 1243. num. 92.* Tusch *lit. F.*
concl. 376. n. 93. Bart. Romul. *in l. filiusfam. §. Divi. n. 156. ff. de legat. 1.* Molina *de Hisp.*
primogen. lib. 1 cap. 4. n. 29 & cap. 6. n. 18. Covarruv. *lib. 3 var. resol. cap. 5 n. 4.* Ant.
Padilla *in l. voluntas. n. 21. & 26. C. de fideicom.* Surd. *de alim. lib. 9. quæst. 35. n. 7.*
Peregrin. *consil. 52. n. 45. lib. 3. & de fideicom. art. 22. n. 55.* Vinc. Fusar. *de fideicom.*
subst. quæst. 320. n. 31. seq. & quæst. 679. n. 13. & ibi allegat. Qui eadem hic militat ra-
tio in nepotibus, quæ in filiis, familiæ scilicet conservatio, Romulæ. *d. §. Divi.*
n. 156. Generaliter autem in fideicommissis, quæ filiis relicta, nepotes quoque 119
succedunt, quoties eadem ratio viget in nepotibus, quæ est in filiis, Paris. *consil.*
75. num. 67. & consil 78. n. 10. & seq. vol. 2. Socin. jun. *consil. 1. num. 39. vol. 3.* Mantic.
d. tit. 8. n. 17. Tusch. *lit. F. concl. 376. n. 79.* Fusar. *de quæst 320. n. 36.* Et quia hic ver- 120
samur in materiâ favorabili, ut conservetur agnatio & familia, in materia au-
tem favorabili filiorum appellatione etiam contineri nepotes & alios descen-
dentes omnes doceat Bart. *in l. librorum. col. 3. ff. de V. S.* Bald. *consil. 303. vers. in*
contrarium. & consil. 487. in fin. lib 2. Roman. *consil. 129. in fin.* Tusch *lit. E. concl.*
376. num. 22. Alex. *consil. 37. n. 8. & seq. lib. 6.* Et alias quoque, si nepotes bona alie-
nare possent, ea perpetuo in familia non permanerent, domino in alium per
alienationem translato, ut ait Crot *consil. 3. n. 31. in fin. & seq.* Et sic conditio ista 121
perpetuo repetita censetur, ubi enim dispositio facta per verba successivum
tractatum habentia, non sufficit momentaneum supplementum, sed necesse
est, ut ipsum supplementum duret, *l. si quis ita legaverit ff. de condit. & demonstr.*
l. si à te ff. si serv. vind. Molin. *de lib. 1. cap. 6. num. 19* ubi etiam *num. 20.* addit, quod
quamvis dici soleat verbum simpliciter prolatum de primo intelligendum esse,
& uno tantum actu consumi, *l. boves §. hoc sermone. ff. de V. S.* hoc tamen limitan-
dum esse, nisi rei natura perpetua sit, tunc enim ut sermones juxta subjectam
materiam intelligantur, eam dispositionem sic intelligendam esse, ut non in
primâ personâ, vel primo casu finiatur, sed ad ulteriores in infinitum porri-
gatur, Alciat *in d. §. hoc sermone, & ibi* Tiraquel. *limit. 18. num. 1.* Molin. *d. num.*
20. Atque ita etiam in statuto favorabili fœminas excludente propter mascu-
los filiorum appellatione etiam nepotes venire, favore agnationis conservan-
dæ, tradit Castrens. *consil. 40. per tot. lib. 2.* Tusch. *de conclus. 376. n. 112.* Imo licet

proprie filii ſunt primi gradus liber ex identitate tamen rationis & æquitatis,
vel loquentis voluntate per interpretationem filiorum nomine etiam nepotes
& ulteriores deſcendentes venire conſtat, ex l. filii appellatione. 84. l. juſta 201.
l. liberorum. 270. ff. de V. S. l. filium. 14. ff. ad SCt. Maced. l. filium 6. ff. de his qui ſui vel
alien. l. quod ſi nepoti ff. de teſtam. tut. § fin. 1. qui teſtam. tut. Bart in d. l. liberorum.
ff. de V. S. Iaſon. in l. Gallus. § inſtituens. ff. de liber. & poſth. Zaſ conſil. 7. per tot. vol. 1.
Dec. conſil. 54. n. 4. & 5. vol. 2. Joh. Gœddæ. ad d. l. filii 84. n. 2. ff. de V. S. Tuſch. lit. F.
concl. 376. n 18. & 21. Tiraquel. de primog. quæſt. 40. n. 57. ſeq. etiam in ultimis volun-
tatibus, per l. Lucius. ff. de hæred. inſtit. d. l. Gallus. § inſtituens. ff. de lib. & poſth. Graſ.
124 § fideicom. quæſt. 10. n. 1. ſeq. Adeo, ut in fideicommiſſis & teſtamentis filiorum ap-
pellatione veniant non ſolum nepotes, ſed etiam pronepotes, ubi de ipſorum
commodo agitur, d. l. liberorum & ibi Bart. ff. de V. S. Pariſ. conſ. 75. col. fin. lib. 2.
Alex. conſ. 9. col. 1. ſeq. lib. 1. Jaſon in l. Gallus. § inſtituens. ff. de lib. & poſth. Tuſch. lit.
F. concl. 376. n. 60. eandemque communem dicit Socin. jun. conſ. 1. n. 37. lib. 3. Ruin.
conſ. 140. n. 5. lib. 3. Et ubi filiorum appellatione veniunt nepotes, ubi quoque ne-
potum nomine venire pronepotes & alios deſcendentes tenent. Alex conſ. 125.
n. 11 ſeq. lib. 6. Tuſch. d. concl. 274. n. 13. Bart. in l. liberorum. verſ. quæ 20. an appellatione.
ff. de V. S. Ant. Gabriel de verb. ſignif. concl. 1. n. 44. Fuſar. de fideicom. ſubſtit. quæſt.
320. n. 2. Et ſi nepotes ad fideicommiſſum vocati ſunt ipſis non extantibus pro-
nepotes admitti, communiter recepta eſt ſententia Bart. in l. 1. § ſi quis ff. de ſuis
& legit. Pariſ. conſ. 20 n. 23. lib 1. Chaſſan. in conſuet. Burg. rubr. 7. § 10. n. 17. Man-
tic. de conj. ult. vol. lib. 8. tit. 8. n. 24. Fuſ. d. l. quæſt. 223. n. 1. & ſeq. ubi etiam quæſt. 324.
aſſerit, quod teſtator nepotes vocans, ex fratre quoque nepotes vocaſſe intel-
ligatur poſt. gloſſ. in l. ſi aviæ. & ibi Caſtr. n. 4. Jaſ. n. 9. Dec. n. 11. C. de ſuc. edict.
125 Atque ita etiam in diſpoſitione hominis, quæ de deſcendentibus agit, fi-
liorum nomine nepotes venire docent, Alex. conſ. 1. n. 12. verſ. & quod proprie lib.
1. & conſ. 26. n. 6. verſ. & quod lib. 3. Corne. conſ. 207. n. 7. & 13. lib. 2. Tuſch. lit. F. de
126 concl. 374. n. 19. & 114. Bald. in l. Gallus. § inſtituens. ff. de liber. & poſth. maximè ſi
nepotes ab inteſtato eſſent ſucceſſuri, Aretin. conſ. 145. in fin. Curt. jun. conſ. 57. n.
5. Socin. jun. conſ. 146. n. 12. ſeq. & n. 18. vol. 2. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 8. n.
15. Menoch. 4. præſ. 94. n. 30. Fuſar. d. quæſt. 320. n. 48. ſeq. & ſi nepotes non veni-
rent, extranei admitterentur & præferrentur, l. Lucius. ff. de hæred. inſtit. Bald.
conſ. 487. in fin. vol. 2. Corne. conſ. 97 n. 10. verſ. ego diſtinguo. vol. 1. Socin. jun. conſ. 126.
n. 35. vol. 1. & hunc caſum non habere dubitationem, ſcribit Mantic. de conj. ult.
vol. lib. 8. tit. 8. n. 16. cum juris ſit præſumptio, teſtatorem magis nepotes, quam
extraneos dilexiſſe, per tradita Gloſſ. in l. precibus. in princ. C. de impub. & aliis
ſubſtitut. Ant. Faber. in Cod. lib. 6. tit. 20. deciſ. 31.

Nec

Nec hæc tantum in diſpoſitione hominis,ſed etiam legis obtinent,ita ut 127
in hâc quoque filiorum nomine nepotes veniant Corne. *de conſ. 207. n.13. verſ.
facit etiam lib.2.* Tuſch.*d.lit.F.concluſ.376.n. 10.*quam ſententiam magis commu-
nem aſſerit Alexand.*conſ.36.n.14.lib.6.*Imo quod in genere & regulariter filio-
rum appellatione etiam nepotes veniant,communis Doctorum eſt concluſio,
per *l.filii appel.84.l. iuſta.201.l.liberor 220.§.fin.ff.de V.S.l.* Lucius *ff. de hæred. inſtit.
l.filium habeo ff. ad Sct. Macedon.* Jaſon *in l.de quibus col.5 aute n. 40.verſ. ſed dico ff.
de legib.* Pariſ.*conſ.63.n.27.ſeq lib.2.*Rol. à Valle *conſ.93.n.19.lib.2.*Men.*conſ.310. n.
28.*Graſs *§.fideicom.quæſt. 10.n.5.in fin.*Peregrin. *de fideicom.art.1.n.22. & plures
allegat.à* Vinc.Fuſar.*de fideicom.ſubſtit.quæſt.319 n.1.& ſeq. & late quæſt.320.n.1. &
ſeq.*ubi plures conjecturas refert, quibus filiorũ appellatione nepotes veniant.

Quæ omnia tum maxime procedunt, quando aliqua conjectura capi
poteſt,teſtatorem de nepotibus quoque ſenſiſſe,quo caſu nullum dubium eſt
ad fideicommiſſum filiis relictum,etiam nepotes admitti. per *l.liberorum.220.
§.ſed & Papirius 1.ibi niſi voluntas teſtatoris aliter habeat. ff. de V.S.* Curt. jun.
*conſ. 111 5.*Jaſon *conſ.52.vol.3.* Pariſ.*conſ.63.n.27.ſeq.*Cravet.*conſ. 155.* Socin.jun. 128
*conſ.30 n.26.in fin.ſeq.vol.3.*Mantic.*d. lib.8.tit.8.n.12.* Vel ſi aliud abſurdum in-
de reſultaret, quod extraneus præferretur conjuncto, vel minus dilectus ma- 129
gis dilecto, *per l.liberorum §.ſed & Papirius ff.de V.S.* Alexand. *conſ.37 n.4.verſ.
ſecundo quia lib 6.*Tuſch.*d.lit.F.concl.376.n.73 & ſeq.*Fuſar.*de fideicom.ſubſt.quæſt.
320.n 4.*Mantic.*de conject.ult.vol.lib.8.tit.8.num.16.*Menoch.*4.præſ.94.n.26.*Graſs
*§.fideicom. quæſt.10.num.10.*Peregrin.*de fideicom art.27.n.48.*

Neque his contrariatur,quod alienationis prohibitio odioſa,& reſtrin-
genda,cum contrarium ſupra demonſtratum ſit, & gloſsa ac leges in contra-
rium allatæ,eo tantum caſu locũ obtineant,ubi de teſtatoris mente apparet,
ipſum nepotes excipere voluiſſe, ipſosque contineri non debere, atque ita ex 130
ipſius gloſsæ ſententia contrarium obtineat, & filiorum appellatione nepotes
quoque veniant, ſi de contraria diſponentis mente non appareat, ſicuti re-
ſpondet Bart.Rom. *in d. l. filiusfam.§.Div.n.160.d l.1.* Quando enim de contra-
riâ diſponentis mente conſtat,ipſum de nepotibus non ſenſiſſe,filiorũ nomine
nepotes non continentur,Men.*conſ.215 n 47.*Alciat.*reſp 526.n.5.* Surd *de alim.
tit.9.quæſt.39.n.33.*Fuſ.*de fideic.ſubſt.quæſt.321 n.1. ubi in ſeq.* plures conjecturas
refert, quibus filiorum appellatione nepotes non veniant,quo me remitto.

Ex his quoque facile colligitur, quid de nomine hæredis ſentiendum,
quamvis enim nonnulli ſentiant, quod hæredis nomen tantum de primo &
non etiã de hæredis hærede intelligatur, & ita ſi hæres alienare fuerit prohi-
bitus,illud de alterioribus hæredibus & ſucceſſoribus non eſſe intelligendũ pu-

tent per *l. qui libris §. hæc verb. ff. de vulg. & pup.* Anchor. *conf. 130.* Mant. *de conj. ult. vol lib. 6. tit. 14. in fin.* Joseph. Ludovic. *conclus. 14. illat. 44. vers. tertio respondetur.* eo quod prohibitionis materia odiosa & restringenda, *c. odia de R. I. in 6* & hominis dispositio intelligenda de primâ personâ & non de secunda & sic de primo hærede, *arg. l. boves 9. §. hoc sermone 1. ff. de V. S. &* infinitas evitanda sit *l. un. C. de sentent. quæ pro eo quod inter est.*

121 Contrarium tamen, & quod prohibitio alienationis hæredibus vel aliis
nomine collectivo facta, ad hæredis quoque hæredem, & alios successores
extendatur, tenent Bart. *in d. l. filius fam. 114. §. divi 14. circa fin. & ibi* Romule.
n. 166. seq. Jason. *num. 10.* Alex. *num. 26. ff. de legat. 1.* Tiraquel. *de retract. com. glos.*
6. §. 1. num. 2. Peregrin. *de fideicommiss. art. 32. num. 67.* Fusar. *de fideicommiss.*
132 *subst. quæst. 34. num 3. & quæst. 677. & quæst. 679. n. 23.* Et hæc quod hæredem gravans, etiam hæredis hæredem gravâsse intelligatur, scribit peregrin. *de fideicommiss. d. art. 32. n. 67.* Fusar. *de l. quæst. 344. num. 4.* cum regulariter & ex propriâ significatione verbi hæredis, hæredis quoque hæres & alii successores per multas successiones, & in infinitum contineantur, per textus expressos, in *l. hæredis. 65. l. sciendum est 70. l. hæredis 170. ff. de V. S. l. 3. §. fin. ff. de petit. hæred. l. qua per successionem 194. ff. de R. I.* Castrens. *cons. 324. n. 2. lib. 1.* Peregrin.
de fideicommiss. art. 32. n. 60. seq. Fusar. *d. quæst. 679. num. 24. vers. quarto. & quæst.*
131 *343. num 1 seq.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 14. n. 21* Idque maxime procedere, si alienatio pro conservatione familiæ & agnationis prohibita fuerit, quia tunc etiam hæres hæredis alienare prohibitus censetur, Jason *in l. filius-familias §. Divi. n. 152. ff. de legat. 1.* Peregrin. *de fideicom. art. 32. n. 70.* Petra *de fideicom. quæst. 5. n. 53. & 84.* Fusar. *d. quæst. 679. n. 27.*

134 Licet quoque alienationis prohibitio in unâ re facta, non extendatur ad alia bona, Surd. *cons. 67. num. 36. lib. 1.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 681. n. 1.* Si tamen in prohibitione adjecta sit ratio, quæ omnia bona comprehendat, veluti si dictum sit: prohibeo domum meam alienari, quia volo omnia mea bona in familia conservari, tunc non solum domus ista fideicommisso subjecta & alienari prohibita erit, sed etiam omnia bona, Crot. *cons. 144. dub. 1.* Fusar. *d. quæst. 681. n. 2.*

135 Quamvis autem fideicommissa pro familiarum conservatione constituta maximè sint favorabilia & interpretatione adjuvanda & in re dubia ad favorem conservandæ agnationis declinandum, favor tamen hic ita temperari debet, ne aliis injustitia & iniquitas inseratur, *C. ex tenore. X. de for. compet. C. nuper X. de donat. inter vir. & uxor.* Non enim favore agnationis conservandæ à juris tramite discedendum, & ultra terminos à testatore præscriptos fidei-

com-

commissaria substitutio extendenda. *Novel. 159. C. nos igitur 1.* Mantic. *de con ect.*
ult. volunt. lib. 7. tit. 1. num. 46. Nec agnationis favore addendæ, multiplicandæ
vel somniandæ sunt substitutiones ultra testatoris dispositionem, sicut ex
Socin. *jun. consil. 155. num. 10. vers. nec quicquam vol. 2. & consil. 57. num. 7. vol. 4.*
Mantic. *lib. 6. tit. 15. num. 6.*

Hinc quoque si una aliqua speces alienationis prohibita, ea ad aliam di-
versam non extenditur, ita enim prohibitus alienare inter vivos, non cen- 136
setur prohibitus alienare per ultimam voluntatem, per *l. pater filium §. fun-*
dum. & ibi Bart. *ff. de legat. 3.* Surd. *cons. 77. num. 23. & seq. lib. 1.* Menoch. *cons.*
80. num. 36. Bursat. *cons. 127. num. 32. lib. 2.* Petra *de fideicomm. quæst. 8. num. 8.*
Fusar. *de fideicomm. subst. quæst. 682. num. 1. seq.* Nisi testator prohibuisset ven- 137
dere, donare & alienare, tum enim verbum alienare comprehenderet etiam
ultimam voluntatem Ruin *cons. 143. num. 13. seq. lib. 3.* Cephal. *cons. 13. num. 17.*
& 18. lib. 1. Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 11.* Fusar. *d. l. n.* . . Vel nisi etiam
ratio addita sit, quæ locum habeat tàm in alienatione per ultimam volunta-
tem quàm per contractum, veluti quod bona in familiâ permanere & conser-
vari debeant, quia hinc quoque per ultimam voluntatem alienatio prohibita
intelligitur, Bart. *in l. pater filium. §. fundum. ff. de legat. 3.* Ruin *cons. 143. n. 14.*
lib. 3. Paris. *cons. 32. n. 26. seq. lib. 1.* Corn. *cons. 22. num. 8. lib. 2.* Fusar. *d. quæst. 682. n. 12.*

Et sic quoque licet prohibitus alienare in ultimâ voluntate, non sit pro- 138
hibitus alienare inter vivos Cephal. *cons. 370. num. 15. lib. 5* Cravet. *cons. 306. nu-*
mer. 6 Peregrin. *de fideicommiss. art. 5. num. 10. in fin.* Petra *de fideicommiss. quæst 8.*
num. 441. Mascard. *de probat. conclus. 1 3. num. 56.* Fusar. *d quæst. 682. num. 13.*
hoc tamen non procedit, quando ratio addita, quod bona in familiâ & con- 139
servari debeant, Fusar. *d. num. 3.* per jam *dicta n. præced.*

Venditione quoque prohibitâ, prohibita etiam censetur alia species a-
lienationis inter vivos, gloss. *in l. 2. C. de usucap. pro empt.* Bart. *in l. filiusfa-* 140
mil. §. Divi. & ibi Jason. *num. 106.* Alciat. *num. 42.* Ruin. *num. 126. ff. de le-*
gat. 1. Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 69. num. 7. & seq.* ubi id limi-
mitat Secus verò quoad alienationem mortis causâ, sive
quæ fit per testamentum, Menoch *cons. 216.* 141
n. 31. Magon. *Luc. dec. 5. n. 33.* Mascard.
de probat. concl. 1243. n. 57. Fusar. *d. l.*
quæst. 712. n. 1. seq.

CAPUT VIII.

De Effectu horum fideicommissorum, & primum de Successione, seu de his, quæ in fideicommissis familiarum succedere possunt, vel non.

Summaria.

1. Succedunt in fideicommissis familiarum 1. Soli agnati.
2. Agnati quinam sint?
3. Consanguinei quinam dicantur?
4. Cognati quinam?
5. Vterini qui?
6. 2. Succedunt illi, qui nominatim sunt vocati.
7. Primum nominati, prius vocati censentur.
8. 3. Succedunt quoque posthumi.
9. Nepos post mortem avi conceptus, quatenus ad ejus hæreditatem admittatur?
10. Bonorum in familiâ perpetua conservatio, in iis tantum, qui tempore mortis testantis nati, non verificatur.
11. Nominatio nominatis tribui præcedentiam, non autem aliorum exclusionem operatur.
12. In emphyteusi admittuntur etiam post mortem concedentis concepti.
13. In fideicommissis perpetuis admittuntur etiam post conditionis eventum nati.
14. 4 Succedunt in fideicommissis emancipati, sicuti etiam in feudis.
15. Emancipati licet non sint agnati, jure tamen agnatorum ipsis competunt.
16. 5. Succedunt quoque exhæredati.
17. Exhæredatus non desinit esse agnatus.

18. Ex-

18. Exhæredatio exhæredantis tantum bona concernit.
19. Exhæredatus in feudo succedit, etiam hæreditario.
20. A majoratu successor excludi nequit.
21. Agnatus proximior ad fideicommissi successionem admittitur, etiamsi possessoris defuncti hæres non sit.
22. 6. Familiâ vel domo ad fideicommissum vocatâ, etiam collaterales succedunt.
23. Transversales agnati etiam familiam conservant.
24. Familiæ vocabulum non tantum institutoris descendentes, sed etiam collaterales complectitur.
25. Quando agnati ad fideicommissum vocati, descendentibus extinctis, etiam transversales admittuntur.
26. Ascendentes quoque sunt de familiâ & descendentibus deficientibus succedunt.
27. In Feudis primi adquirentis descendentes, & non etiam collaterales in feudo novo succedunt
28. 7. Clerici, quatenus in fideicommissis succedant & seq.
29. Clerici matrimonium non contrahunt, ipsorumque liberi non sunt legitimi.
30. Clerici & fœminæ æquiparantur.
31. Clerici non succedunt in feudis, sed ea amittunt.
32. Idem in clericis majoribus, Cardinalibus, Episcopis, &c. obtinet.
33. Monasterium non excludit agnatum substitutum, quando testator bona in familiâ conservare voluit.
34. Vti &, quando substitutus gravatus est, nomen & insignia familiæ deferre.
35. Levitæ in terrâ sanctâ prædia non possidebant.
36. Ecclesiarum reditus eleemosynæ vocantur.
37. Divitiæ fidem & disciplinam Prælatorum suffocârunt.
38. Militans Deo, secularibus negotiis se non implicet.
39. Clerici jure odioso & iniquo uti non debent.

40. Clerici alii ſeculares, alii regulares.
41. Seculares quinam dicantur?
42. Regulares quinam?
43. Differentia eſt inter clericos, & monachos.
44. Clerici ſeculares per omnia parentibus ſuccedunt.
45. Clerici manent in agnatione & familiâ.
46. Clerici feudum adquirunt, in eoque ſuccedunt.
47. Vti & in jure primogenituræ.
48. Fœmina per ſtatutum à maſculo excluſa, excluditur quoque per clericum.
49. Clericis jus retractus permittitur.
50. Finis fideicommiſſorum etiam in clericis obtinet.
51. Diverſa eſt ratio clericorum & fœminarum.
52. Clerici quare in feudis non ſuccedant?
53. Clericus feudum retinet, ſi paratus eſt per ſubſtitutum ſervitia præſtare.
54. Clerici majores etiam regalia obtinent, & alia jura temporalia.
55. Sunt ſtatus Imperii, votum & ſeſſionem in Comitiis obtinent, & jure ſuperioritatis gaudent.
56. Præceptis & mandatis Cæſareis obligantur.
57. Feuda aliis concedunt.
58. Clerici monachi non excludunt ſubſtitutum.
59. Hodie perſonæ Eccleſiaſticæ prædia licitè poſſident.
60. Non ex rerum naturâ, ſed causâ utendi aliquid probandum, vel improbandum venit.
61. Ex lege Moſaicâ primogeniti fuerunt ſacerdotes & Divinis miniſteriis mancipati.
62. Monachus per ingreſſum monaſterii non perdit jura ſanguinis, & in hæreditate, quæ jure ſanguinis defertur, ſuccedit.
63. Mediante perſonâ monachi monaſterium hæreditatem capit.

64. Mo-

64. Monasterium succedit in fideicommisso familiæ, si monasterium successionis capax.
65. Quando statutum excludit fœminas favore agnationis, monachus quoque fœminas excludit.
66. Monacho in fideicommisso succedente defuncto, bona ad alios fideicommissi successores deferuntur.
67. Monachi per se quidem nihil proprium habere possunt, in communi tamen eorum jus ad monasterium pertinet.
68. Religiosi paupertatem jurant, & nihil proprium habere possunt.
69. Monachi monasterium ingressi quicquid habent, ad monasterium deferunt & monasteria adquirunt.
70. Substantialia monachorum sunt propriæ voluntatis renunciatio, proprietatis abdicatio, & castitatis observatio.
71. Ex monachi successione familiæ splendor non conservatur.
72. Monachus pro mortuo habetur, exul patriæ & mundo.
73. Monachorum agnatio in cælis esse dicitur.
74. In omni dispositione id pro disposito habetur, quod testator verisimiliter disposuisset, si de eo interrogatus esset.
75. Eo ipso, quo testator voluit bona in familiâ permanere, monasterium excludere voluisse censetur.
76. Ratione successionis cessante, cessat successio.
77. Monachus professus in monasterio bonorum capaci, non succedit in castris & oppidis jurisdictionem habentibus.
78. Iura Regni, Ducatus, Comitatus, vel similium dignitatum, non transeunt ad monachos, nec ad monasteria.
79. Monachi in feudis non succedunt.
80. Nec in majoratibus & primogenituris.
81. Monachi etiam monasterii bonorum capacis excluduntur à fideicommissis familiarum.
82. Non est justa causa exhæredationis, quod filius patre invito monasterium ingressus.

83. In successione fideicommissi non sufficit esse agnatum, sed talem esse oportet, per quem familia conservari possit.
84. Consultum est, ut monachi nominatim ab institutore à fideicommissi successione excludantur.
85. Monachi à fideicommissi successione excludi possunt.
86. Pater bona sua vendere, & pretium in mare projicere potest.
87. Statuta valent, ut monachi non succedant.
88. 8. Equites & ordines sacri Teutonici, &c. in fideicommissis familiarum succedunt,
89. Sicuti etiam in feudis.
90. Equites sacri, personæ sunt religiosæ & Deo dicatæ.
91. Militare tenentur pro Religione.
92. Cœlibes quâ pœnâ olim affecti.
93. Dicuntur Hagestoltzen.
94. Hodie hæreditatis sunt capaces, & in his fideicommissis succedunt.
95. Quando unius rei plures sunt causæ, una cessante, non statim & alia cessat.
96. 10. Hermaphroditi ejus sunt sexus, qui in ipsis magis prævalet.
97. Hermaphroditus masculino sexu magis incalescens in feudis succedit.
98. In dubio pro mare habetur,
99. 11. Masculi imperfecti, veluti muti, surdi, cœci, lusci, claudi, &c. quatenus in feudis succedant?
100. Quatenus imperfecti in jure primogenituræ & majoratus succedant?
101. Muti & surdi hæreditatum sunt capaces.
102. Et omnes actus celebrare possunt, in quibus loquela vel auditus non requiritur.
103. Mutus & surdus in majoratu succedunt.

104. Cæ-

104. Cœcus in consequenti..m successionis jurisdictionem adquirere potest.
105. Nec à jure primogenituræ removetur.
106. Sicuti nec claudus.
107. A belli usu & arte claudi non arcentur.
108. Lusci & monoculi regnis præesse possunt.
109. Apud Nigroas Reges unum tantum oculum in fronte habuerunt.
110. Propter ignaviam primogenitus non removetur.
111. Melius sub gibboso vel claudo Principe, cui consilium probum, quam sub integro, sed malo, vivere.
112. Muti, surdi, cœci & similes Imperfecti, quatenus in feudis succedant?
113. Furiosi & mente capti, an & quatenus in fideicommissis, & majoratibus succedant?
114. In primogeniturâ quando primogenitus inhabilis, secundo genitus admittitur.
115. Natura furiosus non succedit in primogeniturâ.
116. Ex accidenti furioso curator ad Regni gubernationem datur.
117. Quando pater primogenitus furiosus filium habet, hic secundo-genito præfertur.
118. Furiosus ita natus in feudo non succedit, secus si ex acidenti talis factus.
119. Alii furiosum à majoratus vel primogenituræ successione indistinctè excludunt.
120. Legum beneficia capacibus tantum scripta.
121. Dispositio generalis inhabiles non admittit.
122. Alii furiosos indistinctè ad successionem admittunt.
123. Iure civili furiosi, menti capti, dementes, & alii imperfecti, modò non sint monstrosi, indistinctè ad successionem admittuntur.

124. Infantes & impuberes in Regem eligi, & Regnum per curatores administrari potest.
125. Furiosorum defectum Curatores supplent.
126. Furiosus dilucida intervalla habens in majoratu succedit, & intervalli tempore alios actus legitimè peragit.
127. Fœminæ in fideicommissis fammiliarum non succedunt, quod secus in Hispaniâ, n. 135.
128. Soli masculi, & non etiam fœminæ familiam conservant.
129. Stamm apud Germanos importat tantum masculos.
130. Feudum masculinum dicitur Stamm-Lehen/Schwerd-Lehen.
131. Quando testator agnationi providere intendit, ipse de masculis, & non de fœminis sensisse intelligitur.
132. Parentes filios masculos magis quàm fœminas amare solent.
133. Quod familiæ memoria & dignitas etiam per fœminas conservetur, de latâ familiæ significatione intelligitur.
134. Fœmina finis dicitur lineæ masculinæ, & principium fœmininæ.
135. Quando de familiâ conservandâ agitur, fœmina non dicitur agnata.
136. Naturam accusare videntur, qui in successionibus deterioris conditionis faciunt fœminas, quàm masculos.
137. Vbi non est culpa, ibi nec pœna esse debet.
138. Alteri per alterum iniqua conditio non inferenda.
139. Filius paternæ iniquitatis oneri non est subjiciendus.
140. Mas & fœmina simili naturæ officio in hominis procreatione laborant.
141. Prætor bonorum possessionem tàm fœminis, quàm masculis dare solebat.
142. Nulla quoad æternam beatitudinem inter masculos & fœminas est differentia.

143. Homi-

143. *Hominis. effigies in fœminis speciosior, quam in viris.*
144. *Animi dotibus fœminæ æquipollent viris, quandoq; præpollent, veluti Religionis, fidei, &c.*
145. *In Reipublicæ administratione etiam fœminæ præclaræ extiterunt, quod exemplis declaratur.*
146. *Fœminarum Reginarum exempla recensentur.*
174. *Animi fortitudine & militari peritiâ etiam fœminæ extiterunt, exemplo Amazonum.*
148. *Bohemicæ puellæ nonnullæ imperium per septem annos tenuere præliis interritæ, & aliæ fœminæ bellicosæ recensentur.*
149. *Fœminæ etiam bello fuerunt præfectæ apud Britannos.*
150. *Summa quoque fœminarum constantia etiam in tormentis.*
151. *Majus quoque continentiæ & temperantiæ studium in fœminis, quàm in viris.*
152. *Pudoris & Verecundiæ cultus major in fœminis, quã in masculis.*
153. *Fœminæ doctiores recensentur.*
154. *In omnibus æqualitas servanda.*
155. *Pro æqualitate servandà multa specialia recepta sunt.*
156. *Bona parentum inter liberos æqualiter sunt dividenda.*
157. *Inæqualitas juribus inimica & discordias inter liberos parit.*
158. *Inæqualitas bellum excitat.*
159. *Sola affectio erga liberos dissimilis eorum animos exacerbare solet, exemplo fratrum Iosephi.*
160. *Principatus omnes appetunt.*
161. *Ex dominandi cupidine spolia & cædes oriri solent.*
162. *Inæqualitas discordiarum mater est.*
163. *Æqualitas amicitiæ & concordiæ parens.*
164. *Discordiæ non tantum familiis, sed etiam rebuspubl. & Rægnis sunt exitiosæ.*
165. *Divitiarum affluentia Rebuspublicis nocere solet.*
166. *Successionis inæqualitas publicam tranquillitatem turbat.*
167. *Potentia subditorum paci publicæ insidiosa & noxia.*

168. Quod exemplis declaratur.
169. Democratia inducta, ne officia omnia potentioribus familiis deferantur.
170. Non videtur magnus familiæ splendor, si unus dives, reliqui mendici.
171. Sub sordido pallio etiam sæpè sapientia latet & olim paupertas in magno honore fuit habita.
172. Statuta fœminas propter masculos excludentia nonnulli improbant.
173. Infirmius vasculum fœmina est.
174. Fœmina mariti radiis coruscat, ejusq; conditionem sequitur.
175. Fœmina ignobilis nobili nubens fit nobilis.
176. Si verò fœmina nobilis ignobili nubat, ignobilis efficitur.
177 Majora majoribus tribuenda.
178. Viri majores labores pro patriæ salute sustinent, quam fœminæ.
179. Honor & gloria virtutis præmium.
180. Lucrum pericula sequi debet.
181. Nihil dulcius quam cuique sui liberi.
182. Masculi magis præsumuntur dilecti, quam fœminæ.
183. Grave & luctuosum bona sua ad extraneas familias transire videre.
184. Mulieres adeo leves, ut totam suam substantiam maritis, etiam levioribus tradant, cujus exemplum refertur.
185. Per æqualem fœminarum successionem bona paterna & gentilitia totaq; territoria ad extraneas familias transire solent, quod exemplis monstratur.
186. Periculosa est territoriorum, ad peregrinos & novos Dominos translatio.
187. Locrenses quid erga novarum legum inventores observaverint.
188. Nulla fere ratio peregrinum imperium diu ferre solet.
189. Gynococratia odiosa & periculosa.
190. Pœnæ loco Deus fœminarum imperium minatur.

161. Con-

191. Constantia fœminarum vacillat.
192. Muliebre consilium plerumque deterius & contra propria commoda laborat.
193. Senatum Romanum summè perturbavit, quod Heliogabalus matrem in senatum, ut cœtum tantum intueretur, induxit.
194. Terra Canaan inter solos masculos divisa.
195. Et sic fœminarum exclusio ab hæreditate jure divino fundata.
196. Et ita hodie in Iudæorum successione judicandum.
197. Iure quoque Civili olim differentia fuit in successionibus inter masculos & fœminas.
198. Filii non erant sui hæredes.
199. Media jurisprudentia fœminas ab agnatorum successione repulit.
220. Quam differentiam Imp. Iustinianus sustulit.
201. Statuta fœminas excludentia veteris juris sunt renovatio.
202. Iure Civili Iustinianæo in plerisq; articulis deterior est fœminarum conditio, quam masculorum.
203. Mulier in Ecclesia non docet.
204. Agnati masculi sunt digniores.
205. Statuta fœminas excludentia ubinam vigeant.
206. In Germania inter familias illustres pactis à successione fœminæ excluduntur.
207. In nonnullis Germaniæ locis filiæ filiis in parentum hæreditatibus ultro cedere solent.
208. Statuta fœminas excludentia valida esse Dd. communiter probant.
209. Tarentinorum consuetudo filios à parentum successione excludens damnatur.
210. Rolbagii adhortatio ad Nobiles, ut fœminas à successione excludant, refertur.
211. Imperator Iustinianus mulieribus nimium favorabilis.
212. Lex etiamsi dura videatur, observanda tamen venit.
213. Publica salus suprema lex.

214. For-

214. Fortior causa est in agente, quam in patiente.
215. Fœminæ ut pariant, natæ sunt.
216. Diversa est ratio successionis fœminarum & masculorum.
217. Ab hæreditate cœlesti ad terrestrem argumentari non licet.
218. Pulchritudo corporis vana est magisq; nocet, quam prodest.
219. Dignitatis pulchritudine præcellunt masculi.
220. Fragile & infirmum genus est mulierum.
221. Mares judicio, Consiliis, fortitudine, constantia, &c. fœminis sunt præstantiores.
222. Quod à fœminis laudabiliter gestum, masculâ virtute actum esse dicitur.
223. Mulier infirma dicitur à Paulo, ipsiq; docendi munus denegatur.
224. Ex rarò contingentibus non facienda est regula.
225. Amazonum rarum est exemplum.
226. Mulieres à mollitie dictæ.
227. Constantia virorum, mulierum constantiam vincit.
228. Eva primum peccavit.
229. Paucorum virorum crimen non est derivandum in omnes.
230. Libidinosissimarum fœminarum exempla recensentur.
231. Major pudicitia in fœminis, quam in masculis requiritur.
232. Rara quoq; est literata in fœminis.
233. Ex evidenti aliqua ratione, & pro illustris familiæ conservatione inæqualitas successionis permittitur.
234. Inter duo mala minus eligendum est.
235. Abusus non tollit verum rei usum.
236. Optima etiam paulatim ad pravitatem corrumpuntur.
237. Fœminæ vel etiam fratres non ita ab hæreditate excludendi, ut sordescant, sed ipsis dotes & alimenta necessaria relinquenda sunt.
238. Non authoritatibus, sed legibus & rationibus judicandum.
239. Fœminis à successione exclusis, etiam masculi ex ipsis nati excluduntur.

240. Quod

240. Quod etiam in statutis obtinet.
241. Successor non debet esse melioris conditionis, quam ipsius author.
242. Nemo plus juris in alium transferre potest, quam ipse habuit.
243. Medio sublato extrema quoque sublata censentur.
244. Destructo antecedenti, destruitur etiam consequens.
245. Surrogatum sapit naturam surrogati.
246. In causato non est plus virtutis, quam ab influente causæ potentia.
247. Radice infecta, omne quod ab ea descendit, infectum est, & radice amputata, rami quoque decidunt, nec fructus nascuntur.
249. Mutato sexu, non mutatur ratio exclusiva.
250. Ex fœmina descendentes masculi non sunt de familia, nec matris insignia gerunt, nec matris, sed patris dignitatem & nobilitatem consequuntur.
251. Privilegia posteris concessa, non censentur concessa masculis ex fœminis descendentibus.
252. Sicut filius illegitimus patri non succedit, ita nec nepos, licet legitimus.
253. Nec masculi ex fœminis in feudis succedunt.
254. Quod probatur exemplo Regis Angliæ.
255. Verba intelligi debent secundum conditionem & qualitatem personæ disponentis.
256. In habentibus symbolum facilior fit transitus.
257. Feudum à fœmina concessum, etiam fœminis concessum esse videtur.
258. A majoratu per fœminam instituto fœminæ non videntur excludendæ.
259. Fœminæ non succedunt in fideicommisso à fœmina, vel fœmina & masculo simul instituto.
260. Fœminæ quoque respectum ad familiæ conservationem habent.
261. Quando respectu habito ad familiam aliquid relinquitur masculis & fœminis simul, masculis extantibus, fœminæ non admittuntur.

262. Quod etiam in feudis obtinet.
263. Non consideratur qualitas sexus concedentis, ut feudum sit proprium vel improprium.
264. In feudo à fœmina concesso non succedunt fœminæ.
265. Quando masculi ex familia nulli extant, fœminæ admittuntur.
266. Cessante causâ dispositionis, privilegii, &c. cessat dispositio, &c.
267. Iure Divino Mosaico masculis deficientibus, fœminæ admittebantur.
268. Et in statutis fœminas excludentibus, si masculi deficiant, fœminæ succedunt.
269. Vti & in renunciationibus fœminarum.
270. Nec non in majoratibus.
271. Ac in aliis Regnis, Ducatibus, Comitatibus, &c.
272. Major præsumitur affectio erga Consanguineos, quam extraneos.
273. Nullus amor vincit paternum.
274. In omni dispositione id actum intelligitur, quod est verisimile.
275. Sicuti & illud, quod disponentes interrogati verisimiliter respondissent, & nemo alienam successionem propriæ præferre voluisse censetur.
276. Fœmina per masculos semel exclusa, an & quatenus in perpetuum exclusa censeatur?
277. Regulariter, & jure communi fœminæ in allodialibus cum masculis succedunt.
278. Res qualibet facilè ad primævam suam naturam redit.
279. Fœmina sub dictione, donec vel quamdiu masculi vivunt, renuncians non censetur perpetuo exclusa, sed masculis deficientibus admittitur.
280. Aliud est suspendere, aliud tollere.
281. Dictiones, donec, quamdiu temporis suspensionem & temporalitatem quandam inducunt.
282. Ablativi absoluti resolvuntur in conditionem.

283. Con-

283. Conditione vel casu disposito cessante dispositio deficit.
284. In majoratibus, Regnis, renunciationibus, fœmina semel exclusa non est in perpetuum exclusa.
285. Paria sunt non esse causam, vel eam finitam esse.
286. Si masculi de familia non adsint, succedunt proximiores, sive masculi, sive fœminæ sint.
287. Si fideicommissum ex justâ aliquâ causa vendatur, fœmina nec in pretio succedit, exemplo feudi.
288. Spes in re quatenus considerabilis.
289. In meliorationibus & impensis in res fideicommissarias factis fœminæ succedunt.
290. Sicuti etiam in meliorationibus feudorum.
291. Spurii non succedunt in fideicommissis familiarum.
292. Spurii non sunt de familia & agnatione.
293. Nec fratri succedunt.
294. Nec arma & insignia familiæ gerunt.
295. Nec si mater illustris sit & liberos legitimos habeat, ab ipsa ex testamento, vel alio modo aliquid accipiunt.
296. Spurii non faciunt deficere conditionem, si sine filiis decesserit.
297. Nec spurii à Principe legitimati succedunt.
298. Quatenus legitimari possint?
299. Imperator parce legitimationis beneficium largitur, nec facilè hoc petendum.
300. Liberi vulgò concepti per subsequens matrimonium legitimantur.
301. Liberi incestuosi in his fideicommissis non succedunt.
302. Liberi incestuosi nec patri, nec matri, neque aliis ascendentibus succedere possunt, ne quidem ex testamento.
303. Nec sunt de familia, sed pro incognitis habentur.
304. Nec per subsequens matrimonium legitimari possunt.
305. Liberi naturales quinam dicantur?
306. Liberi naturales, justis liberis, & legitima uxore non extantibus

in sextantem tantum succedunt, aliàs secus.

307. *Naturales non comprehenduntur appellatione filiorum.*
308. *Nec substitutum excludunt.*
309. *Naturales non sunt de familia vel agnatione.*
310. *Nec familiæ nomine continentur.*
311. *Nec agnati, nec cognati dicuntur ex parte patris.*
312. *Nec familiam conservant.*
313. *Nec dignitate & privilegiis paternis gaudent.*
314. *Nec parentum nobilitas ad ipsos transit, nec Nobilium appellatione veniunt.*
315. *Mali corvi, malum ovum, qualis pater, talis filius.*
316. *Naturales patris arma & insignia non deferunt.*
317. *Nec excludunt filium ex statuto fœminas excludente.*
318. *Nec jure retractus gaudent.*
319. *Nec ad Imperii vel Regni successionem admittuntur.*
320. *Apud Turcas eadem dignitas, idemque jus naturalibus cum legitimis competit.*
321. *Naturales in fideicommissis familiarum non succedunt.*
322. *Sicuti nec in feudis.*
323. *Nobiles & illustres familiæ à naturalibus & illegitimis liberis abhorrent.*
324. *Luxuria magis in Nobilibus, quam plebeis detestatur.*
325. *Naturales non faciunt deficere conditionem fideicommissi, si sine filiis decesserit, quando testator in dignitate constitutus.*
326. *Eadem obtinent in liberis naturalium, etiamsi legitimè nati, ut nec hi in fideicommissis succedant.*
327. *Legitimatio per subsequens matrimonium purgat omne vitium antecedens, ac legitimati per subsequens matrimonium nihil differunt à legitimis.*
328. *Et non fictè sed verè legitimi dicuntur.*
329. *Succedunt parentibus unà cum legitimè natis.*
330. *Sunt de agnatione & familia parentis.*

331. Per

331. Per eosdem æquè familia conservatur, ac per legitimos,
332. Arma & insignia paterna & familiæ deferunt.
333. Statutum legitime natorum mentionem fiaciens, comprehendit per subsequens matrimonium legitimatos.
334. Continentur statuto fœminas, masculis legitimè natis existentibus, excludente.
335. Ita legitimatus in Episcopum & ad alios sacros ordines, absque dispensatione promoveri potest.
336. Succedunt in feudis.
337. Vti & in Regnis, Electoratibus, aliisque dignitatibus Regalibus.
338. Intermedium matrimonium legitimationem non impedit.
339. Ita legitimatis testimonium legitimæ nativitatis datur.
340. Patris Nobilitatem consequuntur.
341. Etiamsi ex ignobili concubinâ nati.
342. Legitimatio per rescriptum Principis omnem maculam abolet, & legitimatos ad jus naturale deducit.
343. Legitimati per rescriptum Principis verè & propriè legitimi dicuntur, nihilque à legitimis differunt, & quatenus hoc procedat. n 367.
344. Censentur esse ex familiâ & agnatione patris.
345. Et familiam conservare dicuntur.
346. Succedunt ab intestato tam agnatis, quam parentibus, ipsisque legitima debetur.
347. Substitutum excludunt in casum non existentium liberorum legitimè natorum, contra n 358.
348. Comprehenduntur statuto fœminas excludente legitimis extantibus, contrarium. n. 360.
349. Patris nobilitatem consequuntur, & quatenus, n. 372. contrarium n 353.
350. Per Principis rescriptum legitimati ex privilegio & fictione fiunt legitimi.

351. Legitimatio similis est Alchimiæ.
352. Et homini medicato à vulnere, in quo cicatrices remanent.
354. Vbi de honore & beneficio agitur, legitimati per rescriptum Pincipis legitimorum appellatione non veniunt.
355. In feudis non succedunt.
356. Sicuti nec in jure primogenituræ.
357. Ad Ecclesiasticas dignitates non admittuntur, sicuti nec ad emphyteusin Ecclesiasticam.
358. Donationes non revocant ex capite supervenientium liberorum.
361. Disponentium verba propriè & secundum verum intellectum accipi debent.
362. Naturalis causa præcipue attendenda, non accidentalis.
363. Fideicommissi institutor de liberis legitimè natis, & non legitimatis censisse censetur, & n. 412.
364. Maximè si Nobilis vel illustris persona sit.
365. Fideicommissi institutor talem sobolem exhorrescere & odio habuisse censetur.
366. Semel factum infectum fieri nequit.
368. Per rescriptum Principis naturales legitimari nequeunt, quando alii legitimi liberi extant.
369. Non sufficit aliquem esse agnatum, sed talem esse oportet, qui familiam sine dedecore salvam conservet.
370. A successione ab intestato, ad successionem fideicommissi, non rectè argumentamur.
371. Major est vis matrimonii, quàm rescripti Principis.
373. Naturales an & quatenus à Principe ad hæc fideicommissa legitimari possint?
374. Ius succedendi est juris civilis.
375. In his quæ juris sunt civilis, Princeps liberam disponendi potestatem habet.

376. Ius

376. Ius in spe positum non censetur esse considerabile, & infra numer. 382.
377. Nemini injuriam facit, qui jure suo utitur.
378. In legitimatione sola Principis legitimantis voluntas spectatur.
379. Specialis legitimatio ad feuda valida censetur.
380. Agnatis invitis & non citatis Princeps ad fideicommissorum familiarium successionem legitimare non potest.
381. Princeps nemini jus suum quæsitum auferre potest.
282. Spes alia nuda, quæ non est considerabilis, alia probabilis, certa & proxima, quæ considerabilis, & dicitur loco rei, vel pretii.
383. Et de hâc spe judicatur idem, quod de re ipsâ, & jure adquisito.
384. Ius spe certâ & considerabili adquisitum auferri non potest.
385. Nec refert an spes ex testamento, vel contractu descendat.
386. Ius agnatis in feudo adquisitum in spe ipsis invitis per legitimationem Principis auferri nequit.
387. Nec Princeps fœminas feudi incapaces ad ea legitimare potest.
388. Ius majoratus etiam non delatum Princeps ne quidem ex plenitudine Potestatis auferre potest.
389. Bona restitutioni subjecta per legitimationem Principis auferri non possunt.
390. Legitimatio videtur esse quædam species alienationis.
391. Fideicommissa non possunt tolli per Principem.
392. Vt alicui bona sua auferri possint, causa privata non sufficit, sed publica requiritur, & ei, cui admittitur, alia res æquivalens, vel pretium restituatur.
393. Ad quod illi, quorum interest, citari debent.
394. Plenitudo potestatis potius tyrannis & tempestas est.
395. Angelus reprehenditur.

396. Vo-

296. Voluntas testatoris jus gentium est, & Principis rescriptio infringi non potest.
397. Ad legitimationem citandi sunt agnati, & illi, quorum interest.
398. Non omnis de Principis potestate disputatio interdicta.
399. Adoptatus transit in familiam & agnationem adoptantis, & jura sanguinis consequitur.
400. Nomen & insignia adoptantis assumit.
401. Adoptio naturam imitatur.
402. Adoptatus adoptantis originem & domicilium adquirit.
403. Adoptantis privilegiis gaudet, quibus ipsius liberi naturales.
404. Sunt sui hæredes.
405. Plebei adoptati à Nobili fiunt Nobiles.
407. Nonnulli distinguunt inter genus & gentem.
408. Alii inter arrogatos & adoptatos dinstingunt.
409. Alii distinguunt inter adoptatum ab aliquo ascendente, ut hic Nobilis fiat, & eum, qui à patre naturali extraneæ personæ in adoptionem datus, ut hic Nobilis non fiat.
410. Adoptio jus sanguinis non confert.
411. Adoptati non sunt verè, sed fictè liberi, nec filiorum, vel liberum nomine veniunt.
412. Testator fideicommissum instituens, de veris & legitimis liberis sensisse intelligitur.
413. Verba naturaliter, & non fictè intelligenda sunt.
414. Adoptatus non comprehenditur statuto de filiis loquente.
415. Verba statuti non verificantur in casu ficto.
416. Adoptivi non excludunt fœminas statuto per masculos exclusas.
417. Nec continentur privilegio liberis concesso.

418. Nec

418. Nec donationem revocant.
419. Nec substitutum excludunt.
420. Adoptio in aliorum præjudicium, ne à Principe quidem, confirmari potest.
421. Ad adoptionem citandi sunt illi, qui ex eâdem lædi possunt.
422. Prohibitus alienare non potest adoptare.
423. Adoptati non succedunt in feudis.
424. Nec in emphyteusi.
425. Nec in majoratu, vel primogeniturâ.
426. Nec excludunt fœminas renunciantes.
427. In Galliâ nullo modo succedunt.
428. Ad fideicommissa non admittuntur.
429. In fideicommissorum successione veri & naturales agnati requiruntur.
430. A delatione nominis & insignium ad successionem, non est valida argumentatio.
431. Alia est dignitatis Senatoriæ, alia avitæ agnationis ratio.
432. Alius est adoptandi modus, qui fit per nominis & insignium delationem.
433. Adoptatos quandoque ad Regnorum successionem admissos, exemplis demonstratur.
434. Quando adoptio testatoris jussu facta, adoptatus in fideicommissis succedit.
435. Nobilis plebeo se in adoptionem concedens, non fit plebeus, nec fideicommisso privatur.
436. Per unionem prolium conjuncti, ficti & imaginarii sunt liberi.
437. Unio prolivium jus sanguinis & agnationem non operatur.
438. Frater unitus fratri unito non succedit.

439. *Fratres uniti in Statutis filiorum nomine non continentur, nec substitutum excludunt, nec fœminas, &c.*
440. *Matrimonium ad Morgenaticam quodnam dicatur?*
441. *Ex hoc matrimonio nati liberi, nec patri, nec in feudis succedunt.*
442. *Infamibus portæ dignitatum non patent.*
443. *Infames non possunt esse milites.*
444. *Nec ad torneamenta admissi.*
445. *Nobilitas infamiâ amittitur.*
446. *Infames ad feuda non admittuntur.*
447. *Hæretici ab honoribus & publicis officiis arcentur.*
448. *Nobilitatem amittunt.*
449. *Perfidi, athei & apostatæ hæreticis sunt deteriores.*
450. *Blasphemiæ crimen omnium nefandissimum.*
451. *Læsæ majestatis criminis, & per duellionis rei pœnâ mortis afficiuntur, eorumque bona confiscantur, omniaque, quæ juris civilis sunt, amittunt.*
452. *Eorum ædificia & insignia destruuntur.*
453. *Rebelles & seditiosi capite plectuntur.*
454. *Banniti ab omnibus impune interficiuntur.*
455. *Proditores amittunt Nobilitatem, insignia & omnem dignitatem.*
456. *Perjuri Nobilitatem amittunt.*
457. *Sicuti etiam falsarii.*
458. *Homicidæ voluntarii ultimo supplicio afficiuntur.*
459. *Baro à* Sichelstein *propter uxorem à se occisam, à torneamentis repulsus.*
460. *Ultimum fideicommissi successorem occidens, in fideicommisso non succedit.*
461. *Latrones furcâ suspenduntur, & hodiè rotæ imponuntur.*
462. *Assassini ab omnibus impune occiduntur.*

463. Tem-

463. *Templorum violatores ultimo supplicio & bonorum confiscatione puniuntur.*
464. *Incendiarii flammis ultricibus puniuntur.*
465. *Transfugæ, tanquam hostes, impunè interficiuntur.*
466. *Exploratores & proditores furcâ suspenduntur.*
467. *Milites circumforanei pro bannitis habentur.*
468. Hecken-Reutter *quinam?*
469. *Qui vitam venalitiariam agunt, dignitatem & Nobilitatem amittunt.*
470. *Alibi fama est infamia, alibi honor nota est.*
471. *Quænam inter viles artes referantur?*
472. *Nobiles à vilibus artibus abstinentes, quatenus Nobilitatem recuperent?*



Ffectus fideicommissorum familiarum Nobilium consistit potissimum in juribus succedendi, & quæ ipsis successoribus in iisdem competunt, vel interdicta sunt, & quæ onera ipsi fideicommissario & possessori incumbunt.

Successionem quod attinet, in hæc fideicommissa succedunt 1
1. soli agnati, quia hi tantum familiam conservant, non etiam cognati, qui alienam & propriam constituunt. Sunt enim agnati, qui per virilis sexus co- 2
gnationem conjuncti, quasi à patre cognati, §. *sunt autem.* 1. *de legit. agnat. tut.* §. 1. I. *de legit. agnat. success. l. Iurisconsultus. ff. de gradib. l.* 2. §. 1. *ff. de suis & legit. hæred.* Et fratres ex eodem patre nati, etsi ex eâdem matre non sint, agnati inter se & consanguinei vocantur, *l.* 1. §. *post suos.* 9. *ff. de suis & legit. hæred. l. fin.* 8. *cognationis.* 6. *ff. de grad. & affin.* Ac propriè consanguinei dicuntur fratres & so- 3
rores ex eodem patre, licet ex diversâ matre creati, *l.* 1. *C. de legit. hæred. d.* §. *sunt autem.* 1. I. *de legit. agnat. success.* ita ut hi quoque cum aliis, qui ex uno patre & matre nati in fideicommissis succedant, Bart. *in l. Lucius. num.* 21. *& ibi* Ripa *num.* 4. *ff. ad SCt. Trebell.* Alex. *consil.* 20. *num.* 4. *vol.* 2. Grassus §. *fideicommiss. quæst.* 12. *num.* 6. quia tales filii disponenti, cui per fideicommissum succeditur, æquales sunt, isque erga omnes æqualem affectionem habuisse præsumitur, Grassus *d. num.* 6. *in fin.*

Cognati autem sunt, qui per fœminini sexus cognationem conjuncti sunt, 4
l. non

l. non facilè. 4. §. cognationis 2. ff. de gradib. & dicuntur, quasi unà communiter vè nati, vel ab eodem orti & progeniti sint, d. l. non facile. 4. § 1. ff. de gradib. quod vocabulum cognationis in generali significatione tàm agnatos, quàm cognatos, sive tàm agnationem, quàm cognationem in specie sumptam com-
5 plectitur, d. l. non facilè 4. §. 1. & 2. ff. de gradib. Secus autem est, quoad fratres uterinos, qui ex eadem quidem matre, diversis tamen patribus nati sunt, cum in his agnationis & familiæ conservandæ ratio locum non habeat, per l. familiæ. 196. §. 1. ff. de V. S. Bartol. Muscul. de success. convent. class. 1. memb. 2. conclus. 6. num. 267.

6 II. Et quidem soli illi, quibus nominatim fideicommissa hæc sunt relicta, & qui ad ea sunt vocati, & ex his primo gradu procreati & descendunt,
7 l. omnia. 32. §. in fideicommisso. 6. ff. de legat. 2. In omni enim omninò vocatione & institutione primò nominati, primò sunt vocati, & primò succedunt, Cravet. consil. 180. num. 2. & 3. Surd. decis. 84. num. 12. Thessaur. decis. 61. num. 6. Nam prior nominatus, magis delectus censetur, l. cum pater. §. à te peto. & ibi Dd ff. de legat. 2. Alex. consil 30. num. 2. vol. 2. etiam in prærogativâ dignitatis, Pacian de probat. cap. 5. num. 66. seq. lib. 2. adeo, ut ob nominationem fideicommissum conditionale transmittatur, Cavalc. decis. 19. n. 98. part. 3.

8 Atque ita etiam III. posthumi ad hæc fideicommissa admittuntur, per d. l. omnia. 32. §. in fideicommisso. 6. ibi. qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo testator moreretur, & qui ex his primo gradu procreati sint, ff. de legat. 2 Socin. sen. consil. 69. num. 5. vol. 3. Mantic. de conject ult. vol. lib. 8. tit. 12. num. 14. Fusar. de fideicommiss. substit. quæst. 318. num. 42. seq. Quia etiam hi jus consanguinitatis nanciscuntur & agnati fiunt, §. sunt autem. 1. §. ii autem. I de legit. agnat. succ. ac agnatus meus dicitur, qui me mortuo nascitur, l. quam Tuberonis. ff. de pecul. l. item. Prætor ff. de suis & legit. hær. Bald consil. 98. num 4. lib. 3. Fusar. d. quæst. 318. num. 46. Et in his, quæ successionem & favorem eorum concernunt, posthumi pro jam natis habentur, l. qui in utero est. 7. l. qui in utero sunt. 26. ff. de stat. homin. l. 1. in fin. l. vel si vivo. 7. ff. de suis & legit. hær.

9 Nec contrariatur, quod nepos post mortem avi conceptus, ad ejus hæreditatem legitimam non admittatur, l. 1. §. si quis proximior ff. unde cognat. l. si quis filio. 6. §. 1. verb. cæterum Marcellus. ff. de injust rupt. §. cum autem vers. plane. I. de hæred. quæ ab intestat. Bald. in l si quis filium. 34. & ibi Salicet. Castrens. & Dd. comment. C. de inoffic. testament. Valent. Forster. de success. lib. 4. cap. 23. n. 1. Et quod in fideicommisso familiæ relicto comprehendantur tantum tempore mortis testantis concepti, d. l. omnia 32. §. in fideicommisso. 6. ff. de legat. 2.

gat.2 Alex. *conf.22.& 27.lib.3.*Socin. *in l.si cognatis ff.de reb.dub.*Forst. *d.l.n.2* Ac
prohibitio alienationis extra familiam intelligatur de conceptis tempore te-
stamenti, *l.voluntas & ibi* Bald. *de fideicom.* Siquidem hæc ita intelligenda sunt,
ut nepotes quidem post mortem avi ad hæreditatem non admittantur ex pro-
pria ipsorum personâ, admittantur autem ex personâ parentum jure transf-
missionis vel repræsentationis, etsi enim post mortem avi concipiantur, deri-
vantur tamen & ex avo deducuntur, cum inter ascendentes & descendentes
propagatio & consanguinitas in infinitum permaneat & duret, Accurs. *in §.*
ergò non omnes. I. de nupt. Forster. *d.cap.23.n.7.& ibi alleg.* Confer. Fusar. *de sub-*
stit. fideicom. quæst.318. per tot. ubi pluribus docet, an & quatenus post testamen-
tum nati ad fideicommissa admittantur.

Et cum in nostro casu ipsius testatoris & disponentis mens & voluntas
sit, ut bona extra familiam non transeant, sed perpetuo & quamdiu ea durat, 10
in eadem conserventur, hoc autem in iis, qui tempore mortis testantis conce-
pti, verificari non possit, consequens est, præter hos etiam alios qui sunt de fa-
milia ista, posthumos scilicet, ad successionem admitti, quod etiam ex *d. §. in*
fideicommiss. in verb. & qui ex his primo gradu procreati sint, apertè constat, & tradit
Mantic. *de conject. ult. vol.lib 8. tit.12 n.14.* ubi *d.§. in fideicommisso*, locum non ha-
bere scribit, in fideicommisso, quod sub conditione relictum est, nam si con-
tingat tempore purificatæ conditionis superesse aliquos qui erant concepti &
nati vivo adhuc testatore, & alii existant, qui sint nati, & concepti post mor-
tem testatoris, debeant prius admitti, qui erant nati vivo adhuc testatore,
quod naturalis ratio persuadeat, ut qui tanquam cogniti, magis dilecti à te-
statore censeantur, *l. qui filiabus in princ. ff. de legat.1.* Sed si hi non supersint,
tunc quidem alii admittantur ex conjectura voluntatis testatoris, quam di-
stinctionem etiam probant Curt. *consil.58. num.5. & 6.* Joan. Crot. *in l. filius-*
fam. §. Divi. num.164. vers. quid tenendum. ff. de legat.1. atque ita nominatio per-
sonarum tribuat nominatis præcedentiam, non autem aliorum exclusionem 11
operetur, gloss. *in d. l. omnia. 32. §. in fideicommisso. verb. nominati sunt, & ibi*
Bart. *num.1 & 2. ff. de legat.2.* Molin *de Hispan. primog. lib 1.cap.4.num.33. & seq.*
quod etiam evidenter constat ex *l peto 69 §. frate 3. ff. de legat. 2*, ubi res alie-
nari prohibita extra familiam, si alienata fuerit, possunt etiam hi, qui nati sunt
post prohibitionem eam revocare, etiamsi cæteri omnes, qui erant in fami-
liâ tempore alienationis ei consenserint quod etiam tradunt Fulgos. *in l. quo-*
ties & ibi Jason. *de fideicommiss.* Dec. *consil 38. & consil. 468.* Forster. *d.lib.4. cap.*
23. num. 5. & ibi alleg.

12 Ex quo etiam, si quis rem aliquam in emphyteusin vel feudum pro se & filiis suis & nepotibus recepit, etiam admittuntur illi, qui post mortem ipsius sunt concepti. Bart. *in l. item prætor. 8. ff. de suis & legit.* Bald. *in l. si personam 21. C. de fideicommiss.* Laudens. *in c. 1. §. hoc quoque tit. de success. feud.* Forster. *d. cap. 22.*
13 *n. 6.* Atque ita, quando testator perpetuum fideicommissum constituit, natos quoque post conditionis eventum admittendos esse, docent Bart. *in auth. de restitut. fideicommiss. & ibi* Angel. Cagnol. *in l. fin. n. 235. C. de pact.* Tiraquel. *de retract. tit. 1. §. 1. gloss. 9. n. 82.* Petra *de fideicom. quæst. 11. n. 602.* Peregrin. *de fideicom. art. 22. n. 77.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 318. n. 97.* Atque ita in iis, quæ non pure & simpliciter, sed sub conditione, & in futurum quendam incertum eventum relicta sunt, & in specie in fideicommisso vel legato conditionali, sufficere, ut qui taliter vocatus, aut cui tali modo aliquid relictum est, tempore cedentis conditionis & eventus natus sit, & in rerum naturâ existat, concludunt Dd. *comm.* Socin. *sen. in l. si cognatis. 5. verf. ex quibus & n. 30. ff. de reb. dub.* Alciat. *in l. pronunciatio. n. 24. v. 25. ff. de V. S.* Cagnol. *in l. fin. n. 235. C. de pact.* Magon. *Flor. decis. 92. n. 7.* Alex. *cons. 26. n. 14. lib. 3.* Jason. *cons. 159. n. 6. vol. 4.* Dec. *cons. 217. n. 2. in fin.* Ruin. *cons. 2. n. 9. lib. 1.* Natta *consil. 675. n. 2.* Paris. *consil. 31. n. 41. lib. 2.* Surd. *cons. 125. n. 33.* Peregr. *cons. 55. n. 28. vol. 1.*

14 Sicuti etiam IV. emancipati, *l. peto. 69. §. fin. ibi: & puto rectè petituros, quoniam familiæ appellatione personæ quoque hæ demonstratæ intelliguntur. ff. de leg. 2. & ibi* Bart. Mantic. *d. tit. 2. n. 13.* quos etiam in feudum succedere, docent Curt jun. *de feud. part. 3. memb. 2. num. 2.* Wesembec. *de feud. cap. 6. n. 9.* Borcholt. *de feud. cap. 7. part. 2. n. 46.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. concl. 16. n. 1. lit. a.* Vultei. *de feud. 1. c. 9. n. 89.* Dn. Bocer. *de jur. succed. in feud. cap. 3. quæst. 10. per tot.*

15 Nec obstat, quod in hæc fideicommissa familiarum soli agnati succedant, emancipatione autem agnationis jus amittatur, §. *minima vers. veluti filiusfam. I. de capit. dimin. juncto § fin. I. de legit. agnat. tut. & §. emancipati autem. I. de hæredit. quæ ab intest.* & mancipati inter extraneos numerentur. §. *Cæteri I. d. hæred. qualit. & differ.* qui in hæc fideicommissa non succedunt. Quamvis enim mancipati non sint agnati, ipsis tamen jura agnatorum per omnia & in omnibus legum civilium beneficio concessa sunt *l. 4. C. de legit. tut. l. si ab eo. 11. l. de emancipatis. 13 l. fin. §. 1. C. de hæred. instit. l. fin C. de emancip. liber. §. fin. I. de legit. agnat. suc. §. 1. I. de success. cogn. Novell. 118. cap. 1. 2. 4. & 5.* unde quamvis jure veteri emancipati pro extraneis fuerint habiti, jura tamen suorum & agnatorum ipsis jure novo competunt, sicuti ex dictis legibus constat.

16 V. Exhæredari per *l. filiusfamilias 114. §. cum pater 15. ff. de legat. 1.* Mantic.

de

de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 12. num. 22. ſeq. Quia non deſinit eſſe agnatus, 16
ſed in familia permanet, quamvis à patre ſit exhæredatus, & fideicommiſſum
hoc conſequitur non ex teſtamento patris exhæredantis, ſed ex voluntate &
teſtamento ejus, qui illud primum reliquit, *l. unum ex familia 67. in Princ. & §.
1. ff de legat. 2. l. Cohæredi. §. cum filio. ff. de vulgar. & pupill. l. ſancimus. §. cum autem
C. ad Sct. Trebell.* Mantic. *d. num. 22.* & quidem intuitu ſanguinis, generis ac familiæ
per tradita Tiraquel. *de jur primogen. quæſt. 35 per tot.* quæ ipſi auferri nequeunt,
l. eum qui. de interdict. & relegat. Neque etiam de bonis hujusmodi familiarum
ulla teſtatoris diſpoſitio valida eſt, *infra cap. 11. num. 168. ſeq.*

Ad hæc bona hæc jure ſingulari & ex diſpoſitione pimi inſtituentis ad
ſucceſſores pertinent, quæ autem jure ſingulari ad aliquem ſpectant, ea ipſi
etiam ex hæredato relinquenda ſunt, *l. dotem. 6. ff. de collat. bonor.* Et ex hære- 18
datio concernit ſolummodo ex hæredantis bona, quorum alienandorum potestatem
habet *l. Papinianus. 8. §. ſi quis mortis. ff. de inoffic. teſtam. l. parentibus
8. C. eod. Novel. 115. cap. 3. 4. & 5. l. quidam cum filium. 46. ff. de hæred. inſtit.* Molina
de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. num. 2. Cum ergo poſſeſſor bona hæc alienare nequeat.
infra. cap. 11. n. 1. & ſeq. nec ab iisdem ex hæredare poterit.

Unde etiam filius à patre licet juſtè ex hæredatus, nihilominus tamen 19
in feudo ex pacto & providentia ſuccedit, *per §. 1. lib. 1. feud. tit. 14. & §. ult. 2.
feud. 23.* Iul. Clar. *4. ſent. p. feudum. quæſt. 74.* Pariſ. *conſ. 1. num. 7. & conſ. 2. n. 29.
vol. 1.* Borcholt. *de feud. cap. 7. num. 61. part. 2.* Schrader. *de feud. part. 7. cap. 2. num.
36. & 39.* quod etiam de feudo hæreditario ſentiunt, Sonsbec. *de feud. part. 9.
n. 61. & 66.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 9. n. 96.* confer. Bocer. *de jur. ſucced. in feud.
cap. 3. quæſt. 11. per tot.* Neque etiam majoratus poſſeſſorem ex juſtâ causâ 20
ſucceſſorem à majoratu excludere poſſe docent Phil. Corne. *in l. 1. col. 3. verſ.
præterea. C. de condit. inſert.* Molinæ *in conſuet.* Pariſ. *tit. 1. §. 8. gloſs. 3. n. 12.* Peralta
in l. 3. §. qui fideicommiſſum 3. num. 86 ff. de hæred. inſtit Molina *d. cap. 1. cap. 9.
n. 2. & ſeq. per tot.* ubi etiam *n. 8. & ſeq.* diſquirit, an & quatenus majoratus poſſeſſor
ex cauſa ingratitudinis erga inſtitutorem commiſsæ exhæredari vel à
majoratus ſucceſſione excludi poſſit. Et ſic quoque agnatus proximior ad fi- 21
deicomiſſi hujus ſucceſſionē admittitur, quamvis poſſeſſoris defuncti hæres
non ſit. Bart. *in l. ut jurisjurandi. §. ſi liberc. n. 4. ff. de oper. libert.* Alex. *conſ. 26. lib. 5.*
Pinel. *in l. 1 part. 3. n. 85. C. de bon. matern.* Molin. *in conſ.* Pariſ. *tit. 1. §. 8. gloſs. 1. n. 4.*

VI. Collaterales, nam familia vel domo ad fideicommiſſum vocatâ non
ſolum deſcendentes, ſed etiam tranſverſales de familia vocata intelligi pro- 22
bāt Bart. *in l. 1. C. de cond.* Caſtrenſ. *in l. peto. § fratre ff. de leg. 2.* Rom. *in l. filiusfam.
§. Divi. num. 182. ff. de legat. 1.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 22. n. 26. ſeq.* Fuſar. *de*

fidei-

fideicom.subst it.quæst.351.num.1.seq. & ibi allegat. Tib. Decian. *cons.86. n. 18. vers. 3.lib.3.* Hip. Riminald.*cons. 482.* Menoch. *cons. 424.* Peregrin. *cons. 16. dub. 2. lib.3. & cons.149. lib 5.* Mantic *de conject. ult. volunt. lib.8. tit. 12. num. 12.* ubi docet dispositionem illam, quod bona in testatoris agnatione debeant permanere, duobus modis intelligi posse, primò effectivè, seu activè, ut scilicet bona remaneant, in illis de agnatione ipsius testatoris, id est, quæ habuit originem à testatore, & cujus testator ipse fuit causa efficiens & secundum hunc sensum agnatos duntaxat ab ipso testatore descendentes vocatos intelligi: secundo modo contentivè, id est, quod bona remaneant in illis de agnatione testatoris, in quâ scilicet ipse testator continetur, & in hâc significatione ipsius etiam testatoris transversales contineri. Et in primâ ista interpretatione in dubio dispositionem istam accipiendam esse, quia magis deserviat propriæ verborum significationi & communi loquendi usui, licet velit Ruin. *cons. 153.n.10.v.2.* Contrarium tamen & collaterales etiam hoc casu descendentibus extinctis, admittendos esse docet Mantic. *d. num.12.vers.sed ego.* Hier Gabriel. *cons. 132. quæst. 5 n.58. & 59.* Quorum sententia probatur per textum expressum *in d. l. omnia.32.* §. *in fideicommisso.6. ibi ut post omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore quo testator moreretur, & qui ex his primogra-*
23 *du procreati sint. l. peto 69.* §. *fratre 3. ibi: Omnes fideicommissum petent, qui in familia fuerunt. ff. de legat 2.l.fin. C.de V. S.* Non enim descendentes tantum, sed etiam transversales de nomine & familia testatoris sunt, & per hos quoque nomen, agnatio, & familia conservatur, Decian *cons.7.num 53. lib. 1.* Hondedæ.*vol. 1 Part 3. cons. 29 num. 67.* & ideo deficientibus masculis per sexum virilem descendentibus, testator etiam de collateralibus agnatis sensisse intelligitur, Mantic. *d. vers. sed ego.* Cum alias quoque & si collaterales non succederent, bona ista in familia perpetuo non conservarentur, quod est contra
24 ipsorum naturam, & finem per dicta *supra cap.7. num.1.& alibi passim.* Et familiæ verbum non tantum continet institutoris descendentes, sed etiam pari ratione omnes, qui eidem transversales & collaterales sunt, & ab antiqua ejusdem familia procedunt, *l. cum ita* §. *in fideicommisso l. peto.* §. *fratre ff. de legat.2.* §. *sunt. autem agnati, l. de legit. agnat. tut. pronunciatio 195.* §.*familiæ. 1. ff. de V. S.* Vinc. Fusar.*de fideicom.subst. quæst.351. num.1.& seq. & num. 22.* Molina *de Hispan.primogen.lib.1. cap.4. num.40.* ubi *num. 39. & seq.* statuit in successione majoratus non tantum admitti ipsius instituentis descendentes, sed ejusdem quoq; collaterales, cū ea majoratus sit natura, ut ea bona quæ majoratui subii-
25 ciuntur, perpetuò in ipsius familia conserventur, quæ perpetua conservatio per subrogationē eorū, qui ex eadē familia processerunt, facienda, sive hi descendentes,

dentes,

sive transversales respectu primi institutoris fuerint, Confer. Fusar. *d. quæst. 3. per tot.* ubi ad contraria respondet. Idemque obtinere, si agnati ad fideicommissum vocati sint, & descendentibus non extantibus, tranversales admitti, scribunt Anchor. *cons. 94.* Hier. Gabr. *132. quæst. 6. num. 58. seq. lib. 1.* Menoch. *cons. 106. num. 226 seq.* Peregrin. *de fideicom. art. 22. num. 25.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 12. num 12.* Menoch. *4. præs. 88. num. 19.* Fusar. *d. l. quæst. 562. num. 1. seq.*

Ex quo etiam idem quoad ascendentes dicendum videtur, ut hi 26
quoque in hisce fideicommissis succedant, si fortè filio fideicommissum datum sit, isque sine masculis descendentibus decedat, quia adscendentes quoque sunt de familiâ & familiam conservant, & descendentibus deficientibus ac mortalitatis & successionis ordine turbato ad liberorum bona admittuntur, *l. nam etsi 15. ff. de inoff. test. l. scripto. 7. in fin. ff. unde liber. Novell. 118. cap. 2.* juxta illud. *Accursii in d. l. 15. ff. de inoff. test. verb ordine:*

Ordine turbato succedis Bulgare nato.

Quibus negotium non facit, quod in feudis soli ipsius primi adquiren- 27
tis descendentes, & non etiam collaterales in novo feudo succedant, *c. 1. §. & quia. vers. cum verò Corradus. qui feud. dar. poss. 1. feud. 1. c. 1. §. filia de success. feud. tit. 8. & 2. feud. 12. 18. & 49. in fin.* Mynsing. *5. obs. 72. num. 3. seq.* Schrad. *de feud. part. 7. cap 7. num. 1. & seq.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 9. num. 102. & seq. & n. 104. vers. ex quibus* Sicuti nec ascendentes, *c. 1. in princ. de nat. success. feud. lib. 2. feud. 50.* Schrader. *de feud. part. 7. cap. 6. num. 1.* Borcholt. *de Feud. c. 7. part. 2. n. 9.* Vultej. *d. Feud. lib. 1. cap. 9. num. 101.* Siquidem hæc feudi natura est, ut in eo soli primi adquirentis descendentes succedant, quod secus est, quoad fideicomissa hæc familiarum, quorum natura propria est, ut in familia bona eorum perpetuò conserventur, & ita ad omnes de familiâ testatoris, tàm descendentes, quàm transversales & ascendentes transferantur, sicuti in simili de majoratus bonis respondet Molina *d. cap. 4. num. 40.*

VII. De Clericis, an in hæc fideicommissa familiarum Nobilium suc- 28
cedant, res controversiâ non caret? & hos in iisdem non succedere ex sequentibus dicendum videtur.

1. Quod in his cesset ratio & finis horum fideicommissorum, familiæ 29
nimirum conservatio, cum enim justum non contrahant matrimonium, juxta sententiam Canonistarum, non nisi damnatam prolem alere possunt, per *§. si ad versus ea. 12. I. de nupt. Levit. 20. v. 21.* Imola *in c. dilecti. X de for. compet.* ipsorumque liberi non legitimi, sed spurii *c. Michael. X. de filiis. presbyt.* Matth. Wesembec. *cons. 44. num. 57.* ut ita non sufficiat, Clericos esse agnatos,

sed tales esse oporteat, qui familiam conservare possint, per tradita Mantic.
de conject.ult.vol. lib.8.tit.12.n.27.
30 2. Quia Clerici & fœminæ æquiparantur, Andr. Knichen. *de pact. vestit.*
part.1.cap.4.num.38. Quemadmodum ergò fœminæ in his fideicommissis
non succedunt, *infra num.127.seqq.* ita nec Clerici, cum æqui paratorum æ-
qualis sit ratio, idemque judicium.
3. Unde quoque sicut fœminas, ita nec Clericos succedere in feudis,
31 communis ferè Dd. est Conclusio §.*qui Clericus. 2. Feud. 26. §. ex hoc.2.feudor.*
30 & tit.3[illegible].in fin. Rol. à Valle *cons.23.num.19.seq. vol.1.* Natta *cons.507. num. 16.*
vol.1. & cons.600. n.9. vol.3. Zas. *de feud.part.5.num. 71.seq.* Sonsbec. *de feud. part.*
12. num. 3[illegible]. & 144. Forster. *de success. lib. 4. cap. 23. num.33.* Chassan. *in consuet.*
Burgund.rubr.3. §. 5.verb.excepts ses religieux. Vultej. *de feud. lib. 1. cap.9. num. 67.*
vers. verum quod Clericus. fol.378. & seq. & ibi alleg. Adeò, ut Clericus ante
Clericatum adquisitum feudum non retineat, sed amittat, *c. 1. in fin. de feud.*
fœm. & c. [illegible]. de Vasal.milit.c.1. § qui Clericus. Si de feud. de funct. Curt jun. *de feud.*
part. 2.num.16. Vultej. *d. num.67.vers.verum.quod Clericus.* Et licet Clericus esse
jam desierit, nihilominus tamen in feudo non succedat. *per c. 1. in fœn. de*
32 *feud. fœm.* Vultej. *d. l. vers. porro non is tantum fol 383. & seq.* Etiamsi Clerici
sint majores, Veluti Cardinales, Episcopi, Abbates, Prælati, secundum
Menoch. *arbitr. jud.cas.231.num.6.seq.* Rosenthal. *de feud.c.7.concl. 29.num.9. &*
10. Vultej. *d.num. 67. vers. de Cardinali.fol.38[illegible]. & seq.* Bocer. *de jur. succed. in feud.*
cap.3.quæst.14.vers.cæterum.
33 4. Hinc etiam quod Monasterium non excludat substitutum agna-
tum, quando testator bona in familiâ conservari voluit, respondit Dec. *cons.*
259.num.2. Covarruv. *var. resol.lib.9.cap.9.num 11.* Paris. *cons. 22. num. 9. vol. 3.*
Mantic. *de conject.ult.vol.lib. 11.tit.7. num.21.* Vincent. Fusar. *de fideicom.substit.*
quæst.429. num.54. Peregrin. *de fideicom.artic. 28. num. 76.* Menoch. *4. præs.*
83.num. 45. Covarruv. *1. var. resol.cap. 19. num.11.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8.*
34 *num.516.* Uti & quando substitutus gravatus est, ut nomen & insignia familiæ
suscipiat, Fusar. *d. quæst. 429.n.55.* Nec hoc casu mors naturalis Monachi sit
expectanda, sed substitutus statim admittatur, Decian. *cons.61.l.5.* Covarruv.
1. var. resol. cap. 19.num. 11. Molina *de Hispan. primog. lib.3 num.91.* Peregrin. *de*
fideicom. art.28. num. 82. Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 430. num. 2.* Idque
tum maximè procedere, si Monasterium bonorum sit incapax, tradit Fusar.
d.quæst.430.n.11.seq.
Quibus accedit. 5. Quod Levitæ in terrâ sanctâ prædia non posse-
35 derunt. *Numer. 18. vers. 20. Deuteron. 10. vers. 9. & cap. 18. vers. 2.* ipseque
Chri-

Christus auri & argenti possessionem discipulis suis ademit, *Matth.10. v. 9.* & Ecclesiarum reditus eleemosynæ vocantur *c. quia Sacerdotes. 3. caus. 10. quæst. 1.* 36
divitiasque fidem & disciplinam Prælatorum suffocâsse, scribit Carol. Molin. 37
de abus. Curiæ Rom. ad Edict. Franc. gloss. 1. num. 130. & in comment. C. ad l. 1. C. de Sacros. Eccles. in princ. verb. Concilio. Postquam enim privilegiis muniti, ditionibus, honoribus & opibus externis dotati, prioribus illis & simplicioribus defunctis, ambitiosores & audaciores facti, Pontificatum, ut Regnum invaserunt, verbi ministerio omisso, contra *c. te quidem caus. 11. quæst. 1.* & ut Platina ait, à Religione pro Regione ad arma conversi, habitu magis relinquentes seculum quam sensu, æstuantes majori dominandi ardore, quam laici, Waremund. ab Ehrenberg/ *de fœder. cap. 1. num. 44. seqq.* contra illud Apostoli, quod 38
nemo militans Deo, secularibus se implicet negotiis *2. Timoth. 2. v. 4.* & illud Feudistæ; desiit esse miles seculi, qui factus est miles Christi, *2. feudor. 21. C. cum ad verum dist. 96.* Indeque olim severè, sanè & sanctè constitutum erat, *l. 104. C. Theodos. de Decurionib. lib. 12.* ut decuriones, qui Clerici fieri mallent, & Ecclesiæ potius servire, quàm Curiæ, non aliter liberarentur curiâ, quàm si patrimonio suo cederent, & nudi irent in Clerum, quia, ut ait lex, animos divinâ observatione devinctos, non decet patrimoniorum desideriis occupari, aut qui iis occupantur, hoc ipso satis produnt, simulatam esse Religionem. Sicuti de Philosophis scribit Papinianus, quod verè Philosophantes pecuniam contemnant, cujus retinendæ cupidine fictam adseverationem detegunt, in *l. in honoribus. 8. §. Philosophos. 4. ff. de vocat. & excus. muner. l. professio. 6. C. de munerib. patrimon.* nam opes impedimenta esse, non adjumenta, onera non subsidia, quarum possessione & usu non fulcitur Religio, sed evertitur, quemadmodum pisces terræ tactu & siccitate tabefiunt, dixit D. Anton. teste Sozomen. *lib. 1. cap. 13.*

Ad hæc 6. fideicommissa hujusmodi & statuta fœminas excludentia 39
dicuntur odiosa, contra jus commune, & contra naturalem æquitatem, Clerici autem jure odioso & iniquo uti non debeant, per tradita Tiraquel. *de jur. primogen. quæst. 44. num. 2.*

His tamen non attentis, contrarium, & Clericos seculares in hujusmo- 40
di fideicommissis succedere, mihi verius videtur. Non enim omnium Clericorum eandem esse rationem constat, sunt enim alii & dicuntur seculares, alii regulares, Tusch. *lit. C. conclus. 377. num. 1. & seq.*

Seculares illi dicuntur, qui nullâ certâ regulâ constricti sunt, quales ple- 41
rique sunt illi, qui hodie appellantur Canonici, Thumherren/ & qui istis

sunt Superiores, Cardinales, Episcopi, Abbates & Prælati, Matth. Stephan. *in exeges. uram. Canon. part. 1. num. 30.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 9. num. 67.*

42 Regulares dicuntur illi, qui speciali alicui regulæ probatæ adstringuntur & subjecti sunt, & professione prius factâ cum juramento de paupertate, obedientiâ & continentiâ, cujusmodi est regula Francisci, Dominici, Augustini, & similes, Vultei. *d. num. 67.* Et hi iterum sunt vel Monachi, qui arctissimis suis devinciuntur regulis, in quas jurârunt, vel regulares in specie ita dicti, qui quod cætera, votis exceptis, sunt regulæ cujusdam laxioris, per *c. quod Dei timorem. X. de stat. Monach.* Vultei. *d. num. 67. vers. atque hi.* Unde etiam differentiam esse inter Clericos & Monachos; & Monachos non esse Clericos, 43 constat *ex l. generaliter. 52. C. de Episcop. & Cler.* & Monachi Clericis opponuntur, *in l. si quis presbyter. 20. l. generaliter. 52. C. de Episc. & Cler. l. ad dictos. 6. C. de Episc. aud.* & distinctè de Clericis agit Imper. Justinian. *in Novell. 5. & 6.* Bocer. *de investit. feud. cap. 3. num. 146.* licet in generali Clericorum appellatione Monachi quoque contineantur, Tusch. *d. lit. C. conclus. 377.*

Seculares Clericos quod attinet, hos in fideicommissis hisce familiarum Nobilium succedere ex subsequentibus mihi dicendum videtur,

44 1. Quia hi per omnia succedunt parentibus *l. non liceat. 55. l. Deo nobis. 56. §. 1. C. de Episcop. & Cleric.* & bona illa hæreditario jure obtinent, nec Ecclesiæ adquirunt, ita ut de illis liberè testari & disponere possint, *supra cap. 3. n. 36. seq.* ipsisque in iisdem proximi agnati ab intestato succedunt, *C. fin. caus. 12. quæst. 5.* Mynsing. *respons. 35. num. 3.* Rittershus. *in exposit. Nov. part. 1. cap. 7. n. 88.* Tusch. *lit. C. conclus. 396. num. 11.*

45 2. Quia Clerici in familiâ & agnatione permanent, *l. Deo nobis. 56. §. 1. & ibi gloss. in verb. parentum. C. de Episc. & Cler.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 12. num. 25.* atque ita in ipsis bona conservantur, & sic in eadem succedere poterunt.

46 3. Ex quo etiam Clericos feudum adquirere posse docent per *§. item si Clericus. 2. feud. 40. c. ex transmissa. X. de for. compet.* Zas. *de feud. cap. 5. n. 71. seq.* Sonsbec. *de feud. part. 7. n. 3.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 4. n. 9. vers. multò magis.* Borcholt. *de feud. cap. 5. n. 49.* Wesembec. *de feud. cap. 5. num. 2.* Bocer. *de investit. feud. cap. 3. num. 145.* Forster. *de success. lib. 4. cap. 23. num. 40.* ac Clericos, Superiores, Cardinales, Episcopos, Abbates & Prælatos in feudum succedere asserunt, Clarus *§. feudum. quæst. 78. num. 5.* Jason. *consil. 117. n. 2. in princ. vol. 4.* Borcholt. *de feud. cap. 5. num. 49. in fin.* Forster. *d. cap. 23. n. 44. quæst. 1.* regalia & alia bona & jura temporalia obtinent, ut dicetur *infra num. 54.*

Sic

Sic quoque 4. in jure primogenituræ & majoratus succedere Clericos, 47
etiamsi dignitas vel jurisdictio ipsi annexa sit, docent Joan. Licerier. *de primogenit. lib. 1. quæst. 24. num. 16.* Anton. Gomez. *in lib. 40. Tauri num. 66. in fin.* Molin. *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 13. n. 96. & seq.* Tiraquel. *de jur. primogen. quæst. 44. num. 6. & seq.*

Et 5. in statuto fœminas propter masculos excludente, fœminam quo- 48
que à Clerico excludi & repelli, tradunt Bald. *in l. 1. col. 7. vers. sed hic ulterius. C. de summa Trinit.* Angel. *consil. 68. vers. nec obstat, quod quidam.* Paul. Castrens. *in l. omnes populi. ff. de justit. & jur.* Tiraquel. *d. quæst. 44. num. 7.*

Unde etiam 6. Clerico permittitur facultas retrahendi rem à consan- 49
guineo venditam, *C. constitutus. X. de in integr. restitut.* *Roman. singul. 444.* Tiraquel. *d. l. n. 8. & de retract. tit. 1. § 1. gloss. 8. vers. le parent. n. 41.* Reinking. *de retract. consanguin. quæst. 2. num. 231.*

Quibus non contrariantur pro contraria opinione adducta: Nam pri- 50
mum quod attinet, quamvis Clerici matrimonium non contrahant, nec liberos legitimos procreent, indè tamen ab hisce fideicommissis non excluduntur, siquidem nec hac ratione senes, nec Cœlibes, & legitimâ prole destituti in iisdem succederent, cujus tamen contrarium quoad Cœlibes ex subsequentibus *num. 92* constat; nec quoad senes, & illos, qui liberis masculis destituuntur, contrarium ullibi dispositum, vel justâ aliquâ ratione dici poterit. Et cum bona hæc familiarum ab ipsis legitimè conservari, & his defunctis, ad alios de familiâ transferri possint, ipsas quoque in iisdem succedere nihil prohibet, cum hoc casu finis hujusmodi fideicommissorum locum inveniat, bonorum scilicet in familiâ conservatio.

Ad 2. respondetur, æquiparationem istam Clericorum & fœminarum 51
à Knichenio non probari, & quoad hujusmodi fideicommissorum successionem diversam esse rationem Clericorum & fœminarum, inde constat, quod Clerici familiam suam ad vitam suam, & sic bona in eadem conservent, eademque bona in alios de familiâ & agnatione sua post mortem suum transferant, secus verò quoad fœminas, veluti quæ in alienam, mariti scilicet familiam, transeunt, & bona ista in eandem mariti & sic alienam familiam transmittunt.

Ad 3. Resp. Quod Clerici in feudis non succedant, id speciali ratione, & 52
quidem ea de causâ constitutum esse, quod ipsi bellis interesse, & sic feudi Domino militaria officia præstare nequeant, *2. feudor. 21. in fin.* quæ ratio in fideicommissis non militat, & sic quoque diversum jus in his obtinebit. Ex

53 quo etiam Clericum in feudis succedere, & quod semel adeptus est, id Clericum postea factum retinere, si paratus sit per substitutum servitia præstare, concludunt per *c. 1. §. fin. de capit.* Conrad. *gloss. in c. verb. non valet. An mutus vel alij. imperf.* Curt. sen. *consil. 62. num. 63.* Sylvan. *cons. l. 3. num. 35.* Schurff *consil. 68. cent. 1.* Zas. *de feud. part. 5. num. 7.* & alii allegati à Vultei. *lib. 1. feud. cap. 9. num. 67. vers. secunda quæstio.* Imo Clericos quoque majores feuda obtinere, & in feudis succedere, paulò ante dictum est: Constat enim hodie personas Ecclesiasticas majores; Veluti Cardinales, Episcopos, Prælatos, Abbates, Prapo-
54 sitos aliosque Principes & Personas Ecclesiasticas duplicem sustinere personam, unam Ecclesiasticam & alteram secularem, sive politicam. Quatenus considerantur ut personæ seculares & politicæ, non tantùm feuda communia, sed etiam Regalia feudi nomine obtinent, Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 4. num. 121.* Vultei *de feud. lib. 1. cap. 5. num. 7.* Pruckman. *de regal. cap. 4. num. 39.* & alia jura & bona temporalia ex concessione Imperatoris aliorumque Principum secularium possident Bart. & Dd. *in l. si quando. C. de appellat.* Schurff. *consil. 72.*
55 *num. 2. cent. 1.* Gail. *1. observ. 30. num. 4. seq.* sunt status Imperii, in matriculâ continentur, votum & sessionem in Comitiis obtinent, eodemque superioritatis jure gaudent, quo Duces, Principes & reliqui status Politici in suis territoriis, Gail. *d. observ. 30. num. 1. 4. & seq. & observ. 37. num. 10. & de pignorat. cap. 7. num. 1.* Knichen. *de Saxon. non prov. verb. Ducum. cap. 2. num. 5. seq.* Norderman. *de jur. Principat. concl. 85. lit. b.* Thom. Michael. *de jurisd. concl. 38 lit. a.* Sixtin. *d. cap. 4. num. 121. & seq.*

56 Ex quo etiam instar reliquorum Principum ac Statuum immediatè Imperio subjectorum præceptis & mandatis Cæsareis & Imperii parére, & vocati ad auxilium & consilium comparére tenentur, *argument. c. si. Episcopus. distinct. 18.* Gail. *de pac. publ. lib. 1. cap. 8. num. 8.* Buxtorff. *ad Aur. Bull. conclus. 69. lit. a.* Ziegler. *§. Austrægæ. conclus. 1 num. 13.* onera Imperii portant & collectas
57 solvunt, Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 14. num. 147.* Feuda quoque aliis concedunt, ita ut non solùm Nobiles, sed & Comites & Barones ab iisdem feuda obtineant, imò non desunt Principes, qui à nonnullis eorum de integris etiam Comitatibus & Baronatibus investiti sunt, teste Sixtin. *d. cap. 4. num. 128.*

58 Ad 4. Resp. Illud procedere in Clericis Monachis, quos, cum omnia sua bona ad Monasterium deferant, in hisce fideicommissis non succedere, dicetur *infra num. 6?. seq.*

59 Ad 5. Resp. Ita quidem olim quoad Levitas & Apostolos obtinuisse, hodiè vero quoad personas nostras Ecclesiasticas, secus esse, ex præceden-
tibus

tibus constat, & experientia docet, etiam Ecclesiasticam dignitatem sine
divitiis & opibus sordescere, *supra cap. 7. num. 33.* Et quamvis non negetur,
propter opum opulentiam Ecclesiasticas personas cultum divinum negli-
gere, ac Episcopos hodie non docere, ut olim, sed magis in sylvis venari,
quam in suggestu concionari, hic tamen abusus facilius taxatur, quàm pe- 60
nitus tollitur, & propter abusum, rei vetus & licitus usus non aufertur,
infra n. 235. Non enim ex naturâ rerum, quibus utimur, sed ex causâ utendi,
& modo appetendi, probandum vel improbandum est, quod facimus *c. quisquis. Dist. 41.* ac Marchesel. *styl. pract. quæst 31. n. 1.*

Ad 6. responsio ex dictis *supra cap. 7. n. 86. & infra num. 173. seq.* constat,
ubi demonstratum est, fideicommissa & statuta hæc non esse iniqua vel o-
diosa, sed favorabilia & juri divino consentanea, idque tùm maximè etiam,
cùm hæc fideicommissa & statuta cedant in commodum & favorem quoque 61
Clericorum, & ex lege quoque Mosaicâ divinâ omnes primogeniti, & ii
quidem soli fuerint sacerdotes & divinis ministeriis mancipati, sicuti docet
Tiraquel. *de jur. primogen. in præfat. num. 17. & 18.*

De Ccericis interioribus sive Monachis, qui de paupertate & continen-
tiâ jurant, bona propria non possident, sed ea, que habent & adquirunt,
in Monasterium transferunt, an hi in fideicommissis his familiarum succe-
dant, controversiâ quoque non caret? Et hos quoque in iisdem succedere,
si Monasterium capax sit bonorum, indè dicendum videtur, quod Monachus 62
per ingressum Monasterii non perdit jura sanguinis, Bald. *in c. cum in magistratum num. 3. X. de Elect.* Abbas *in c. quia nos. num. 2. X. de testament.* Tiraquel.
de nobilit. cap. 26. numer. 8. Lapus *allegat. 101.* sed etiam post factam professionem
retinet jus prioritatis in gradu, & omnia agnationis jura, *l. Deo nobis. §. 1.
& ibi* gloss. *in verb. parentum. C. de Episcop. & Cler. Novell. 123. cap. nullam
vero. 41. C. statutum caus. 18. quæst. 1.* Anchor. *cons. 470. num. 3.* Signorol.
cons. 156. num. 12. Paris. *cons. 47. num. 62. vol. 3.* Bald. *in auth. si qua mulier. n. 10. C.
de SS. Eccles.* etiam jus suitatis, Bart. *d. auth. si qua mulier. num. 5. C. de SS.
Eccles.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 26. num. 9.* Molina *de Hispan primogen. lib. 1.
cap. 13. num. 75.* Atquè indè etiam in hæreditate, quæ jure sanguinis defertur,
succedit, & à legitima successione non arcetur, *c. uno caus. 18. quæst. 1. l. ut
non liceat. 55. & seqq. §. 1. C. de Episcop. & Cler. d. l. Deo nobis. §. 1. C. de Episc.
& Cler. d. Novel. 123. cap. 41.* Et hoc casu mediante personâ Monachi Mo- 63
nasterium hæreditatem capit, *auth. ingressi C. de Episcop. & Cler. Novel. 5.
cap. illud 5. c. in præsentia. X. de probat. c. cum ad Monasterium. C. quod Dei timorem, X. de stat. Monach.* Port. *cons. 23. n. 30. & 31.* Molina *de Hispan. primog.*

lib. 1.

64 *lib. 1. cap. 13. num. 72.* Et Monasterium ingressos succedere in fideicommisso, ad quod vocata est familia vel agnatio, si Monasterium successionis sit capax, scribunt Bald *in l. Deo nobis. §. 1. num. 2. C. de Episc. & Cler.* Paris. *cons. 43. num. 62. lib. 3.* Cravet. *cons. 152. num. 2.* Lapus *allegat. 100. num. 7. & alleg. 101. n. 7.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 9. tit. 12 n. 25.*

65 Ex quo etiam si extet statutum excludens fœminas propter masculos favore agnationis, Monachum quoque fœminam excludere, si monasterium bonorum sit capax, scribit. Lapus *allegat. 101. vers. in contrarium. & seq.* Paris. *cons. 47. num. 63 lib. 3.* Albert. Brun. *de statut. exclud. fœm. art. 2. quæst. 12.* & Monachum in bonis fideicommisso subjectis & alienari prohibitis, succedere, arbitratur Abbas *in c. in præsentia num. 63. & ibi* Joan. Andr. & Beroj.

66 *num. 154. X. de probat.* quamdiu vita Monachi durat, eo verò defuncto, bona ista ad sequentes devolvantur fideicommissi successores, sicut demonstrat Bald. *in c. quæ in Ecclesiarum. num. 9. X. de constitut. & in auth. nisi rogati num. 15. C. ad Sct. Trebel.* Dec. *in d. C. in præsentia. num. 290. X. de probat.* Clarus *§. feu-*

67 *dum. quæst. 78. vers. quæ tamen opinio.* Et hinc quoque licet Monachi per se proprium habere nihil possint, scilicet in particulari & privatim, in communi tamen habere, ipsosque hæredes fieri posse, tam ex testamento, quàm ab intestato scribunt *per C. non dicatis caus. 12. quæst. 1. auth. ingressi C. de SS. Eccles.* Felin. *in d. C. in præsentiá. X. de probat.* Clarus. *§. testamentum. quæst. 29.* Jason. *in d. auth. ingressi. num. 24. C. de Episc. & Cleric.* Atque ita Monasterium id jus, quod Monachi est in commune sibi vindicet pro usu communi

68 Gœdd *1. Marpurg. Cons. 25. num. 72. seq.* omnes siquidem religiosi, qui professionem ordini fecerunt, ad perfectam paupertatem jure jurando obstricti sunt, sicuti ex ipsorum voto constat *c. porrectum. X. de stat. Monach.* Hostiens. *in summa de regularib. num. 5.* Gœdd. *d. l. num. 67.* Et singulariter constitutum est in fratribus Franciscanis minoribus nihil proprii, ne quidem in communi habere possint, *clem. exivi. §. cupientes. de V. S. extrav. ad conditorem §. de fratrum nostrorum de Verb. sign.* idque tàm ex regula, quam ex suis constitutionibus, & quia perfectissimam seu altissimam paupertatem ex regulâ profitentur, sicuti ex Johan. *XXII. in extravag. fin. per tot. de V. S.* & aliis refert Gœdd. *d. cons. 25. num. 71.* ubi etiam *num. 72.* hos fratres Franciscanos ab intestato non succedere addit.

At his non obstantibus, Monachos in his fideicomissis non succedere, verius mihi videtur, quia 1. fideicommissa hujusmodi familiarum Nobilium instituentis finis, mens & voluntas est, ut bona perpetuò in familiâ conserventur, nec in alios, qui non sunt de familiâ, transferantur *supra cap. 7.*

cap. 7. n. 1. Monachi autem Monasterium jam ingressi quicquid habent, per 69
ipsum ingressum ad Monasterium transferunt, *auth. ingressi C. de S. S. Eccles. Novel. 5. cap. 5.* Host. *in c. in præsentia. n. 7. seq. X. de probat.* Bald. *in auth. ingressi. n. 19. & ibi* Castr. *n. 8.* Dec. *n. 7. C. de S. S. Eccles.* Besold. *part. 4. cons. 181 n. 5. & seq.* & quicquid postea adquirunt, Monasterio adquiritur, *C. unic. caus. 18. quæst. 1. c. Abbates. 16 caus. 18. quæst. 2. C. 2 X. de testament.* & Monasterium loco filii & filiæ habetur, Matth. de Afflict. *decis. 230. num. 9.* Boër. *decis. 354.* Molina *de Hispan. primog. lib. 2. cap 9. num. 40.* Besold. *d. num 2.* ita, ut ipsi nihil proprii habeant, nec annuos reditus recipere possint, *clem. exivi 1. vers. cumque annui. X de V. S.* adeò, ut si proprietas apud quemquam in morte fuerit inventa, ipsa cum eo in signum perditionis extra Monasterium in sterquilinio subterretur, *c. cum ad Monasterium. 6. X. de stat. Monach.* Ioh Gœdd. *1. Marpurg. cons. 25. num. 65.* Unde etiam ad statum Monachorum & regularium pertinent & necessariò observanda sunt, ita ut ne Papa quidem adversus ea disponere possit, & dicantur substantialia, nimirum propriæ voluntatis renunciatio, proprietatis 70
abdicatio, & castitatis observatio, *d. c. cum ad Monasterium. 6. & ibi* Pacius *num. 2. de stat. Monach.* Gœdde *d. num. 65.*

Cum ergo bona per Monachum in familiâ non possint retineri, sed eidem Monasterio adquirantur, adeò, ut ne momento quidem apud ipsum Monachum resideant, *l. placet ff. de adquir. hæred.* Bald. *cons. 494. in fin. vol. 5.* ubi ait, quod licet jus delatum Monasterio sumat initium ab ipso Monacho, per modum tamen scintillæ, & sic in ictu oculi in Monasterium transire, atque ita, cùm deficiat ratio & intentio testatoris, consequens erit Monachum ad hæc fideicommissa non admitti, Mantic. *d. tit. 12. n. 28.*

2. Quia finis quoque præcipuus est hujusmodi fideicommissorum familiæ & agnationis splendor & conservatio, *supra d. cap. 7. num. 4. seq.* at vero ex 71
Monachi successione, etiam per vitæ suæ tempus, memoria & splendor familiæ ipsius testatoris penitus supprimitur, nec nomen, nec arma, nec ejusdem familiæ ac majorum ornamenta & insignia apparent vel conscipiuntur, sed sub habitu Monachali delitescunt, & quasi sepulta jacent.

3. Unde quoque Monachus pro mortuo habetur *c. placuit. caus. 16. 72*
quæst. 1. l. Deo nobis. C. de Episc. & Cler. Bald. *in auth. ingressi. in fin. C. de S. S. Eccles.* Honded. *cons. 62. num. 2. & 3. vol. 2.* Felin. *in c. in præsentia. X. de prob.* idque quoad familiæ conservationem asserit Molina *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 13. n. 92.* ex eo quod supra dictum, per Monachum, familiæ splendorem non conservari, sed potius ex ejus successione supprimi & aboleri, & Monasterium ingrediens instar deportati efficitur Ang. Matth. *de legat. & fideic.*

lib. 1. cap. 8. n. 4. & exul patriæ & mundo Cancil. Borel. *cons. 67. n. 2. & 3.*
73 ac servo comparatur, gloss. *in c. non dicatis. caus. 12. quæst. 1.* & sic Monachorum agnatio non in orbe terrarum, sed in cœlis esse dicitur, ut ait gloss. *in §. nullam. verb. ingratus. auth. de sanctiss. Episc.* juxta illud Apostoli, nostra conservatio est in cœlis, *ad Philipens. 3. & c. non dicatis. caus. 12. quæst. 1.*

74 4. Quia in omni dispositione, uti & in fideicommissi institutione, illud pro disposito habetur, quod institutor verisimiliter disposuisset, si de eo interrogatus esset, *l. Titius. §. Lucius. ff. de lib. & posthum.* gloss. *in l. tale pactum. §. fin. verb. per exceptionem ff. de pact.* Tiraquell. *in l. si unquam. n. 55. C. de revoc. donat.* Jam vero omni dubio caret, quod si institutor interrogatus fuisset, utrum
75 vellet Monachum in hoc familiæ fideicommisso succedere, ipsum hoc non permisisse, vel asseruisse, per tradita Mantic. *de con ect. ult. vol. lib. 8. tit. 12. n. 25.* ubi ait, si fideicommissum gradatim fuerit relictum agnatis, ut in familiâ bona conserventur, se non credere testatorem de eo sensisse, qui Monasterium ingressus fuerit; nam hoc ipso, quod testatur voluit bona in familiâ conservari, intelligitur noluisse ea ad Monasterium pervenire, ut inquit etiam Dec. *cons. 159. num. 2. vers. & hoc quidem.* posse autem testatorem ita disponere, ut in fideicommisso pro familiæ conservatione, Monasterium & Monachus non succedat *paulò post. n. 85* dicetur.

Ad hæc. 5. ut bona in familiâ conserventur & ea illustrior existat,
76 Reipubl. interesse, quo successores opibus præpollentes Reipubl. munera & officia tantò commodius sustinere valeant, *supra cap. 7. num. 4.* dictum est: hæc autem ratio in Monachis & si ipsi in hæc fideicommissa succedant, locum non invenit, cum ipsi Reip. munera non gerant, atque ita ratione successionis cessante, & ipsa cesset successio, per tradita *inf. c. 16. n. 1. & seqq.*

77 Hinc quoque 6. Monachus professus in Monasterio etiam bonorum capaci, non potest succedere in oppidis & castris jurisdictionem habentibus, *C. recolentes. 3. X. de stat. Monach. & ibi* Abbas. *n. 1.* quod de ordinis Cisterciensis fratribus & Monasterio loquitur, sicuti ex inscriptione apparet, eosdemq; etiam in reliquis ab intestato succedere probat Cœdd. *d. cons. 25. n. 71. & seq.*

78 Et 7. jus Regni, Ducatus, Comitatus vel similium dignitatum non transire nec ad Monachum, nec ad Monasterium bonorum aliâs capax, sed potius ad hæredes sanguinis transferri, scribit gloss. *in c. scripsit nobis. Theberga. verb. dignitate. Caus. 27. quæst. 2. & ibi* Archidiac. Bald. *in c. cum in magistrum num. 3. X. de elect. & in l. Deo nobis. §. hoc etiam. num. 2. C. de Episc. & Cler.* Specul. *tit. de stat. Monach. num 15.* Dec. *in c. in præsentiâ num. 74. X. de prob.* Licerier. *de primog. lib 3. quæst. 4. num. 15.* Ant. Comez. *in l. 40. Taur. n. 66.* Molin. *de Hisp. primog. l. 1. c. 13 n. 81.*

n.81. cùm nec Monachus nec Monasterium capax sit jurisdictionis secularis,
c.1. & per tot. X. ne Cleric. vel Monach.

Ex quo etiam 8. Monachi in feudis non succedunt, *2.feud.21. in fin. & tit.* 79
30. & 36. Bald *in c qui Clericus. num. 2. si de feud defunct.* Schrad *de feud. part. 7.*
c.5. n.30. & part. 9 cap. 10. n. 1. Borcholt. *de feud. c.7. n.62.* Menoch *arb. jud. cas. 231. n.1.*
seq. ita, ut nec ad Monasterium feudum hoc transeat, Rosenthal. *de feud. cap. 7.*
concl. 29. n. 9. & ibi alleg. in not. lit. f.

Nec 9. in majoratibus & primogenituræ jure Monachi succedunt, Co- 80
varruv. *1. var. resol. c. 19. num.* . Padilla *in l. cum acutissimi. num. 45. C. de fideicom.*
Barbat. *cons 13 col. 2. & 3. l. 1.* Idque de majoratu jurisdictionem annexam ha-
bente asserit Molina *de Hisp. primog. l. 1. c. 13. n. 81 & seq.* ubi *n. 94.* de Hispaniæ ge-
nerali consuetudine attestatur, *& n. 93.* addit; cùm quilibet Monachus, etiamsi
in Monasterio capaci fuerit professus, quoad familiæ conservationem & juris-
dictionis exercitium, mundo mortuus dicatur, & non tantum ab ipso familia
non conservetur, sed potius ex ejus successione supprimatur & aboleatur, per
c. placuit. caus. 16. quæst. 1. & quamvis Monachus possit in majoratu succedere,
non tamen possit memoriam familiæ, neque agnationem, neque cognatio-
nem conservare, nec etiam arma deferre, nec jurisdictionem exercere, nec di-
gnitatem Ducatus, Comitatus seu Marchionatus habere, indeq; consequens,
quamvis hæc mors civilis æquiparari debeat quoad hoc morti naturali, succe-
dereque debeat sequens in gradu, ac si Monachus naturaliter mortuus fuisset,
ex vulgatâ illa regulâ, quod mors civilis æquipareturnaturali, quando in casu
de quo agitur, ex negocii qualitate & natura est ejusdem effectus, cujus esset
mors naturalis, Bart. *in l 1. num. 7. ff. de testam.* Bald. *in l. Deo nobis. n. 8. C de Episc.*
& Cler. Alex. *in l. Gallus, §. & quid si tantum. n. 2. ff. de lib. & posth.* Besold. *cons. 153.*
n. 73. & seq. confer *infra cap. 16. n. 383.*

10. Et ex hâc quoque ratione Monachum, etiam Monasterii capacis, 81
in communi excludi a successione fideicommissi perpetui, favore familiæ seu
agnationis conservandæ instituti, concludunt Ludov. Zuntus *in consil. pro uxor.*
n. 896. Dec. *cons. 259. n. 2.* Molina *d c. 13. n. 94.* Paris. *cons. 22 n. 9. vol. 3.* Ripa *in l. ex*
facto. 8. si quis rogatus. n. 41. ff. ad S. Treb. Æmilian. *cons. 109. n. 14. vers. tunc autem.*
Vinc. Fancus *dec. 29. n. 7.* Menoch. *4. præsumpt. 83. n. 45. & præsumpt. 88. n. 5.* Vinc.
Fusar. *de fideic. subst. quæst. 313. n. 2. & quæst. 355. n. 2.* Covarruv. *1. var. resol. c. 19. n. 11.*
Mantic. *de conject. ult. vol. d. c. 12. n. 25.* ubi ait ipsum, cum hæc quæstio ad sapien-
tissimum collegium Patavinum esset delata, & diversæ essent sententiæ, se hanc
sententiam, unà cum Tib. Deciano, & aliis præstantissimis Jureconsultis ad-
versus alios celeberrimos Doctores defendisse, & in specie ad rescriptum

Clementis IV. Pontificis, quo fratribus Prædicatoribus fuit indultum, ut perindè possint succedere, ac si in sæculo permansissent, respondisse id rescriptum intelligendum esse, non mutatis, sed suppositis terminis; hoc est, non mutatâ, sed suppositâ eâdem testatoris voluntate. Unde ab intestato sine ullo scrupulo dubitationis possunt succedere, quia non contingit mutatio terminorum, item in supplemento legitimæ sibi debitæ jure naturæ, succedunt etiam contra voluntatem parentum, quia sine justâ causâ non possunt exhæredari, *Novell. 115. cap. aliud quoque 3. auth. non licet. C. de lib. præter.* nec justa sit causa exhæ-
82 redationis, quod filius patre invito fuerit ingressus Monasterium, *l. Deo nobis. C. de Episcop. & Cler. Novell. 125. cap. nullam, 41.* & ideò, sicuti in legitima possunt succedere, cum sunt in sæculo, ita etiam cum degunt in Monasterio, supplementum legitimæ petere possunt, quoniam nulla contingit mutatio terminorum, quæ debeat mutare juris dispositionem. Sed in casu proposito contingit mutatio terminorum, nam ideò agnatus, si est in sæculo, potest succedere in fideicommisso relicto intuitu conservandæ agnationis, quia perspicuam habet testatoris voluntatem; sed si Religionem professus sit, in hoc fideicommisso, quod est relictum pro conservandâ familiâ, succedere non potest, quia non habet testatoris voluntatem, quæ sola in fideicommissis servatur, *l. pen. ff. de legat. 1. l. cum virum. C. de fideicommiss. l. hæredes mei. § . cum ita. ff. ad Sct. Trebell.* Nam simili quoque modo, si aliquis esset agnatus in sæculo, qui non haberet voluntatem testatoris, non posset admitti, Mantic. *d. l. num. 27.*

Ex quibus responsio ad ea, quæ pro contrariâ sententiâ allata sunt, per se colligitur; non enim Monachus ab his fideicommissis ideò repellitur, quod non sit agnatus, & quod bonorum sit incapax, sed ideò, quia non est talis a-
83 gnatus, per quem, juxta disponentis voluntatem, bona ista in familiâ, & ipsa familia & agnatio conservari possint; non enim sufficit, quod aliquis sit agnatus, sed oportet ipsum talem esse agnatum, per quem possit familia conservari, & per quem bona quoque in familiâ conserventur, Mantic. *d. lib. 8. tit. 12. num. 27.*

84 Quamvis autem hæc ita de jure se habeant, & Monachum & Monasterium ab hisce familiarum fideicommissis ipso jure, & ex præsumptâ disponentis voluntate, excludi verius sit, consultius tamen institutorem facturum puto, si verbis expressis id disponat, & nec Monachum, nec Monasterium in iisdem succedere debere, præcaveat, cum fortior sit expressa, quàm tacita disponentis voluntas, & alienationis prohibitio, *supra cap. 6. num. 175.*

Posse autem testatorem & fideicommissi institutorem ita disponere, ut excludat Monachos, Monasterium & Ecclesiam à successione sua, admisso substi-

ſubſtituto, communis Dd. eſt concluſio, & tradunt Dec. *in c. in præſentia. n. 85.*
verſ. ſed quando. X. de probat. & conſ. 259. verſ. circa primum. Pariſ. *conſ. 22. n. 6. & n.*
8. lib. 3. Bald. *conſ. 407. col. 3. verſ. agitur etiam lib 1.* Corne. *conſ. 18. n. 17. lib. 4.* Ruin.
conſ. 98. n. 20. lib. 2. Ripa *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. n. 39. ff. ad Sct. Trebell.* Graſſus
§ fideicommiſſum. quæſt. 40. n. 2. Marzar. *in epit. fideicom. quæſt. 31.* Menoch. *4. præ-*
ſumpt. 83. n. 4. & per tot. ubi id latius proſequitur. Et ita deciſum fuiſſe à Senatu
Pedemontano teſtatur Oſaſcus, *deciſ 126. in fin.* & à Senatu Neapolitano, affir-
mat Vinc. Franc. *deciſ. 29. n. 7.* ac à Rotâ Florentinâ ita ſæpius deciſum fuiſſe,
refert Marzar. *d. quæſt. 31.* Eo, quod teſtator de rebus ſuis ad libitum teſtari
poſſit, ejusque voluntas pro lege obſervanda, & quod quilibet rei ſuæ modera-
tor & arbiter ſit, etiam re ſua abutendo, *l. ſed & ſi lege. §. Conſuluit. ff. de petit. hær.*
Ita ut pater poſſit bona ſua vendere & precium in mare projicere, filiorum 86
præjudicio non obſtante, ut inquit gloſſ. *in l. 1. C. de inoffic. don.* Dec. *conſil. 246.*
num. 4. & conſil. 547. num. 1. Menoch. *d. præſumpt. 83. num. 7.* Et ſicut apud Plato-
nem *de legib. lib. 11.* exclamabat interlocutor ille Athenienſis: grave eſt nimi-
um ô Dii, ſi mea mihi non licebit cuicunque volo relinquere, & aliis plura,
& aliis pauciora, ut refert Menoch. *d. num. 7.* Et hoc caſu Monaſterium vel
Eccleſia nullum damnum patitur, ſed tantùm lucrum futurum ipſi aufertur,
ad quod Eccleſia, quæ eſt auctrix & cultrix juſtitiæ, contra diſponentis vo-
luntatem aſpirare non debet, *c. 1. §. ſed diverſum. de alien feud.* Et ſic retine-
re non debet bona hæc contra teſtatoris voluntatem, quia ſi bona hæc uſur-
paret, mortaliter peccaret, ſecundum Abbat. *in c. 1. X. quod met cauſ.* Me-
noch. *d. præſumpt. 83. num 32.* Mantic. *d. lib. 8. tit. 12. num. 29.* Nec Monaſte-
rii, vel Eccleſiæ favor officiet, quia favorabilibus cauſis favor ita exhiberi
debebit, ut aliis injuria non fiat, *c. ex tenore X. de for. compet. c. nuper. X. de donat.*
inter vir. vel ut familiæ dignitas indè vileſcat, vel teſtatoris propoſitum ad eum
trahatur, de quo ipſe non ſenſit, cum hoc impium foret, ſicuti reſpondit An-
gel. *conſil. 328. num. 5.* nec favore piæ cauſæ à juris tramite declinare licet Joan.
de Ana. *conſil. 68. col. 1.* Mantic. *d. num. 29.* Ex quo etiam talia ſtatuta valere,
ut Monachi & Moniales non ſuccedant, pluribus docet Joh. Gœddæ. *1. Mar-*
purg. conſil. 25. num. 83. ſeq.

VIII. Quæ de Clericis ſecularibus *ſupra num. 40. ſeq.* dixi, & quod hi in 87
fideicommiſſis familiarum ſuccedant, aſſerui, ea quoque in Equitibus & Or-
dinibus ſacris, veluti Hieroſolymitanis, Marianis ſive Teutonicis, Cruciferis,
& ſimilibus, obtinere, non video, quid impediat; manet enim in familiâ &
agnatione, bonorum paternorum ſunt capaces, eademque in familiâ conſer-
vare poſſunt, nec bona ſua ad ordinem transferunt, atque horum etiam di-

gnitatem conservari & splendidam fieri Reipubl. interest, pro qua sartâ ac tectâ conservandâ, & unà cum Religione defendendâ militant unicè, sicuti etiam hos in fideicommissa familiarum succedere asserunt Natt *cons.507. seq.* Rube. *consil.*70. Cacher. *dec.29. seq.* Berret *cons.9*7. Theod. Höping. *de jur insignium,*
89 *cap.5. num.*172. eosdemque in feudis succedere docent Schrad, *de feud. part. 7. cap.5.n.30.* Rosenthal. *de feud.cap.7 con l.30.n.9.seq. & ibi in not. lit.n.alleg.* Sonsbec. *de feud.part.9.n.11*7. Valent. Forster, *de success. ab intest. l 4. c 23, n.39.* Curt. jun. *de feud. part.3. quæst.10.* Cranius *de pac relig. part.1 problem.12. connex.1.* Licet alii contrarium sentiant & hos quoque à feudis arceant, Menoch. *arb. jud.cas.231. num.19.* Fachin. *7. contr 36.* Bocer. *de jur. succed. in feud.c.3. quæst.16.* Vultei. *de feud. l.1.c.9.n.67. vers de Equitibus Rhodiis. fol.382.*

90 Neque hos ex eo ab hujusmodi successione in fideicommissis familiarum excludendos puto, quod Equites & Ordines hi sacri personæ sint religiosæ & Deo dicatæ, per *c.quamvis X.de decim.* Tessaur. *l.1 quæst.for.18.n.3.* Gratian. *l.2. discept.363. n.25.* profiteanturque castitatem, paupertatem & obedientiam, quæ substantialia sunt veræ & regularis Religionis, *c.ad Monasterium. X. de stat. Monachor.* Casp. Klock. *tom.1. cons.10. n.124. seq.* ubi *n.133. & 134.* in horum bonis Ordinem succedere & non hæredes familiæ, præjudicio Camerali 5. Novem. Anno 543. id confirmat. Siquidem ex hac ratione etiam Clerici seculares in his fideicommissis non succederent, quod tamen secus esse ex superioribus *num. 40. seq* constat, ipsosque à Monachis & reliquis Clericis multum differre, ex eo constat, quod Clerici militaribus negotiis sese ingerere nequeant,
91 cum desinat esse miles sæculi, qui factus est miles Christi, *supra n.38.* Equites autem & ordines hujusmodi sacri non tantùm militare possunt, sed etiam magis pro Religione militare tenentur, quàm laici, Rittershus. *in partit feudal. lib. 1. cap.15. quæst.24.* Nec præjudicium Camerale contrarium probat, cum hoc non de bonis familiæ, sed Ordinis intelligendum veniat.

92 IX. Succedunt quoque in hæc fideicommissa cœlibes; Etenim apud Romanos censoria nota inurebatur illis, qui matrimonium abhorrebant Valerius Maxim. *lib. 1. cap. 9.* Corinthii eos sepulturâ privabant, Guevara *in horolog. Princip.* Argivi nullis præficiebant muneribus Guevara *d.l.* Apud Athenienses festo quodam die Cœlibes à mulieribus circum aram tracti, flagris cædebantur, Cypræus *de Sponsal. c.13. §.74.* M. Valer. Maximus & Junius Brutus Bubulcus Censores, bona eorum, qui ad senectutem cœlibes pervenissent, fisco tradebant, Volateran. *lib.30.* Cypræ. *d.l.* Ex lege Juliâ & Papiâ nihil ex Civium Romanorum testamentis capere poterant, Sozomen. *lib.1. cap.9.* Gothofred. *in rubr. C.de infirm. pœn. cœlib.* Lycurgus lege latâ cives

Lace-

Lacedæmonios arceri jubebat ludis gymnaſticis, & ſpectaculis, qui cœlibes eſſent, imò hyeme nudi cogebantur forum publicum circumire, & carmen in ſeipſos probroſum canere tenebantur, Cypriæ. *d. l.* nec ipſis natu minores aſſurgebant, nec loco cedebant, quod tamen apud Romanos nefas exiſtimabatur & morte piandum, ſi juvenis vetulo non aſſurrexerat, & nobiliſſimo clariſſimoq; viro in theatrum venienti neminem locum dediſſe, ſed ipſi dictũ fuiſſe; ne tu quidem mihi, qui cederet, genuiſti, ſcribit Plut. *in Periclid.* Imò Mileſiam quandam mulierem, quod ab hæredibus ſecundis, acceptâ pecuniâ partum ſibi ipſa medicamentis abigiſſet, rei capitalis eſſe damnatam, teſtatur Cicero *orat. 14. pro A. Cluent.* quippe quæ ſpem parentis, memoriam nominis, ſubſidium generis, hæredem familiæ, deſignatum Reipubl. civem ſuſtuliſſet, *l. Cicero. 39. ff. de pœn.* Camillus & Poſtumius Cenſores æra pœnæ nomine eos, qui ad ſenectutem cœlibes pervenerant, in ærarium deferre juſſerunt, Valer. Maxim. *l. 2. c. 9. in princ.* Cypræ *d. §. 74. fol. 560. in princ.* Laconum quoque legislator non ſolùm pœnam impoſuit ei, qui uxorem non duxiſſet, ſed etiam ei, qui unam tantùm, & ei, qui ſerius duxiſſet: Et Spartani unicuique pœnam dixerunt, primam ei, qui uxorem non duxiſſet, alteram ſerò ducenti, tertiam & graviſſimam illi, qui malam duxiſſet uxorem, quod ob ejus pravos mores maritus malè audiat, ideoque merito mulctandus ſit, qui in re tàm magni momenti ſibi non proſpexerit, & eam duxerit, cujus mores exploratos non haberet, teſte Stob. Cypræ *d. l. fol. 559. verſ. idem tradunt.* Hodie in ditione Pa- 93
latinatus vulgò Odenwaldt / qui exceſſerunt vigeſimum quintum ætatis annum, cœlibatum profeſſi dici Hageſtolzen / eorumque bona poſt mortem devolvi ad fiſcum, quod annos ſuos conſumpſerint, & mariti & patris nomine vacuos, teſtatur Schönborn *1. polit. cap. 6.*

Verùm hæc hodierno jure ſecus ſe habent, & hæreditatis capaces facti 94
ſunt cœlibes, *l. 1. C. de infirm. pœn. cœlib.* atque ita etiam in his fideicommiſſis ſuccedent; Quamvis enim per prolis, ſive liberorum generationem familiam non conſervent, eandemque ad perpetuitatem perducant, bona tamen in familiâ conſervant, eademq; ad alios de familiâ transferunt; atque ita cum fideicommiſſorum horum non una tantùm ſit cauſa finalis, per ſobolis ſcilicet procreationem, familiæ perpetuatio, ſed etiam bonorum in eadem conſervatio, & propter hæc eiuſdem ſplendor tàm ipſius familiæ, quàm etiam Reip. *ſup. c. 7. n. 1. ſeq.* non ſtatim una ratione vel cauſâ ceſſante, alia ceſſat, & ſic ipſa diſpoſitio. Quoties enim unius alicujus rei vel diſpoſitionis plures ſunt cauſæ, unâ vel alterâ earundem ceſſante, ipſa diſpoſitio non ceſſat, ſed niholominus 95
firma remanet, per *§. ſocrum. 7. i. de nupt. l. ſi non lex Ælia, & ibi* Bald. *l. de hæred.*

inſt.

inst. l. si ventri. §. in bonis. ff. de privileg. cred. Nic. Everh. *in loc. à cessat. ration. 80. n. 8.*

96 X. Hermaphroditus; si in eo magis masculinus, quàm fœmininus sexus incalescat: ejus enim sexus judicatur esse Hermaphroditus, qui in eo magis prævalet, *l. quæritur. 10. ff. de stat. hom.* Cypræ. *de Spon. cap. 9. §. 13. n. 46.* Nam hermaphroditum, si virilia in eo prævaleant, adoptare posse, docet Borcholt. *ad §. fœminæ. 10 & ibi* Harprecht. *n. 7. I. de adopt.* potest posthumum hæredem instituere, *l. sed est quæsitum. 6. §. ff de lib. & posthum.* & in testamento testis adhiberi, *l. repetundarum. 15. in fin. ff. de testib.* quod fœminis non est permissum; imo hermaphroditum, si in eo virilia prævaluerint, maritum fieri; si muliebria exuberent, nubere posse, statuit Cypræ. *d. num. 46.* & nupsisse etiam apud veteres hermaphroditos testatur Auson. unde Martialis

An Dea fœmineum jam negligit hermaphroditum,
Amplexu teneri sollicitata viri.

97 Ex quo etiam hermaphroditum masculino sexu magis incalescentem in feudis succedere, Communis Dd. schola tradit, Alvarot. *in cap. 1. n 8. an marit. vel alias imperf. feud. retin. 2. feud. tit. 36.* Sonsbec. *de feud. part. 9. n. 74.* Borch. *de feud. c. 5. n. 45.* Moz. *de substant. feud. n. 94.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. concl. 28. n. 15.* Schrader. *de feud. part. 7. cap. 5. n. 18.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 9. num. 61.*

98 Quod si verò corporis inspectione factâ, non appareat, in quo sexu prævaleat hermaphroditus, ut si testiculos quidem habeat, virga autem virili, itemque muliebri membro careat, ex actibus autem animi & corporis virilitas colligi possit, ad feudum ipsum admittendum esse censent Bald. *in l. fin. n. 7. C. de suis & legit.* Jacob. de S. Georg. *de feud. verb. Marchio in Italia, n. 5.* Moz. *d. num. 94.* & in dubio hermaphroditum pro mare habendum tradit Dauth. *de testam. in quarto substant. de instit. hæred. n. 310. fol. 353.* Ex quibus dicendum videtur, hermaphroditum quoque, si in eo sexus masculinus prævaleat, ad hæc familiarum Nobilium fideicommissa admitti.

99 XI. De masculis quoque imperfectis, veluti mutis, surdis, cœcis, balbis, luscis, claudis, gibbosis, mancis, ignavis & deformibus, an in his familiarum fideicommissis succedant, dubitatur? In quâ quæstione quoad feudi successionem Dd. vulgò distinguunt, inter vitium naturale & accidentale, ita, ut si vitium sit naturale, & vasallus mutus, surdus, cœcus, mancus, &c. sit natus, in feudo antiquo non succedat, Bald. *in c. 1. §. mutus. num. 1. & 6. & ibi* Alvarot. *num. 1. & 3.* Præposit. *in princ. & num. 2.* Afflict. *num. 3. Episc. vel Abb. feud. tit. 6.* Zas. *de feud. part. 8. n. 68.* Curt. jun. *de feud. part. 3. membr. 1. num. 8.* Wesembec. *de feud. cap. 6. num. 20.* Hartman. Pistor. *lib. 2. part. 2. quæst. 32. num. 8.* Sonsbec. *de feud. part. 9. num. 114.* Borcholt. *de Feud. cap. 7. part. 2. num. 63.* Rosenthal. *de Feud.*

cap.7. conclus.27 num.2. in not. lit. a. Secus verò si ex accidenti imperfectus fit factus, feudum retinere possit, etiam si servitia præstare nequeat, sicuti tradunt Bald. *in d.c.1. §. mutus num.1. & ibi.* Alvarot. *num.2.* Præpos. *num.2.* Schronck. *num.3. & 4. Episcop. vel Abbat. 1. feud. 6.* Schneidewin. *de feud. part.6. cap.3. num. 32. in fin.* Wesembec. *de feud. cap.6. num.20.* Tiraquel. *de primogen. quæst.23. num. 4.* Forster. *de success. lib. 4. cap. 3. num.62.* Schrader. *de feud. part.7. c.5. num.3.* Borcholt. *de feud. cap.7. num.63.* Vultei. *de feud. lib.1. cap.9. num.64. vers. concludendo igitur.* Rosenthal. *d. conclus.27. num.7. lit. b.* Quod plerique eò quoque extendunt, & verum asserunt, quando natus quidem sine vitio, sed vivo adhuc Vasallo, antequam successerit, ex accidenti ad serviendum inhabilis fuerit factus Rosenthal. *d. conclus.27. num.3. lit. c.*

Quoad primogenituræ verò, si majoratus jus distingui solet, inter majoratum dignitatem & jurisdictionem annexam habentem, & bona allodialia jurisdictionem annexam non habentia; ita, ut in illis imperfecti, maximè muti, surdi, & cœci non succedant, cum jurisdictionem exercere nequeant, secus verò in his, quæ etiam absque jurisdictione ab imperfectis administrari poterunt, sicuti videre licet apud Molinam *de Hispan. primogen. lib.1. cap.13. num.40. & seq.* Cujusmodi distinctiones etiam in fideicommissis hisce familiarum locum obtinere indè dicendum videtur, quod à feudis & majoratu ad hæc fideicommissa validè concludatur, per tradita *infra cap.15. num.1. seq.* 110

Quibus etiam accedere videtur, fideicommissa hæc instituentis præsumpta voluntas, cum is, si interrogatus, an mutos, surdos, cœcos, mancos, balbos, luscos, claudos, gibbosos, ignavos, ac deformes, hæc fideicommissa obtinere voluerit, sine dubio ipsos non admiserit, & magis corpore & mente sanos elegerit, cum familiæ splendorem honestè conservare non possint; quænam enim foret familiæ dignitas, quis splendor, si vitiosi hujusmodi & imperfecti homines talia bona obtinerent, & reliqui perfecti, oculati, auriti, solertes, industrii, laboriosi, ingeniosi & Reipubl. operam strenuè navantes excluderentur? pro disposito autem illud haberi, de quo, si testator interrogatus verisimiliter responsurus fuisset, ex dictis *supra num. 74.* *constat.*

Sed his & similibus non attentis, imperfectos hujusmodi ad fideicommissorum horum successionem admittendos esse, mihi dicendum videtur, siquidem quod attinet mutos & surdos, de quibus major controversia esse videtur, eo quod furiosis æquiparari soleant, *l. post susceptam, & ibi* Bald. *ff. de excusat. tut. l. cum prætor. §. fin. ff. de judic. l. discretis. C. qui testam. fac.* si tamen 111

hæreditatum & succeßionum allodialium sunt capaces, *l. mutum ff. de adquir. hæred.* §. *fin. l. de hæred. qualit. & differ. l. cum pater.* §. *surdo. ff. de legat. 2. l. 1.* §. *mutus. ff. de hæred. instit.* atque ita etiam in his bonis succedere poterunt, cum in iisdem non secundum juris feudalis, sed juris civilis regulas succe-
102 datur, per tradita *infra cap. 9. num. 5. seq.* sicuti etiam alias muti & surdi omnes actus celebrare possunt, in quibus loquela vel auditus non requiritur, Bart. *in l. 1. princ. numero 11. ff. de V. O.* Dec. *in l. ubi non voce num. 1. seq. ff. de regul. jur.* ipsique matrimonium contrahere poßint, si per certa quædam signa consensum exprimant, & declarent, *l. mutus. 73. in princ. ff. de jur. dot. c. cum apud 23. c. tuæ. 25. & ibi* Felin. & Panormitan. *X. de sponsal.* Alex. *in l. 1. & ibi* Zas. *ff. de V. O.* Gentil. *de nupt. lib. 2. cap. 7. & 8.* Beust. *de matrimon part. 2. cap. 42.* Arnisæ. *de jur. connub. cap. 3. sect. 1. num. 5.* Johan. Kitzel. *synops. matrimon. cap. 4. theorem. 7. lit. a.* Et si mutus & surdus perspicacis sit ingenii, inhabilis ad succeßionem horum fideicommissorum dici nequit, cum loquelæ & auditus defectum ingenium supplere poßit, sicuti de quodam muto perspica-
103 cis ingenii refert Bartol. *in l. 1. in princ. n. 7. ff. de V. O.* Hinc quoque mutum & surdum in jure majoratus succedere docet, Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 13. num. 58. & seq.*

Idem judicium de cœco erit, ita, ut hic quoque in fideicommißis jurisdictionem annexam habentibus succedere poßit, cum hic nullibi & ejus-
104 dem succeßione excludatur, sed ad hæreditatem legitimam admittatur; Et licet cœcus regulariter judicandi munere fungi nequeat, *l. cæcus. ff. de judic.* ipsum tamen jurisdictionem adquirere posse in consequentiam succeßionis, tradit Bartol. *in d. l. cæc. ff. de judic.* Abbas *consil. 47. num. 2. lib. 1.* Joan. de Pla-
105 tea. *in l. 1. C. qui morb. se excus.* Boër. *decis. 204. num. 25.* Molina *d. cap. 13. num. 67.* Et propterea nec hunc quoque à primogenituræ jure in regno deturbandum esse, scribit Tiraquel. *de jur. primogen. quæst. 21. num 15.* ubi cœcos à nativitate, vel non multò post excellenti ingenio præditos refert Homerum, Xenocri-
106 tum, Lydium & Dydimum. Sic quoque licet claudus satis sanus non sit, *l. item claudus. ff. de ædil. edict.* hanc tamen non satis idoneam causam esse, ut quis privetur regno, eique secundo genitus præferatur, ex historiis constat, & docet, Tiraquel. *d. quæst. 21. numero 13.* ubi exemplum refert in Medonte Athenarum Rege, cui licet altero crure decurtato, Pitho regnum interrogato demandavit, teste Pausan. *lib. 7.* Et Neptuno, quamvis utroque crure claudo non ademptum est maris Regnum Tiraquel. *d. numero 13.* Ita etiam Agesilaum Lacedæmoniorum Regem claudum fuisse, testantur Herodot.

rodot. *lib. 5.* Plutarch. & Probus Aemil. *in vit. Iustin. lib. 6.* Oros. *lib. 3. cap. 2.* ubi Lacedæmonii, inquit, in difficillimo rerum statu maluerunt sibi Regem claudicare, quàm Regnum. Amaurum quoque utroque pede claudicantem in Tenedo regnasse, tradit Heraclid. *in rerumpubl. descript.* Et Horatium Coclem bellatorem eximium claudum fuisse, refert Plutarch. *in Publicol.* Sic Ungariæ comitia Colomannum primogenitum, etiamsi gibbosus, claudus, luscus & balbus fuerit, fratri Alino prætulisse secundogenito, testatur Henning. *in genealog. reg. Hungar.*

Nec à belli usu & arte claudos arcendos esse demonstrat Tiraquel. *d. quæst. 2. num. 14.* & ex Plutarch. exemplum refert in milite claudo, nam cum Androclidas Lacon mutilatus inter bellatores seipsum locâsset, & nonnulli eum prohiberent, quod altero mutilatus esset crure; atqui non fugientem, inquit, sed manentem oportet cum hostibus ex opposito instructis pugnare. Et in Agesilao idem scribit Plutarchus, cum quidam admiraretur Laconem claudum ad bellum euntem, ac equum quæreret, an ignoras, inquit, non fugientibus, sed permanentibus in bello opus esse. Et in alio loco Lacon ait, claudus ad bellum egressus, cum à quibusdam irrideretur, non opus est, inquit, fugientibus, sed manentibus ordinemq; servantibus, referente Valer. Maxim. *lib. 3. cap. 7.* 107

Idem de lusco vel monoculo dicendum, iisque non obstare, quominus 108 regnum in pace & bello moderari possint, tradit Tiraquel. *d. quæst. 21. num. 16.* Quamvis enim Persarum lege fuerit prohibitum monophtalmon Regem constituere, eandemque ob causam Cosroem Cabadis Regis filium natu minorem in Persarum regni successione Bazi natu majori sed altero oculo orbato prælatum fuisse, refert Procop. *lib. 1. de Bello Persic.*

In aliis tamen regnis aliud obtinuisse historiæ memorant, & exemplum in Philipo Macedonum Rege Monoculo refert Diodor. Sicul. *lib. 16. cap. 8.* Plin. *lib. 7. cap. 37.* Justin. *lib. 7. in fin.* & in Hannibale, Livius *decad. 3. lib. 2.* Plutarch. *in vit.* ex quo illud Juvenalis *satyr. 10.*

Cum Getula ducem portaret bellua luscum.

Antigono, qui cyclops appellatus, teste Aelian. *var. histor. lib. 12.* Imò apud Nigroas Reges unum tantum oculum in fronte habuisse scribit Plinius *lib. 6. cap. 30.* Similiter Carolo VIII. Regi Gallorum quamvis totius corporis effigies fuerit deformis, Regni administratio comissa fuit, teste Paul. Aemil. 109 *histor. Franc. lib. 10.* Pontan. *lib. 2. cap. 34.*

Neque etiam propter ignaviam & inertiam primogenitum & successorem 110 legitimum arcendum esse tradit Harprecht *ad princ. numero 149. I. de hæred.*

quæ ab intest. cùm per procuratores, vicarios, consiliarios & alios officiarios per se nolit, aut nequeat, administrare possit. Nullæ enim corporis aut animi deformitates tantæ esse debent, ut propter easdem à jure primogenituræ & legitimâ successione jure naturali & gentium competente repellatur, meliusque ac utilius sit, sub gibboso, vel claudo Principe, cui consilium probum, quam sub Principe integro, cui malum consilium esset, degere.

His non adversatur, quod de feudi successione *supra num. 99.* allegatum, siquidem diversa hoc casu est ratio feudi ac fideicommissi, in feudis enim ideò imperfecti succedere nequeunt, quod domino servitia feudalia exhibere ne-
112 queunt, talia autem servitia in hisce fideicommissis non desiderantur; Ex quo etiam muti, surdi & alii imperfecti, in feudis succedunt, si feudum ejus sit qualitatis, ut in eo servitia nulla præstentur, sicuti tradit Bald *in c. 1. num. 2. & ibi* Matth. de Afflict. *num. 8. An mutus & surd.* Alex *cons. 135. n. 3. lib. 1.* Gozadin. *cons. 56. num. 13.* Curt. *de feud. part. 3. republ. 1. limit. 9.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 13. num. 44.* Neque etiam verisimilis est præsumptio, fideicommissum instituentis mentem fuisse imperfectos hujusmodi ob vitium aliquod naturale vel accidentale, cujus causa ipsis nulla imputari possit, à successione repellere voluisse.

113 XII. De furiosis & mente captis major est dubitatio, an hi in fideicommissis familiarum succedere possint? Ubi itidem distingui solet, an majoratus constet ex bonis patrimonialibus absque dignitate & jurisdictione, an verò ex bonis dignitatem & jurisdictionem annexam habentibus, ita, ut priori casu furiosus in majoratu isto liberè succedere possit, secus verò, si bonis istis dignitas & jurisdictio annexa sit, per tradita Molinæ *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 13 num. 21. & seq.* Ita enim furiosum in majoratu, cui dignitas, seu jurisdictio annexa non est, succedere posse, docent Joan. Licirier. *de primogen. lib. 3. quæst. 14. numer. 3.* Joan Igneus *in quæst. utrum Rex. Franciæ recognoscat Imperatorem. num. 97.* Car. Molin. *in consuetud.* Paris. *tit. §. 8. quæst. 2. numer. 26.* Ant. Comer. *in l. 40. Tauri. num. 69.* Tiraquel. *de primog. quæst. 23. num. 5.*

Si verò majoratui dignitas & jurisdictio sit annexa, in eo furiosum non succedere, asserunt Bald. *in c. 1 in princ. numer. 10. de success. feud.* Molina *d. cap. 13. num. 25.*

114 Indeque vulgò & generaliter traditur, quod in successione primogenituræ, si filius secundogenitus habilis concurrat cum primogenito inhabili, secundo genitus sit præferendus, Joan. Andre. *in addit. ad speculat. tit. de feud.*

§ *quoniam. vers. 25. quæst. 76.* Jacob. de Bellovisô *in c. imperialem. §. præterea Ducatus. de prohib. feud. alien. per Frid. & ibi* Andr. de Isern. Bald. *in auth. hoc amplius num. 10. C. de fideicomm.* Mart. Laudens. *in tract. de Principe. quæst. 22.* Molin. *d. cap. 13. num. 26.* Idque propter hanc potissimum rationem, quod lex præferens primogenitum, non debeat interpretari adversus publicam utilitatem, quæ in eo versatur, quod regna & provinciæ, cæteræque dignitates & ditiones ab habilibus, non autem ab omninò inhabilibus gubernari & moderari debeant, Molina *d. n. 26.* Valent. Forster. *de success. lib. 4. cap. 23. num. 64.*

Alii quoque distinguunt inter furorem naturalem & accidentalem, ita ut furor sit naturalis, si quis natus sit furiosus, in primogeniturâ & majoratu non succedat, secus verò si ex accidenti quis factus sit talis. Molina *d. cap. 3. num. 27. & 30.* Ita enim furiosum naturâ non succedere in primogeniturâ, si annexam habeat dignitatem & jurisdictionem, sed secundogenitum admitti, tradit Bald. *in d. c. 1. in princ. n. 10. de success. feud. & ibi* Alvarot. Laudens, Præposit. Matth. de Afflict. Felinus *in c. prudentiam. num. 3. vers. ubi verò est dignitas. X. de offic. de legat.* Laudens. *de tract. de Principe. quæst. 31. & de Primogenit. quæst. 40.* Boer. *decis. 204. numer. 3.* Gometz. *in l. 40. Tauri. n. 69.* Idque propterea, quod si quis naturaliter sit furiosus, res in ipsius personâ devenerit ad eum casum, in quo nunquam in suo statu conservari potuit, & sic vitiatur, per *l. generaliter. l. Uranius. ff. de fide iussor.* Forster. *d. cap. 23. num. 63.* Si verò furor superveniat, ipsum à successione non excludat, cum eo instanti, quo sanæ mentis natus fuit, radicatum fuerit in ejus personâ jus primogenituræ, ideoque admittendum esse furiosum, sed ipsi curatorem ad regni gubernationem dandum esse, sicuti sentiunt per *c. grandi & ibi Archidiac. X. de supplend. neglig. Prælat.* Bald. *in d. c. 1. n. 10. de success. feud.* Laudens. *d. tract. de Principe. quæst. 371.* Ant. Corset. *tract. de potest. & excel. reg. quæst. 10.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 21. num. 2. & seq.* Forster. *d. cap. 23. num. 65.* Zas. *de feud. part. 8. quæst. 3.* Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 8. gloss. 1.* quod tamen tum demum, si ante furorem delata jam sit successio, procedere censent, per *l. qui furere. 20. ff. de stat. hom.* Molin. *d. cap. 13. num. 31. & seq.* Besold. *dissert. nomico polit. lib. 1. dissert. 10. num. 1.* 115 116

Tum demum quoque in primogeniti furiosi locum secundogenitum admitti, si furiosus filium non habeat, si verò filium sanæ mentis habeat, hunc secundogenito præferendum esse, notant Bald. *cons. 389. col. 2. vers. item pone primogenitum. lib. 2.* Socin. *cons. 47. n. 10. & 11. lib. 3.* Joan. Licirier. *de primogen. lib. 3. quæst. 5. num. 1. & 8.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 23. num. 14.* Molina 117

lina *d. cap 13. num. 35. seq.* Val. Forster. *de success. lib. 4. cap. 23 num. 66.* Besold. *d. dissert. 0 num. 3.*

118 Eadem hæc distinctio inter furorem naturalem & accidentalem in feudi successione communiter recepta est, ita ut furiosus ita natus in feudis non succedat, si verò ex accidenti furiosus fuerit factus, feudum retineat & ad ejus successionem admittatur, Bald. *in c. 1. num. 2. An mutus vel alius imperfectus.* Zas. *de feud. part. 8. n. 67.* Borcholt. *cap. 7. part. 2. num. 63.* Wesembec. *de feud. cap. 6. num. 20.* Schurff. *cons. 91. num. 4. cent. 1.* Pistor. *lib. 2. part. 2. quæst. 32. n. 9.* Schrader. *de feud. part. 7. cap. 5. num. 36.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 23. num. 4.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 9 num. 63.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. conclus. 28. num 1. in not. lit. a.* ita, ut etiam ex accidenti ita imperfectus Regalem dignitatem retinere possit, ejusque defectus per curatorem suppleatur, Borcholt. *de feud. cap. 7. n. 63.* Moz. *de substit. feud. num. 68.* Schurff. *2. cons. 24. num. 7.* Rosenthal. *d. conclus. 28. num. 9. in not. lit. b.*

119 Alii verò indistinctè asserunt, furiosum à majoratus & primogenituræ successione, excludendum esse, etiam si dignitatem & jurisdictionem annexam non habeat, Socin. *cons. 47. num. 4. & 5. lib. 3.* Paris. *cons. 72. num. 74. lib. 4.*
120 Cagnol. *in proem. ff. vet. §. discipuli. num. 177.* Quia lex vel consuetudo primogenitum præferens de capacibus & habilibus intelligenda; beneficia enim legum capacibus scripta sunt, non verò incapacibus, *arg. l. Lucius. §. Lucius Titius. ff. de legat. 2.* Corne. *cons. 42. col. 5. lib. 4.* Molin. *in consuet.* Paris. *tit. 1. §. 8. gloss. 1. quæst 3.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 23. num. 1.* nec verisimile sit, quod constituens jus primogenituræ id usu rationis carentibus & inhabilibus concedere voluerit, & si ipse de hoc interrogatus, ipse eosdem exclusos vo-
121 luerit, Tiraquel. *d. l. n. 8.* Et aliàs quoque dispositio generalis inhabiles non includat, *l. ut gradatim. §. sed si lege. ff. de muner. & honor. l. in principali. §. fin. juncta l. de pupillo. ff. de nov. oper. nunc.*

122 E contra alii existimant, in omnem casum furoris & dementiæ, sive à naturâ, sive ex accidenti oriatur, primogenitum & legitimum succedere, ipsique curatorem dandum esse, per *c. grandi X. de supplend. neglig. prælat.* Angel. *in l. cum Prætor. §. non autem. ff. de judic.* Quod etiam Lacedæmonios observasse testatur Herodot. *in Terpsichore.* Nam cum Alexandrides Lacedœmoniorum Rex, duos reliquisset liberos, Cleomenem, primogenitum quidem, sed mentis inopem & Doricum juniorem, qui virtute omnibus æqualibus præstabat; illi Cleomenem in Regno Dorico antepošuerunt ex lege, quæ primogenitos præferebat, Forster. *d. cap. 23. n. 65. in fin.* Tiraquel. *d. l. n. 7.* Atque

ita superiores opiniones locum tantum habere in rebus feudalibus, non vero etiam in aliis bonis allodialibus & patrimonialibus, etiamsi regna sint, cum ea jure agnationis debeantur, sed ipsi furioso coadjutorem dandum esse, tradit Joh. Igneus *in quæst. An Rex Franciæ cognoscat Imperat. num. 28.* quod etiam, si pater aliud non disposuerit, sentit Jason. *in l. nemo potest. col. 1. ff. de leg. 1.*

Quicquid autem sit, & quicquid in primogenituræ Regnis speciali lege vel consuetudine obtineat, ego quod successionem in hæc fideicommissa familiarum Nobilium attinet, nisi aliud ab instituente fuerit dispositum, furiosos quoque & mente captos indistinctè succedere puto. Siquidem ex dictis *infra cap. 9. num. 5. seq.* constat, in successione in bonis hisce & fideicommissis familiarum, non feudalis, sed civilis juris dispositionem attendendam esse. At vero jus civile quod attinet, secundum ejus dispositionem furiosi, mente capti, 123 dementes, & quocunque animi aut corporis vitio laborantes, modo non sint monstrosi, cujuscunque successionis sunt capaces, & non minus, ac reliqui mente & corpore integri & sanè succedunt, *l. fin. §. tali. C. de curat. furios. l. furiosus. ff. de adquir. hæred l. humanitatis. & ibi Angel. C. de impub. & ali. subst. l. 1. & ibi* Bart. Alberic. & Dd. com. *& l. 2. ff. de bon. poss. infant. vel furios. §. sui autem. 3. I. de hæreditat. quæ ab intest.* Molina *de primogen. lib. 1. cap. 13. num. 22.* Tiraquel. *de jur. primogen. quæst. 23 num. 5.* Forster. *de succession. lib. 4. cap. 23. num. 69.* Indeque consequens est, ipsos quoque in his bonis succedere, cum nullibi aliud constitutum reperiatur, & sic erubescamus sine lege loqui. *Novell. 18. cap. consideremus. 5.*

Nec his contrariatur, quod furiosus omni ratione destituatur, intellectu careat, & sic bona hæc fideicommissaria, maximè si jurisdictio & dignitas ipsis annexa, legitimè & ad familiæ splendorem & conservationem, & pro utilitate Reipubl. administrare nequeat: Nam quemadmodum hæc ratio furiosum à legitimâ hæreditate non repellit, ita quoque à fideicommissi successione ipsum non removet, cum hæc secundum juris communis dispositionem, ut jam dictum est, reguletur, & hâc quoque ratione infantes & impuberes ad hæc fideicommissa familiarum non admitterentur, cum nec hi talia bona per se administrare possint, quod tamen absurdum esse constat, cum nullibi & nullâ ratione eorum successio prohibita, sed etiam ad Regnorum successionem admittuntur, eorumq; defectum supplent tutores & curatores, adeò, ut etiam infantes & impuberes in Regem eligi, & Regnum per tutorem, & cum pubes est, per curatorem administrari valeat, sicuti notant Bartol. *in l. quidam consulebant, ad fin. ff. de re judicat.* Bald. *in l. fin. & ibi* Roman. Alex. 124

& Jason. *de milit. testament.* Oldrad. *consil.* 2 Alber. *in l. de creationibus. C. de*
Episcop. aud. Anton. Corset. *de potest. & excell Reg. quæst.* 18. & 19 *in fin.* Tira-
quel. *de jure primogenit. quæst.* 40. *num* 207. *& seq.* ubi id aliquot exemplis decla-
rat ex Tacit. *lib* 2. Justin. *lib.* 30. Aristot. 2. *polit. cap.* 8. & aliis pluribus. Et
vetus lex est Francorum, quæ filios, etiam infantes, ad Regnum paternum
vocat, ut tradit Agathius *lib. 1 de bello Gothor.* & Dn. Ludovicum IX. & Caro-
lum VIII. impuberes ad Regnum evectos in Francorum, legitur in annali-
bus, & recens exemplum est in moderno Francorum, sive Gallorum Rege.
125 Quemadmodum ergò hujusmodi ætatis minorennis defectum, tutorum &
curatorum authoritas & administratio; ita quoque furiosorum supplet, pro-
ut jure communi constitutum est *tot. tit. ff. & C. de curat. furios. & prodig.* Et
cum successio feudalis in hisçe fideicommissis familiarum locum non obti-
neat, sed juris civilis dispositio observetur, *infra cap. 9. num. 5. seq.* ideò distin-
ctio à feudistis recepta & supra relata, hic non erit attendenda, sed quæ per
institutoris specialem dispositionem non sunt decisa, juris communis disposi-
tioni relinquenda sunt.

126 Quod si quoque dilucida furiosus habeat intervalla, ipsum ad hujusmo-
di fideiçommissa admittendum esse dubio caret, siquidem talis quoque in ma-
joratibus succedit, prout docet Molina de *Hispan. primogen. lib. 1. cap. 13. num* 38. &
39. & tempore intervalli, testamentum facit. aliosque actus legitimè peragit,
§. præterea 1. vers furiosi. I. quib. non est permiss. fac. testam. l. furiosum. 9. C. qui te-
stam. fac. poss.

De personis, quæ in hæc familiarum Nobilium fideicommissa non suc-
cedunt, tenendum est, quod speciali ratione in iisdem non admittantur 1. fœ-
127 minæ, Ludovic. à Peguer. *decis.* 112. *num.* 2. ubi 28. *Februarii*, *Anno* 1589. *in Re-*
128 *giâ audientiâ ita conclusum refert.* Quia soli masculi, & non etiam fœminæ
familiam & agnationem conservant, *l. pronunciatio* 195. *§. fin. l. familiæ.* 196.
ff. de V. S. Socin. jun. *consil* 281. *num* 39. *vol.* 2 Paris. *consil.* 22. *num.* 14. *vol.* 1. Bursat.
consil. 1. *num.* 39. *lib.* 1. Dec. *in l.* 2. *num.* 61. *ff de R. I.* Bart. *in l. Titio centum.* 71. *§.*
Titio genero. ff. de condit. & demonstr. Menoch. 4. *præsumpt.* 88. *num.* 5. Mynsing.
decad. 8. *respons.* 79. *num.* 32. Wehner. *pract. observ. verb.* Stamm. Vultei. 1. *Mar-*
purg. consil. 23. *num.* 10. & *consil* 31. *num* 13. & 3. *vol.* 25. *num.* 3. Mantic. *de conject.*
ult. volunt. lib. 8. *tit.* 12. *num.* 8. Hondedæ 1 *consil.* 75. *num.* 16. *seq.* Vinc. Fusar. *de*
fideicommiss. substit. quæst. 352. *num.* 11. cùm fœminæ ad alienam, mariti scilicet
transeant familiam, ac paternam finiant, atque ita familiæ suæ & caput & fi-
nis sint, ut *supra cap.* 1. *num* 181. dictum est. Et filii masculi columnæ sint fami-
liarum, juxta Euripid. & quod familiæ per masculos eorundemque divitias,
non

non autem per fœminas in alienas familias transeuntes, conserventur, ex quotidiana experientia in Regnis, Principatibus, Comitatibus & familiis, Nobilibus, usque adeò evidens esse, & notorium, ut ipsum negans die existente solis lucem negare videatur, scribit Herman. Vultei. *4. Marpurgens. consil. 30. num. 19.* & fœminas non dici idoneas ad conservationem familiæ & agnationis, scribit post Bartol. *in d. l. pronunciatio. § familiæ. ff. de V. S.* Menoch. *consil 310. num. 37.* Gyland. *decis. 15. num. 24. lib. 1.* Wehner. *pract. observ. verb.* Stamm. Ubi addit, alias Stammen/apud Germanos importare tantum 129
masculos, & ideò si velint exprimere feudum masculinum, appellare id 130
Stamm-oder Schwerdtleben. Et quod fœminæ successio agnationis conservationi repugnet, cum ipsa sit finis agnationis, ait Molin. *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 5. num. 2.*

Atque indè, quando testator agnationi providere voluerit, ipsum de 131
masculis, & non de fœminis sensisse intelligi, tradunt Paris. *consil. 63. num. 10. in fin. & seq. vol. 2.* Corne. *consil. 26. num. 4. vol. 4.* Ruin. *consil. 24. num. 5. seq.* Gozadin. *consil. 79. num. 7. seq.* Paris. *consil. 63. num. 3. in fin. vol. 2.* Peguer. *decis. 112. num. 1.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 12. num. 8. & seq.* Hondedæ. *d. consil. 75. num. 17.* & dispositionem in favorem agnatorum factam, non complecti fœminas agnatas, quia per eas agnatio non conservetur, tradunt Cravet. *consil. 180. num. 1.* Ruin. *consil. 146. num. 4. lib. 2.* Paris. *consil. 22. num. 41. & consil. 40. num. 43. lib. 3.* Alciat. *consil 69. col. 1.* Peguer. *d. l. num. 2.* ac frequentius nos videre, quod parentes de posteritate fœminarum parum curent, quia transeunt ad alias familias, imò ipsis filiabus, propterea, quod in alienas domus transeunt, dotes quantum possunt exiguas constituant, post Cravettam *consil. 67. num. 5. vers. 3.* scribit Mantic. *d. num. 8.* cumque Nobiles & Illustres fa- 132
miliæ non per fœminas, sed masculos conserventur, ideò etiam parentes filios magis quàm filias amare, tenent Tiber. Dec. *resp. 1. num. 258. & seq. & resp. 3. num. 86. vol. 1.* Modest. Pistor. *consil. 21. num. 7. vol. 1* Gæddæ. *4. Marpurg. consil. 41. num. 35.* Mantic. *d. num. 8.* & hoc casu masculinum non concipere fœmininum dictum est *cap. 1. num. 50.*

Nec obstat, quod familiæ memoria & dignitas etiam per fœminas con- 133
servetur, *l. liberorum. 220. in fin. ibi: etenim idcirco filios filiasve concipimus, atque edimus, ut ex prole eorum earumve diuturnitatis nobis memoriam in ævum relinquamus. ff. de V. S.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 4. num. 7. & 3.* Paris. *cons. 47. num. 61. 68. & 104.* Michael. ab Aguir. *apol. part. 3. num. 66.* Hondedæ *1. consil. 75. num. 4.* Hoc enim tantum procedit, quatenus familiæ nomen in lata signi-

ficatione ſumitur, quatenus ſcilicet non ſolum agnatos, ſed etiam cognatos
comprehendit, non verò quando conſtat teſtatorem familiam & agnatio-
nem perpetuo conſervare voluiſſe, ſicuti conſtat ex dictis *ſupra cap.1.num.40.*
ubi etiam dictum eſt, quod licet fœminæ ſint de agnatione & agnatæ di-
cantur, earum tamen deſcendentes non ſint de agnatioue, nec de familia ma-
tris, ſed patris ſui, & ſic matris vel avi materni familiam non conſervare, cum
mater ipſorum patrisfamiliam non retineat, ſed in alienam, mariti ſcilicet
134 tranſeat, *d.cap.1.num.181.* unde etiam fœmina dicitur finis lineæ maſculinæ
& principium fœminæ Menoch. *conſil 318.num.34. & conſil.348.num.31.vol.4.*
Tib. Decian. *conſil.31.num.87.vol.1.* nec fœmina taliter retinet jus agnationis,
nec procreat ſibi agnatos, nec cognomen familiæ aut agnationis ſuæ retinet,
ſicut facit maſculus, Bald. *in l.unic.C.quando non pet.part.* & ideo, quia per fœ-
minam non conſervatur diſpoſitio & intentio in favorem agnatorum facta,
concluditur, quod nubendo alienæ familiæ, & ſic non retinendo ſuæ familiæ
nomen, non poterit, nec debebit ſuccedere in bonis familiæ relictis & aliena-
135 ri prohibitis, ſicuti concludit Peguer. *d.deciſ.112 num.2.* Unde etiam, licet fœ-
mina ex maſculo deſcendens agnata ſit, ſi tamen tractatur de familia con-
ſervandâ, vel etiam ut cognati ab agnatis ratione agnationis conſervandæ ſta-
tuto aut conſuetudine repellantur, nequaquam fœminam, quamvis ex ma-
ſculo deſcendat, agnatam cenſeri, vulgo ſtatuitur, Joan. de Ana. *conſ.4.* Ruin.
conſil.146.num.4.lib.2. Pariſ. *conſil.22.num.41.* Alciat. *conſil.69.* Cravet. *conſil.180.*
Michael. ab Aguir. *apolog.part.3.num.67.* Secus tamen eſt in Hiſpaniâ, ubi ex
l.2.tit.15.part.2. & generali ejus conſuetudine fœminas in majoratibus ſuc-
cedere, nomen & arma familiæ ferre, & familiam conſervare poſſe, ſcribit
Theod. Höping *de jur.inſign.cap.8.num.304. & ſeq.*

Sed anne de jure valeant diſpoſitiones & ſtatuta, quibus fœminæ, ma-
ſculis extantibus à ſucceſſione excluduntur? Controverſa & multum agitata
eſt quæſtio, & cum in ejus deciſione, vis & robur hujuſmodi diſpoſitionum
poſitum, ideoque eandem in utramque partem paulò plenius tractabo.

136 Et quidem pro negativa ſententia ſequentia argumenta & rationes ad-
duci ſolent. I. Quia, qui in ſucceſſionibus deterioris conditionis faciunt fœ-
minas, quam maſculos, ipſam naturam accuſare videntur, quod non omnes
homines maſculos, & nullas fœmininas generarit, ut ait Imperator Juſti-
nianus in *l.maximum vitium 4. C. de liber. præter.* Gregorius Rolbag. *certam.*
maſculo-fœminin. acie muliebr. cap.1. numero 2. ſequent. ubi *numero 11. addit.* non
tantum naturam, ſed DEUM ipſum potius, qui naturam regit, accuſare

&

& offendere ipsos videri, has qui differentias inducunt. Cum tamen naturam ream omni facto excusatam habere cogamur, *l. fluminum. 24. princ. ff. de damn. in fest.* & propter dignioris sexus generationem accusare eam minime possimus. *l. pen. C. de legit. hæred. d. l. maximum vitium, C. de liber. præter.*

II. Quia fœmina non suo vitio & voluntate in sexu imbecilliore, sed talis 137 natura operante nascitur, iniquum autem foret innocentem prolem paterno vitio aggravari & puniri, ubi enim nulla culpa, ibi quoque pœnæ locus non erit, *l. Spurii. 6. princ. ff. de decurion. l. aliud est. 131. ff. de V. S. l. sancimus 22. princ. C. de pœn. l. ab administratione. 8. C. de legat. C. sine culpa 23. de R. I. in 6.* nec alter 138 alterius odio prægravari, *c. non debet. de R. I. in 6.* nec ateri per alterum iniqua conditio inferri debet. *l. non debet. 74. ff. de R. I.* Et ne quidem filium 139 iniquitatis paternæ oneri subjiciendum, commune Dd. est effatum. *l. non tantum. 3. §. emancipatus. 5. ff. de bonor. poss. contra tab.* Dyn. *in c. non debet. num. 2. seq. de R. I. in 6.* cum ergò non tantum naturæ, sed etiam commune parentum votum liberis tam fœminis, quàm masculis parentum successiones addicat, *l. cum. ratio 7. ff. de bon. damnat. l. nam etsi parentibus. 15. ff. de inoffic. testam. emancipatis. 13. §. cum enim C. de legit. hæred.* iniquum & pœna immerita foret, fœminas ab eadem excludere, vide Rolbag *de cap. 2. per tot.*

III. Inhumanum quoque videtur meliori mares, quam fœminas in 140 successionibus jure potiri, quod utraque persona & mas, & fœmina simili naturæ officio in hominum procreatione, ac proinde in humani generis conservatione & propagatione fungatur, *d. l. maximum vitium. C. de liber. præter. §. sed hæc quidem vetustas. 15. I. de exhæred. liber.* confer. Rolbag. *d. l. cap. 3. n. 1. & sequent.*

IV. Quia iniquum fore masculos quidem succedere fœminis, at non æquè fœminas masculis, censet, Imper. Justinian. *l. pen. C. de legit. hæred.* Qua ratione etiam Prætor strenuus æquitatis custos commotus, non tan 141 tùm bonorum possessionem contra tabulas, sed etiam ab intestatò venientibus dare solebat, tàm fœminis, quam masculis *tot. tit. ff. de bonor. possess. contra tab. & tot. tit. ff. si tab. test. non ex tab. l. 1. ff. de gradib. l. 2. §. hac autem. ff. unde legit. l. 2. 3. & ult. C. eod. d. l. maximum vitium. & d. § sed hæc vetustas.*

V. Una eademque est masculi & fœminæ anima, & uterque ad eundem 142 beatitudinis finem tendit, ubi nulla exceptio sexus, sed resurgentes in proprio sexu, non sexus, sed angelorum similitudine & officio fungentur,

Lucæ 20. vers. 36. Marci 12. v. 25. Matthæi 22. vers. 30. Qui ergò in cœlesti regno eadem hæreditate gaudent, cur non etiam in terrestri, conter Rolbag. *d. acie muliebr. cap. 6.*

143 VI. Præter animam, quæ reliqua sunt in homine, in illis muliebris inclyta stirps durum virorum genus in infinitum penè excellit, ut inquit Cornel. Agrippa *in declamat. de fœminin. sex nobilit. & præcell.* Rolb. *acie mulieb. cap. 7. n. 1.* ubi *n. 2. & seq.* ex eodem Agrippa hominis effigiem speciosiorem & splendidorem esse in fœmina, quàm in mare demonstrat, & exemplis probat Saræ *Genes. 12. & 14.* Rebeccæ, *Gen. 24. vers. 15. & 16.* Abigail. *1. Samuel. 25. v. 3* Bethsabæ & Abisaac, Sunamitis *2. Sam. 11. v. 2.* Reginæ Vasti & Hester. *Hester. 1. vers. 1. & cap. 2. v. 7.* Judith, *Iudith. 8. vers. 7.* Susanæ. *Daniel 13.* filiarum Jobi, *Iob. ult. v. 15.* Helenæ, &c.

144 VII. imò non tantum corporis, sed etiam animi dotibus fœminas viris æquipollete, quandoque etiam præpollere exemplis, & quidem quoad sanctitatem, Religionem, fidem & fidei constantiam, exemplis Rebeccæ, viduæ Sareptanæ, Elisabethæ, Annæ Prophetissæ, Samaritanæ apud puteum cum Christo loquentis, Chananeæ, & illus quæ fluxum passa, Marthæ & Mariæ Magdalenæ, Priscillæ & aliarum, probat Rolbag. *acie muliebr. cap. 8. per tot.* ubi *num. 13.* addit exempla illustrium fœminarum, quæ gentes ad fidem converterunt, qualis fuit Theodelnia Bavarorum Regis filia, quæ Longobardos, Greisilla, Henrici I. Imper. soror, quæ Ungaros, Clotildis Burgundionum Regis filia, quæ Francos & Apostola quædam infimæ sortis fœmina, quæ Hiberos ad Christi fidem convertit, iisdemque inesse sanctum aliquod & providum, & plerasque earum fatidicas, & superstitione agnoscente, Deas olim arbitratos fuisse Germanos testatur Tacit. *de morib. German. 6.*

145 VIII. In administratione quoque justitiæ & Reipubl. regimine æquè fœminas claras, atque viros extitisse, ex historiis constat, & exemplis demonstrat Rolbag. *d. l. cap. 9. per tot.* Tiraquel. *de jure primogen. quæst 10. num. 3 &*

146 *seq.* Talis fuit Opis inter Deas relata; Plotina Trajani uxor; Amalasuntha Ostrogotorum Regina, Debora, quæ Dux & Imperatrix Israelitici exercitus electa & constituta, hostibus cæsis insigni laudæ victoriam reportavit, *Iudic. cap. 4. & 5.* Rolbag. *d. cap. 9 num 3.* Sic Athalia Regina per septem annos in Hierusalem regnasse & judicasse legitur, *4. Reg. 11. & 2. Paralipom. 22* Tales etiam fuerunt Reginæ Candaces Æthiopiæ de quibus *Actorum 8.* & moris fuisse illi nationi semper à fœminis regi, easque Candaces appellari

pellari, retulit Euseb. *histor. Ecclesiast. lib. 2. cap. 1.* Plin. *lib. 8. cap. 29.* Strabo *lib. 17.* Tiraquel. *d. cap. 10. num. 4.* Et gentem Pandeam Indorum, regnatam fuisse à fœminis, scribit Plinius *lib. 6. cap. 20.* Solin. *in collectan. cap. 65.* Tiraquel. *d. l. n. 5.* Et olim fœminas successisse in multis regnis historiæ memorant, idque de Navarræ regno atestatur Petr. Jac. *in tit. de caus. Exquib. vasall.* de regno Apuliæ, Bald. *in l. cum prætor. ff. de judic.* de regno Hierusalem & Siciliæ, Bart. *in l. 1. col. 2. vers. item mulieribus. C. de mulie. in quo loco.* ac Amalasintam Theodorici filiam patri in regno Neapolitano successisse, refert Pandolphus Collemut. *in histor. Neapol. lib. 2.* De Nicaulâ Regina Sabæ, quæ è finibus terræ venit audire sapientiam Salomonis, legitur *Matth. 12. vers. 43. 3. Regum. cap. 10.* Athyrtiæ Sesostris Ægypti Regis filiæ tanta fuit prudentia, tamque excellens ingenium, ut ipse Rex ejus consilio regeretur, ejusque suasu tàm gloriosas suscepisse expeditiones dicitur, quæ ejus tantum illustrârunt nomen, ut nemo Ægyptius illius laudes adæquarit, referente Diodor. *libro 2.* Theodora Imper. Justiniani uxor tantæ fuit prudentiæ, ut ipse eandem consiliis ad Rempubl. quoque pertinentibus adhibuerit, sicuti ex ipsis Novellis constitutionibus constat.

Sic quoq; in aliis regnis exteris, veluti Apuliæ, Siciliæ, Angliæ, Medorum, Sabæorum, Illyricorũ, Sitonum, Parthorum, Latinorum, Asiæ, Bohemiæ, Ungariæ, Adiabenorum, Saracenorum, Tenesiorum &c fœminas Reginas extitisse, populo magnâ prudentiâ & gravitate jus dixisse & imperasse, refert Tiraquel. *d. quæst. 10. num. 6. seq.* Atque ita se vidisse Joannam Siciliæ Reginam sedentem in solio Regali & contra illos de Balso graviter pronunciare audivisse, testatur Angel. *in l. cum prætor. in fin. ff. de judic.* Quod ipsum etiam nostoro seculo Elisabetham Angliæ Reginam sceptra Regia tenentem fecisse, constat. Sic quoque hodiè Abbatissas jurisdictonem obtinere & exercere, præter experientiam probat summus Pontifex in *c. indemnitatibus. 43. in elect. in 6.*

9. Animi quoque fortitudine, ac virtute militari potentes, peritas & 147 fœlices extitisse fœminas, historiis proditum est passim. Inter quas primum facilè locum obtinent Amazones, de quarum rebus gestis planè admiranda historiæ referunt. Fuerunt enim Amazones Schyticæ mulieres, ad Tanaim & Thermodoonta fluvium habitantes. Hæ cum nuptias servitutem esse, non matrimonium opinarentur, animum nubendi amiserunt & Rempublic. sine viris gesserunt. Solebant inire finitimos, ne gens interiret: Si qui mares nascerentur, interficiebant Virgines non ocio, nec lanificio,

ſed armis, equis, venationibus exercebant. Infantibus dexteras inurebant mammas, ne ſagittarum ictus impediretur. Duæ primum his Reginæ fuerunt, Lampedo & Marthesia, ſive ut alii legunt, Marpesia, quarum illa Lampedo domeſticis rebus adornandis ac defendendis præfuit, hæc verò Marthesia foris militiam adminiſtrabat, quæ fœminarum agmine ſumpto, novum militiæ genus inibat, & majore Europæ parte armis ſuis potenter ſubactâ, novum & inauditum agmen deduxit in Aſiam, diverſaſque gentes bello exuperans, aliaſque bello concilians, ad Caucaſum uſque montem pervenit, ibique aliquantulum temporis demorata, nomen loco reliquit, ut dicatur rupes Marpesia; indè egreſſa Otalem Fluvium tranſiit, ac Armeniam, Syriam, Ciliciam, Galatiam, & Piſidiam, multaque alia Aſiæ loca occupavit, ibique diutius dominans Epheſum & alias civitates condidit nominique ſuo dicavit, ibidemque templum Dianæ toto orbe celeberrimum ob venandi ſagittandique ſtudium, mirâ pulchritudine erexit. Marthesiæ ſucceſſit Orithia filia, quæ ſingularem virtutis bellicæ gloriam perpetuâ virginitate cumulavit, & unà cum ſorore Antiopâ cum Hercule bella geſſit. Poſt Orithiam Penthesilæa regno potita eſt, cujus Trojano bello inter fortiſſimos viros, cum adverſus Græcos auxilium ferret, magna virtutis documenta extitere. Interfecta demum Penthesilæa exercituque ejus abſumpto, paucæ quæ remanſerunt, ægrè ſe adverſus finitimos defendentes, uſque ad tempora Alexandri Magni duraverunt. Denique Minithia ſive Caleſtris Amazonum Regina, concubitu Alexandri Magni per dies duodecim ad ſobolem ex eo generandum obtento, reverſa in regnum, brevi cum omni Amazonum nomine intercidit. Has cum Alexander ſibi tributarias reddere, armorumque vi debellare animum induxiſſet, Reginam Amazonum hunc in modum ei ſcripſiſſe referunt: O Rex, quis non miretur imprudentiam, qui adverſus muliebre agmen bellum moliaris, in quo victus, æternam rebus tuis maculam inures, contra victor, egregium verò, & nomen memorabile inde retuleris, ſi tot gentium domitor, muliebris agminis debellator dicaris? Quod reſponſum admiratum Regem nihil gloriæ ex tali bello ſibi exſpectandum cogitâſſe, ideoque beneficiis, & privilegiis ornatas ſibi devinxiſſe, confer de his plura apud Cyriac. Spangenberg im Adelſpiegel/ *part. 1. lib. 13 cap. 21. & ſeq.* Rolbag. *d. cap. numero. 1. & ſeqq.* de his Poeta quidam ita ſcribit:

Virginitas ultro ſervata & bellica virtus.
Magnum Orythiæ contribuere decus.

Lam-

Lampedon, Hippolytem, Menalipem Iane videmus,
Illustres inter nomen habere viros.
His quoque se Comites merito Marthesia jungit,
Nec caret Antiope laude, nec Harpalice.

Posterioribus quoque seculis in gente Bohemicâ inventæ sunt puellæ, 148
quæ omne maris genus perosæ, imperium per annos septem tenuére, præliis interritæ, armis exercitatæ, omnium virorum agmina, quæ obvia fuére, per apertam vim prostravére: ad extremum dolo superatæ, magis deceptæ, quàm victæ feruntur, teste Æne. Sylv. *histor. Bohem.* & similem historiam de fœminarum in Norwegia fortitudine, refert Crantz. *in Suec. lib. 5. cap. 1.* Inter alia quoque de Heroinâ Landgerthâ miranda scribit Cranz. *in Norvveg. cap. 37.* & de Wisnâ Wandaliæ puellâ, quæ ingens puellarum agmen Heraldo Daniæ Regi adduxit, & aliis quam plurimis, veluti Wisnâ Aquiliferâ, Tarinâ, Marulâ, Auriettâ, Johannâ Lotharingicâ, &c. vide Rolbag. *d. cap. 10. num. 21. & seq. & per tot.* confer Chassan. *in catal. glor. mund. part. 2. consid. 8. per tot.*

Apud veteres quoque Britannos fœminas non regno tantum, sed eti- 149
am bello præfectas fuisse, earumque ductu bella gessisse, scribit Tacitus *in Arg.* Quibus etiam accedit, quod Judith Holophernem, *Iudith. 13.* Hester Hamonem, *Hester. 6.* Tamyris Cyrum, *Iustin. lib. 1.* aliæque inermes alios potentes vicerunt.

10. Nec summæ constantiæ, etiam in tormentis maximis, fœminarum 150
desunt exempla: Ita enim de Pythagoræâ quadam virgine, quod cum à Tyranno secretum prodere inclementissimè torqueretur, ipsa sibi morsu linguam absciderit, atque in Tyranni faciem despuerit, ut qui interrogandi finem non faceret, nec haberet, quod interrogaret, refert Ambros. *de virgin. lib. 1.* Ephicratis libertinæ tanta quoque fuit constantia, ut nullis cruciatibus ad detegendam adversus Neronem factam conjurationem pervinci potuerit, referente Tacit. *histor. lib. 18.* Attica meretrix Leæna, licet ad mortem cruciata, non tamen prodidit Hormodii & Aristogitonis in necem Hipparchi conjurationem, sed comestam linguam in tyranni faciem exspuit, de quâ Plin. *lib. 7. cap. 23. & 24.* Pausan. *lib. 1.* Athenæ. *lib. 13. cap. 24. ad finem.* Ligustica quædam mulier diu tormentis rogata, ubi filium abdidisset, utero latere semper respondit, Tacit. *histor. lib. 18.*

11. Majus quoque continentiæ & temperantiæ studium in fœminis,

quàm masculis reperiri videtur: Ita enim videmus omnis generis peccata primum à viris, & non à mulieribus commissa: In Adamo omnes peccavimus primum, *Genes.4.* Cain primus homicida & desperans; primus ebrius Noe, primus tyrannus Nimroth, viri filii Jacob primum vendiderunt fratrem Josephum; Pharao Ægyptius primus necavit pueros; viri primum contra naturam luxuriati sunt; viri ubique leguntur temerariâ voluptate bigami, multinubi, adulteri, fornicatores, veluti Lamech, Abraham, Jacob, Esau, Joseph, Moyses, Samson, Helcana, Saul, David, Salomon, Assur, Roboam, Abia, Caleph, Ahasverus & innumeri alii. Quod de fœminis dici nequit, sed potius à continentiâ celebrantur, Susanna, quæ mori potius, quàm corrumpi consentire maluit; Hanna Phanuelis filia, Propherissa, quæ cum septem annos cum viro vixisset, usque ad octuagesimum quartum vitæ suæ annum in purâ viduitate permansit; Kunegunda Imperatoris Henrici uxor, quæ in maritali thoro ad vitæ finem virginitatem servavit, & cum marito virgo cum virgine cumulata est, Cranz. *in Saxon. lib. 4. cap. 35.* Pari voto Edeltrudim Anglorum Regis filiam primo & secundo matrimonio virginitatem servasse legimus, ut taceam Rebeccam, Collatini Lucretiam, Catonis Portiam, Gracchi Corneliam, Ulyssis Penelopen, Lentuli Sulpitiam, & alias innumeras, quarum pudicitiæ fidem non potuit vel vitæ periculum, & mors ipsa præsens infringere, ut de Adlanthâ Calidoniâ, Camillâ, Volscâ, Cassandrâ, Crise, virginibus itemque Lacedæmoniis, Spartiatis, Milesiis, Thebanis, & multis aliis nihil dicam, quas virginitatem pluris, quam regna, quam denique vitam ipsam fecisse, veteres historiæ testantur, de quibus vide Rolbag. *d. l. acie mulieb. cap. 12. per tot.*

152 12. Singularis quoque pudor & verecundia in muliebri sexu immodicam gulam, & turpes heluonis Bachi libidines cohibet, ac pudorem & verecundiæ cultum fœmineo sexui tribuunt Impp. Honorius & Theodosius *in l. in conjunctione. 20. C. de nupt. §. consequens. I. de suspect. tut.*

13. Ad hæc fœminas politioris literaturæ studiosissimas, simulatque in eâ celeberrimas extitisse, historiæ commemorant. Inter quas imprimis fuit Sapho Lesbia fœmina, quæ multis Græcis vatibus non inferior, doctè & suaviter versus sublimi ingenio cecinisse non contenta, etiam Saphici carminis inventrix extitit, suumque nomen ipsi indidit. Quam imitata est Erynna Rhodia, cujus poëma Doricum etiam cum Homero contendisse ferunt. Sicuti etiam Corinnam Thebis de poësi cum Pindaro conten-

contendisse, eumque quinquies rarâ gloriâ superâsse refert Suidas. Argentariam, Poliam Lucani uxorem tanto ingenio tantaque doctrinâ prædicam fuisse legitur, ut cœptos à viro versus per multos, ipsâ maritalis styli gravitate & elegantiâ perficeret. Quod de suâ quoque conjuge Plinius secundus testatur. Admirabilis quoque eruditionis fuit Cassandra Fidelis, Veneta virgo, quæ Patavii in scholâ publicè disputando ingentem doctrinæ & ingenii acuminis laudem reportavit, & in eruditionis suæ documentum de ordine scientiarum librum conscripsit & edidit. Ab ingenti quoque eruditione Gemmiam Amphicteam Plotinus extollit; Themisten Lactantius deprædicat; in Catharina Ecclesia exultat, & alii collaudant alias, quas omnes referre nostri non est instituti, confer Rolbag. *acie mulieb. cap. 14. per tot.* Quibus non immeritò adnumeratur adhuc vivens virgo Anna Maria à Schurman, Ultrajectensis, cujus meminit Jacobus Crucius, *in Mercurio Batavo lib. 5. epist. 36.*

14. Cùm ergo ex præmissis constet, fœminas tam animi, quàm corporis bonis æquè ac masculos esse præditas, consequens est, nullam quoque quoad successiones inter masculos & fœminas differentiam esse faciendam; 154 sed omnes æquali jure admittendos, quod etiam juris communis constitutioni consentaneum, quo cautum reperitur, quod in omnibus æqualitas servanda, *l. major. C. commun. divid.* Tusch *lit. E. conclus. 403. per tot. & seq.* Nec quicquam magis leges amant, quam æqualitatem, eandemque servari præcipiunt, *l. cum pater. 77. §. evictis 8. ff. de legat. 2. l. illud §. fin. C. de collat. l. majoribus. C. commun. utr. jud.* Decian. *respons. 15. num. 52. vol. 1.* Dec. *in l. 1. num. 2. C. und. lib. & consil. 59. num. 3.* pro quâ conservanda multa specialia in jure introducta, Dd. *in d. l. cum pater. §. evictis. ff. de legat. 2.* Paris. *consil. 92. num. 23. vol. 1.* Adeò, 155 ut à verborum etiam proprietate recedamus, ad hoc ut servetur æqualitas, Bart. *in l. fin. ff. pro donat.* Socin. *in l. 1. notab. 4. ff. de reb. dub.* & æqualitatis servandæ causâ aliquid veniat in dispositionem, quod alioquin non veniret. Cephal. *consil. 38. num. 26. lib. 1.* sicque interpretatio legum & ultimarum voluntatum eo dirigenda, ut æqualitas servetur, *auth. quæ tertiæ. C. de collat.* Cravet. *consil. 133. num. 77.* eundemque in finem testatorum dispositiones, modo restringendæ, modo ampliandæ, *d. l. cum pater. 77. §. evictu. 8. & § dulcissimus. 20. l. quidam cum filiam 43. §. fin. l. quidam ex testamento. 30. ff. de legat. 2. l. Quintus Mutius. ff. de annuis. legat.* Et in specie, ut inæqualitas inter liberos evitetur, multa à legibus sancita esse, tradunt Ruin. *consil. 122. num. 7. vol. 2.* Gozadin. *consil. 58. num. 15.* Paris. *consil. 2. num. 27. vol. 3.* Tiraquel. *de jur. primogen.*

quæst.4. num.5. & seq. Hinc collatio inter liberos fieri debet, quæ aliàs non admitteretur, Bald. *consil.98. vol.4.* Dec. *consil.59. col.3.* Tiraquel. *d.l.num.2.* Et ut æqualitas servetur inter filios, prælegata non imputantur in legitimam, Ruin. *consil. 133 col. pen. vol.2.* ac ex causâ prælegatâ non veniunt in fideicommissi restitutione, Aretin. *consil. 153. col.2* Socin. jun. *consil. 60. num. 0. vol.2.* & legatum compensandi animo relictum censetur Ruin. *consil. 86. num.12. vol.2.* Corne. *consil. 30. col 2. vol.4.*

356 Imprimis autem inter liberos æqualitatem observandam, & bona parentum inter liberos æqualiter esse dividenda, naturalis dictitat ratio, *d.l. maximum vitium C. de liber. præter. l. inter filios. 11. C. famil. exercisc. l. fin. C. commun. utr. judic. l. pen. C. de legit. hæred. l. cum oportet. 6. §. non autem 2. C. de bon. quæ lib. Novell. 18. §. neque ille Novell. 115. cap.3. Novell. 118. cap.1. & seq.* Idque non tantum inter liberos utriusque, sed etiam diversi matrimonii procedere tradit, Bartol. *in l. Lucius. col. fin. ff. de vulgar. & pupill.* Bero. *consil. 23. in fin. vol.2.* Cephal. *299. num. 4. lib.2.* Dec. *consil. 631. num. 4.* cum fraterna dilectio nullâ re magis conservetur, quàm successionum pari jure & æqualitate, *l. cum oportet. 6. §. non autem. 2. C. de bon. quæ lib. l. fin. in fin. C. commun. utr. jud. d. l. cum*
357 *pater 77. §. dulcissimis. 20. ff. de legat. 2.* Inæqualitas verò juribus inimica *l. id quod in fin. ff. de rescind. vend.* Cravet. *consil. 173. numero 3.* atque discordiam & invidiam inter liberos pariat & nutriat, Roland. à Valle *consil. 100. num. 17. vol. 3.* Socin. *consil. 21. num. 7. vol. 3.* Cephal. *consil. 6. n. 20. & seq. lib. 1.* Joseph. Lu-
358 dovic. Lucens. *decis. 29. numero 15.* Et sicut æqualitas pacis conservatrix, ita inæqualitas bellum excitet, Ernest. Cothman. *consil. 23. numero 24. lib. 1.* Ita enim experientia edocemur, quod si saltem alios ex filiis magis ament parentes, quàm alios, minus amati debitam reverentiam exhibere amplius nolint, odio ipsos prosequi non vivos tantum incipiant, & fata eis præparare cogitent, necemque struant, sed etiam mortuos sæpè propter inæqualitatem execrari non vereantur, & in eos verbis & factis crudeles existant, quemadmodum de Tullii Servii filia scribit Livius *lib. 1. Histor.* quod immani crudelitate per patris cadaver, carpentum, in quo sedebat, ire coëgerit, de quâ Ovid. *6. fastor.*

Filia carpento patrios initura penates,
Ibat per medias alta feroxque vias.
Corpus ut aspexit, lachrymis auriga profusis
Restitit, hunc tali corripit illa sono,

Vadis

Vadis & expectas pretium pietatis amarum
Duc, inquam, invitas ipsa per ora rotas.
Certa fides facti, dictus sceleratus ab illa
Vicus & æterna res ea pressa nota est.

Et si sola affectio erga liberos dissimilis animos eorum exacerbare invicem solet, quanto iniquius ferent, si alterutri fratrum vel sororum ampliorem hæreditatis partem adsignaverit parens, vel statutum filias per filios vel sorores per fratres excludens extet. Sunt enim illi perversi hominum mores, ut alter propter alterius res secundas detestandâ ægrotet invidiâ, plerique alios mœreant, quos juxta se feliciores vident. Quique imparis paterni affectus sint effectus inter liberos, videre licet in filiis Patriarchæ Jacobi, quos donatio tunicæ polymitæ à patre in filium natu minimum Josephum collata, adeò offendit, ut rarissimæ indolis puerum fratrem, & quem antea intimè amaverant, summè tum oderint omnes, nec quicquam ipsi pacificè loqui potuerint, imò de ipso occidendo consilium susceperint, & tandem Midianitis negociatoribus viginti argenteis ipsum vendiderint, *Genes. 37.* Imò adeò pertinaciter fratres & sorores æqualitatem inter se sectari & desiderare solent, ut ne ficos quidem indivisas facilè relinquant, ut proverbium indè natum; ficos dividere. 159

Quod si igitur propter rem tam levem tanta sæpè inter frates oriuntur jurgia, quanta propter fundos, domos, castra, & quàm maxima magna propter Regna inter eosdem odia exoriri credendum est. Est etenim difficilis inter fratres privatos inæqualis hæreditarii soli divisio, verum inter Magnates & Principes difficillima impar regni & imperii successio, superiorque potestas, atque alterius in alterum, parisque in parem jurisdictio propè intolerabilis. Cùm enim Principatus gloriosa prorsus & beatissima res sit, quâ solâ Deo similiores reddimur, hunc omnes appetunt & cæteris hominibus superiores esse expetunt omnes, sicuti testatur Guicciard. *in hypom. 31.* 160

Unde ex dominandi cupidine non solum spolia & latrocinia, sed etiam cædes oriri solent, nihilque apud dominandi cupidos probitatis aut fidei est, sicuti scribit Gaguin, *in histor. Franc. lib. 1. cap. 5.* prosternit & conculcat omnia humanitatis & naturæ jura cupiditas & libido dominandi, inquit Natalis Comes *lib. 2. histor.* & si jus violandum, regnandi causâ id fieri 161

ri posse, ait Seneca *in Thet.* Sueton, *in Iul.* Dion. *lib. 52.* Hâc solâ dominandi cupidine ductus Caracalla fratrem suum Getam necare non est veritus. Et Richardus Dux Clocestrius fratre Eduardo III. Angliæ Rege defuncto duos ejus filios necare, & insuper horum sorores frequenti Senatu convocato illegitimas pronunciare non erubuit, referente Cominæo *lib. 9. de reb. gest.* Ludov. Eademque regnandi cupiditate ductus Dux Geldriæ Adolphus *anno 1475.* patrem Arnoldum senem & jam quadraginta annis Principatum tenentem, longioris ejus vitæ impatiens factus, expulit, & acerrimâ hyeme captivum pedibus nudum, per quinque miliaria deduxit, in deterrimum carcerem detrusit, in eoque sex mensibus detinuit, prout refert idem Cominæ. *d. lib. 5.* Idque aliis quam plurimis Constantinopolitanum, Assyriorum, Chaldæorum, Persarum, Seleucidarum, Parthorum, Ægypriacorum, aliorumque infinitorum exemplis demonstrari posset, quæ magnâ ex parte videre licet apud Rolbag. *acie muliebr. cap. 17. per tot.* Chassan.
862 *catal. glor. mund. consid. 58.* Cum ergò inæqualitas discordiarum mater & nutrix, juxta illud:

Altricis nomen dulcis concordia pacis
Promerita, estque mater sævi discordia Martis.

Et quemadmodum æqualitas est amicitia, hoc est, ipsius amicitiæ con-
863 cordiæque parens & altrix, ita inæqualitas discordiarum litiumque seminarium, teste Platon. *de legib. lib. 6.* Aristot. *de morib. lib. 9. cap. 8.* ac æqualitatem popularis Reipubl. fundamentum maximè necessarium asserat Guicciar. *histor.*
864 *lib. 2.* Ideoque illa omninò vitanda & discordiarum ansa præcidenda erit. Non tantum enim hæc discordiarum ex inæqualitate oriunda semina inter ipsos liberos multa mala excitant, sed etiam integris familiis & ipsis Rebuspublic. ac Regnis exitiosa existunt, & sæpè universum populum & publicam tranquillitatem disturbant, ipsarumque familiarum dignitatem imminunt, & sic publicam utilitatem diminuunt, *l. 1. §. quod servus. ff. de ventr. inspic.* cùm enim frater à fratre, vel soror à sorore, affinis ab affine dissidet, rarum est, ut non etiam tota familia in dissensiones dividatur, dum alius hujus, alius illius partes defendit & tuetur; distractâ autem familiâ unâ facilè etiam hæc reliquas ad dissensiones provocat, quo denique fieri solet, ut sublatâ familiarum concordiâ, etiam ipsa civitas ex familiis constans, diu quieta permanere nequeat. Cujus rei exemplum in Hastiæâ, Euboeæ insulæ urbe, ubi similiter

militer de bonorum paternorum inter fratres subortâ dissensione, quod alter alterum thesaurum, quem pater aliquando invenisset, occultare putârit, alius quidem pauperes veluti pauperior, alter verò locupletes adscivit, adeoque in contrarias Partes tota Civitas scissa fuit, referente *Aristot. 5. polit. cap. 4. in princ.*

Quibus omnibus 15. accedit, quod ex inæquali hac successione, & dum masculi soli ad hæreditatem admittuntur, ipsarum familiarum facultates in nimium crescant & adaugeantur, divitiarum autem affluentia trifariam Reipubl. noceat. 1. mores civium corumpat, 2. Publicam tranquillitatem turbare soleat, & 3. iis, qui summam Reipubl. tenent. Regibus & Principibus inimica existat. Ita enim primum videmus plerumque homines divitiis affluentes cor eis apponere, in iisdem confidere, DEUM spernere & negligere, *Psalm. 61.* & plerumque evenire solet, quod divites serpentes & scorpiones in senu ferunt, qui postquam eos calore suo consoverint, veneno eos interficiunt. Unde difficile esse divitem regnum cœlorum possidere, ipse Christus testatur, *Matthæi. 19.* & è contra beatos deprædicat pauperes, quod ipsorum imprimis sit regnum cœlorum, *Matthæi 6. Lucæ 6.* 165

Deinde tranquillitatem publicam hanc successionum inæqualitatem turbare, ex præcedentibus apparet, ubi demonstratum ex inæqualitate hujusmodi rixas, discordias, jurgia, bella, cædes oriri. 166

Potentiæ quoque & excellentiæ subditorum in facultatibus & divitiis quam sint paci publicæ insidiosæ, magistratibus superioribus infestæ & in universum omni Reipubl. noxiæ, pluribus demonstrat *Aristot. 5. polit. cap. 3. post. prin. & cap. 6. in princ. & cap. 7.* 167 Sic enim cum Hanno suis opibus Reipubl. Carthaginensis viros superaret, senatum concidere & regnum occupare conatus est, sed re comperta in vincula conjectus, virgisque cæsus & oculis effosis, manibusque & cruribus fractis in conspectu populi occisus est, *Aristot. 5. polit. 7.* Idem ante aliquot annos molitus est in Angliâ Comes Bervicensis Regis beneficiarius & inter Proceres potentissimus, qui postquam à Rege Eduardo IV. dissidere cœpisset, multis Angliæ proceribus trucidatis, etiam ipsum Regem armatâ vi tandem aggressus, in potestatem redegit, captum aliquandiu detinuit, nec ante dimisit, quam Rex fortuitò elapsus, rebus omnibus destitutus, fugam veluti salutis anchoram petere coactus fuit, referente Cominæo *comment. de reb. gest. Ludov. lib. 4.* Indeque subditos non melius in pace, concordia & fide retineri, & à motu & rebellione con- 169

tineri posse, quàm si inopia cohibeantur, dogma est Machiavelli *lib. 3. disput. cap. 25. in princ.*

Hincque omni conatu impediendum, ne una familia nimis potens evadat, politici suadent, Besold. *2 polit. cap. 5. num. 1*, ubi hâc ratione Medicæos Florentinum dominatum adquisivisse, refert ex Cominæ. *lib. 5. cap. 5. fol. 623. seq.* in eoque Florentinos impegisse, quod Laurentium Medicæum satellitio uti permiserint, Cominæ. *d. l. fol 627.* Ita Ephesii Hermodurum civitate expellentes dixerunt; Nemo de nobis unquam excellat, sed si quis extiterit alio loco & apud alios sit, Cicero *Tuscul. 5.*

169 Qua ratione etiam in pluribus Rebuspubl democratia inducta, ne omnia & maxima officia patriciis & antiquis familiis concedantur, sicuti Argentinæ der Ammeister/ (cujus major est potestas, quam deß Stadtmeisters/) non nisi ex plebeis sumitur; & Genuæ olim in Ducem non eligebatur, nisi plebeius, isque à Nobilibus denominabatur, Cominæ. *lib. 8. cap. 15. fol. 820.*

170 Et denique 16. quis quæso familiæ alicujus Nobilis & Illustris splendor & decus erit, si vel unus tantum de familiâ & liberis, vel soli masculi paternorum bonorum potiantur, reliqui verò fratres & sorores excludantur, ad inopiam redigantur, egere & mendicare cogantur? Annon multo æquius & melius erit, si ad omnes ex æquo hæreditas perveniat, & omnes honesto & sufficienti, licet modico patrimonio, gaudeant, eoque ipso inter fratres & sorores aurea pax & concordia servetur, qua parvæ res crescunt, quæ dis-
171 cordiâ etiam magnæ dilabuntur. Præsertim verò cum experientia teste, sæpius pauperes, quam divites præclaris virtutibus polleant, & non rarò etiam sub sordido palliolo Cœcilii sapientia lateat, ut inquit Cicero *Tuscul. quæst. lib. 3.* positque ex casâ vir quoque magnus exire, & ex deformi humilique corpusculo formosus & magnus animus nasci, ut ait Seneca *lib. 9. epist. 67.* olimque paupertas in magno fuerit habita honere, ita, ut ipsi apud Gades ara erecta, prout tradit Ælian. *de Provident.* & Philostrat. *in vita Apollon. lib. 5.* & nihil absurdius aut perniciosus esse, quam dignitatem quæstu, ordinem pecuniis, Nobilitatem opibus metiri, & plurimos opibus destitutos, res maximas in Republ. gessisse, dictum est *supra cap 7. num. 10.* Hinc quoque maximum fortunæ esse beneficium, si qui Rempubl. administrant, mediocres tantum opes, quæ tamen satis sint, possideant, exclamat Aristoteles *4. polit. 11.*

172 Tandem 17. ex his & similibus rationibus statuta hæc fœminas exclu-
dentia

dentia improbant, & contra omnem æquitatem eademque irrationabilia
& iniqua esse censent Joan. de Anan. *consil. 27. num. 6.* Bald. *in l. quicunque num.*
11. C. de serv. fugit. & in l. certum. num. 2. C. unde legit. Dec. *consil. 218. num. 11.*
Socin. sen. *consil. 113. num. 8. lib. 1.* Corne. *consil. 1*6. *num. 11. lib. 3.* Alciat. *consil. 98.*
num. 4. Cravet *consil. 80. num. 1 & 3.* quam communem opinionem esse dicunt
Socin. jun. *consil. num. 48. & num. 108. lib. 1.* Domin. de Soto. *de justit. & jur. lib.*
2. quæst. 6. art. 2. col. 5. & 6.

Verum his & aliis similibus non attentis, dispositiones & statuta fœ-
minas congruè dotatas à successione excludentia valida esse, sequentibus
argumentis comprobatur. 1. Quia major in sexu virili dignitas, quam in 173
fœminino, est enim infirmius vasculum fœmina, *1. Pet. 3.* & in omnibus
imbecillior, Plato *de republ. lib 5. post princ.* mas cum fœmina comparatus
melior est, hæc autem deterior, ut scribit Aristoteles *1. polit 3.* sexus masculus
etiam inter bruta videtur à natura præferri, siquidem Draco mas insignis
est crista & barba hirsutus; gallinaceus est ipse hirsutus, paleas insuper ve-
luti barbam gerit, cervus cornutus, leo jubatus; cicada mas canorus est, in-
quit insignis naturæ scrutator Ælianus *de natur animal. lib. 11. cap. 6.* Vir uxo-
ris caput est, uxor mariti corpus *c. manifestum. & c. cum caput. caus. 33.*
quæst. 5.

Unde etiam fœmina coruscat mariti radiis, *l. 2. C. de Episcop. & Cler. l.* 174
fin. C. de nupt. Novell. 105. cap. 2. in princ. ejusdemque conditionem sequitur, *l.*
fœminæ. ff. de Senator. l. mulieres. C. de dignitat. l. Medicos. l. fin. C. de Professor.
l. fin. C. de privileg. Schol. c. ex parte. 2. X. de for. compet. in mariti familiam tran-
sit, *supra cap. 1. num. 182.* Fœmina ignobilis Nobili nubens fit Nobilis, per *l.* 175
fœminæ. 8. ff. de Senator. l. cum te 10. l. fin. C. de nupt. l. mulieres. 13. C. de dignitat.
l. fin. C. de incol Bartol *in l. 1 C. de dignitat.* Guid. Pap. *consil. 217. & decis. 190.*
349. & 379. Bon. de Curtil *de nobilit. part. 3. num. 184.* Petr. Friz *de nobilit. con-*
clus. 17. lit. c. Nolden. *de stat. nobilit. cap. 6. num. 75. seq.* Tiraquel. *de nobilit. cap.*
18. num. 1 & seq. Hoping. *de jur. insign. cap. 7. num. 345.* è contra fœmina Nobi- 176
lis ignobili nubens fit ignobilis Bartol. *in l. 1. & ibi* Plat. *C. de dignitat.* Aze-
veil. *ad constit. Hispan. lib. 2. tit. 11. leg. 9. num. 7.* Guid Pap. *decis. 96. in med. &*
decis. 349. num. 2. Chassan. *in consuetud.* Burgund. *rubr. 9. §. 7. num. 3.* Tira-
quel *de nobilit. cap. 18. num. 16. seq* Francisc. Pfeil / *consil. 202. num. 86. cent. 2.*
Herman. Vultei. *3. Marpurg. consil. 34. num. 168.* Ex quibus etiam ipsi Justi-
niano commodius visum, ut defunctorum bona ad masculos magis, quam
fœminas transeant, *§. item vetustas. §. cæterum. 1. de agnat. success.* & majora ma-
joribus,

177 joribus, & minora minoribus deberi æquum statuit. Augustin. *homil. super Matth. cap. 5.* Quod etiam sacri Canones imitantur, qui in distribuendis portionibus majores minoribus præferri & potiores haberi statuunt, *C. statuimus X. de major. & obed. c. fin. X. de constitut. c. multa. ad fin. X. de præbend.* Fel. *in rubr. de major. & obed.*

178 II. Quia pro patriæ salute majores labores & pericula sustinent masculi; naturalis quippe & civilis ratio suadet, uxorem sub tecto, virum sub dio agere: illam rem familiarem administrare & domi cum pudicitia partum tueri; hunc verò victum, amictum, omniaque famliæ necessaria parare, horum enim studio, operâ, curis, laboribus, vigiliis, periculis perpetuis & inexhaustis, liberi, uxores aluntur, domus & familiæ ordinantur, conservantur, agri excoluntur, & quoscunque terra fructus natura vel industria producit, ad usum vitæ præparantur, honesta & necessaria commercia exercentur, optima & saluberrima quæque stimulantur, bonis consiliis, legibus & moribus politiæ instituuntur, reguntur, imbuuntur, & muniuntur, ab injuriis hostium civitates propugnantur, denique omnis civilis hominum associatio, totaque societatis humanæ conversatio propagatur, defenditur ac sustinetur, & si quæ sunt similia. Ipsa igitur æquitatis naturalis ratio postulat, ut ad hos quoque majora commoda & majores hæreditatis partes deveniant, *arg. l. secundum naturam 10. ff. de R. I.*

179 Unde certè vix invenitur, qui laboribus susceptis, periculisque additis, quasi mercedem, vel saltem rerum à se gestarum laudem atque gloriam non desideret, atque hoc certum virtutis præmium expectet, ut ait Cicero *1. offic.* & Juvenal. *Satyr. 10.*

- - - *Quis enim virtutem amplectitur ipsam*
Præmia si tollas.

Iniquissimumque societatis genus illud esse censetur, in quo damnum lucro non compensatur, *l. si non fuerit. §. fin. ff. pro soc.* & aliâs humanum, quod ex alicujus occasione & labore profectum, id ad ipsum referri, & quod suis laboribus & periculis alicui accesit, ad alios pervenire inhumanum & luctuosum, *l. cum oportet. 6. C. de bon. quæ liber. §. 1. I. per quas person. cuique adquir.* absurdumque alium sentire commoda, quorum onera alius solus sustinuit, *l. is,*
180 *qui in potestate. §. fin. ff. de legat. præstand.* naturæque & rationi consentaneum, lucrum pericula sequi. *c. qui sentit. X. de R. I. l. secundum. 10. ff. eod. l. fin. §. pen. C. de furt.* Gloss. *in l. si is qui. §. 1. ff. commodat.*

181 III. Quamvis nihil dulcius hominum generi datum, quam sui cuique liberi,

liberi, teſte *Cicer*, ac liberis naturæ ſimul & commune parentum votum bona
paterna addicat, *ſupra n.139.* At quotus quisque eſt, qui non magis maſculos,
quàm fœmellas amet, non filios magis, quàm filias ſibi hæredes exoptet, &
plerumq; etiam, cum per bonorum conditionem poſſunt, magis filios, quàm
filias propter familiæ conſervationem in ſuis diſpoſitionibus honoret, ſicuti
ſcribit Jaſon. *in l. qui filia bus.17. n.22 ff. de legat.2.* Nam propter nominis illu-
ſtrationem, & jam illuſtris conſervationem theſauros ſuis liberis omnes
quærunt, & per eos in remotiſſimos ejusdem poſteros quoque propter eandem
cauſam derivari cupiunt, Rolbag. *d.cert. maſculo-fœm. acie viril. c. 28. n.39.* In- 182
deque maſculos magis præſumi dilectos, quàm fœminas, cenſent Rol. à Valle
conſil.82. n. 21, lib.3. Menoch. *conſil. 204. n.24. & 4. præſ.16. n.10.* Vinc. Fuſar. *de fi-
deicom. ſubſt. quæſt, 468. n. 21.* Et matres quoque liberos maſculos magis, quàm
filias & fœmellas amare experientia docet, confer *ſupra cap.3. n.47,*

4. Quemadmodum parentibus nihil triſtius, & ad dolorem in vitâ 183
acerbius accidere poteſt, quàm videre ſine prole genus & nomen ſuum inter-
ire, ita alicujus antiquæ & illuſtris olim familiæ agnatis & poſteris, nihil eſt,
quod evenire gravius poſſit, quàm bona & prædia majorum ad ſui nominis
illuſtrationem & totius familiæ ſplendorem, amplitudinem, dignitatem,
gloriam & utilitatem comparata, ad extraneas tranſiiſſe familias videre. Gra-
vius id multis videtur, quæ ſuis laboribus alicui adquiſita ſibique poſſeſſa
ſunt, ea ad extraneas transferenda adſpicientes & lugentes non juvare, ſicuti
conqueritur Imper. Juſtinian. *in l. cum oportet. 6. princ. C. de bon. quæ liber.* ſed
multo magis lugubre eſt, in quâ domo defecit pater, crevit minor, majorum
imagines non videre fixas, aut refulſas videre eaſdem, ut idem Imper. dicit
in l. lex quæ tutoris. 22. C. de administrat. tut. & luctuoſum ſanè non poteſt viro
bono videri, ita alicujus amplam, ſplendidam, inſtructiſſimamque domum
expoliari, ut qui in ea nati ſunt, de majorum ſuorum proventibus, & ab avi-
tis laboribus, ſudoribus & induſtriâ provenientibus bonis ditari alias, eo-
rumque ſtipatos ſubſidio florere videre cogantur, ipſi verò iisdem exuti ab
omnibus natalibus viles exiſtimentur, ludibrioq; ob paupertatem ab omni-
bus habeantur. Verum luctuoſisſimum hoc eſt, quando forte ad homines
contemptibiles & indignos familiæ alicujus illuſtris bona ac prædia perve-
niunt, quod maximè ex indiſcretâ ſexus ſuccesſione filiorum & filiarum eve-
nire ſolet, cum experientia teſtetur, filias parentibus ſuccedentes amplam 184
ſæpisſimè hæreditatem craſtino forte, ut muliebris fert levitas, die in to-
tius generis & agnationis ignominiam ac dedecus, vili alicui garcifero nu-
ptui ſeſe collocent, & adeò in novos maritos propenſæ, ut illis non ſemet-

ipsas tantâm cum corpore, substantiâ, & omni vitâ tradunt, *l. assiduis 12. C. qui pot. in pignor.* sed etiam liberorum vitam non rarò, nedum bona iisdem addicant, *d.l. lex quæ tutores. 22. C. de administr. tut.* Cujus rei horrendum exemplum refert Sabellic. *lib. 5. Ennead. 8.* ita scribens: Romilda Gisulphi uxor tenebat urbem mœnibus & præsidio munitam, erantque cum ea Rhodobaldus & Grimaldus filii cum liberis, & gaza omnium primorum Longobardici sanguinis, defendebaturque oppidum adversus omnes Bemarum conatus. Sed quod vis nulla potuit, muliebris intemperies urbem alioqui munitissimam hostibus patefecit. Rhomilda Regem fortè intuita mœnibus obequitantem formâ & ætate, crispo ad hæc, rutilantique capillo, ejus amore capta, misit, qui cum eo urbis proditionem paciseeretur, si se in matrimonium reciperet. Accepit Barbarus conditionem, victoriæ cupidus, fideque in id, quod promittebatur, datâ & acceptâ, Rhomildæ operâ in urbem admittitur. Hic Rex ne fidem falleret, nocte una Rhomildam pro conjuge habuit, indè effrenatam mulieris libidinem duodecim robustissimis militibus subjecit, qui per ludibrium & dedecus eam assiduis compressibus explerent: postremo mulierem miserabiliter divexatam, palo affixit, ut omnibus sui sexus documento esset, ne libidinem rationi anteponerent, voluptatem utili & honesto, simul ut omnes scirent, perfidiam, ne apud eum quidem, cui gratificari se putet, tutam esse oportere.

185 Ad hæc 5. per hujusmodi fœminarum successionem æqualem evenire solet, ut bona paterna & gentilitia, adeoque territoria, Ducatus, Comitatus, & quandoque integra Regna per matrimonia ad extraneos & novos Dominos transeant. Ita enim Maximilianus I. Imperat. ductâ in uxorem Mariâ, Caroli Burgundiæ Ducis Bellicosi filiâ Belgium sortitus; Philippus ejus filius, ductâ Johannâ Regis Ferdinandi filiâ universam Hispaniam, Albertus Archidux ducta Isabellâ, potiores Belgii provincias; Pariter Henricus Hassiæ Landgravius ductâ filiâ Philippi Comitis Catzenelebogen, illum Comitatum potitus est. Rittershus. *1. feudor. cap. 16. num 20.* Schönborn. *2. polit. cap. 16.* Daniel Otto *de jur. publ. cap. 17. fol. 568.* Plura exempla vide apud Besold. *nomico-pol. lib. 1. diss. 11. num. 14.*

186 Quàm perniciosa autem & periculosa Principatuum & territoriorum variatio, & ad peregrinos, & quandoque ignotos Dominos translatio, & quantum omnis ferè Reipubl. mutatio conversionem afferat, sive melior, sive deterior in ea succedat, in confesso est. Novos namque Dominos novæ leges, novi in provinciâ & municipiis magistratus, nova instituta, novi mores, novi hostes sequuntur; sequitur nova vitæ ratio. Nihil autem in quacunque

cunque civitate esse perniciosius legum morumque novitate, statuit Plato *de legib. lib. 7.* Unde vetus Locrensium institutum commendatur, quod usque 187
adeò veteribus legibus, moribus & institutis utendum sancivit, ut si quis legem novam ferre vellet, collo in laqueum inserto id facere cogeretur, ita ut si honesta & utilis illa videretur, impunè istius dictator & author abiret, sin minus attracto laqueo moreretur, referente Gregor. Rolbag. *acie viril. cap. 30. num. 9.*

Plerumque etiam ingenia Principium ac dominorum in peregrinos 188
subditos duriora esse solent, atque ideò vix ulla est natio, quæ propter morum diversitatem diu imperium peregrinum ferat, teste Cominæ. *lib. 8.* quod exemplis declarat Rolbag. *d. l. cap. 31. num. 6. & seq.*

Indeque magno Dei beneficio factum, quod Gallici Regni Imperium non deferatur ad fœminas, ne summa Regni aliquandò penes extraneum aliquem Principem deponatur, atque indè dissidiis atque tumultibus agitari contingat, gloriatur idem Cominæ. *d. l.*

Ex quo gratulamur & nos merito Germaniæ nostræ, quod in ea quoque inter Principes, Comites, Nobiles & omnes, qui aliis Imperii jure dominantur, successionis ordine introducto ac stabilito, quo masculis solùm ad jurisdictiones est aditus, idem autem præclusus fœminis, ne extraneos subditis Dominos obtrudant, scribit Rolbag. *d. cap. 31. in fin.*

6. Ex æquali quoque masculorum & fœminarum Illustrium & Nobi- 189
lium successione induceretur gynæcocratia, dùm fœminæ territoria, Principatus, Ducatus, Comitatus & Baronias, jure etiam hæreditario per divisionem obtinerent, eorumque Dominæ existerent: Quàm periculosum autem Imperiis & Rebuspublic. damnosum sit fœminas imperare, experientia docet, & gynæcocratiam à jure naturæ exorbitare, odiosamque & periculosam esse, censet Aristot. *l. polit. 8.* Plinius *lib. 6. cap. 29. in fin.* Plato *de Republic. lib. 5.* Bodin. *de Republ lib. 6. cap. 5.* Comin. *histor. lib. 8.* Schönborn *2. polit. 12.* Ubicunque enim Rerumpubl. gubernacula ordine præpostero apud mulieres, non viros fuerint collocata, plerumque innocentis sanguinis profusionem Regnorumque devastationes esse secutas, refert Schleidan. *lib. 25.* ubi id exemplo comprobat Catharinæ de familiâ Medicæâ, Galliæ Reginæ, & Reginæ Angliæ Eduardo VI. succedenti, illoque Tulliæ apud Livium *lib. 1.* de qua omnia turbandi initium ortum esse exclamat, idque pluribus aliis exemplis comprobat Rolbag. *acie viril. cap 35. per tot.* Bodin. *de republ. lib. 6. cap. 5.* ubi *fol. 1154. & seq.* scribit, gynæcocratiam naturæ legibus esse inimicam, quæ viris, prudentiam, robur, animi magnitudinem & imperandi vim

dedit, fœminis ademit. Ex quo etiam lex divina, non modò Reipubl. sed etiam familiæ dominatum eripuit, & fœminas virorum imperio subjecit, *Gen.3.*
190 *v.16. 1.Cor.14.v.35.* Et quoties Deus sui nominis hostes acerbissimè ulcturum se testatur, fœminarum legibus & imperiis subditos fore minatur, *Esa.3.v.11. & 12.* quasi malorum & calamitatum illud omnium extremum sit. Unde Pandulph. Collenut. *lib.5. hist. Neapol. Regna regunt vulvæ, gens tota clamat simul oh, væ. Interitus Regni est à muliere regi.*

Indeque natura genus masculinum ad imperandum magis factum, quam fœmininum scribit Aristot. *1. polit. 8.* Naturæ enim legibus ita comparatum est, ut qui cæteros animi dotibus & ingenio superat, inferioribus imperet, & qui minus industriâ valet, is meliori pareat, teste Hesiod.

Quantum autem masculus ingenio & virtute præstet muliere, constat;
191 constantia namque vacillat, nec ulla diu fœmina pondus habet, Propert.
192 *elog. lib. 11.* muliebreque consilium plerumque deterius est, ut scribit Tacitus *annal.* ac contra propria, nedum publica, commoda laborat, *l. si pater. in fin. C. de Sponsal.* Nec aliqua in ipsis fortitudo, ita ut si vir sic fortis esset, ut est mulier fortis, non fortis, sed timidus magis haberetur, similiterque mulier, si sic esset, ut vir probus, modesta & moderata, garrula ea diceretur, sicuti differit Aristot. *3. polit. 3.*

Unde legibus Romanorum fœminæ ab omnibus & quibuscunque of-
193 ficiis civilibus & publicis muneribus remotæ sunt, *infra numero 202.* nullaque res Senatum Romanum perturbavit magis, quàm quod Heliogabalus matrem Simiamiram, non ut sententiam diceret, sed tantùm ut sanctissimum Civitatis ordinem & cœtum contueretur, in Senatum induxerat, Bodin. *de Republ. lib. 6. cap. 5. fol. 1155.* eoque confosso, ante omnia Romani caverunt, ne mulier unquam Senatum ingrederetur, utque ejus caput inferis dicaretur, qui id esset facturus, Lamprid. *in Heliogab.* Besold. *1. polit. 6. num. 36.*

194 7. Imprimis autem consuetudines & statuta fœminas excludentia in jure Divino fundata sunt, quo non tantùm in divisione promissæ terræ Chananææ nulla fœminarum habita fuit ratio, eademque terra inter solos agnatos & masculos populi Israëlitici divisa fuit, *Iosuæ cap. 13. seq.* Sed etiam in successione filii filias, fratres, sorores, & agnati propinquiores de familiâ cæteras fœminas ex legis divinæ præscripto
195 ab hæreditate excludebant, *Numer. 27. vers. 1. seq. & Cap. 36. per tot.* Atque ideò hujusmodi consuetudines & statuta legibus divinis esse conformia, nominatim tradunt Chassan. *in consuetud. Burg. rubr. 7. §. 12. in princip. num. 15.*

Tiraquel.

Tiraquel. *de retract. in præfat. num. 7.* Zas *consil. 1. num. 46. vol. 2.* Fichard. *consil. 3. num. 15. vers. ex allegatis. vol. 1* Decian. *consil. 17. num. 31. vol. 1.* Gail. *2. observ. 122. num. 10. in fin.* Schneidewin. *ad princ. num. 10. I. de legit. agnat. success.* Bodin. *de Republ. lib. 5. cap. 2.* Alb. Brun. *de statut. exclud. fœmin. artic. 2. num. 1. & seq.* & secundum hoc jus Divinum etiam hodie in suc- 196
cessionibus Judæorum pronunciandum esse, docent Dd. *comm. in l. qui se patris. C. unde lib.* Vigl. Zuichem. *in §. sed hæc quidem vetustas. I. de exhæred. lib.* Everhard Speckhan / *in syntagm. Iudæor. conclus. 7. lit. a. vers. hinc inter* Schneidewin. *ad lit. de hæred. quæ ab intest. tit. de success. descend. nat. & leg. in princ. num. 9. & 10.*

8. Jus Divinum postea secutum est quodammodò jus Civile Roma- 197
num, nam anno urbis Romæ 584. hoc est annis 280. post leges XII. Tabul. 32. post secundum bellum Carthaginense, & 20. ante tertium, ut scribit Augustinus *de Civit. Dei, lib 3. cap. 12.* & probat Franciscus Balduwin. *in comment. ad L. Vacon. in princ.* Vaconiâ lege latâ, cautum fuit, ne qui census, hoc est, centum millia sestertium possideret, testamentum faciens, virginem mulieremve ne unicam quidem filiam, in ampliori, quàm quartâ hæreditatis parte, sive quadrante, hoc est, viginti quinque millium sestertium hæreditate, in testamento hæredem scriberet, sicuti meminit Cicero *in Verr. 3.* Dion. *lib. 56.* Zas. *consil. 1. num. 55. vol. 2.* Et veteri quoque jure differentia constituta fuit inter masculos & fœminas in legitimâ agnatorum successione, quod agnati mares jure agnationis succederent, etiamsi remotissimo gradu fuerint, fœminæ verò non nisi jure consanguinitatis, id est, si sint sorores, ad hæreditatem admitterentur, *§. cæterum inter masculos 3. I. de legit. agnat. success.* quod jus etiam memorat Ulpian. *in fragment. tit. 26.* Paul. *lib. 4. sent. tit. 8.*

Et licet ex lege XII. Tabul. nulla sexus differentia fuerit in hæredi- 198
tate capiendâ, earum tamen jure institutorum hæreditates ad suos hæredes pertinebant, *§. 1. §. item vetustas. 15. I. de hæred. quæ ab intest. defer.* tales autem non erant ex filiâ nati, *§. 2. I. de hæred. qual. & differ. §. 2. & d. §. item vetustas. 15. I. de hæred. quæ ab intest.* & postea media Jurispru-
dentia, quæ ex interpretatione prudentum & aliis legibus, post leges 199
XII. Tabul. latis sive rogatis descendit, & ante Principum constitutiones obtinuit, jus vetus iterum introduxit, & fœminas ab agnatorum successione repulit, *d. §. cæterum. 3. vers. media autem. I. de legitim. agnat. success.*

200 Et quamvis hanc differentiam agnatorum & cognatorum Imperator Justinianus novâ constitutione sustulerit, *Novell. 118. cap. 1. & 4. auth. in succes- sione, C. de suis & legit.* & fœminas æquali cum masculis jure succedere constituerit, *l. maximum vitium. C. de liber. præter.* Hanc tamen exequationem utriusque sexus in successionibus ubique locorum diutius non fuisse toleratam ex subsequentibus *num. 205.* constat.

Atque indè hujusmodi statuta fœminas excludentia legibus Mosaicis divinis, Civilibus antiquioribus & mediæ Jurisprudentiæ conformia & con-
201 sentanea esse, pulchrè probat Decian. *consil. 1. num. 31. vol. 1.* Vultei. *2. Marpurg. consil. 9. num. 55.* Ut ita jura hujusmodi consuetudinaria & statuta nihil aliud sint, quàm Veteris juris scripti saluberrimeque introducti renovatio, sicuti ex Henric. Bruleo, *de renunc. fœm.* scribit Muscul. *de success. convent. membr. 2. class. 1. conclus. 4. num. 113.*

202 Hinc quoque 9 jure etiam nostro Civili Justinianæo in plerisque articulis deterior adhucdum fœminarum, quàm masculorum est conditio, *l. in multis. 9. ff. de stat. hom.* Sic enim à dignitatibus & publicis muneribus & officiis civilibus fœminæ sunt remotæ, *l. fœminæ. 2. & ibi* Dd. *Comm. ff. de R. I.* non possunt esse judices, *l. cum prætor. 12. §. non autem. 2. vers. moribus. ff. de judic.* nec arbitri. *l. fin. & ibi* Bartol. Bald. Salicet. & Dd. *comm. C. de arbitr.* nec postulare, *l. 1. §. sexum. & ibi* Castrens. *num. 3. ff. de postuland.* nec procuratoris munere fungi, *l. neque fœmina. ff. de procurat. l. alienam. C. eod. § pen. I. de exception.* nec tutelam suscipere, *l. tutela. l. fin. ff. de tutel. § fin. I. de legit. agnat. tut. l. scire oportet. ff. de tut. & curat. dat.* liberos in potestate non habent *§. fœminæ. I. de adopt.* nec jus suitatis in liberis obtinent, *§. cæteri. I. de hæred. qualit. & differ.* In legibus sanciendis in consilium non adhibentur, *l. 1.*
203 *& ibi* Bartol. *num. 1. & 6.* Castrens. *num. 4.* Jason. *num. 13. ff. de legit.* Quod etiam jure Divino & Canonico obtinet, quo mulier in Ecclesiâ docere prohibetur, *infra num. 223.*

Nec 10. diversa hæc juris constitutio, fœminarumque & masculorum differentia in successionibus ratione destituitur, sed ea hæc potissimùm esse solet, ut bona in agnatione conserventur, familiam illustriorem efficiant, quâ quidem solâ fundari hujusmodi statuta probat Joseph. de Rustic. *tract. de liber. in condit. pos. lib. 2. cap. 2. num. 7. & 20.* cùm per divitias, maximè inveteratas, crescant & conserventur familiæ nobiles. *supra cap. 7. num. 11. & seq.*
204 Et per masculos tantùm, & non etiam per fœminas familia conservetur, sed per has finiatur *supra cap. 1. num. 181.* atque agnati masculi fœminis sint dignio-

gniores, *argum. l. cum pater. §. pater pluribus. ff. de legat. 2.* Bald. *conſil. 321. verſ. ſolutio. vol. 2.* majoribus tùm animi, quàm corporis donis præditi quàm fœminæ, *infra num. 221.* maſculi majora onera ſuſtineant; Bald. *in l. Titia. cum teſtamento. §. pen. in fin. ff. de legat. 1.* Rempubl. gerant, & magno labore adminiſtrent hoſtesque repellant, *l. 1. §. ſed ſi ſervus. ff. de ventr. inſpic.* Cùm ergò ſexus maſculinus naturâ ſit honoratior fœminino, cur igitur non poſſit quoque eſſe honoratior in ſucceſſione, ſicuti loquitur ex Laurent. de Palat. *in repetit. §. cæterum. num. 12. I. de legitim. agnat. ſucceſſ.* Vultei. *2. Marpurg. conſil. 29. num. 33.*

Hinc 11. Imperatoris Juſtiniani utriusque ſexus exæquationum in ſucceſſionibus omnes ubique locorum æquo animo diutius tolerare non potuerunt, ſed ab eadem ſenſim iterum receſſerunt, paulatimque ad juris Divini & Veteris differentias redierunt, & priſtina ſucceſſionum jura fœminas congruè dotatas excludentia, multæ familiæ, Civitates, Populi, Principes & Reges conſuetudine vel ſtatuto introduxerunt, eademque ab Imperatoribus confirmata ſunt. Sic enim hujusmodi conſuetudines & ſtatuta in totâ Italiâ obtinere teſtatur Caſtrenſ. *conſil. 274. lib. 2.* Menoch. *arbit. jud. caſ. 149. in princ.* Zaſ. *conſil. 1. num. 52. vol. 2.* Petr. Gregor. Tholoſan. *in ſyntag. lib. 45. cap. 13. num. 5.* Tuſch. *lit. C. concluſ. 219. num. 3* ubi poſt Caſtrenſ. *conſil. 83.* dicit, quod talia ſtatuta concernant publicam utilitatem, & licet non ſint æqua, tamen ſint bona, quia per maſculinam prolem conſervatur æterna memoria & idem Tuſch. *lit. S. concluſ. 656. num. 31. & 38. & per tot.* ubi varia hujusmodi ſtatuta refert, veluti Rerumpublicarum Aſſiſii, Aſtis, Bononiæ, Brixiæ, Cortonæ, Feleri, Florentiæ, Lucæ, Mantuæ, Montis S. Mariæ, Mutinæ, Paduæ, Petruſii, Regii, Savigliani, Senis, Sinodicæ, Triviſii, Tuderti, Veronæ, Vincentiæ, &c. Talia quoque ſtatuta in universâ Aſiâ & Africâ, & in plerisque aliis nationibus vigere refert Bodin. *de republ. lib. 5. cap. 2.* Idemque receptum eſſe in Comitatu Nivernenſi, in Ducatu Burgundiæ, & Averniâ tradit Chaſſan. *in conſuet. Burgund. rubr. 7. §. 12. in princ.* & de Siciliæ Regno id probat Rolbag. *certam maſculo-fœmin. in prælud. num. 35.* Idemque Salicâ Gallorum lege ſancitum his verbis: De terra verò Salicâ nulla portio hæreditatis mulieri, ſed ad virilem ſexum tota terræ hæreditas veniat, *ex tit. de Alode. 62. in fin.* refert Rolbag. *d. l. num 33.* Carpzov. *de pacto confratern. Saxonico-Haſſiacæ, concluſ. 2.* Ac de Angliâ, Scotiâ & Daniâ, idem teſtatur Rolbag. *d. l. num. 14. & ſeq.* talesque conſuetudines & ſtatuta, per maximam orbis partem hodie florere & vigere teſtatur Laurent. de Palat. *ad §. cæterum. in proœm. I. de ſucceſſ. agnat.*

agnat. Alb. Brun. *de stat. fœmin. exclud.* Guil. Bened. *in c. Raynutius, verb. duas habens. num. 126. X. de testament.* ubi eandem consuetudinem Parisiis atque in aliis Galliæ civitatibus vigere addit, referente Rolbag. *d. prælud. num. 42.* ubi idem de Patavinâ Republ. asserit.

Eadem hæc obtinuisse apud Alemannos Veteres ex antiqua ipsorum lege tempore Clotarii Regis latâ apparet, *sub cap. sive tit. de hæredit. duar. soror.* Quod etiam apud Saxones expressâ lege sic cautum erat; pater aut mater defuncti filiis non filiæ hæreditatem relinquant, *sub l. 39. & l. 42.* talemque legem etiam Theodoricus Francorum Rex subjectæ sibi Ripuariorum genti præscripsit, quæ extat in fasciculo legum Ripuariorum, *sub titulo de Alodialib. 53. §. 5.* his verbis: Sed dum virilis sexus extiterit, fœmina in aviaticam hæreditatem non succedat, referente Rolbag. *d. prælud. numero 31. & 32.*

206 De Germaniâ nostrâ experientia docet, inter familias Illustres & Nobiles consuetudines, pacta & statuta fœminas congruè dotatas excludentia vigere, & sæpissimè eadem ab Imperatoribus esse confirmata. Cujusmodi statuta & pacta familiarum hæreditaria vulgò Confraternitates, Erbvereinigung/ Erbverbrüderung/ dici solent, quibus non solùm inter ipsam aliquam familiam, sed etiam quandoque inter diversas familias conveniri solet, ut una familiâ extinctâ, altera, fœminis exclusis, succedat.

207 Imò in quibusdam Germaniæ, præsertim Saxoniæ Civitatibus, moribus filiæ filiis in parentum hæreditatibus ultrò cedere solent, ita ut etiam sæpè unico fratri sorores numero plures, modicâ contentæ dote, universam, eamque amplissimam hæreditatem, sine ullâ interpositâ conventione vel reservatione relinquant, puréque propriam omnem addicant, teste Rolbag. *d. prælud. num. 10.*

208 Ex quibus denique 12. omnibus & similibus aliis quàm plurimis, consuetudines, & statuta fœminas congruè dotatas à successionibus excludentia, valida esse, & de jure subsistere Dd. communiter concludunt, Cynus *in l. sancimus num. 11. & seq. C. de nupt.* Alb. de Rosate *tract. de statut. exclud. fœmin. artic. 1. quæst. 1.* Johan. Campeg. *tract. de dotib. part. 4. quæst. 21.* Natta *in repetit. c. quamvis. quæst. 1. de pact. in 6.* Chassan. *in consuetud. Burgund. rubr. 7. §. 10. in princ.* Ludovic. de Molin *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 12. num. 51. vers. contrarium.* Zas. *consil. 1. n. 51. vol. 2.* Mynsing. *3. obs. 26. & consil. 40. n. 26.* Fichard *consil. 2. num. 2. vol. 1.* Cail. *2. obs. 22. num. 10.* Valent. Forster. *de success. lib. 3. cap. 13. num. 1. & seq.* Tuschus *lit. S conclus. 659. n. 2. & seq.* Reinking *in enarr. l. fin. n. 118. C. de pact.* Eandemq; sententiam communi Dd. calculo receptam esse, testatur Molin.

Molin. *d. num. 51.* & communiorem asserit Natta *d. c. quamvis. part. ult. quæst. 1. num. 1.* Brun. *tract. de stat. fœm. exclud. artic. 1. num. 19.* certam cognitam & expeditam, affirmat Zas. *d. consil. 1. num. 50.* eamque veriorem ab Hispanis & aliis Jureconsultis censeri & sequendam esse, refert Molina *d. num 51.* Et hujusmodi statuta filias propter masculos excludentia esse favorabilia, tradunt Menoch. *consil. 227. num 13.* Cephal. *consil. 278. dub. ult.* Hier. Gabriel. *consil. 114. num. 13. lib. 1.* Decian. *consil. 5. num. 26. seq. lib. 1.*

Hinc non immeritò Tarentinorum consuetudinem, ut filii à parenti- 209
bus nullam acciperent hæreditatem, præter arma, quibus pugnarent, & filiæ solæ omnium facultatum ex asse hæredes essent, ut maritos nanciscerentur, damnatam esse, testatur Anton. de Guevar. *in horolog. Princip. lib. 2. cap. 36. num. 378.* Parthen. *litig. lib. 1. cap. 13. num. 9.*

Ex quibus omnibus Gregor. Rolbag. *de certam. masculo-fœmin. acie vi-* 210
ril. cap. 4. sive ult. num. 5. ita concludit: Quamobrem hîc veros omnes Germanos Nobiles obtestor, ut attentè considerent, quàm non sibi solum atque omnibus & singulis familiis, sed etiam Reipubl. toti, imò toti Imperio Romano, sit fructuosa, salutaris, proficua, assidua fœminarum in hæreditatibus & feudis exclusio. Volumus Principes, Magistratus, Judices, Senatores; aut cujusque dignioris necessarii muneris, cùm in civili, tùm militari disciplinâ præfectos idoneos, viros, scilicet indigenas, Nobiles, potentes, justos, integros, fortes, graves, bonos & æquos, hos potissimum illustres, generosæ & honestiores suppeditant nobis familiæ. Volumus autem in Illustribus ac Nobilibus familiis avita & gentilitia prædiaque bonaque, & cum his, & per hæc etiam pristinam & antiquam familiarum amplitudinem, magnificentiam, nobilitatem, dignitatem & authoritatem, adeoque ipsas familias, ad hanc Imperii utilitatem, conservari & stabiliri; etiam hoc caveamus necesse est, ne multis in fœminas & masculos divisionibus ea distrahantur, imminuantur, vel etiam in alienas forteque etiam ignobiles domos per fœminas succedentes transferantur. Fœminas ergò, ô vetustissima, fortissima ac verè nobilissima, jam priscis illis temporibus, ab omnium Romanorum Cæsarum longè fortissimo & Augustissimo Heroe Julio, supra Deos gloriata, generosa Germana Romana Nobilitas, à successionibus, quàm longè potes, arce, remove, exclude, atque iterum longissimè exclude, inquam, fœminas, &c.

Ab hâc sententiâ neminem dimovebunt ea, quæ in contrarium allata. 211
Nam I. quod attinet, Imperatorem Justinianum *in alleg. l. maximum vitium.*

paulo liberius, in favorem mulierum locutum videri, indè colligitur quod ipsa natura, ut paulò ante diximus, inter masculos & fœminas evidentem differentiam constituit, masculos & animi & corporis dotibus, plus, quàm fœminas exornans. Deinde hâc ratione & ipse Imperator injuriam naturæ inferret, eamque inæqualitati argueret, dum scribit, in multis juris nostri articulis deteriorem esse conditionem fœminarum, quàm masculorum, ipsas fœminas remotas esse ab omnibus officiis civilibus, ipsas non posse judicare, arbitrari, postulare, procurare, tutelam suscipere, &c. ut ostendimus, *supra num. 202.* Idemque & ipsi Moysi, legumlatori omnium sapientissimo, spirituque divino illustri, imputandum foret, dum filias, filiis extantibus, non succedere sancivit *Num. 27. v. 3.*

Unde Bodinus *de republ. lib. 5. cap. 2.* hanc Justiniani fœminini & masculini sexus exæquationem ridet, utpotè qui pro retinendo unius mulieris favore, in omnium mulierum favorem, masculini sexus prærogativâ & dignitate posthabitâ, hanc exæquationem instituit. Indeque plus satis uxorius dicitur à Fabr. *8. conject. 11.* hancque Justiniani constitutionem multa generosæ Nobilitatis capita sepelivisse; multas illustrium virorum stirpes eradicâsse, conqueritur Jacob. Ortlosshausen/ *certam masculo fœmin. acie viril. cap. 34. num. 2. seq. & cap. 41. num. 10.* interim Justinianum, multorum Principum exemplo, seductum à conjuge, excusans. Et hac peste nullam civitatibus perniciosiorem accedere posse censet Henric. Brule. *tract. de renunc. fœm. cap. 2. num. 7.*

Ad 2. Resp. Fœminas à successione hoc casu non excludi, quasi pœnam aliquam sint promeritæ, non enim hoc ipsò pœna aliqua ipsis infertur, sed quia totius familiæ splendor & dignitas, imo ipsius Reipublicæ salus & utilitas requirit. Et quemadmodum pœna dici nequit, quod fœminæ ab officiis civilibus remotæ & exclusæ sunt, & quod in aliis juris articulis deterior ipsarum conditio, sed hoc ipsum propter sexus imbecillitatem & verecundiam ita constitutum, ita etiam inæqualis hæc successio dici non potest pœna, sed durior quædam ex justâ causâ, familiarum nimirum conservatione, & Reipublicæ salute facta constitutio, atque ita meritò observanda, licet dura videatur, & muliebris avaritia ægrè ipsam ferat, *argum. l. prospexit. 12. §. 1. ff qui & à quib. manumiss.* Publica autem salus suprema lex esto, & publica utilitas singulorum commodis præferenda, cum singulorum salus ab universitatis salute pendeat. Cùm enim ante omnia Deo, deinde generi humano, tertio patriæ, quarto familiæ & posteritati, quinto nobismetipsis domesticisque nati

212 (margin beside "rum conditio")
213 (margin beside "& à quib. manumiss.")

nati simus, & unicuique quod suum est, tribuere debeamus, sequitur necessariò familiæ universæ commodum singularibus uniuscujusque emolumentis præferendum, maximè ab iis, qui à familiâ splendorem & dignitatem quærunt, modò id legitimâ viâ & ratione fiat, ut eleganter scribit Nicolaus Betsius *de pact. famil. illustr. cap. 9. fol. 536.*

Publica sunt privatis anteferenda bonis.

Ad 3. Resp. In generationis opere non æqualem, sed potiorem viri tan- 214
quam agentis, operam videri, cum artifex ipso, quo utitur instrumento, potior sit, non enim malleus per se indurat ferrum, sed vis percutientis; non penna, sed manus format literam, & sic semper ab agente, tanquam digniore res nomen accipit, fortiorque in agente quàm in patiente, causa est, *l. 2. l. fin. C. ad SC. Tertull. l. 2. § objicitur. ff. eod.* Tiraquel. *in leg. connub. 9. num. 96.* Rolbag. *acie viril. cap. 7. num 1. seq.* Et quamvis, secundum ipsius Imperatoris Justiniani sententiam, utriusque in propogatione generis humani æqualis sit opera, inde tamen ad successionem æqualem non satis firmiter concluditur, cùm in reliquis longe deterior fœminarum, quàm masculorum sit condito, & horum opera, quæ Reipublicæ & humano generi fertur, longè major, præstantior & excellentior, quàm fœminarum.

Neque etiam momentaneum puerperii periculum hic attenden- 215
dum, cum fœminas ad hoc natura progenuerit, ut partus edant, *l. ambiguitates. C. de edict. viduitat. tol.* & longè majora sint pericula masculorum, quæ non tantum domi in alendis liberis, & Republ. administrandâ, sed etiam foris peregrinando, hostes propulsando, noctesque diesque subire tenentur.

Ad 4 Resp. Diversam esse rationem successionis masculorum, quam 216
fœminarum; masculi ad fœminarum successionem ideò admittuntur, quod familiæ & agnationis memoriam conservant, Reipublicæ inserviunt, publica munera & officia gerunt, quæ sine opibus commodè fieri nequeunt, quæ secus se habent in fœminis, utpotè quæ familiam non conservant, nec Republ. munera gerunt.

Ad 5. Resp. Ab hæreditate cœlesti, ad hæreditatem terrestrem argu- 217
mentari non licere, cum utrobique diversa ratio, quoad hæreditatem cœlestem, nulla est differentia personarum, secus verò quoad terrestrem, in qua etiam jure Divino diversa est ratio masculorum, quàm fœminarum, sicuti in primogenituræ jure videre licet, quo jure etiam Divino masculi, non fœminæ sunt usi, & ipse Divinus legislator Moyses in paternâ

 hæredi-

hæreditate masculos exclusis filiabus, admisisse, & in terræ promissæ Chananeæ divisione nullam habitam fuisse rationem fœminarum *supra. num. 194.* dictum est.

218 Neque etiam, 6. quod attinet argumentum, à formositate corporis, ad successionem firmiter concluditur, siquidem hâc ratione, quod mulieres masculis sint formosiores, fœminæ masculis in successionibus præferrentur, quod absurdum esse, nemo non videt. Et hujusmodi pulchritudo vana dicitur, *Proverb. 31. vers. 30.* magisque nocet, quàm prodest, cum plerumque fieri videamus fœminas quanto formosiores, tantò luxuriosiores, juxta illud Juvenal. *Satyr. 10.*

- - - - rara est adeo concordia formæ
Atque pudicitiæ, &c.

ac fragilis res est corporis pulchritudo, mox enim morbo deflorescit, vel vetustate extinguitur, Cicero *4. Rhetor.* Et Seneca *trag. 4.* inquit:

Anceps forma bonum mortalibus,
Exigui donum breve temporis.

Et Ovid. *de arte amand. lib. 2.*

Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad annos,
Fit minor, & spacio carpitur illa suo.

Et Virgil. *in Buccol. Eclog. 2.*

O formose puer, nimium ne crede colori,
Alba ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Nec non Ovid. *5. trist.*

Cumque aliquis dicit, fuit hæc formosa, dolebis,
Et speculum mendax esse querére tuum.

Ad hæc duo sunt pulchritudinis genera, inquit Cicero *in offic.* quorum in altero venustas, in altero dignitas, venustatem muliebrem dicere debe-
219 mus, dignitatem virilem. Et hâc ipsâ pulchritudinis dignitate masculum præcellere mulierem, exempla docent Herculis, Achillis, Thesei, Hectoris, Ulyssis, Agamemnonis, Æneæ, Paterculi, & aliorum quam plurimorum, qui ab Homero, Virgilio & aliis formæ dignitate insigniti sunt, teste Rolbag. *acie viril. cap. 12. num. 14.* talesque fuerunt Josephus, *Genes. 39. v. 6. & Cap. 49. vers. 22.* Moyses, *Exod. 2. vers. 2.* Saul, *1. Sam. 9. vers. 2. & Cap. 10. vers. 24.* David, *1. Sam. 16. vers. 12. & 18. & Cap. 17. vers. 42.* Saul & Jonathas, *2. Sam. 1. vers. 23. & 26.* Absolon, *2. Sam. 14. vers. 25.* Adonias, *1. Reg. 1. vers. 6.* Daniel & socii ejus, *Daniel. 1. vers. 4.*

Ad 7. Resp. Quamvis fœminæ nonnullæ præstantibus animi dotibus fuerint ornatæ, eas tamen rari esse exempli, atque ideò à particulari ad universale nullam esse consequentiam. Cùm experientia testetur, à naturâ ma- 220
joribus animi & ingenii dotibus præditos esse masculos, quàm fœminas. Ita enim infirmius vasculum esse mulierem, testatur Apostolus *1. Pet. 1. vers. 3.* consilium mulierum invalidum esse, & ideò ipsas civitates non benè regere, scribit Aristotel. *1. Polit. ult.* Indeque omnes mulieres propter consilii infirmitatem in tutorum potestate esse, majores voluisse, testatur Cicero *in Orat. pro L. Murena.* Imbecillis res est fœmina, inquit Quintil. *declamat. 338.* Unde Ovidius:

Fortius ingenium suspicor esse viris:
Ut corpus teneris, sic mens infirma puellis.

Indeque in jure nostro mulieres dicuntur fragiles, *l. si mulier. C. ad Sct. Vellej. l. si pater. C. de sponsal. l. 1. §. pen. C. de rei uxor. act. l. fin. C. de donat. inter vir. l. assiduis. 12. C. qui pot. in pign. l. quisquis. §. ad filios. C. ad l. Jul. Majest. §. 1. in fin. l. quib. alien. lic. c. ex parte Abbatissæ. X. de privileg. C. Adam. caus. 24. quæst. 5.* infirmæ, *l. 2. verba. in fin. ff. ad Sct. Vellej. l. regula. post princ. ff. de jur. & fact. ignor. l. cujus bonis. ff. de curat. furios. l. deferre. ff. de jur. fisc. l. 1. C. de confirmand. tut. l. 1. C. quand. mul. tutel. offic. Novell. 97. cap. 3. vers. 3. volumus itaque* imbecilles, *l. imperiales. C. de nupt. l. 2. §. verba ff. ad Sct. Vellej.* Ex quo ipsas non tantum facilè circumveniri, *d. Novell. 97. cap. 3. vers. volumus itaque.* sed etiam earum consilium adversus propria commoda laborare, scribunt Imper. Honor. & Theodos. *in l. si pater. in fin. C. de Sponsal.* Et hanc mulierum fragilitatem naturalem & immutabilem esse, scribit Bald. *in rubr. C. de rer. permut.* Ac mulieres passione, non ratione vivere, ait Egidius *tract. de regimin. Princip. lib. 2. pr. sing. ult.* Et marem judicio, consiliis, fortitudine, constantiâ esse præstantiorem, omni- 221
bus animi viribus & facultatibus validiorem, sermonis gravitate, omnique vigore & decore, naturâ excellentiorem esse fœminâ, omnes consentiunt, Accurs. *in l. 1. C. de confirm. tut.* Bald. *in l. quoties. num. 2. C. de suis & legit.* Rolbag. *acie viril. cap. 14. num. 17.*

Ex quo etiam quicquid à fœminis laudabiliter actum masculâ id virtute 222
gestum esse dicitur, ut probat Rolbag. *d. cap. 14. num. 21.* Et plerumque evenire solet, ut res aliqua acta sit animo virili, consilio verò puerili, ut ait Tullius *ad Attic. 14.*

Et si magis in specie progredi velimus ad hujus argumenti enervationem, in fide & Religionis erga Deum pietate majorem promeritos esse laudem

 dem

dem viros quam fœminas, nemo sanus negare potest, & Apostolorum exempla docent, & Paulus mulierem in fide infirmam arguit, ipsique docendi munus denegat, *1 Corinth. 14. vers. 34. 1. Timoth. 2. v. 12. 1. Petr. 2.* quod etiam sacri canones imitati, *c. mulier. de consecrat. dist. 4. c. mulierum. caus. 33 quæst. 5. c. quod Dei timorem. & ibi* Panormitan. *num. 3. X. de stat. monach.* Tiraquel. *de legib. connub. 10. num. 32.* omnesque in Israël sacerdotes viri fuerunt, & Christus ipse Apostolos sibi adjunxit viros, nullas fœminas; Et masculorum constantiam in fide & Religionis erga Deum pietate, probant historiæ Martyrum, Michæ, Uriæ, Jeremiæ, Esaiæ, Sydrach, Mesach, Abdenago, Danielis, Judæorum, Eleazari, septem fratrum, Rasiæ, Jobi, Johannis Baptistæ, Apostolorum Jacobi, Petri, Pauli, Andreæ, Philippi, Bartholomæi, Simonis & Judæ, Stephani, Evangelistarum, &c. de quibus vide Rolbag. *certam masculo fœm. cap. 15. per tot.*

224 Ad 8. Responsio colligitur ex dictis *supra n. 189.* Et quamvis quandoque prudentes repertæ fœminæ, ex ipsis tamen regula non erit facienda, cum sint, ut dicit Tiraquel. *de legib. connub. 9. n. 14.*

Rara avis in terris, nigroque simillima cygno.

cùm regulariter mulieribus in actionibus suis prudentia & consilium deficiat, debileque & imbelle earum consilium, exilis intellectus, judicium tenue; discretio imperfecta, nec ratio integra, sed adversus propria commoda laborans, ut paulò ante dictum, & plerumque in deterius muliebre consilium, fraudulentum & malitiosum, & si licentia adsit, violentum, sævum, cruentum, ambitiosum, ut ait Tacitus *5. Annal.* Atque hinc propter bonas fœminas legem fieri non debere, quia sunt raræ; multò minus propter prudentes, quæ sunt rariores, ait Bartol. *in l. nam ad ea ff. de legib.*

225 Quæ 9. de Amazonibus & aliis heroicis fœminis dicta, ea raræ sunt exempli, & aliàs regulariter & in universum muliebre genus infirmius esse masculo ipsa experientia docet, indeque viri à viribus & virtute, mulieres vero à

226 mollitie vulgò dictæ, eo quod viris molliores sint, Alciat. *in l. mulieris 13. num. 2. & ibi.* Gœddæ *num. 6. ff. de V. S.* Et si quid à viris minus viriliter, virtuosè, fortier ac laudabiliter gestum, id tanquam molliter, muliebriter & effœminatè factū ipsis exprobratur, sicuti patet ex Cic. *1. off. & in Tusc. quæst.* Et cùm à fœminis robore & animo virili quid gestū, mascula & uirili id virtute gestum dicitur, & quicquid deniq;, fortiter, laudabiliter ac præclarè gestum, id viriliter, & quasi minimè muliebriter, aut sine ingenio, vel sine consi-

lio, animo & fortitudine peractum dicitur, ut videre licet apud Rolbag. *d. certam masculo-fœmin. acie viril. cap. 14. num. 20 seq.*

Quæ 10. adducta constantiæ exempla, ea quoque rara sunt, & infinita virorum constantium adduci possent, ubi vix unum in muliere quadam reperire licuerit, ex quo etiam si vir & mulier simul torquendi sint, à muliere tormenta inchoanda, utpotè quæ facilius sit confessura, qàm masculus Clar. §. *fin. quæst. 64. num. 29.* 227

Nam - - - - *Varium & mutabile semper*
Fœmina: - - - - - -

Et juxta gloss. *in c. forus. X. de V. S.*

Quid levius fumo? flamen: quid flamine? ventus.
Quid vento? mulier. quid muliere? nihil.

Ad 11. R. Non Adamum, sed Evam primùm peccâsse & lapsam fuisse & seductam, sicuti ait Apostolus *1. Timoth. 2. vers. 14.* Unde Tertullian. *in libr. de muliebri habitu post. princ.* in mulierem ita invehitur; Tu es, inquiens, Diaboli janua, tuque es divinæ legis desertrix, tu es, quæ ei persuasisti, quem Diabolus aggredi non valuit, confer Rolbag. *d. l. acie viril. cap. 15. n. 32.* Nec paucorum virorum crimen in alios omnes est transferendum, juxta illud Ovidii *3. de Amor.* 228 229

Parcite paucarum crimen diffundere in omnes,
Spectetur meritis quæque puella suis.

Et licet nonnullæ quoque fœminæ pudicæ & castæ extiterint, inde tamen generalis aliqua regula non constituenda, cum libidinosissimarum fœminarum exempla in contrarium extent infinita, ita ut fœminæ etiam in sacris literis dicantur insatiabiles, *Proverb. 30. v. 16.* 230

De Messalinâ Claudii Cæsaris uxore, quod una nocte ex provocatione nobilissimam è prostitutis ancillam quinto ac vicesimo concubitu egregiè in lupanari superaverit, meminit Tacit. *lib. 11* Plin. *lib 10. cap. 36.* Plura exempla fœminarum libidinosissimarum, veluti Semiramis, Saphonis, Semproniæ Romanæ, Præciæ, Sabinæ Poppeæ, earumque, quæ libidinis pruritu, etiam in maritos crudeles extitêre, veluti Septimii, Lucini, Chilperici Francorum Regis conjugum, Quartillæ, quæ nunquam se virginem meminit, duarum Juliarum, matris & filiæ, Semiramis & Agrippinæ, quæ filiorum, Biblidæ, quæ fratris concubitus expetiêre, vide Rolb. *d. cert. masulo fœmin. acie viril. cap. 15. num. 13. & seq. ad fin.* Corn. Agrippa *de vanit. scient. cap. 63.*

Exque

Ex quo etiam responsio ad 12. facilè colligitur, quamvis enim mulieres vino, & Bacchi libidinibus non adeò deditæ sint, quàm viri, cum avaritia ipsis innata id non facilè permittat, ipsas tamen pudoris & verecundiæ limites sæpisimè excedere, experientia docet, & exempla jam relata demonstrant: Et mulieres viris longè esse inverecundiores & impudentiores, maximè in rebus Venereis Cajæ Afraniæ exemplo probat Valer. Maxim. *lib. 8. c. 3.*
231 & constat ex *l. 1. §. 2. loco 5. ff. de postul.* Et quod de mulierum verecundiâ & castitate dicitur, id non ita intelligendum, quasi ipsis singularis verecundia insit, sed quod hæc ipsas maximè deceat & ornet, cum pulchritudinis arx in muliere pudor sit, & virginitatis quædam dos Verecundia, quæ silentio commendatur, ut ait Ambros. *de instit. virg. cap. 1.* Vel quod major castitas secundum mores hominum, in fœminis quam masculis requiratur, & quod impudicitia magis dedecori sit fœminis, quam viris, *l. orationum ff. de ritu nuptiar.* Michaël ab Aguir, *apol. part. 4. n. 71. & seq.*

232 Quamvis etiam 13. fœminæ nonnullæ politoris literaturæ sint repertæ, hæ tamen rarissimæ & inter mille viros doctissimos, vix unquam una mulier docta inventa.

Dubium 14. ex eo enervatur, quod licet regulariter æqualitas in omni-
233 bus, atque etiam inter liberos servanda, & ex inæqualitate, rixæ, discordiæ & alia incommoda oriri soleant, nihilominus tamen ex evidenti aliquâ ratione, veluti pro familiæ Nobilis & illustris conservatione, & Reipublicæ salute, inæqualitas induci, & fœminæ à successione excludi possint, sicuti ex decidendi rationibus manifestum est, cùm totius alicujus familiæ & Reipublicæ salus suprema lex, & privatis fœminarum commodis ante ferenda, per dicta *supra num. 213.*

Hinc hisce ex inæqualitate oriundis incommodis non attentis, jus divinum Mosaicum fœminas ad hæreditatem paternam, fratribus extantibus, non admisit, *num. 194.* jus primogenituræ & Majoratus jure divino approbatum & in plerisque Regnis, Ducatibus, Principatibus, Comitatibus, & aliis familiis Illustribus & Nobilibus receptum, gynæcocratia abolita, *supra n. 189.* Et fœminæ à feudi successione remotæ, *lib. 1. feud. tit. 1. §. hoc autem. 3. & tit. 8. §. fin. & tit. 2?, & lib. 2. tit. 11. & 36* Vultej *lib. 1. feud. cap. 9. num. 25.* Et cum ex æquali fœminarum & masculorum successione longè graviora Reipubl. mala & incommoda oriri soleant, quàm si fœminæ excludantur, sicuti ex
234 præcedentibus colligitur, inter duo hæc mala, id quod minimum eligendum erit. *c. duo. Dist. 13.* Tuschus *lit. M. conclus. 26. numero. 1. & per tot.*

Ad

Ad 15. Resp. Tollatur abusus, morum corruptio, insolentia & Dei contemptus & maneat bonorum ac divitiarum vetus & legitimus usus, Reipubl. nimirum per easdem defensio & administratio, egenorum sublevatio & sustentatio, non enim abusus tollit rei substantiam, vel verum & honestum usum, *c. neque enim caus. 14. quæst. 5.* Hering. *de fidejussor. cap. 1. num. 39.* Et in omnibus non usus rerum, sed libido utentis in culpa est, non ex naturâ rerum quibus utimur, sed ex causa utendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum, quod facimus, *c. quisquis Distinct. 41.* 236. cum semper rerum humanarum hæc vicissitudo fuerit, à condito mundo, quod optima corrumperentur paulatim ad pravitatem, ut ait Petr. Peckius *de jur. sistend. cap. 7. num. 23. vers. existimo verò.* Sic & in segetibus lolium, & inter salubres herbas noxiæ & venenosæ pullulant, propterea tamen neque triticum, neque olera aspernamur, non magis quàm Nilum, alioquin Ægypto frugiferum calumniantur, quod Crocodilum habeat, aut aspidem. Hering. *de fidejussor. cap. 1. num. 42.* Aut ideò uti non debent boni doctique Medici ferramentis medicinalibus ad salutem, quia his ad perniciem etiam indocti pessimique abutuntur. Quis enim nescit, sicut utilia vel inutilia fuerint ea, quæ quæruntur; ita eloquentiam, hoc est, peritiam facultatemque dicendi, sic esse utilem vel inutilem, ut fuerint utilia & inutilia, quæ dicuntur. Etsi multi inebriantur vino, non ob id incidendæ vites, ut fecit Lycurgus, sed propius admovendi fontes, ita si multi abutuntur poëtica, non protinus abjicienda, sed adhibenda cautio, ut fiat salutaris, inquit Plutarchus *in moralibus.* 235 236

Ad 16. Resp. Fœminas, vel etiam fratres juniores non ita à successione esse excludendos, ut ipsi in paupertate & inopiâ sordescere, vel mendicare teneantur, sed ipsis legitimam relinquendam, dotes congruas & alimenta necessaria constituenda esse, prout *supra cap. 6. num. 148. & num. 208. seq.* probavimus. Et licet sæpe etiam pauperes virtuosi existant, ditiores tamen melius virtute & rerum experientia instrui posse, & ad Rerumpublicarum administrationem longè aptiores esse, demonstratum est *supra cap. 7. num. 12. seq.* 237

Nec alicujus momenti est 17. & ultimum argumentum, non enim authoritatibus, sed legibus & rationibus pugnandum est, *l. 1. §. sed neque 6. C. de vet. jur. enucl.* & si certare liceret authoritatibus innumeri allegari possent, qui statuta hujusmodi comprobant, & tanquam favorabilia & rationabilia defendunt, ubi unus vel alter eadem improbat, sicuti videre licet ex allegatis *supra num. 208.* 238

Hæc quæ de fœminarum exclusione diximus, non tantum in ipsis fœ-

minis, sed etiam in ipsarum liberis, etiam masculis, obtinent, ita ut sicut ipsæ fœminæ, ita etiam nec ex ipsis descendentes masculi ad successionem in hisce fideicommissis familiarum admittantur, sicuti nominatim tradunt Alex. *consil.56.num.4.vol.5.* Corne. *cons.124 num.14.vol 2.* Joan. Andr *in addit. ad Specul. de testament. in fin.* Socin. sen. *consil.251.num.9 vol.2. & consil.94.num.3.vol.4.* Ruin. *consil.39 num 11. & consil.120.num.13.vol.1.* Grat. *consil.120.num.11.vol.2.* Dec. *consil.199. in fin.* Natta *consil.187. in fin. vol.1.* Joan. Harppr. *ad princ. num. 193. I. de hæred. quæ ab intest.* Menoch. *consil.172. num.12. & 24. per tot. & consil. 321. num. 1036. & 4. præs.91. num.5.* Molin. *de Hispan. primogen. lib.3. cap.3. num.27. & num.45.* Graff. *§. fideicommissum. quæst.35. num.3. & quæst.15. num.2.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib.11. tit.15. num.2.* Vinc. Fusar. *de substit. fideicom. quæst. 404. num.1. seq. & ibi allegat.* Peregrin. *de fideicom artic.26. num.2. seq.* Quoties enim prohibita est persona lineæ fœmininæ succedere, prohibentur etiam descentes ex eâ omnes, & non modò descendentes, sed illi quoque, qui ea mediante defunctum attingunt, *l.1. ff. si quis aliq. test prob. l. mulieri & Titio. ff. de condit. & demonstrat. l. cum quasi. §. sed & si quis. ff. de fideicommiss. libert.* Bartol. *in l. 2. § videndum. ff. ad Sct. Tertull.* Bald. *in l. illam. C. de collat. & in l. maximum vitium. & ibi* Salicet. *C. de liber. præter.* Castrens. *consil. 27. lib. 2.* Parormitan. *consil. 75. lib.1.* Alex. *consil.80. lib 1.* Dec. *consil.85. & cons.311.* Valent. Forster. *de success. lib.4. cap.23. num.70.* Tiraquel. *de primogen. quæst 12. per tot.* Vultei *1. Mar-*
240 *purg. cons.17. num.92. & consil.26. num.15.* & quod stante statuto vel pacto, quod fœminæ masculis extantibus ab hæreditate excludantur, hoc non tantum in ipsis fœminis locum habeat, sed etiam masculi ex fœminis descendentes non admittantur, communis Dd. est conclusio, Bartol. *in d. l.2. §. videndum. ff. ad Sct. Tertull.* Salicet. *in d. l. maximum vitium. & ibi* Castrens. *C. de lib. præter.* Cynus. *in l.1. C. quæ sit long. consuet.* Alberic. *in auth. itaque C. commun. success.* Bald *consil.2. & consil.69. & consil.171 lib.2.* Roman. *cons.40. & cons.129.* Alex. *cons.75. lib.1.* Barbat. *cons.47. lib.3.* Socin. *cons.5. & cons.51. lib.1.* Dec. *cons.399. & consil. 484.* Albert. Brun. *de statut. fœm. exclud. artic 6. & consil. 8.* Forster. *lib.3. cap 16. num.1. & seq. & d. cap.23. n.75.* Molina *de Hispan. primogen. lib.3. cap.5. num. 41. & seq.* Michael ab Aguir. *apolog. part.3. num 35.* Tusch. *lit. E. concl.432. num.1. & per tot.* Peregrin. *de fideicom. art. 26. num.3.*

241 Cujus rationes sunt evidentissimæ, quod nimirum successor non debeat esse melioris conditionis, quàm ipsius author *l. in his. 125. §.1. l. quod ipsis. 103. ff. de R. I.* & non debeant admitti, quorum authores repelluntur,
242 *c. licet ex quadam. X. de testib.* cùm nemo plus juris in alium transferre possit,

quàm

quam ipse habuerit, *l. nemo plus. 54. ff de R. I. c. nuper. vers. nos autem. X. de donat. int. vir. l. traditio. 20. princ. ff. de adquir. rer. domin. c. nemo potest. 79. de R. I. in 6.* & sublata media persona, sequens non admittatur, *argum. in l. meminimus. C. de legit. hær. l. divo Marco. C. de quæstion. l. hæredi. §. 1. ff. de pœn. l. nullus. C. de decurion..* Aguir. *d. part. 3. num. 33.* sublatoque medio extrema quoque sublata censeantur, & non subsistant, *argum. l. tria prædia. 31. de serv. urb. præd.* Forster. *de success. lib. 3. cap. 16. num. 3.* Dyn. *in c. inductum. de R. I. in 6.* Et sic, qui ipse non succedit, aliis viam & locum succedendi aperire non possit, Michael ab Aguir. *Apolog. part. 3. num. 7. & seq.* Indeque impedimentum defuncto obstans etiam successoribus ipsius obsit, Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 9. num. 27.* Successiones enim non fiunt per saltus, sed ordine juris servato, per *l. 1. §. princ. ff. de success. edict. l. octavi. ff. unde cognat. §. placebat. I. de legit. agnat. success.* Ernest. Cothman. *1. consil. 26. num. 89. lib. 1.* Ideoque ut gradus sequens admittatur, necesse est, gradum præcedentem successionis esse capacem, *argum. l. meminimus. 15. C. de legit. hæred. & l. divo Marco. 11. C. de quæstion.* Vultei. *d. num. 27.* destructo enim ordine, destruitur etiam ordinabile, per *l. tria prædia. ff. de servit. præd. rustic.* Valent. Forster. *de success. lib. 4. cap. 23. num. 72.* Aguir. *d. part. 3. num. 34.* ac destructo antecedenti, sequitur destructio consequentis, *l. 1. §. hujus. ff. de offic. ejus cui mand. jurid.* Nicol. Everhard. *in loc. à destruct. anteced.* Sicuti etiam principali non subsistente, accessorium quoque non subsistit, sed corruit, *c. accessorium. d. R. I. in 6.* & surrogatus sapit naturam ejus, in cujus locum surrogatur, *l. 1. §. hæc actio. ff. si quis test. liber. l. si eum. §. qui injuriarum. & ibi* Jason. *ff. si quis caut. c. sanctæ Mariæ. X. ut lit. pend.* Alex. *consil. 193. num. 3. vol. 2.* & persona surrogata utitur iisdem privilegiis, quibus ille, in cujus locum surrogatur, uteretur, *l. decernimus. & ibi* Bart. *C. de aquæduct.* Aguir. *de apol. part. 3. num. 16. & 17.* Nec in causato plus sit virtutis, quam ab influente causæ potentia procedit, ut ait Bald. *in l. 1. ff. de Senat. & in l. 1. C. de dignitat.* Molin. *de Hispan primog. lib. 3. cap. 5. num. 46.* Aguir. *apol. part. 3. n. 33.* Fusar. *d. quæst. 404. num. 3.* Cùm ergò masculi hi ex materiâ inhabili & radice infecta, fœminâ scilicet successionis incapace descendant, ipsi quoque inhabiles erunt, & infecti, cum infectâ radice, omne quod ab eâ descendit, infectum sit, *argum. l. 3. C. de bon. matern. l. tria prædia 31. ff. de servit. præd. rustic. l. 1. §. ejus rei. ff. de offic. ejus cui mand. jurisdict.* Bald. *in l. fin. in fin. C. de V. S.* Fusar. *d. quæst. 404. num. 2.* Quod enim ex radice est, ejus quoque naturam sequitur; & erutâ radice, arborem quoque siccescere, naturali ratione cognitum est; Forster. *d. success. d. lib. 4. cap. 23. num. 70.* Nec radix mortua ramum fructiferum proferre potest, Tu-

243 245 246 247

schus *lit. E. conclus. 432. num. 1.* sed radice amputatâ rami decidunt, Pruckman *de different. utriusque sex. part. 1. membr. 4. artic. 13. num. 14.* Knichen. *de pact. vestit part. 1. cap. 3. num. 108. & seq.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 12. num. 34.* Aguir. *d. part. 3. num. 32.* Neque radice infectâ fructus nascuntur, Mantica *d. tit. 12. num. 33.* Tusch. *lit. R. conclus. 1.* sed infecti sunt omnes rami & palmites, Menoch. *consil. 187. num. 9. & seq. lib. 2.* Et nisi actus in principio sumat initium, non potest ex eo ulterior fieri productio, *l. quæcunque. 1. ff. de obl. & act.* Bart. Muscul. *de success. convent. class. 1. memb. 2. num. 244.* Et causâ primitivâ infectâ, inficitur etiam derivativa, ut ait Bald. *in l. fin. C. de V. S.* Matth. de Afflict. *decis. Neapolit. 96. num. 3.* Et ex causæ primæ influxu, operatur & secunda, *arg. l. peto. §. prædium. ff. de legat. 2.* Zas. *consil. 1. num. 107. lib. 2.* Vultei. *1. Marpurg. consil. 22. num. 47.* Gail. *2 observ. 1. num. 8.*

Quibus etiam accedit, quod masculi ex fœminis descendentes careant principio producente, fœmina enim non est agens aptum ad operandum transmissionem, licet masculus sit patiens aptum ad confirmandum, si firet transmissio, ut ait Forster. *de success. lib. 4. cap. 23. num. 76.* Ideoque sicut prædium medium quod non servit, impedit tamen, *l. qui sella. §. rusticu. ff. de servit.*
248 *rust. præd.* Ita quando de uno extraneo ad aliud fit transitus per medium, si medium illud sit inhabile, transitus impeditur, ut scribit Balduin. *in l. quoties C. de suis & legit.* Forster. *d. num. 76.*

249 Hinc magis in specie, quoad fœminarum exclusionem ab his fideicommissis, mutato sexu, non mutatur ratio exclusiva, Bald. *in l. maximum vitium. C. de liber. præter.* Forster. *d. cap. 23. num. 77.* Aguir. *d. part. 3. num. 34.* Fusar. *d. quæst. 404. numero 3.* quæ hic est familiæ & agnationis conservatio, *su-*
250 *pra num. 128. cap. 7. num. 1.* Ex fœminâ autem descendentes masculi non sunt de familiâ & agnatione testatoris sive avi materni, sed patris sui, *l. familiæ. 196. §. fin. ff. de V. S.* Nicol. Noal. *de transmission. cas. 33. num. 4.* Nec matris insignia ferunt, *argum. l. jus familiarum. 8. C. de religios.* Maranta *consil. 7. num. 18.* Franc. Pfeil *consil. 78. num. 161. cent. 1.* Tiraquel. *de nobilitat. cap. 18. num. 21.* Josias Nolden. *de stat. nobil. cap. 11. num. 10.* Bon. de Curtil. *d. part. 4. num. 27.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 14. num. 38. seq.* Höping. *de jur. insign. cap. 7. num. 51. seq.* Nec matris, sed patris dignitatem & Nobilitatem obtinent, Felin. *in c. novit. vers. utrum Nobilitas. X. de judic.* Bon. de Curtil. *de nobilitat. cap. 18. numero 23. & seq.* Tiraquel. *de nobilitat. cap. 18. numero 20. & seq.* Joan. Lecirier. *de primogenit. quæst. 12. num. 29. lib. 2.* Friz. *de nobilitat. conclus. 20. lit. a.* Noal. *de transmiss. cas. 23. num. 52. seq.* Nolden, *d. cap. 11. num. 3. & seq.* nec matris

tris cognomen assumunt, Bon. de Curtil. *de part. 4. num. 28.* Imò nec masculum censendum esse, qui ex fœmina natus, quantum ad successionem & exclusionem aliorum masculorum, respectu ipsius fœminæ, tradunt Bald. *in auth. si quas ruinas. & ibi* Salicet. *C. de SS. Eccles.* Salicet. *in l. 1. & ibi* Castrens. *C. de condit. insert.* Iason. *in l. Gallus. §. nunc de lege. ff. de liber. & posthum.* Phil. Dec. *in C. præsentia. X. de probat.* Forster. *de succession. lib. 1. cap. 23. num. 8.* Tiraquel. *de jure primogen. quæst. 13. num. 6. & ibi allegat. plures.* Aguir. *apolog. part. 3. num. 24.*

Atque hinc etiam privilegia concessa posteris, non intelligi concessa 251
descendentibus ex fœminis, manifestum est *ex l. 1. §. fin. l. immunitates. 4. ff. de jur. immunitat. l. vacatio. 13. ff. de muner. & honor.* Forster. *de success. lib. 4. cap. 23. num. 74.* Et quemadmodum filius illegitimus patri non succedit, ita nec ne- 252
pos, etiamsi legitimus, adeo, ut nec ab avo hæres institui possit, legitimâ sobole existente. Bald. *in l. si quis incæsti. C. de incæst. nupt.* Alex. *in l. Gallus. § quid si is. ff. de liber. & posthum.* Specul. *in tit. de successiones ab intest. vers. quid ergo si habens.* Cyn. *in l. fin. C. de natur. liber.* Forster. *de cap. 23. num. 77. & cap. 16 num. 9.* Nec masculi ex fœminis nati in feudis succedunt, *cap. 1. de success. fratr. 2.* 253
Feud. 11. & c. 1. §. hoc autem notandum. 3 1. Feudor. 1. Bald. *in auth. si quas. C. de SS Eccles.* Salicet. *in l. 1. ff. de condict. in deb.* Alex. *in l. ex facto. §. fin. & ibi* Ripa *num. 3. ff. ad SC. Trebell.* Jason. *in l. 2. num. 206. C. de jur. emphyt.* Bald. *consil. 205. vol. 5.* Angel. *consil. 321.* Dec. *consil. 239.* Menoch. *consil. 443. num. 81.* Guid. Pap. *decis. 133.* Moz. *de substant. feud. num. 80.* Schrader. *de feud. part. 7. cap. 4. num. 3. vers. secundo.* Forster. *d. caput. 23. num 49.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 9. num. 27. & 1. Marpurg. consil. 23. num. 3.*

Hinc etiam superioribus temporibus Angliæ Rex Eduardus III. Phi- 254
lippi Galliarum Regis, cognomento Pulchri, ex Isabella nepos, Carolo Formoso avunculo suo nullis masculis hæredibus superstitibus defuncto, Philippo Valesio, agnato remotiori cedere fuit coactus, Besold. *dissertat. nomico-polit. lib. 1. dissertat. 12. num. 3.* Nicol. Betsius *de pact. famil. illustr. cap. 8. fol 464. & sequentib.* Ubi hosce versiculos inde natos recenset, ex parte Angliæ:

Anglorum regno sum Rex ego jure paterno,
Matris jure quidem Gallorum nuncupor idem, &c.
Hinc est armorum variatio justa meorum.

Quibus ex parte Gallorum ita responsum:

Prædo regnorum qui diceris esse duorum,
Regno materno privaberis atque paterno,
Mater ubi nullum, ius natus non habet ullum,
Hinc est armorum variatio fulta tuorum.

Sed quid si fideicommissum familiæ conservandæ causa à fœminâ fue-
255 rit constitutum, an fœmina in eo succedet? Et ipsam succedere indè dicendum videtur, quod verba intelligi debeant, secundum conditionem & qualitatem personæ disponentis, *l. plenum. 12. §. equitii ff. de usu & habit. l. ex pacto. 17. §. si quis rogatus. ff. ad SCt. Trebell.* Menoch. *4. præsumpt. 85. num. 5.* Socin. *in l. cum avus. num. 46. vers. tertius casus. ff. de condit. & demonstr.* & fœmina non præsumatur odio habuisse sexum suum, Anchor. *consil. 329. col. 5. vers. 3. quod pro-*
256 *les.* ac in habentibus symbolum facilior fit transitus, secundum Aristot. *de generat. & corrupt. lib. 2. cap. 4. per l. an utilis. 8. §. acceptum. ff. de acceptilat.* Me-
257 noch. *de præs. 85. num. 7.* Ex quo etiam, si à fœmina feudum concessum in dubio etiam pro fœminis concessum esse intelligi, respondit Anchoran. *de consil. 339. d. vers. 3. quod proles* Socin. *in d. l. cum avus. d. vers. tertius casus.* Bald. *in c. 1. not. 1. de feud. fœm.* Ripa. *consil. 74. lib. 1.* Rol. à Valle. *consil. 76. lib. 3.* Menoch.
258 *d. præs. 85. num. 5. & seq.* Et quando maioratus à fœmina institutus, nunquam in casu dubio, fœminam propter masculos remotiores ab ejus successione excludendam esse, consulunt. Anchoran. *consil. 339. col. 5. vers. 3. quod proles.* Roman. *consil. 363.* Socin. *in l. Gallus. §. nunc de lege. col. fin. ff. de lib. & posthum. & in d. l. cum avus. num. 46. vers. tertius casus. ff. de cond. & demonstr.* Jason. *consil. 117. col. 2. lib. 4.* Dec. *in l. fœminæ. num. 98. ff. de R. I.* Tiraquel. *de jur. primogen. quæst. 10. in fin.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 5. num. 73.* idemque in fideicommissis procedere, si masculus & fœmina simul majoratum instituerint, ut in dubio uterque sexus intelligatur vocatus, tradunt Socin. *in l. cum vir uxori ff. de condit. & demonst.* Boer. *decis. 277. num. 2.* Molin. *d. l. num. 74.*

Verum contrarium, quod licet fideicommissum à fœmina institutum, fœminæ tamen in eo non succedant masculis agnatis existentibus, varius mi-
259 hi videtur, cum etiam fœminæ respectum ad familiæ & agnationis conservationem habeant, & filios plus diligere soleant, quam filias, ut *supra cap. 3. num. 46. & seq* dictum est, cum ergò fœminæ familiam non conservent, eas quo-
260 que masculis agnatis extantibus, vocatas non censeri, præsumitur. Et cum hoc casu fœmina etiam respectum ad familiæ cõservationem habuerit, ipsam quoque fœminas ab earum successione exclusas & horum fideicommissorum

rum naturæ, jurisque communis consuetudinis & statuti dispositioni (quæ fœminas ab iisdem excludit) accommodare voluisse, censetur, per *l. quæro. 54. §. inter locatorem ff. de locat. l. quidam cum filium. ff. de V. O. l. 2 ff. de pact. dot. l. si duo. 38 in fin. ff. de adquir. hæred. l. si stipulatus. 4. §. verum. ff. de usur.* Decian *consil. 64. num. . lib. 3.* Forster. *de success. lib. 3. cap. 19. num. 8. & num. 29.* ubi addit, quod quilibet magis agnationi suæ & masculis descendentibus, quam fœminis prospicere intelligatur, *argum. l. peto. 69. §. fratre. ff. de legat 2. l. pater. 3?. § pater filios ff. de legat. 3.* Ita etiam si fideicommissum à masculo & fœmina simul institutum, masculum fœminæ præferendum esse, colligitur ex eo, quod quando mulier in aliquo officio cum masculo concurrit, masculus fœminæ præfertur, *l. 1. de senat.* Dec. *in l. fœminæ 50. ff. de R. I. & consil. 568. num. 5.* Menoch. *4. præs. 5. num. 19.*

Atque ita contrariam sententiam procedere, quando masculi non extant, ut fœminæ succedant, censeo, quod etiam tradit Tiraquel. *d. quæst. 10. in fin.* Et indubitata est conclusio, quando habito respectu ad familiam, aliquid relinquitur masculis & fœminis, quod masculi fœminis præferantur, & masculis extantibus, fœminæ non admittantur, *l. fin. C. de impub. & aliis subst. l. si mulier cum liberis. ff. de usufruct. accresc.* Bartol. *in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de lib. & posthum.* Georg. Everhard. *v. 1. cons. 52. num. 1.* Sicuti etiam si feudi investitura facta pro masculis & fœminis, masculis extantibus fœminæ non admittuntur, *c. 1. §. quin etiam 1. lib. 1. feud. tit. 6. & tit. 8. §. fin. & 2. feud. 17. & 51. §. similiter 3.* Zas. *de feud part. 8. n. 44. & seq.* Menoch. *cons. 65. n. 37.* Wesembec. *de feud. cap 6 n 22. vers. quarto. & cons. 74. n 21* Goedd. *2. Marpurg. cons. 25. n. 109. & seq.* Vultei. *de feud. 1. cap 9. num. 49. & ibi alleg.* 261 262

Nec contrariatur hic concedentis personæ qualitas, siquidem ex eo, quod agnationi & pro familiæ conservatione fideicommissum constitutum à fœmina, præsumitur eam fœminas ab eo excludere, & solos masculos, qui familiam conservant, succedere voluisse. Ex quo etiam non considerandam esse qualitatem sexus concedentis, ut feudum sit proprium vel improprium scribit per *§ fœminarum. quoque 2. Feud. 3.* Dn. Bocer. *de success. feud. cap. 3. quæst. 38. in fin.* Ubi etiam docet, si feudum à fœmina masculo concessum, in eo tamen fœminam non succedere, quod etiam tradunt Hart. Pistor. *lib. 2 part. 2. quæst 34. num 28.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. concl 38. num 15. & seq.* Vultei. *lib. 1. de feud. cap 9 num. 40 in fin.* 263 264

265 Quamvis autem fœminæ, masculis extantibus, in his fideicommissis familiarum Nobilium non succedant, secus tamen est, si masculi nulli ex testatoris sive institutoris familia & agnatione extent, tum enim fœminas in iisdem

dem succedere non dubito, & tradunt Grassus. §. *fideicommissum. quæst.12. num. 5.* Gomez *1. var. resol. cap. 5. num. 2*. Michael ab Aguir. *apolog. part. 3. num. 36.* Besold. *part. 3. consil. 103. num. 1. & seq.* Vultei. *4. Marpurg. consil. 54. num. 93. & seq.*

266 Quia tunc cessat ratio exclusionis, agnationis nimirum conservatio, cum nulli supersint agnati, atque ideo ipsa exclusio cessabit, cum generalis sit regula, quod cessante causa cesset effectus & cessante causa dispositionis privilegii, prohibitionis, favoris, exclusionis, renunciationis, ipsa cesset dispositio, privilegium, prohibitio, favor, exclusio & renunciatio, de qua *infra cap. 16. num. 17. seq.*

267 Atque hoc juri quoque divino Mosaico consentaneum, quo constitutum, ut masculis deficientibus fœminæ aliàs exclusæ, admittantur, *Numer. cap. 27. v. 3. & seq* Molina *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 4. n. 1.* Uti & juri naturali, quo nulla agnationis & cognationis diversa ratio, Molin. *de cap. 4. num. 3.*

268 Hinc quoque quando statutum extat fœminas propter masculos excludens, nihilominus tamen masculis deficientibus, fœminas admitti, communis Doctorum est conclusio, Socin sen. *cons. 217. n. 5. in fin. & n. 6. vol. 2. & cons. 63. n. 15. vol. 1.* Ruin. *cons. 154. n. 3. vol. 2.* Gozadin. *cons. 79. n. 7. seq.* Cephal. *cons. 252. n. 23.* Bald. *cons. 260. vol. 2.* Mynsing. *cons. 57. n. 10.* Vultei. *4. Marpurg. cons. 51. n. 106. & seq.* Man-

269 tic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit 12. n. 7.* Et in renunciationibus fœminarum idem obtinere, ut masculis deficientibus fœminæ admittantur, tradit Bartol. Muscul. *de succesion. convent. class. 1. membr. 2. n. 269 & seq.*

270 Ita etiam in jure primogenituræ & majoratus, masculis deficientibus fœminæ admittuntur Aretin. *in l. pater filium. §. quindecim. ff. de legat. 3.* Roman. *consil. 98.* Dec. *in l. fœminæ. num. 112. ff. de R. I.* Covarruv. *var. resol. lib 3. cap. 5. num. 5.* Curt jun. *de feud. part 2. num. 18.* Tiraquel. *de jur. primogen. quæst. 10. num. 18. & seq.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 4. num. 4.* Peguer. *decis. 115. num. 7.*

271 Etiam in Regnis, Ducatibus, Comitatibus & Baroniis, Andr. de Isern. *in cap. 1. num. 2. de eo quæ sibi & hæred.* Cynus *in auth. post fratres. C. de legit. hæred.* Bald. *in l 1. C. de senator.* Dec. *in l. fœminæ. num. 3. ff. de R. I. & consil 269. num. 2.* Molin. *d. cap. 4. num. 5. & seq.* Et sic quoque Austriæ Archiducatus, in defectu masculorum, ad filiam seniorem devolvitur, ex speciali privilegio Imper. Friderici II. quod extat apud Goldast. *tom. 1. constit. fol. 86.* Idem de Ducatu Juliacensi & Clivensi, quod in eo, masculis deficientibus, fœminæ succedant, testatur Knichen. *de vestit. pact. 1. cap. 10. num. 8. & seq.* Eademque consuetudo recepta est in Regno Angliæ, Hispaniæ, Navarræ, Poloniæ, teste Choppin. *de doman. reg. lib. 3. tit. 1.* Lusitaniæ, Siciliæ, Neapoleos, Scotiæ, Schleidan. *in descript. Gall. præfixa Commentar. Cominæi.* Ex quo etiam ab ultimo agnato bona

bona hujusmodi fideicommissaria alienari posse dictum est, *infra c. 11. n.440.*

Atque hoc etiam colligitur ex verisimili mente ipsius disponentis, sive fideicommissum instituentis, qui si interrogatus fuisset, quem præferre vellet, eo casu, quando omnes de agnatione filiorum suorum mortui essent, utique non extraneos ullos, sed proprias filias, vel neptes responsurus fuisset, Besold. *part. 3. consil. 103. num. 5.* Cum major sit affectio erga cognatos & consangui- 272
neos, quam extraneos, *l. omnia. §. in fideicommisso. ubi* Alciat. *ff. de legat. 2. l. qui fundum. § qui filios. ff. ad L. Falcid.* Bartol. *in l si mater. § si filius. ff. de vulg. & pupill.* Reusn. *decis. 7. num. 61. seq. vol. 4.* præsertim verò parentum erga liberos & descendentes suos, utpotè quæ tanta, ut nullus amor vincat paternum, *l. fin. C. de* 273
curat. furios. Decian. *consil. 54. num. 4. vol. 2.* Vultei. *4. Marpurg. consil. 54. num. 124.* At verò in omni dispositione illud actum esse intelligitur, quod est verisimi- 274
le, Bursat. *consil. 432. num 64. vol. 4.* Menoch. *consil. 306. n. 6. & consil. 374. n. 44. vol. 4.* Magon. *decis. Flor. 66. num. 22.* omnisque dispositio intelligi debet, secundum affectionem & charitatem, quam disponentes erga personas habuerunt, & quælibet dispositio in favorem eorum, erga quos quos affectio fuit, ita restringi debet, ut magis dilectus melioris sit conditionis, *supra cap. 6. num. 144.* illudque in dubio pro disposito & expresso habetur, de quo si dispo- 275
nentes interrogati, verisimiliter responsuri fuissent, *supra num. 74.* Neque enim verosimile est, quod quis successionem alienam suæ propriæ anteponere voluerit, *l. cum acutissimi. C. de fideicommiss. l. cum avus. ff. de condit. & demonstrat.* sed quisque suis hæredibus prospicere voluisse præsumitur, *c. 1. X. de eo qui sibi hæred.* & votum est parentum naturale, ut bona ad suos liberos deveniant, *supra num. 139.*

Hinc quoque licet vulgò asseratur, quod fœmina à successione semel ex- 276
clusa per masculi existentiam, in perpetuum exclusa intelligatur, etiamsi postea masculi deficiant, sicuti volunt, per *c. 1. §. filia vero. de success. feud. & §. quin etiam tit. Episc. vel Abbat.* Bart. *in l. fin. § quando in pendenti. quæst. 1. ff. ad SC. Tertull.* Natta *in c. quamvis. num. 42. de pact. in 6.* Castrens. *consil. 290. vol. 2.* Corne. *consil. 160. vol. 4.* Socin. *consil 33. vol. 3.* Curt. *de feud. part. 3. num. 13. & seq.* Alb. Brun. *de stat. fœm. exclud. art. 10. quæst. 5.* Bocer. *de invest. feud. cap. 5. num. 62. seq. & de success. feud. cap. 3. quæst. 4.* Borcholt. *de feud. part. 2. cap. 7. num. 36.* Schrader. *de feud. part. 7. cap. 4. num. 83.* Fachin. *7. controv. cap. 45.* Joh. Harpprecht. *ad princ. n. 196. seq. I. de hæred. quæ ab intest.* & sic lineam semel exclusam perpetuo exclusam censendam esse Molin. *de Hispan. primogen. lib. 1. cap 6. num. 22.* Forster. *de success. lib. 3. cap. 14. num 1. & seq.*

Contrarium tamen & fœminam non in perpetuum exclusam esse sentiunt

tiunt Matth. de Afflict. *in d. §. quin etiam. Episc. vel Abb.* Sonsbec. *de feud. part. 9. n. 130. seq.* Clar. *§. feudum. quæst. 8. n. 2.* Pistor *lib. 2. quæst. 36. n. 5. seq.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. concl. 69.* Vultei. *1. feud. 9. n. 53. seq.* Mynsing. *5. obs. 74. n. 8.* Forster. *de success. lib. 3. cap. 14. in fin.* Heig. *part. 1. quæst. 26.* Besold. *dissert. nomico polit. lib. 1. dissert. 1. n. 17. & ibid.* Valent. Volz. *in consil. ad fin annex. per tot.* Et horum quoque sententiam in fideicommissis familiarum approbandam esse censeo.

Quamvis enim ponamus priorem sententiam in feudis obtinere, ibidemque fœminam ejusque lineam semel exclusam, perpetuò exclusam censeri, aliud tamen in hisce familiarum Nobilium fideicommissis obtinet, cum in his diversa sit ratio, quam in bonis feudalibus, utpote in quibus fœminæ regulariter, & secundum feudi naturam non succedunt, secus verò in bonis
277 allodialibus, in quibus fœminæ de jure naturali & communi regulariter unà cum masculis succedunt, & sic fundatam intentionem habent, *l. maximum vitium. C. de liber. præter. l. lege duodecim tab. C. de legit. hæred. l. cum ratio. in princ. ff. de bon. damn. l. scripto. in fin. ff. unde liber. l. in suis. ff. de liber. & posthum.* Forster. *de*
278 *success. lib. 3. cap. 15. num. 24.* Mynsing. *resp. 97. num. 18.* Et proindè res quælibet facilè ad primævam suam causam & naturam redit, *c. ab exordio. & ibi* gloss. *Dist. 35. l. 21. §. si quis. C. de testament.* Vasqui. *illustr. contr. 56. num. 4.* Fideicommissa autem hæc bonorum allodialium naturam obtinere & successionem eorum secundum jus commune civile regulari, constat ex dictis *infra cap. 9. num. 5. & seq.*

Adhæc causa, quare fœminæ in feudis non succedant, perpetua, in fideicommissis verò familiarum temporalis duntaxat est, familiæ nimirum & agnationis favor, quo masculi prærogativâ quadam utuntur, quo ergò cessante, & masculo nullo de familiâ & agnatione existente, ipsa quoque exclusio cessat, & fœmina, aliâs successionis capax, admittitur, Knichen *de vestit. pact. part. 1. cap. 3. num. 122. & cap. 4. num. 72.* Muscul. *de success. convent. class. 1. membr. 2. num. 279.*

279 Atque hæc multò magis procedunt, si in fideicommissi institutione dictum fuerit, *donec*, vel *quamdiu* masculi de familiâ supersunt, So lange der Mannstamm wäret / sive, So lange / oder wo Männliche Erben vorhanden / siquidem major & sanior pars Ictorum concludit, quod fœminæ exclusæ à successione sub dictione aliquâ suspensiva, *donec, quamdiu, quousque, quoad*, non intelligantur exclusæ perpetuo, sed deficientibus quandocunque masculis, ad successionem admittantur, earumque jus redintegretur, Bartol. *in l. fin. § fin. num. 2. vers. in contrarium. ff. ad SCt. Tertull.* Salicet. *in l. 2. & ibi* Alex. *C. de liber. præter.* Cacheran. *decis. Pedæm. 23. num. 51.* Gail. *1. obs. 148. n. 5.* Anchoran. *cons. 122. n. 12.*

Ruin.

Ruin. *conſ 9.n.7.ſeq.vol.1.* Menoch. *conſ.105.n.17.vol.1* Vultei. *4.Marpurg.conſ.54.*
n.105.ſeq. Forſter. *de ſucceſſ.lib.3.cap.15.n.2.& 5.* Tuſch. *lit.S.concl 663.n.21.& ſeq.*
& n.35. & lit.E.concl.433.num.18. Socin ſen. *conſil: 64.n.3.vol.1.* ubi dicit magis
communem eſſe opinionem, quod filia dotata, ſtatuto excluſa, non in perpe-
tuum, ſed tantùm temporaliter excluſa ſit, videlicet donec maſculi ſuperſunt,
quibus deficientibus redintegratur ad ſucceſſionem, referente Gail. *d. obſ. 148.*
num.5. Mynſing. *reſponſ 9. num.10.* ubi dicit, quod ſtatutum illud, wo Männliche
Erben vorhanden / non excludat filiam ſimpliciter ab hæreditate paternâ, ſed
certo modo, per exiſtentiam quarundam perſonarum, & earum reſpectu ac
favore agnationis, ad tempus impediat, &c. ubi addit, temporalitatem ad
excluſionem perpetuam trahere, jure impermiſſum eſſe, *l. epiſtola. §. fin. ff. de*
pact. Indeque infert, fœminam iſtam, de cujus excluſione agebatur ab hære-
ditate parentum non fuiſſe prorſus excluſam, ſed ſolùm ejus petitionem ſu-
ſpenſam, ſcilicet quamdiu maſculi ſupervixiſſent, addens, quod jus maſculo-
rum faciat quidem dormire interim, ſed non exſpirare vel extinguere hære-
ditatem filiarum, & ideò meritò filias interea decedentes transmittere jus il-
lud, quod habent habitu, licet non actu, *argum. l. milites. §. fin. & l. ſeq. ff. de re*
milit. l. liber homo §. fin. ff. de ſtipul. ſerv. l. fin. § 1. C. de curat. fur. l. Lucius Titius. ff.
de jur. fiſc. Neque, quia lex vel ſtatutum filiam ad tempus ſuſpendendo onerat, 280
ideò privat, aliud enim ſuſpendere, aliud tollere, *l. ſi unus. § 1. de pact. l. cum hic*
ſtatus. § ſive autem ff. de donat. inter vir. Quod enim abſtulerat de earum hæredi-
tate concurſus maſculorum, id ipſum reſtituit obitus eorum, ut ait Bald. *conſ.*
426. lib.3. & quæ tempore ſuſpenduntur, eo finito, ad naturam ſuam redeunt,
Clem. 1. de decimis.

Et hinc quoque ſtatutum, conſuetudinem & privilegium excludens fœ-
minam à ſucceſſione, eam non excludere ſimpliciter, ſed ad tempus, nempè
donec ſuperſtites ſint maſculi, ideoque nullâ amplius exiſtente prole maſculâ,
reduci ad ſtatum, quem de jure communi habet, ſcribit Mynſing, *d. conſ. 97. n. 15.*
Quia cum contemplatione maſculi fiat excluſio mulieris, excluſa cenſetur, ſi,
& quamdiu ſupereſt maſculus, *arg. l. uxorem. § hæres. l. pater. in princ. ff. de legat.*
l. ſervo alieno. § ſi quis poſt tempus. ff. de legat. 1. Bald. *conſ. 43. vol. 2.*

Quibus etiam accedit, quod voculæ iſtæ, *donec, quamdiu, quoad, quousque,* & 281
ſimiles ex naturali & genuinâ ſuâ vi & ſignificatione temporis ſuſpenſionem
& temporalitatem quandam inducant, & loquentis diſpoſitionem reſtrin-
gant, Burſat. *conſ. 133. n. 1.* Natta. *conſ. 459. n. 16. vol. 2.* Pariſ. *conſ. 2 , n. 16. vol. 2* Vul-
tei. *4. Marp. conſ. 54. n. 111* & tale ſtatutum non eſſe excluſivum fœminarum, ſed
ſuſpenſivum ſucceſſionis fœminarum ſcribit Bald. *conſil 69. verſ. in contrarium,*
lib. 1. Tuſch. *lit. 8. concl. 665. n. 2.*

282 Ad hæc in jure expeditum est, ablativos absolutos, veluti stantibus masculis, inducere vel resolvi in conditionem *l. si debitor. 4. §. si in venditione. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv. l. debito. 59. pr. ff. ad SC. Trebell. l. si paterfam. 40. ff. de hæred. instit. l. evictis. 18. de usurp. l. fideicommissa. 11. §. cum esset. ff. de leg. 3. l. acceptis. 93. ff. ad L. Falcid.* Bartol. *in l. ab emptione. ff. de pact.* Forster. *de success. lib. 3. cap. 15. num. 6. & seq.* & in statutis masculis existentibus fœminas excludentibus, ablativos absolutos conditionem inferre, tradunt Laur. de Palat. *tract. quod stant. mascul.* Decian. *consil. 16. num. 34. & 35. l. 1.* Brun. *de stat. fœm. exclud. art. 10. quæst. 5. num. 75.* Forster. *d. cap. 15. num. 8.*
283 At verò conditione vel casu disposito deficiente, deficit ipsa dispositio, *l. cum ex filio. l. si ita quis. ff. de vulgar. & pupill. l. si extraneus. ff. de condit. & demonstr. Angel. consil. 92. num. 5.* Corne. *consil. 1 9. vol. 3.* Gœddæ. *4. Marpurg. consil. 54. num. 11.* Et conditione deficiente, deficit ipse actus, perindè ac si nunquam in rerum naturâ fuisset, *l. qui hæredem. l. Mævius. ff. de condit. & demonstr. l. pecuniam. & ibi Alex. num. 4. ff. si cert. pet.* Bursat. *consil. 151. num. 6.* Paris. *consil. 31. num. 17. vol. 4.* Cacher. *decis. 50. num. 12.* Vultei. *4. Marpurg. consil. 24. num. 17.*

284 Hinc fœminam à majoratus successione semel exclusam non censeri perpetuò exclusam, sed solùm exclusionis causâ durante, suspensam, eaque deficiente, & masculo non existente, admittendam esse tradit Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 6. num. 22. & lib. 3. cap. 5. num. 72.* Et in Regnis quoque fœminam semel exclusam, haut perpetuò exclusam censeri, expeditum esse scribit Besold. *lib. 1. polit. cap. 6. num. 39.* Quod etiam in renunciationibus fœminarum in favorem agnatorum factis procedit, ita ut licet semel per masculos fuerint exclusæ, postea tamen masculis agnatis extinctis, nihilominus ad hæreditatem, cui renunciarunt, admittantur, sicuti probavi *in tract. de ord. Equestr. jurib. lib. 3. cap. 12.*

Quando autem semel ad hujusmodi fideicommissorum successionem admissa, ipsum fideicommissum evanescit, & bona ista ad primævam suam naturam liberam redeunt, & alienari possunt, quia hoc casu cessat ratio prohibitæ alienationis, & sic ipsa prohibitio, per dicta *infra cap. 16. num. 17. seq.*
285 Et paria sunt non esse causam, & eam esse finitam per *l. 1. ff. de condict. sine caus. l. nihil interest. ff. de naut. fœn.* & quæ ab initio valent, si per eum perveniunt casum, à quo incipere nequeunt, vitiantur, *l. inter stipulantem. 83. §. sacram. ff. de V. O. §. item contra. I. de inutil. stipulat.* Quod idem quoque est, si res fideicommissaria ad extraneos semel legitimè pervenerit, ut dicetur *infra cap. 11. num. 496.*

286 Nihil autem interesse puto, si masculi de familiâ & agnatione instituentis

tis nulli existant, an masculi vel fœminæ ex fœminis descendentes supersint, sed hoc casu masculos cognatos fœminas non excludere, sed proximitatem attendendam, vel si gradu pares sint, fœminas cum masculis admittendas esse censeo, quia hoc casu ratio quare masculi fœminas excludunt, familiæ nimirum & agnationis conservatio, cessat, & sic ipsa etiam successionis exclusio, & res, sive bona ista ad primævam suam naturam & libertatem redeunt, & consequenter juxta juris communis constitutionem fœminæ unâ cum masculis succedunt. *l. maximum vitium. C. de liber. præterit.*

Sed quid si res fideicommissariæ, vel ex concessione instituentis, vel eorum quorum interest, consensu accedente, justâ aliquâ de causâ vendantur, 287
anne fœmina aliâ exclusa ad pretii successionem admittenda? Et dubium facit, quod licet fœminæ regulariter in feudis non succedant, eo tamen casu, quo masculis non existentibus ad ejusdem successionem admittuntur, si feudum interea, dum ipsarum jus in suspenso est, vendatur, ipsas in pretii successionem admitti, nonnulli sentiant, per tradita Rosenth. *de feud. cap. 7. concl. 13. n. 31. lit. Z. vers. sane casu quo filiæ.* Sed hoc non attento, fœminam nec in pretium succedere, verius mihi videtur; quia pretium succedit in locum rei, ita ut ei cedat, cujus vel ipsa res propria vel debita, vel ejus esse aut fieri debeat, & qui petit jure petere, ejusque nomine actionem habere possit, *l. Labeo. 14. vers. quia videtur. ff. de V. S. l. si vendidero. 80. §. 1. ff. de furt. l. si grege. l. grege ff. de legat. 1. l. plane. §. quod si rem. 22. ff. de petit. hæred. l. Imperator. §. fin. ff. de legat. 2. l. res in dotem. ff. de iur. dot. l. mater. C. de rei vind.* At masculis existentibus, fœminis bona hæc fideicommissaria non debentur, neque eorum nomine actionem aliquam, vel in rem, vel in personam habent, nec intentare possunt. Et cum nec ipsa res fideicommissaria fœminis debeatur, ergò nec pretium ipsis debebitur, sed illis tantùm, quibus res ipsa debetur. Nec attendendam, quod masculis deficientibus, fœminæ ad hæc fideicommissa admittantur, quia jus hoc tantùm in spe nudâ, non etiam in re consistit, quamvis autem spes certa in re, vel jure præterito vel præsenti con- 288
sistens & radicata considerabilis, & de eadem judicetur, quod de re ipsâ & jure adquisito, Cephal. *cons. 381. n. 6. lib. 3.* Aretin. *cons. 3.* Tusch. *lit. I. conclus. 629. n. 9.* Secus tamen est, quoad spem nudam, qualis illa, quam liberi in bonis parentum aut legitimâ habent, quæ tota ex futuro eventu dependet, *l. 1. §. si impubere. 17. & ibi* Bart *ff. de collat. bon.* Toming. *decis. 41. n. 12.* vel quando aliquid sub conditione legatum est, Gail. *2. obs. 32.* & sic etiam hæc, quam fœminæ in his bonis fideicommissariis habent, quæ, ut non est considerabilis, ita etiam nullum jus, nullamque actionem producere

cere potest. Arnold. Engelbrecht *de success. in Elector. ex jur. primog. conclus.30.*

Ex quibus etiam fœminam feudi capacem, per masculorum existentiam exclusam & suspensam, à pretio quoque ex feudi venditione redacto, exclusam esse probat Gœddæ. *1.Marpurgens.cons.25 n.131.seq.*

Quamvis autem fœminæ in bonis fideicommisso subjectis non succedant,
289 secus tamen est, quoad impensas & meliorationes in rem fideicommissariam factas, has enim cùm fideicommissi possessor suos faciat & sibi lucretur, ideò etiam easdē ad hæredes suos legitimos, & sic etiam fœminas transfert, exem-
290 plo feudi, in quo licet fœminæ non succedant, ad meliorationes tamen in re feudali factas & fructus si vasallus moriatur, vel feudum Domino aperiatur, admittuntur, per *c.1.§.si vasallus.2.feud.28.* gloss *in l.divortio.in pr.ff.solut.matri.* Decian *resp.58 n.66.vol.2.* Paris. *cons.4.n.40.vol.1.* Borcholt. *de feud.c.7.part.2.n.73.* Pistor. *2.quæst.37.n.57.* Gœddæ. *1.Marpurgens.cons.27 n.124.* Schrad. *de feud.cap.9.part.2.sect.2.n.51.& n.60.& part.7.cap.3.n.7.* Menoch *recuper.possess.rem.15 n.506.* Adeo ut ratione meliorationum & fructuum extantium, si sint in possessione, retentionem habeant, Schrad. *d.l.* Rosenthal. *de feud.cap.7.concl.54.n.2.* Vulrej. *1.feud 9.n.56.* Gothofr. Anton *disput.feud.6.concl.7.lit.a.*

Idem quoq; est quoad fructus, quos itidē fideicommissi possessor lucratur & ad hæredes suos, & sic etiam fœminas, transfert, de quibus *inf.c.10.n.33.seq.*

291 Porrò II. in hæc familiarum Nobilium & Illustrium fideicommissa non succedunt Spurii, Peregrin. *de fideic.art.12.n.83.* Fusar. *de fideicommiss.substit.quæst.354.n.3.* quales sunt, qui ex meretrice sive muliere vulgari, que publicè corpus suum libidini prostituit, concepti & progeniti sunt, *l.vulgò concepti.23.*
292 *ff.de stat.hom.l quique.4.in fin.& ibi* Bald. *ff.de in jus voc.* Harpprecht. *ad §.si adversus.12.n.5.& seq.I.de nupt.* Quia spurius patrem non habet, *l.vulgo.23.ff.de stat.hom.* & sic non est de agnatione & familiâ *l.2.l.si spurius.4.ff.unde cognat.§.vulgò quæsitos.4.I.de success cognat.* Forster. *de success.lib.6.cap.47.n.1.& seq.* Molina *de Hispan primogen.lib.1.cap.4.n.45.* Peregrin. *de fideicommiss.art.22.n.83.* Tiraquel. *de retract.§.1.*gloss.*8.n.4.& 6.* Nec dicitur filius, nec agnatus, nec cognatus genitoris, Bald. *in l.humanitatis.9.C.de impub.& aliis substit.* Molin. *d.n.45.* Nec reputatur persona conjuncta Bald. *in l.cum acutissimi.30.C.de fideic.* Innocent. *in c.nonnulli.28.X.de rescript.* nec ullum agnationis jus cum patre, vel agnatis pa-
293 ternis, contrahit, *l.communium.C.de natur.lib.* Peregrin. *d.art.22.n.82.*

Unde licet matri, & per lineam maternam descendentibus succedat spurius, ad patris tamen sive genitoris hæreditatem nullo modo admittitur, *d.l.vulgo.23.de stat.hom.§.si adversus.12.I.de nupt.l.quia semper.ff.de in jus voc.*

d. l.

d.l.2.l.si spurius.4.l.Modestinus.8 ff. unde cognat. §.novissimè. 1. de Sct.Orfic. Ipsique à patre nihil testamento donari vel relinqui potest, & instituto spurii ipso jure nulla est, Forster. d.cap.47.num.4.seq. nihilque spurius à patre, nec ex causâ lucrativa, nec ex onerosâ, neque per se, neque per interpositam personam capere potest, l. hac edictali. C. de secund. nupt.l.1. & ibi Bart Salicet Bald. C. de natural. lib.4.l.quod conditionis. ff.de d. nat.caus. mort.l.nec per se. C.de hæred. instit. Forster. d.l.n.9. Molin. de Hispan.primog. lib.2 cap.11 n.27.seq.

Hinc quoque arma & insignia familiæ paternæ ferre non possunt Bart. tract.de insign & arm.n.11. Guid.Pap. decis.380.n.2. Boër.decis.127 n.20. Hippol.à Collib.nobil.axiom.33. Menoch.4.præsumpt.88.n 13. Theod.Höping.de jur.insign.c.17.n.98. Imò si mater sit persona Illustris, quæ alios liberos legitimos habeat, neque ex testamento, neque ab intestato, neque ex liberalitate inter vivos habitâ, ab ipsâ aliquid spurii accipiunt, l.si qua illustris.5.C.ad Sct. Orfician. Forster. de success l.6.c.48.n.2. Harppr. ad pr.n.339.& seq.I. de hæred. quæ ab intest. Quod etiam ad ejusdem aviæ, avique materni hæreditatem extendunt per l. Modestinus. 8. ff.unde cognat. Forster. d.n. 2. in fin. & Harppr. d.princ.n.342. 294 295

Hinc etiam majoratum in spuriis institui non posse tradit Molin. d l.2.c. 11.n.27.& seq. Et filiis vocatis ad fideicomissum, spurios non admitti, tradunt Bart.in l.ex facto. §.si quis rogatus.ff.ad Sct.Trebell.& ibi Alex.n.7. Fusar.de fideic. subst. quæst.314.n.12. Nec spurios facere deficere conditionem fideicommissi, si gravatus sine filiis decesserit, tradunt Bart.in l. ex facto. §.si quis rogatus.n.3. & ibi Alex.n.7. Ripa n 49. & Dd.com. ff.ad Sct.Trebel. Mant.de conject.ult.vol.1.l.11. tit.9.n.23.Peregr.de fideic.art.28.n.44.Fusar. de fideic.subst quæst.405.n.1.& per tot. 296

Imò nec spurium à Principe legitimatum in his fideicommissis succedere, constat ex dictis infra num.350.seq. & cum lex divina spurios planè detestetur Deut. 23. v.2. & ipse Imp. Justin disertè caveat, ne legitimationis beneficium spuriis proficiat Novell. 8. c 5. vers. si autem confusa. & Novell. 89. c. ult. nonnulli indè concludunt, spurios & alios ex illicitis conjunctionibus procreatos à Principe sive Imperatore legitimari non posse, Accurs. in Novell.89. c. ult. in verb. participium. & in l. 1. & ibi Gothofred. C. de natural. lib. & auth. ex complexu. verb. indigni. C. de incest. nupt. ubi tamen addit Accurs. quod si dicat Princeps in rescripto, quod jubeat esse legitimos, non obstante aliquâ lege, legitimationem valere, argum.l.quæris.3.ff.de natal.rest.l.Princeps.31.ff.de legib. l.adoptio.38.ff. de adopt. l.qui in provincia.57.ff. de ritu nupt.c. per venerabilem. 13. X. qui filii sint legit. Qualis spuriorum legitimatio propriè dispensatio dicitur, Forster. de success. l.6. c.35. n.16.seq. & spuriorum legitimationem non valere, nisi Principi legitimanti ipsa species spurietatis (ut loquuntur) nominatim sit ex- 297 298

posita,

posita, tradunt, Cravet. *consil.686.* *Caval. comm.opin.quæst.203.in princip.* Fachin. 3.c.61. Besold. *in delib. ex l.* . *Pandect fol.116.*

299 Indeque concluditur Imperatorem parcè hoc beneficium in spurios collaturum, & ideò parentes non temerè pro legitimandis suis spuriis preces offerre debent, ne fortassis necesse habeant audire à Principe illud cum Faustina: improbum est desiderium tuum *l. accusationis. 10. C. de his quæ vi, metusve caus. gest.* Vel cum Alexandro: juris ordinem converti postulas, *l.2.C. de jurisdict.* Vel cum Victorino: jam pridem vetitum est, quod petis, *l. mortuorum. 12. de religios. & sumpt. fun.* Vel denique cum Charidemo: contra juris formam evidenter postulas *l. non adversus. 15. C. si cert. petat.* confer Bocer. *de regalib. cap.2. num.108.*

300 Nec liberos quoque vulgò conceptos per subsequens matrimonium legitimari, docent Jason. *cons.234. lib.2.* Bald. *in l.eam quam. n.24. C. de fideicommiss.* Forster. *de success. lib.3. cap.30 n.5.* Covarr. *de sponsal. part.2. cap.7. §.1.n.9.* Ruin. *cons.103.n.16.* Alciat. *cons 2.n.11. lib 2.* maximè quoad præjudicium agnatorum vel substitutorum, Mantic *de conject. ult. vol. lib.11. tit.12. n.10. & seq.*

301 Multo minus III. in hæc fideicommissa succedunt liberi incestuosi, adulterini & ex damnato coitu procreati, quales sunt ex incestu, adulterio & nefariis nuptiis geniti, Bartol. *in l.fin C. de his, quæ ut indign.* Forster. *de success. lib.6.*
302 *cap.49.n.1. & seq.* Quia hi neque patri, neque matri, neque ascendentibus per lineam tùm maternam, tùm paternam, ab intestato, vel ex testamento, succedere possunt in tantùm, ut jure nostro civili ne quidem alimenta iis à parentibus debeantur *Novell.74.cap.ult. Novell. 89. cap.ult. l. si quis incesti.6. & auth. ex complexu. & ibi* gloss *C. de incest. & inutil. nupt.* Forster. *d.cap.49.n.6. & seq. & d.cap. 50.n.1. & seq.* Covarruv. *part. 2. relect. de matrim. cap.8. §.6.n 15.* Quod tamen non intelligendum esse de alimentis, sine quibus liberi ejusmodi vitam amitterent, docent Enenckel *d. privil. par. & liber. 7. cap.3. n.17.* Harpprecht. *ad princ. n.347. I. de hæred. quæ ab intest.* Forster. *d.cap.50.n.3. & seq.* Et incestuosus sive damnato coitu natus neque patri neque matri filius dicendus *auth. incestas. C.*
303 *de incest. nupt. arg. l. fin. C. de indict. viduit. toll.* Forster. *d.cap.50.n.13.* Atque ita multò minus sunt de familiâ & agnatione *l. 2. l. si spurius. 4. ff. unde cognat.* Forster. *d. cap.50. num.14.* Et quoad legis dispositionem prorsus pro incognitis reputantur. *Novell.89. in princ.* Forster. *d.l. num.13.*

Parentes quoque & alii descendentes ab horum successione arcentur, Bald. *in auth. licet. C. de natural. lib.* Bartol. *in l.fin. num.5. ff de his quib. ut indign.* Chassan. *in consuet.* Burg. *tit. des successions. rubr.7. §.1. num.1. & 2.* Forster. *d. cap.50.num.10. & 11.* Nec incestuosi collateralibus vel sibi invicem succedunt, cum

cum non sint nominandi fratres, nec consanguinei, nec uterini. *d. Novel. 89.*
cap. ult. Forster. *d. cap. 50. n.* 1 . *& 22.*

Incestuosos quoque legitimari non posse per subsequens matrimonium 304
docent Dd. *in c. tanta X. qui fil. sint. legit.* Forster. *de success. lib. 3. cap. 30. num. 8.* Hip-
pol. *sing. 12* .

IV Non succedunt liberi naturales, qui inde dicuntur, quod natura 305
in illis sola attenditur, adeoque lex, sive jus civile eos non agnoscit, Ritters-
hus. *in exposit. Novel. part. 7. cap. 5 n 2.* & appellantur liberi illi, qui ex pellice,
sive concubina, quam quis solutam & unicam in dubitato affectu, domi loco
uxoris habuit, nati sunt, *c. liberi caus. 32 quæst. 2.* Gloss. *in c. nisi cum pridem. 10. vers.*
manzeres. X. de renunc. & aliâs dicuntur nothi, Val. Forster. *de success. lib. 6. cap.*
32. n. 2. seq. Harpprecht. *ad §. si adversus. 12. n 8. I. de nupt.* homines degeneres *l. fin.*
in fin. Vulgo Bastardi à Germanico Bös Art / idest, degeneris ingenii, Cujac.
5. obs. 6. Vultej. *1 Iurispr. Rom. cap. 8. n. 46.* Borchold *de gradib. tit de success natur.*
tantum. num 4. Bocer. *de regal. cap 2. n. 104.*

Quales etiam sunt illi, qui non ex concubina, sed ex aliâ libera fœmina,
quam quis potentia amoris victus, compressit, nati, quos Germani vocant,
Lieb-kinder / veluti in *constitut. Elect. Palat. part. 4. tit. 2. Ius municipale VVür-*
temberg. part. 4. tit. 18. fol. 479. & aliis in locis Jungfraw-Kinder / Rittershus.
in expos. Novel. part. 7. cap. 5. num. 2. Item, natürliche Kinder Ambrosius Scheu-
rer. *de hæred. ab intest. tit. 5. n. 2.*

Quamvis enim liberi naturales, justis liberis , & uxore legitima, non 306
extantibus, patri in sextantem hæreditatis, sive in duas uncias cum matre sua
in viriles partiendas succedant, si verò defuncto uxor legitima supersit, in to-
tum à patris hæreditate excludantur, *Novel. 18. c. 5. Novel. 89. c. 12. §. si quis autem* 171
defunctus. auth. licet patri. C. de natural. lib. Harpprecht. *ad princ. n. 264. I. de hæred.*
quæ ab intestat. matri verò succedant, cum quoad matrem naturales à legiti-
mis non differant, *§. novissimè. I. ad Sct. Orfic. l. 1. § 2. ff. eod. l. 2. ff. unde cognat.* & ma-
tri illegitimus non nascatur, juxta illud: keine Mutter trägt einen Bastart / ra-
tione scilicet successionis, sive mater solos naturales habeat, sive legitimos &
naturales simul, *l pen. in fin. C. ad Sct. Orfic.* Bart. Muscul. *de success. convent. class. 1.*
membr. 3. n 111.

Hos tamen liberos naturales sive bastardos in fideicommissis familia- 307
rum Nobilium non succedere, dubio caret, quia 1. non comprehenduntur
appellatione filiorum naturales, *l. generaliter. 6. §. cum autem. C. de instit. &*
substit. l. filium eum. 6. ff. de his qui sui vel alien. jur. auth. in successione. C. de suis

& legit, Michael. ab Aguir. *apolog. part. 4. n. 19.* Alb. Brun. *de ſtat. fœm. excl. art. 12. n. 31.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 7. n. 4.* Vinc. Fuſar. *de fideicom. ſubſt. quæſt. 314. num. 1. ſeq.*

308 Atque inde filium naturalem non excludere ſubſtitutum, quod is filii loco non habeatur, concludunt Bart. *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Sct. Trebell.* Bald. *conſ. 141. lib. 5.* Michael. ab Aguir. *apolog. part. 4. num. 20. & ibi alleg.* Licet contrarium non ſine ratione ſentiant Menoch. *4. præſ. 75. n. 2.* Forſter. *de ſucceſſ. lib. 6. cap. 5 n. 16. & per tot* Geil. *2. obſ. 136. n. 4.* Maul. *de ult. volunt. tit. 16. fol. 313. & ſeq.* ubi id multis modis limitat.

309 2. Quia naturales non dicuntur, nec ſunt de domo ſive agnatione, vel familia, ſive, ut Itali loquuntur, de caſatâ, teſtatoris, ſive fideicommiſſum inſtituentis, *Novel. 89. cap. 4.* Dyn. *in l. cum pater. § mater. ff. de legat. 2.* Bart. *in l. tutelas, in princ. ff. de capit. domin. & in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de V. S.* Guid. Pap. *ſingul. 897. verſ. baſtardus. & ſing. 980. verſ. jus agnationis.* Socin. *conſ. 102. verſ. reſtat igitur. lib. 3.* Michael ab Aguir. *apolog. part. 4. n. 9. & ibi allegat.* Tiraquel. *de nobilit. c. 15. n. 12.* Höping. *de jur. inſign. cap. 7. n. 100. ſeq.* Non enim naturales & baſtardi generis ſui authorem agnoſcunt, ſed ab iis primum familiæ & gentis ſuæ origo excitatur, *l. ejus qui. ff. ad municipal.* ſunt enim novi quaſi homines, & veluti terræ filii à ſe ipſis orti, & quoad patrem prorſus alieni, cum nec ejus gentem, familiam, domum ve ſequantur, *l. cum legitimæ, ff. de ſtat. hom. l. ſi ſpurius 4. ff. unde cognat.*

310 Unde quoque 3. naturales familiæ nomine non continentur, nec propriè, nec civiliter, *d. l. ſi ſpurius. ff. unde cognat.* Jaſon. *in l. fin. num. 13. C. de V. S.* Hondedæ. *conſ. 57. num. 45. vol. 1. part. 4.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 15. n. 12. & de retract. prox. gloſſ. 8. n. 5. ſeq.* nec gentilitatis aut familiæ jus ullum à patre habent, Paleot. *de noth. & ſpur. cap. 59. pr. & per tot. & cap. 60.* Reinking. *de retract. conſanguin. quæſt. 2. n. 244.* Nec dicuntur de lineâ patris eſſe, Bald. *in l. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto C. qui teſtam. fac. poſſ.* Aguir. *apol. d. part. 4. n. 12.* ſed quoad familiam paternam extranei ſunt, Bald. *in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtit. & ſubſtit.* Guid. Pap. *d. quæſt. 580.* Honded. *conſ. 68. num. 15. vol. 1.* Reinking. *d. quæſt. 2.*
311 *num. 246.*

Neque etiam 4. cognati nec agnati eſſe dicuntur ex parte patris, *per d. l. ſi ſpurius. ff. unde cognat.* Imola *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus num. 14. & ibi* Alex. *ff. ad Sct. Trebell.* Guid. Pap. *deciſ. 580.* Aguir. *d. apolog. part. 4. n. 14.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 12. num. 29.* Et veros agnatos actionem inſtituere poſſe contra illegitimos, ad hoc, ut declaretur, eos ad agnationem non pertinere, modo ipſorum interſit, tradit Weſemb. *conſ. 44. n. 4. & 10.* Treutl. *conſ. 46. num. 9.*

vol. 1.

vol. 1. §. ita ad supplicationem quorundam Comitum Wetteraviæ *anno 1608. die 9. Martii* ab Imp. Rudolpho II. contra N. Comitem de N. ad narrata tamen decretam esse inhibitionem, sub pœna, ut ab agnationis jure & titulo Comitis, tanquam illegitimus abstineret, refert Reinking / *d. quæst. 2. num. 247.*

Atque hinc etiam 5. familiam non conservant, Bald. *in l. fin. num. 1. C. de V. S.* Barthol. *in l. tutelas. in princ num. 4. vers. aut enim ff. de capit. diminut.* Mantic. *de conject. ult volunt. lib. 8. tit. 12. numer. 20.* Quia familia per legitimos tantum non etiam naturales conservatur. Dyn. *in l. cum pater. § mater. ff. de legat. 2.* Bart. *in l. tutelas. in princ. ff. de capit. minut.* Forster. *de success. lib. 3. cap. 25. numer. 16.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 15. num. 10.* cum non descendant ex aliquo fonte nobili, sed infecta radice, *Cravet. consil. 138. numer. 6.* Thessaur. *lib. 1. cap. 22. n. 23. in fin.* & ex sanguine putrido, ut refert ex Bald. *Tiraq. d. cap. 15. num. 10.* sordes autem non mereantur nominari & arrogarri inter precipuos, *l. humilem. C. de incest. nupt. super statu 5. C. ad Sct. Orfic.* Bon. de Curtil. *de nobilit. part. 4. num. 4.* Tiraq. *d. num. 10.* Matth. Steph. *de nobilit. lib. 1. cap. 5. num. 90.* Hoping. *de jur. insign. cap. 7. n. 107.* Peregrin. *de fideicom. art. 22. n 84.* 312

Nec 6. dignitate & privilegiis paternis fruuntur *arg. l. un. C. de mulier. quæ se pro serv. l. ex libera. 6. C. de suis & legit. lib.* Menoch. *consil. 117. numer. 52.* Michael. ab Aguir. *apolog. part. 4. num. 15.* Tiraquel. *de nobilit. d. cap. 15. num. 11.* Imò olim apud Suecos, Gothos & Norvvegos illegitimis liberis in honestiorum virorum consortio versari vix licuit, Joh. Magnus *lib. 18. cap. 6.* Tholos. *de republ. lib. 7. cap. 8. n. 2.* Hering. *de molendin. quæst. 1. n. 37. & 38.* 313

Nec 7. Parentum Nobilitas ad naturales transmittitur. *arg. d. l. unic. C. de mulier. quæ se prop. serv. c. si gens Anglorum. 10. Dist. 56.* Bart. *in l. 1. C. d. dignit.* Sixtin. *2. Marpurg. cons. 9. numer. 19. &* Vultej. *3. Marp. cons. 17. numer 38.* Friz. *de nobilit. concl. 20. lit. g.* Nicol. Noal. *de transmiss. cas. 29. numer. 32 seq.* Höping. *de jur. insign. cap. 7. num. 106.* Nec naturales Nobilium appellatione veniunt Bald. *in l. cum legitimæ. ff. de stat. hom.* Guid. Pap. *decis. 580.* Tiraquel. *d. cap. 15. num. 10.* Paleot. *de noth. & spur. cap. 61.* tàm in favorabilibus, quàm odiosis, Aguir *d. part. 4. n. 14.* cum hominibus non sint honorabiles, nec Deo amabiles, *c. si gens. 10. Dist. 56.* & cum parentes degeneres & incontinentes habuerint, ipsi quoque degeneres & incontinentes præsumantur, Menoch. *6. præsumpt. 58. num. 6.* cum mali corvi, malum ovum, & qualis pater, talis etiam plerumque filius præsumatur, *infra. cap. 16. n. 2 4. seq.* 314 315

Hinc 8. naturales & bastardi patris arma & insignia deferre nequeunt. *per l. legem. 7. C. de natur. lib. l. si spurius. 4. ff. unde cognat. c. dicat aliquis. caus. 32. quæst. 4. c. non omnis. caus. 32. quæst. 2.* Bart. *in l. fin. C. de V. S.* 316

Bald. *in l. filium. ff. de his qui sui vel alien. jur.* Guid. Pap. *decis. 580. num. 2.* Decian. *resp. 31. n. 92. seq. vol. 1.* Michael. ab Aguir. *apolog. part. 4. n. 11. & ibi alleg.* Tiraquel. *d. nobil. cap. 15. num. 13. latè* Höping. *de jur. insign. cap. 7. n. 95. seq.* Forster. *de success. lib. 3. cap. 25. n. 17.* adeò, ut nec materna insignia portare valeant, Höping. *d. cap. 7. n. 130. seq.*

317 Neque etiam 9. filii naturales excludunt filiam ex statuto fœminas propter masculos excludente, Bald *in l. cum acutissimi. vers. quæro nunquid naturales. & ibi* Barbat. *num. 98 vers. quærit. hic. C. de fideicommiss.* Natta *in C. quamvis. n. 1. quæst. 2. quæst. princ. de pact. num. 6.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 5. num. 25.* Paleot. *de noth. & spur. cap. 32. n. 3.* Aguir. *apolog. d. part. 4. num. 16.* Et statutum loquens de consanguineis vel agnatis, non comprehendere naturales & illegitimè natos, tradit Imol. *in l. ex facto. §. si quis rogatus. num. 11. ff. ad SCt. Trebell.* Mascard. *de interpret. statut. cap. 4. n. 34.* Alex. *cons. 144. n. 4. lib. 7* Hondedæ. *2. cons. 5. num. 17.*

318 Nec 10. admittuntur ad jus retractus Aguir. *d. part. 4. n. 10.* Chassan. *ad consuet. Burg. tit. de retract. §. 1. verb. le plus prochain. n. 6.* Reinking. *de retract. consang. 2. quæst. 2. n. 241. seq.*

319 Unde etiam 11. ab imperii successione ex matrimoniali venere procreatos excludi, communis Dd est traditio, Lipsius *monitor. polit. 2. cap. 4. mon. 1.* Arnisæ. *polit. cap. 9. fol. 238.* Petr. Gregor. Tholos. *7 de republ. 8.* Schonborn. *2. polit. 10.* Besold. *nomico-polit. dissert. 9. num. 1. lib. 1.* Eosdemque in Imperio Romano ad Electoratus successionem non admitti, constat ex *Aur. Bull. cap. 7. ibi:* Ein rechtes Eheking / Sicuti nec in Gallia ad Regni successionem admittuntur, Hotoman. *de success. in regn. Franc. lib. 3. fol. 34.* Höping. *de jur. insign. cap. 7. num. 111. & seq.* Licet in Galliâ sub Regno Merovingorum, Pepiningiorumque, regalis successionis capaces existimati fuerint nothi, qui non ex plebeis & abjectis, sed mulieribus Nobilibus fuerunt concepti, Besold. *d. dissert. 9. n. 5.* Et alia exempla non desint spuriorum, qui egregiis virtutibus ornati, & ad rem publ. gubernandam admissi; ita enim Hercules nothus erat, & tamen virtute suâ Diis æquum honorem assecutus est, teste Plutarch. Sic Theseus, Teucer, Menelaus, Themisthocles, Demosthenes, idem nascendi habuerunt principium. M. Brutus omnibus virtutum numeris absolutissimus, ex adulterio sororis Catonis, Servilii & Julii Cæsaris natus, Plutarch. Schonbor. *d. lib. 2. cap. 10.*

Turcæ quoque moribus non minus honoris defertur natis ex concubinis & pellicibus, quam ex uxoribus legitimis, neque illi minus juris in bona paterna habent, quam legitimi, Auger. Busbeq. *legat. Turc. epist. 1. fol. 36.* modo natu-

naturales virtute non cedant legitimis, nam verisimile virtutis quoque in successionibus apud illos haberi respectum, sicut in dignitatibus & honoribus, sola enim apud Turcas nobilitat virtus, teste Bodin. *d. republ. lib. 1. cap. 5. & lib. 3. cap. 8.* & qui rerum primas à Principe tenent, sunt pastorum & bubulcorum filii, de quo tantum abest, ut eos pudeat, sed etiam inter se gloriantur, eoque plus sibi tribuunt, quo minus natalibus aut majorum splendori debent Busbequ. *d. epist. 1. fol. 72. seq.*

Atque ita 12. filios naturales in fideicommissis intuitu familiæ & agnationis constitutis non ad mitti, docent Bart. *in l. 1. numer. 1. C. de verb. signif.* Corne. *cons. 126. numer. 4. lib. 2.* Peregrin *de fideicom. art. 22. num. 79. & 82.* Mantic. *de con ect. ult. vol. lib. 8. tit. 7. num. 6. & tit. 12. numer. 20.* Fusar *de fideic. substit. quæst. 314. num. 3. & quæst. 354. num. 1.* Cravet. *cons. 138.* Decian. *respons. 1. numer. 6. lib. 3.* Tiraquel. *de nobilitat. cap. 15. numer. 12. seq.* Menoch. *4 præsumpt. 88. num. 5. in fin.* 321

Neque etiam 13. ad feudi successionem admittuntur, § *4. vers. naturales. 2. Feud. 26.* Wesembec. *de feud. cap. 6. num. 9.* Clarus § *feudum quæst. 82. numer. 1.* Schrader. *de feud. part. 7. cap. 7. num. 20.* Moz *de natur. feud. n. 90.* Pistor. *part. 2. quæst. 40. n. 1.* Forster. *de success. lib. 6. cap. 12.* Vultej. *feud. 9. num. 91.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. concl. 19. n. 2.* 322

Atque hæc 14. maximè hoc loco procedunt, cum hujusmodi fideicommissa constituantur inter Nobiles & personas illustres, *ut supra cap. 4. num. 2. seq.* dictum est, Nobiles autem & illustres non censeantur de hujusmodi liberis naturalibus & illegitimis cogitasse, per tradita Michaël. ab Aguir. *apolog. part. 4. num. 70. seq. Gail. 2. obs. 136. n. 5.* Quia Nobiles, illustres & aliæ spectabiles familiæ ab ejusmodi naturalibus & illegitimis liberis abhorrent, *per l. ex facto. §. si quis rogatus & ibi* Bart. *numer. 1. ff. ad Sct. Trebell.* Dec. *in c. præsentia. num. 37. seq. & ibi* Felin. *num 21. X de probat.* Gail. *d. num. 5.* Peregrin. *de fideicom. art. 22. numer. 42.* Eo, quod luxuria magis in Nobilibus, quàm plebeis sit detestanda, *l. fædissimè. C. de postlim. revers. l. in concubinatu ff. de concubin.* Aguir. *d. part. 4. n. 7.* Petra *de potest. Princip. cap. 32. num. 30.* 323 324

Atque inde filios naturales non facere deficere conditionem fideicommissi, si gravatus sine aliis decesserit, quando testator in dignitate vel præeminentiâ fuit constitutus, tradunt Bart. *in l. ex facto. §. si quis rogatus & ibi* Castr. *num. 6.* Ripa. *num. 8. ff. ad Sct. Trebell.* Peregrin. *de fideic. art. 28. numer 49.* Mantic. *d. con ect. ult. vol. lib. 1. tit. 9. numer. 5.* Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 406. num. 8. seq. ubi id exemplis declarat. & numer. 35. & ibi alleg.* Adeò, ut licet filius naturalis fuerit legitimatus, non tamen ex- 325

cludat substitutum, si testator fuerit illustris seu Nobilis, Bald. *cons. 203. lib. 5.* Dec. *cons. 286. num. 10.* Aguir. *d. part. 4. num. 72. seq.* Gail. *d. obs. 136. num. 5.* cum Nobilis vilem vel notatam, ut liberi legitimentur, in uxorem ducere nequeat, per *l. Imperialis. C. de nupt. l. humilem. C. de incest. nupt.* Bald. *in l. item si quis. C. de natur. lib.* Curt. jun. *cons. 130. num. 10* Cœpoll *cautel. 250.* Forster. *d. lib. 3. cap. 30. num. 9.* ubi *n. 10.* de jure Canonico id secus esse docet per *c. integritas. §. fin. c. non est culpandus caus. 32. quæst. 1.*

326 Quæ hactenus dicta sunt, non tantùm procedunt in ipsis naturalibus & illegitimis, sed etiam eorum liberis, adeò, ut licet hi ex legitimo matrimonio sint nati, nihilominus tamen in his fideicommissis non succedant, siquidem nec hi de familiâ testatoris, sive instituentis sunt, Bald. *in l. fin. C. de V. S.* Tiraquel. *de nobilit. d. cap. 15. num. 12. & de primogen. quæst. 12. num. 13.* Forster. *de success. lib. 3. cap. 25. num. 18.* sicut nec de domo avi sui, Bald *in l. fin. in fin. C. de V. S.* Anchoran. *cons. 389. num. 2.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 15. num. 24.* Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 314. num. 4. & 13.* Cùm enim radix primæ nativitatis sit corrupta, nulla indè & ex illegitimo nascendi principio legitima deducitur consequentia *l. fin. & ibi* Bald. *C. de V. S.* Zas. *cons. 10. num. 19. lib. 2.* Decian. *cons. 9?. num. 16. vol. 3.* Oldendorp. *2. Marpurg. cons. 5. num. 54.* Gail. *2. obs. 4. num. 10.* Et medium inhabile impedit transmissionem ad extrema, per *l. servitutes prædiorum. in fin. ff. de servitut. l. qui sella §. fin. l. tria prædia. ff. de servit. præd. rust.* Cravet *cons. 163. n. 4. & 5.* & sic quæ sunt similia dicta *supra numer. 241. seq.*

Quod si verò liberi naturales postea legitimentur, aliter res se habet. Et quidem si legitimentur, per subsequens matrimonium, hos ita legitimatos in fideicommissis his familiarum Nobilium succedere, non videtur habere dubium, siquidem per subsequens matrimonium legitimati ex legitimo ma-
327 trimonio & legitimè natis in omnibus & per omnia æquiparantur, nec quicquam ab iisdem effectu differunt, & sequens matrimonium purgat omne vitium antecedens, & retrotrahitur ad tempus conceptionis & nativitatis filiorum & perindè habetur, ac si contractum esset ante conceptionem & nativitatem filiorum *c. tanta. 6. & ibi gloss.* Panormitan *num. 4. & 7. X. qui filii sint legit.* Rittershus *in exposit. Novel. part. 7. cap. 7. num. 3.* Gail. *2. observat. 141. num. 1. & 2.* Chassan. *de glor. mund. part. 1. consid. 38. concl. 77.* Wesemb. *cons. 44. n. 40. & 42.* Et quod legitimatio amoveat omnem maculam geniture, & ponat legitimatos loco legitimorum ab ipsa origine, reducatque eos ad primævum naturæ statum, sive ad jus naturale, quo omnes liberi & legitimi nascebantur, tradunt Anchoran. *cons. ?90. in princ.* Curt. sen. *cons. 13. n. 1.*

Adeò,

Adeò, ut per subsequens matrimonium legitimati non fictè, sed verè 328
legitimi dicantur, per *Novel. 74. in rubr. & nigr. & Novel. 89. cap 8. per tot. ibi efficiantur legitimi & ibi legitimi fierent. & ibi : ad legitimos elevare.* Bart. *in l. si is qui pro quæst. 3 ff. de usucap* Bald *in l. cum acutissimi. C. de fideicommiss.* Castr. *in l. fin. C. de his qui ven. ætat.* Forster. *de success lib. 6. cap. 29. n. 2.* Vincent. Fusar. *de fideicom. substit. quæst 408. num. 3.* nihilque à legitimis differant, *Novel. 74. c. 2. Novel. 89 c. 3. & c. 8.* Fusar. *d. quæst. 408. n. 4.*

Unde etiam 2. parentibus & aliis unâ cum liberis legitimè natis succe- 329
dunt, *Novel 12. cap. fin. Novel. 74. cap. 2. Novel. 89. cap. 8. §. sui autem. 2. I. de hæred. quæ ab intest. l. cum quis. 10. & seq. C. de natural. lib. c. tanta. 6. X. qui fil. sint legit.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 11. cap. 0. num. 10. seq* iisdemque legitima debetur, Dec. *cons. 259. & cons. 264* Forster. *d. cap. 29. num. 6.* & filius legitimatus non tantum patri fit suus hæres, *§. 1. I. de hæred. quæ ab intest l. divi C. de natural. lib Novel. 12. in fin. & Nov. 89. c. 8.* Bart. *in l. 2. ff de vulgar & pupill.* Bald. *in l. eam quam. C. de fideic.* Forst. *d. c. 29 n. 5.* sed etiam jus legitimæ filiationis quoad agnatos & cognatos omnes, quoad successionem consequitur, For *d. c. 29. n. 3.*

Hinc 3 legitimati per subsequens matrimonium sunt de agnatione & fa-
miliâ parentis & ipsius instituentis, juribus agnationis & familiæ ex legitima- 330
tione ipsius datis, *arg. Novel. 12. in fin. & Novel. 7 cap 2. tanta. 6. X. qui fil. sint legit.* Socin. sen. *cons. 63. num. 21. vol. 3.* Dec *cons. 365. n. 4. & cons. 433. n. 19.* Decian. *resp. 3. n. 87. vol. 1. & resp. 9. n. 64. vol. 4.* Bocer. *de regal. cap. 2. n. 30.* Menoch. *cons. 128. n. 19. & seq.* Höping. *de jur. insign. cap. 7. n. 165.* & jura agnationis habent, Peregrin. *de fideic. art 23 n. 28. vers. item leges.*

Et sic etiam 4. per eosdem conservatur familia & agnatio æquè ac per le- 331
gitimos, Tiraq. *in l. si unquam. verb. susceperit. n. 83. C. de revoc. donat.* Wes. *cons. 44. n. 43.* ubi ait, ita legitimatos, suscipere omnia jura legitimorũ ad omnes actus familiæ, quoad ascẽdentes & transversales, etiã ipsis, qui sunt de familiâ, invitis & nõ consentientibus post Ang. *cons. 20. n. 1.* Dec. *c. 366. n. 2. 3. 4.* Schurff. *c. 1. n. 19 seq.*

5. Arma & insignia paterna & familiæ deferunt, Cæs. Barz *dec. 91. n. 26.* Bes. *de* 332
success. reg. l. . diff. 9 n. 8. Boc. *de regal. c 2. n. 29. late* Höp. *de jur. insign. c. 7. n. 166 seq.*

6. Quamvis statuta propriè & strictè sint intelligenda, *l. quod constitutum.* 333
ff. de testam. milit. et l. . C. de hæred. instit. si tamen legitimè natorum mentionem faciant; legitimatos quoque per subsequens matrimonium comprehendere, tradunt Castrens. *in l. fin. C. de his qui ven. ætat.* Crot. *in l. Gallus. §. quid si tantum. numer. 82. & 196. ff. de lib. & posth.* Paris. *cons. 13. numer 40. lib. 2.* Forster. *de success. lib. 6. cap. 2 num. 4.* Hart. Pistor. *2. quæst 41. n. 3. & 15.* Boër. *decis. 159. n. 5.* Harppr. *ad princ. n. 327. I. de hæred. quæ ab intest.* & justorum filiorum appellatione

latione, ſub proprietate verborum per ſubſequens matrimonium legitimatos comprehendi, ſtatuunt Bald. *in l. eam quam. num. 26. & in l. cum acutiſſimi. num. 2. & ibi* Jaſon. C. *de fideicom.* Alex. *conſ. 2. lib. 1.* Caſtrenſ. *conſ. 27. lib. 2.* Forſter. *d. cap. 29. num. 15.* ubi rationem reddit, quod ſtatuta in ſucceſſionibus præferentia maſculos fœminis ad conſervationem familiæ maximè reſpiciunt, ne per fœminas, quæ in aliam tranſeunt, transferunturque familiam, attenuentur patrimonia, at per legitimatos, ſi vel ſoli, vel una cum aliis extent, familiæ conſervantur, cùm & agnationem & inde nomen, & alia eò pertinentia conſequantur:

Atque inde etiam legitimatum per ſubſequens matrimonium in collegium opificum recipi debere, probat Ben. Carpzov. *lib. 2. Eccleſiaſt. defin. 236.*
334 Et quod ſtatuto fœminas excludente, maſculis legitimè natis exiſtentibus, ita legitimati contineantur, tradunt Hieron. de Cæval. *commun. opin. quæſt. 2. num. 5.* Gabriel. Roman. *lib. 6. tit. de legitimat. concl. 1. ampliat. 13. & 14.* Borchold. *de gradib. tit. de ſucceſſ. lib. per ſubſeq. mat. legitim. fol. 197. ſeq.* Gail *2. obſ. 141. per tot.* Græven. *lib. 2. concluſ. 141.* eoſdemque ſubſtitutum in defectum liberorum excludere, tenent Imola *in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Sct. Trebell.* Ripa *in rubr. ff. ſi cert. pet.* Caſtrenſ. *conſ. 30 lib. 1.* Dec. *conſ. 155. num. 7. & conſ. 284. num. 9.* Forſter. *d. cap. 29. num. 14. late.* Vincent. Fuſar. *de fideicommiſſ. ſubſtit. quæſt. 4 8 per tot.* Licet contrarium aſſerat Mantica *de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 12. num. 17. & ſeq. & per tot. & ibi allegat.* & pactum in matrimonii contractu de maſculorum ſucceſſione, fœminis excluſis, factum ad naturales per ſubſequens matrimonium legitimatos extendi, aſſerit Nicol. Betſius *de pact. famil. illuſt. cap. 6. fol. 190.* ubi ita à ſupremo Galliæ apud Pariſios Senatu inter illuſtres perſonas judicatum fuiſſe refert ex Molin. *tract. de donat. fact. vel confirm. in contr. matr. n. 83.*

335 Ex quo etiam, licet Epiſcopus eligi non poſſit, niſi legitimè natus, *c. innotuit 20. X. de elect.* Legitimatus tamen per ſubſequens matrimonium in Epiſcopum admittitur, Canoniſtæ *in d. c. innotuit. X. de elect.* Sylvan. *conſ. 3. numer. 23.* Menoch. *conſ. 99. num. 12. lib. 8.* Pariſ. *conſ. 13. num. 45. ſeq. vol. 2.* Covarruv. *de matrimon. part. 2. § 2. tit. de legitimat. num. 37. in fin.* Roſenthal. *de feud. cap. 7. concluſ. 18. lit. n.* Fuſar. *d. quæſt. 408. num. 8.* & ita legitimatos abſque diſpenſatione ad ſacros ordines promoveri, ac beneficiorum & ſummarum dignitatum capaces eſſe tradit, gloſſ. *in c. tanta X qui filii ſint legit.* Boër. *deciſ. 69. num. 4.* Pariſ. *conſ. 13. n. 45. lib. 2.* Forſter. *d. cap. 29. num. 16.*

Legi-

7. Legitimati per subsequens matrimonium succedunt etiam in feudis
Matth. de Afflict. *in c. naturales. Si de feud. defunct. fuer. controv. inter Dom. & agnat.*
Ripa *in l. si unquam. n. 88. C. de revoc. donat.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 8. §. 3.*
num. 6. Boër. *decis. 1 3. num. 4.* Hartman. Pistor. *lib. 2. quæst. 4 1. num. 1. & 2.* Schrader. *de feud part. 7. cap. 5. n. 21.* Zas. *de feud. cap. 7. n. 48.* Gail. *2. observ. 141. n. 2.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. concl. 1. per tot.* Mynsing. *5. observ. 2.* Bocer. *de success. feud. cap. 3.*
quæst. 2. Harpprecht. *ad princip. n. 15. seq. I. de hæred. quæ ab intest.* Vultej. *1 feud. 9. n. 93.*
Fusar. *d. quæst. 408. n 9.*

8. Succedunt quoque in Regnis, Besold. *de success. reg. lib. 1. dissert. 9. num. 8.*
seq. Uti in Electoratibus, Mart. Rumelin. *ad Aur. Bull. dissert. 6. conclus. 12.* & aliis
dignitatibus Regalibus, Bursat. *cons. 10. num. 8. vol. 1.* Socin. *cons. 3. num. 16. vol. 3.*
Molina *ad consuet. Paris. tit. 1. §. 8. gloss. 1. num. 36.* Sylvan. *cons. 3. num. 20. seq. vol. 1.*
Rosenthal. *de feud. d. concl. 18 num. 10. & ibi in not. lit. n.* Atque etiam in jure primogenituræ & majoratus Besold. *d. dissert. 9. num. 8.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 3.*
cap. 1 num. 6. & 7. Quod tamen nonnulli demum admittunt, si intermedium
matrimonium non intervenerit, nam si matrimonium intervenerit, veluti si
quis filium ex concubinâ susceperit, deinde aliam uxorem duxerit, hacque
mortua, priorem concubinam matrimonio sibi copulaverit, hic legitimatus
postea, filium legitimè natum in primogeniturâ non excludat, sicuti pluribus
tradit Tiraquel. *de primogenitur. quæst. 34. per tot.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 3.*
cap. 1. num. 7. seq. Licet aliàs intermedium matrimonium legitimationem non 334
impedire, probent Molinæ, *in consuet. Paris. tit. 1. §. 8. gloss. 1. n. 34.* Zas. *de feud. part.*
8. n 76 Forster. *de success lib. 6. cap. 23. n. 15. seq.* Borcholt. *de feud. cap. 7. n. 49.* Harpprecht. *ad princ. n. 274. seq I. de hæred. quæ ab intest.*

9. Hinc quoque liberis naturalibus per subsequens matrimonium legi-
timatis testimonium natalitium Geburts-Brieff/ sive Schein. Ehelicher Geburt/ 339
dari posse, quod nati sint ex probis honestisque parentibus, ac thoro legitimo, von ehrlichen frommen Eltern/ und auß einem rechten/ ehelichen/ unbefleckten/ ungetadelten Ehebeth herkommen/ und gebohren/ tradit Benedict. Carpzov. *jurisprud. Rom. civil. part. 2. constit. 6. definit. 15.* ubi Dominos Scabinos Lipsienses mense Decembri *anno 1622.* ad consulationem Hieronymi Otten Kisewetters respondisse refert.

10. Ita legitimati patris Nobilitatem consequuntur, Paris. *cons. 58. num. 4.* 340
lib. 4. Menoch. *cons. 779. num. 5. vol. 2. part. 1.* gloss. & Dd. *in c. tanta. X. qui filii sint legit.* Tiraquel. *de nobilitat. cap. 15. num. 21.* Besold. *de jur. ordin. civ. dissert. 2. cap. 11. num. 40.* Sixtin. *2. Marpurg. cons. 9. n. 56. seq.* Nicol. Reusner. *lib. 1.*

decis.4.n.28. & 30. Friz. de nobilitat.concl 20.lit.I Bocer. de regal.cap.2 numer.28. seq Nolden. de stat.nobil.cap.11 num. 8.seq. Noalis .de transmiss.cas.29.num.45 Höping. de ur. insign. cap.7.n. 169. & ita in Hispaniâ filium per subsequens matrimonium legitimatum Nobilitate gaudere, & verè legitimum esse, testatur de Cæval. pract.quæst.2.n 44 seq. Guitriez. in §.sui.n.187.I.de suis & legit. Garf. de nobilit. gloss. 2. 39.

341 Atque hæc etiam procedere, quando Nobilis per subsequens matrimonium legitimat liberos ex ignobili concubinâ susceptos, hosque non minus, quàm ex Nobili concubinâ procreatos Nobiles fieri docent, Covarr. in epit. sponsal.part.2 cap.8.§.2.num.9 Franc.Bursat.cons.10.num.9. Wesembec. cons. 10 n.35.part. 1. Schurff.cons.1.per tot.& cons.56 num.4.& seq.cent.2. Sixtin.2. Marpurg.cons.9.num.36.& ibid. Vultej. cons.17.num.7. & num.42. & cons.34. num.5. seq. vol.3. Gail. 2. obs. 141. num. 4. seq. Tiraquel de nobilit. cap. 5. num. 23. & cap. 20 num. 173. Bocer. de regal. cap. 2. num. 29. seq. Nolden. de stat. nobil. cap. 11 num. 93. & 94. latè Höping. de jur. insign cap 7. num. 181. & seq. Vinc. Fusar. de fideicomm. substit quæst. 408. num. 9. seq. sicuti enim Nobilitatis inæqualitas hodie non impedit matrimonium inter inæquales personas, ita quoque nec legitimationem impedit, Bald. in c. innotuit.num.10 X.de elect. Sixtin. d. cons. 9.num.27.seq.

De legitimatis per rescriptum Principis, major est controversia, an hi in fideicommissis familiarum Nobilium succedant? Et pro affirmativâ sen-
342 tentia sequentia adduci posse videntur, 1. Quod legitimatio per rescriptum omnem maculam aboleat, & legitimatos ad primævum naturæ statum, sive ad jus naturale reducat, Novel.74.c.1.vers.liceat.& c 2.& Novel.89.c.9.in fin. Anchor. cons.290.in princ. Gail.2.obs.140.num.3.& hæc legitimatio operatur, ut legitimatus perinde habeatur, ac si legitimè natus fuisset, & retrotrahitur, ad principium, sicut ille qui reversus est à captivitate, semper in civitate fuisse fingitur, Angel. cons.401 num 4. Besold. part.4.cons. 193 num.24. ac perindè censetur ac si medio tempore nulla fuisset illegitimatis maculâ aspersus, per l.2.l.fin.ff. de natal. restit.l. Imperialis.C.de nupt.

343 2. Quia per rescriptum Principis legitimati verè & propriè legitimi dicuntur, Novel. 74. in rubr. & nigr. & Novel. 89. cap. 8. Mantica de conject. ult. vol. lib. 11.tit. 10. num. 1 seq. Covaruv. d. matrim. part. 2. tom. 1. §. 8.n.13.seq. & faciunt tradita Forster. de success lib 6.cap.37.n.2.seq. nihilque à legitimis differunt Novel.89.c. illud.9.in fin. Mantic. d. tit.10.n.1. Vultej. 4. Marpurg.cons.13.n.64. Alex. cons.70.n.4.lib.6.

3. Unde

3. Unde quoque ex familiâ cognatione & agnatione patris esse censen- 344
tur, secundum Azon. *in summ. tit. quib. mod. nat effic. sui §. in successionibus autem.* Joan. Andre. *in addit. ad Specul. tit. de success. ab intestat. ad fin.* Castrens. *cons. 34. num. 3. vol. 2.* Salicet *in auth. item sine legitimis. num 3. C. de natur. lib.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 1 cap. 4. n. 44.* & sic ejusdem linea & familia esse dicuntur Dec. *cons. 365. n. 5.* Car. Molin. *in consuet.* Paris. *tit. 1. §. 8.* gloss. *1. num. 42. &* Ludovic de Molin. *d. cap. 4. num. 44.* Atque ita legitimatos non tantum fieri agnatos ipsi patri, quia in ejus potestatem transeunt *Nov. 89. c. generaliter. 11. princ.* sed etiam omnibus ejusdem agnatis Michael ab Aguir. *apolog. part. 4. numer. 5.* Forster. *de success. lib. 6. cap. 37. num. 36.* Etiam absque eorum consensu, quoad successionem, Paul. Castrens. *cons. 34. num. 12. vol. 1.* Bart. *in l. communium. C. de natural. lib.* Dec. *cons. 365. n. 5.* Covarr. *de matrim. part. 2. tit. 1. §. 10. n. 3.*

Atque indè etiam 4. rationem fœminas à successione propter masculos 345
excludentem, militare in legitimatis per rescriptum Principis, deducit Roman. *in l. si is qui pro emptore num. 18. ff. de usucap.* eosdemque agnationem conservare concludit Dec. *d. cons. 365. numer. 5.* Molina *d. lib. 1. cap. 4. numer. 44.*

5. Succedunt ab intestato, non tantùm ipsis parentibus, *Novell. 89.* 346
cap. 9. Forster. *de success. lib. 6. cap. 38. per tot.* sed etiam agnatis, Bart. *in l. communem. 19. & ibi* Bart. *C. de natur. liber.* Forster. *de success. lib. 6. cap. 37. num. 12.*

9. Ipsis legitima debetur in bonis paternis, Bald. *in c. de causis. 4. col. penult. X. de offic. deleg.* Castrens. *cons. 221.* Dec. *cons. 257.* Forster. *d. lib. 6. cap. 37. num. 7. & 31.* & præteriti testamentum rumpunt, Forster. *d. cap. 37. n. 8. 29. & 32.*

7. Per rescriptum Principis legitimati substitutum excludunt in casum 347
non existentium liberorum legitimè natorum. Bald. *in l. Gallus. §. si ejus. in fin. ff. de liber. & posthum.* Castrens. *cons. 30. num. 2. vol. 1. latè* Menoch. *4. præsumpt. 79. per tot.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 10. numer. 9. & seq. & per tot.* Molin. *de Hispan. primogenitur. lib. 3. cap. 3. n. 2. seq.* Forster. *de success. d. lib. 6. cap. 37. num. 41. & seq.* Vinc. Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 407. num. 1. seq. & ibi allegat.*

8. Imo ita legitimatos comprehendi statuto fœminas, masculis na- 348
turalibus & legitimis extantibus, excludente, affirmant Bald. *in l. eam quam 14. &* Jason. *in l. acutissimi. 30. C. de fideicommiss.* Castrens.

in l. sed si hac.10.§.patron ff. de in jus.voc. Alex. *cons. 2. numer. 11.* Brun. *de statut. fœm.exclud.art.12.quæst. 4.num.10.* Gozadin. *cons 6.numer.38.* Alciat. *respons. 307.num. 2.* Paris. *cons. 55. numer. 10. lib. 3.* Decian. *cons.3.num. 86.lib.1.* Cæval. *commun.opin.quæst. 2. num. 15. & seq.* Tiraquel. *in l. si unquam.8. vers. susceperit.num.68. C. de revoc. donat.*

9. Pro quâ sententiâ etiam facere videntur ea, quæ præcedenti quæstione de legitimatis per subsequens matrimonium diximus.

349 10. Atque hinc etiam per rescriptum Principis legitimatos patris Nobilitatem consequi concludunt Paris. *cons. 58. numer. 45. lib. 4.* Bon. de Curtil. *de Nobilitat. part. 4. numer 5.* Palæot. *de noth. & spur. cap. 62.* Nicol-Noal. *de transmiss. cas. 29. n. 38. seq.*

Verum his & aliis similibus non obstantibus; contrarium, legitimatos nimirum

350 per rescriptum Principis, in hisce fideicommissis non succedere, verius mihi videtur. Quia 1. ita legitimati verè non sunt filii & legitimi sed fictè tantùm, legitimi enim & veri filii esse dicuntur, qui ex justis nuptiis sunt procreati, § *filium eum.6 ff. de his, qui sui vel al. c. liberi dicti.16. caus.32. qu. 4.* cùm ergò in hac legitimatione nuptiæ nullæ interveniant, nec liberi veri, sed ficti tantum erunt, Forster. *de success. lib. 6. cap. 37. num. 14.* Quamvis enim Princeps de plenitudine potestatis supra jus dispensare possit, *c. proposuit. 4. X. de concess. præbend.* & fictionis non minor in casu ficto, quàm veritatis, in casu vero, vis sit, *arg. §. minorem.4. I. de adopt. l. filio. 23. ff. de liber. & posth.* Menoch. *cons. 100. num. 125. lib. 1.* Paurmeister *de jurisd. lib.2.cap.4.numer 140.* Attamen quo simul filius talis naturâ sit, effici nequit, cum quæ naturæ sunt juvari, non autem mutari possint per Principem, *§. Pen. I. de jur. natur. gent. l. eas obligationes 8. ff. de capit. minut.* Hoping. *d. cap. 7. numer. 209.* Et veritas naturæ legis auctoritate mutari *nequeat*, per *l. 2. §. ff. de usufr. ear. rer. quæ usu consum. l. filio, quem pater. ff. de liber. & posth. l. in rebus. C. de jur. dot.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 10. num. 7.* atque ita, per rescriptum Principis legitimatos verè & propriè seu genituræ principio considerato non esse filios legitimos, sed ex privilegio & fictione, tradunt Molin. *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 3. num. 5.* Bald. *in l. eam quam 14. num. 44. & 45. C. de fideicommiss.* Dec. *cons. numer. 15.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 34. num. 58.* Socin. *cons. 256. in fin.* Forster. *d. cap. 37. numer 25.* ubi post Barbat. *cons. 27.* ad contrarium fundamentum, quod ita legitimati nihil differant à legitimis, respondet, quod legitimis similes esse dicantur, atque ita verè non esse similes, cum nullum simile sit idem, Bart. *in l. quod Nerva. 32. ff. deposit.* Felin. *in c. capitulum sanctæ. 30. X. de rescript.* Jason. *in l. qui liberi. 8. ff. de vulgar. & pupill.*

Unde

Unde etiam legitimationem similem esse Alchymiæ dicit Bald. *in c. 1. n. 23. X. de constitut.* ea enim efficit, quos æs aurum appareat, non tamen potest verè ex ære aurum facere, seu unam speciem in aliam transmutare; Sic legitimatus figuram legitimi gerit, sed non habet eandem substantiam, quæ debet proficisci à natura rerum, quæ divina & immutabilis est, Bald. *d. num. 23.* Indeque differre legitimatum à legitimo, veluti imaginem ab eo, cujus figuram repræsentat, seu veluti illum, qui à Principe usum togæ impetravit, ut civis Romanus efficeretur, ab illo, qui verè civis Romanus est, sicuti scribit idem Bald. *in l. etiam num. 1. C. de appellat.* Et legitimatum similem esse homini medicato à percussionibus, in quo semper solent remanere cicatrices, idem Bald. *in c. fin. num. 1. X. de translat. Episcop.* Jason. *in l. cum acutissimi numer. 4. C. de fideic. mmiss.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 3. num. 6. & seq.* Forster. *d. cap. 37. n. 23.* 351 352

2. Ex quo legitimatos per rescriptum Principis parentis Nobilitatem non consequi docent Bald. *in c. per tuas. num. 2. X. de major. & obed.* Alex. *in l. ex facto. § si quis rogatus. num. 57. ff. ad SCt. Trebell.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 15. numer. 16. in fin.* Otalor. *de Nobilit. Hispan. 2. part. 3. cap. 3. numer. 4.* Hoping. *de jur. insign. cap. 7. num. 215.* nisi specialiter ad Nobilitatem honores & dignitates fuerint legitimati *infra n. 379.* 353

3. Ubi agitur de honore & beneficio ita legitimati non comprehenduntur legitimorum appellatione, Bald. *in l. generaliter. § cum autem num. 2. C. de institut. & subst.* Molin. *d. cap. 3. n. 9.* 354

4. In feudis non succedunt, *c. 1. § naturales. si de feud. defunct. contr. inter dom. & agnat.* Borcholt. *de feud. cap. 7. part. 2. num. 54.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 40. num. 14.* Schrader. *de feud. part. 7. cap. 5. num. 23.* Michael. ab Aguir *apol. part. 4. 23. seq.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. concl. 19. num. 2. & ibi in not. lit. a.* Vultei *1. feud. 9 num. 93. vers. de legitimatis.* Etiamsi ad feudum specialiter fuerint legitimati, si domini & agnatorum consensus non intervenerit. Pistor. *d. quæst. 40. num. 24. seq.* Vultei *d. n. 93.* Schrad. *d. cap. 5. num. 28. lat.* Rosenthal. *d. concl. n. 19. per tot.* Gail. *2. obs. 140. in fin. & obs. 142. num. 15.* Sonsbec. *de feud. part. 9. numer. 69.* Fachin. *7 cap. 50.* nam in natalium restitutione semper requiri consensum ejus, qui ex ea lædi potest, patet ex *l. 2. 4. & 5. ff. de natal. restitut.* 355

Neque 5. ad jus primogenituræ vel majoratus admittuntur, Covarruv. *var. resol. lib. 3. cap. 7. num. 7. vers. eadem ejusdem.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 3. num. 3. num. 9.* Jason. *in l. quoties. 15. C. de rei vind.* Forster. *de success. lib. 6. cap. 37. num. 22.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 11. tit. n. 11. 4.* nimis enim irrationabile, & adversus mentem institutori majoratum foret, caput familiæ atque geni- 356

turæ splendorem in eo apponere, qui non verè, sed per fictionem legitimus est, exclusis illis, qui vere legitimi sunt, Molin. *d. cap. 3. n. 4.* cum tamen legitimati reverentiam debeant legitimè natis exhibere, nec ad eandem mensam cum illis sedere, Bald. *in c. præter tuas num. 2. de major. & obed.* Alex. *in l. ex facto. §. si quis rogatus. n. 58. ff. ad SC. Trebell.* Port. *cons. 106. n. 94.*

357 Nec 6. ad dignitates Ecclesiasticas *Barbat. cons. 27. num. 21. vol. 1. Ant. de Butrio in c. per venerabilem. 13. X. qui filii sint. legit.* Forster. *d. cap. 37. n. 18.* sicuti nec ad emphyteusin Ecclesiasticam admittuntur, Bald. *in l. generaliter 6. §. fin. C. de instit. & substit.* Alex. *in l. ex facto. 16. § si quis rogatus. ff. ad SC. Trebell.* Forster. *d. n. 18.* Idque propter Ecclesiæ concedentis nobilitatem, quæ taliter natos abhorret, cum sine peccato mortali concipi non potuerint, Alex. *cons. 94. num. 3. & cons. 15. col. 1. vol. 1.* Anhor. *cons. 1. numer. 121. vol. 2.* Hoping. *de jur. insign. cap. 7. n. 210.*

358 7. Neque etiam excludunt ita legitimati substitutum in defectum liberorum legitimè natorum, Bald. *in l. Gallus. §. si ejus. in fin. ff. de liber. & posthum. & ibi* Imol. *in fin.* Alex. *cons. 2. numer 55. vers. non obstat. octavo. vol. 1. & in l. generaliter §. cum autem num. 2. vers. limitant tamen C. de instit. & substit.* Dec. *cons. 425. num. 2* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 1. tit. 10. n. 24.* Molina *de Hispan. prim. lib. 3. cap. 3 num. 31.* Fachin. *4. controv. cap. 54.* de quo vide latè Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 407. per tot.* multò minus piam causam vel Ecclesiam substituram, Bald. *in c. in præsentia. n. 35. X. de probat. & ibi* Felin. *num. 9. vers. fallit primò* Tiraquel. *de privileg. piæ caus. 94. in fin.* Mantic. *d. tit. 10. n. 26.* Molin. *d. cap. 3. n. 40.* Fusar. *d. quæst. 407. n. 93.*

359 8. Donationes non revocant ex capite supervenientium liberorum, Bald. *in l. 2. C. si quid in fraud. patr.* Jason. *in l. Gallus 29. §. & quid si tantum. n. 17. ff. de lib. & posthum.* Forster. *d. cap. 37. num. 20.* Gail. *2. observ. 140. num. 10.* Michael ab Aguir *apolog. part. 4. n. 22. & ibi alleg.*

360 9. Per rescriptum Principis legitimati non continentur statuto, masculis legitimis extantibus, fœminas excludente, sicuti probant, Bart. *in l. Gallus. 29. §. & quid si tantum. n. 22. ff. de liber. & posthum.* Guil. Benedict. *in c. Raynutius. 16. verb. duas habeat uxores num. 148. X. de testament.* Ruin. *cons. 84. num. 3. lib. 3.* Angel. *cons. 76.* Curt. sen. *cons. 13. & cons. 16.* Molina *de Hispan. primog. lib. 3. cap. . num 7. & cap 5. n. 5.* Grassus. *§. successio ab in test. quæst. 19 n. 12.* Molina *in consuet. Paris. rubr. 1. §. 8 gloss. 1. n. 5.* Gail *2. obs. 140. numer. 6. seq. per tot.* Mynsing. *3 obs. 26. ad fin.* Fachin. *6. cont. 1.* Forster. *de success. lib. 6. cap. 37. numer. 35.* Michael ab Aguir *apol. part. 4. num. 16.* Natta *in C. quamvis. 1 quæst. 2. de pact. in 6.* Tiraquel *in l. si unquam. verb. susceperit. numer. 98. C. de revoc. donat.* Harppr. *ad princ.*

ad princ.n.306.seq.l.de hæred.quæ ab intest. Quam sententiam Cameram quoque Imperialem approbasse testatur, Gail *d obs.140.n.6.*

Adhæc 10. Si testatoris sive fideicommissum instituentis voluntas & intentio inspiciatur, prout fieri debere constat ex dictis *supra cap 3.num.2 seq.* Ipsum de liberis de naturalibus per rescriptum Principis non sensisse, indè constat, quod ita legitimati non verè sed fictè, & ex accidenti quodam, & non suâ naturâ legitimi sint, *arg.l.si stipulatus.4.ff.de usur.* & ex præcedentibus constat. At vero verba disponentium propriè & secundum verum intellectum accipi & intelligi, & non ad ea, quæ per accidens fiunt, transferri debent, *l.fin.C. de his qui ven.ætat.l.ex ea parte 121.§.in insulam ff de V. O.c.susceptum.6.de rescript. in 6.* Mantic.*de con ect.ult.vol.lib. 1.tit.12.n.1.* Quia ad id, quod frequenter & regulariter accedit, & non quod jure extraordinario & singulari contingit, referuntur & accommodantur, *l.4.ff.de fideicommiss.libert.l.nam ad ea.5.ff. de legib.c.sæpe.1.de restit.spol.* Bald.*in l.neque natales 10.de probat.* Et conditiones testamentis appositæ implendæ sunt, sicuti testator voluit. non prout in effectu juris consistunt, *l.qui hæredi.44.l.Mævius.5.ff.de condit.& demonstr.* Ac naturalis causa præcipuè attendenda, non accidentalis, *l qui habet 3 ff.de tutel c.qui requisivisti. 15.X.de testament.* Atque civilis ratio naturalia non vincit, *§.naturalia.I de jur. natur.gent.* nec sufficit aliquid fieri civiliter, nisi fiat naturaliter, *l.fideicom. 75 ff. de condit.& demonstr* Mantic.*de con .ult.vol.lib 11.tit 0.n 9.* Atque ita nunquam credendum erit fideicommissi institutorem familiæ decus & splendorem in personâ filii naturalis, licet per rescriptum legitimati, apponere voluisse, Molina *de Hispan.primogen.lib.2.cap.3.in fin.* 361 362

11. Testator & fideicommissi institutor magis dilexisse præsumitur agnatos & descendentes legitimos, quam illegitimè natos & postea Princ pis beneficio legitimatos, cum absurdum videatur, ipsum delicto filiorum vel aliorum agnatorum consensum adhibere; Illudque approbare, sed ratio ipsa dictitat, interesse unicuique testatori, ut dignitas & fama familiæ suæ integra, honesta & illibata remaneat & conservetur, *l. Iulianus.26. ff si quis omissa causa test.* Forster.*d.lib.6.cap 37.n.51* prævalet ergò hoc casu voluntas & intentio ipsius testatoris & fideicommissum instituentis, quam Principis legitimantis, Mantic.*d lib.11.cap.10.n 1.* 363

Atq; hæc 12. maximè procedunt in personis nobilibus & illustribus hujusmodi fideicommissa instituentibus, hos enim tantum de filiis ex legitimo matrimonio natis, & non etiam de legitimatis sensisse hosque eorum fideicommissorum capaces non esse, nec substitutos excludere, statuunt Bald. *cons. 203. lib.3.* Alex. *in l. generaliter, §. cum autem. num. 2. C. de instit. & substit.* 364

Ripa.

Ripa *in l. ex facto. §. si quis rogatus.num.44.ff. ad Sct. Trebell.* Dec. *cons. 284. num. 10.* Tiraquel *de nobilit.cap.23.num.15. & 18.* Paris. *cons.9.num.47.lib.2.* Mantic. *d. tit.10.num.3 & 34.* Peregrin. *de fideicommiss.art.23.num.42.* Vinc. Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 407. n.44. & ibi alleg.* Molin *de Hispan. primogen lib.3. cap.3. n. 30. & ibi allegat.* ubi hanc conclusionem, procul dubio communem, nec aliquem esse, qui ab eâ dissentiat, asserit. Quia horum dignitas diminueretur, si ad eam personam, quæ nævo & maculâ illegitimatis notata & defœdata esset, bona hæc devolverentur, cum in spuriis & illegitimè extra nuptias natis denigrata & coinquinata Nobilitas, Forster. *d.lib.6.cap 37.n. 1.* Ex quo licet spurii ex capite cognatorum ad matris successionem admittantur, *l. hac parte. 2. l. si spurii.4. ff. unde cognat.* ab hæreditate tamen Nobilium & illustrium matrum ipsos excludi dictum est *supra n.323.*

365 Ex quibus facile colligitur, testatorem minimè sensisse de filio naturali, & postea legitimato, sed talem sobolem exhorrescere & odio habere præsumi, *l. ex facto.17.§. si quis rogatus. vers. hoc ex dignitate. ff. ad Sct. Trebell.* Alex. *cons.2. vers. undecimo probatur 25.* Dec. *cons.24.num.12.* Brun. *cons.15. dub.3.* idque non tantum in viris claris & nobilibus, sed etiam in plebeis obtinere, asserit per *l. palam.43.ff de rit.nupt. c. si gens Anglorum. 11. Dist.36.* Barbat. *in l. cum acutissimi. 30.n. 228. C. de fideicommiss.* Forster. *d. cap.37. in fin.*

His non adversantur in contrarium adducta, nam 1. quod attinet, licet macula ista naturalibus inusta per legitimationem aboleri dicatur, id tamen non fit revera, sed per fictionem quandam, & semper cicatrices aliquæ adhæ-
366 rent, ut *n.310. seq.* dictum, non enim semel factum infectum fieri potest, *l. in bello 12. § factæ. ff. de captiv. & postlim. revers.* unde quoque legitimatum imaginem repræsentatam vocat Salicet *in l. etiam. C. de appellat.*

397 Ex quo etiam 2. argumentum removetur, nam ita legitimatos non verè sed fictè & ex privilegio *supra d.n.350.* probatum est, ex textus ibidem allegati in contrarium, non de legitimatis per rescriptum Principis, sed per subsequens matrimonium loquuntur, majorem esse vim matrimonii, quam rescripti Principis *infra n 371.* dicetur.

Adhæc, quod legitimati per rescriptum Principis à legitimis nihil differant, id non simpliciter, sed in casibus in jure expressis & definitis procedit, secundum tradita Gail. *2.obs.140.num 7.seq.* Hôping. *de jur. insign. cag 7.n 209.* Ita enim legitimatus per subsequens matrimonium succedit in feudis, *supra num. 336.* Secus verò quoad legitimatum per rescriptum Principis *supra n.355.*

368 Sic quoque per Principis rescriptum legitimari non possunt naturales, si alii liberi legitimi extent, *Novel.74. c. 2. Novel. 89. cap. 9.* Jason. *in l. Gallus. 29.*

§. &

§. *& quid ſi tantum. num. 107. ff. de liber. & poſth.* Vultej. *1. Iuriſpr. Rom. cap. 23. num. num. 12.* Harpprecht *ad princ. n. 281. l. de hæred. quæ ab inteſt.* & tùm demum per Principis reſcriptum parentibus ſuis ſuccedunt, ſi juſti & legitimi liberi deficiant, *d. Novel. 89. cap. 9. l. Imperialis. 23. C. de nupt.* Harpprecht. *d. l. n. 280* niſi in ipſâ legitimationis petitione à patre narratû alios liberos adeſſe, & Princeps clauſulam adjecerit; non obſtante quod liberi legitimi ſuperſint, tùm enim ita legitimatos cum legitimè natis ſuccedere docent *arg. l. 2. & 3. ff. de natal. reſtit. l. 2. in fin. C. de jur. aur. annul.* Jaſon. *in l. Gallus. 29. §. & quid num. 96. ff. de liber. & poſth.* Gail. *2. obſ. 142. num. 8.* Harpprecht. *d. num. 281.* Quod ſecus eſt quoad legitimatos per ſubſequens matrimonium, nam hanc fieri poſſe extantibus etiam liberis legitimis, ex alio intermedio matrimonio procreatis, conſtat ex dictis *ſupra n. 338.*

Quod ergò de legitimatis per reſcriptum Principis dicitur, eos legitimos, ſuos & agnatos fieri, id non de legitimatione naturali, originariâ & verâ, ſed de illâ, quæ civilis, beneficiaria & ficta habetur, intelligendum eſſe, tradant Forſter. *de ſucceſſ. lib. 6. cap. 37. n. 27.* Cacher. *deciſ. Pedem. 119. n. 2. & deciſ. 121. n. 6.* Höping. *de jur. inſign. cap. 7. n. 209.*

Ad *3. & 4.* reſpondetur non ſufficere eſſe aliquem agnatum, vel de fa- 369
miliâ ipſius diſponentis, ut in his fideicommiſſis ſuccedat, ſed talem eſſe oportere, qui familiam honeſtè & ſine dedecore ſalvam & illæſam conſervet, & qui ex diſponentis veriſimili mente ſuccedere poſſit, ſicuti etiam in feudo hæreditario non ſufficit agnatio, niſi hæreditaria qualitas adſit, Alex. *conſ. 1[illegible]. num. 8. lib. 3. & conſ. 7. num. 6. lib. 7.* Beſold. *conſ. 231. num. 29.* At verò ex vereſimili mente inſtituentis legitimatum per reſcriptum Principis non eſſe vocatum, nec ad ſucceſſionem hoc caſu admittendum eſſe, demonſtratum eſt *ſupra num. 361.* Aliâs enim, ſi agnati, & illi, qui ſunt de lineâ inſtitutoris, indiſtinctè ſuccederent, etiam Monachi, infames, banniti, ex conjuge ad Morgenaticam ductâ nati, & ſimiles, imò & ipſæ fœminæ in iisdem admittendæ forent, quod tamen ſecus eſſe, ſuo loco probavimus. Ex quo etiam de jure feudali legitimatos per reſcriptum agnatos dici non poſſe propterea, quod illa cicatrix & macula, ex qua illos ab origine naturales fuiſſe, & opinionem ſuam apud viros graves prægravâſſe conſtat, poſt Bald. *in C. per tuas. de major. & obed.* Matth. Stephan. *lib. 1. de nobil. cap. 5. n. 92.* & ideò excludendos eſſe à feudi ſucceſſione, tanquam qui non ſint de ſanguine & agnatione primi adquirentis, nec ſine rubore patrem nominare, atque inter alios legitimos in curiâ Domini ſtare & ſervire queant, tradit Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 9. num. 94.*

Quamvis etiam quoad 5. & 6. ita legitimati ab intestato succedant, ipsisque legitima debeatur, exindè tamen non rectè infertur, eosdem quoque in
370 hisce fideicommissis succedere, cum non omnes, qui ab intestato succedunt, in his fideicommissis admittantur, sicuti in fœminis & Monachis videre licet, cum in his succedatur ex institutoris dispositione & voluntate, ita ut ubi hæc refragatur, successio locum non habeat.

Ex quo etiam 7. dubium enervatur, licet enim vulgò statuatur, legitimatum per rescriptum Principis substitutum in defectum liberorum excludere, alii tamen contrarium asserunt, per relatos *supra num.3;8.* Idque hoc casu tantò magis locum obtinet, quo mens fideicommissum instituentis in contrarium extat, & de legitimatis per rescriptum Principis ipse verisimiliter non sensit, per dictum *supra num.361. seq.* & si legitimatio simpliciter facta fuerit, legitimatum non excludere substitutum, tradit Molina *de Hispan. primogen. lib 3 cap.3.n 24.*

Idem etiam ad 8 respondetur, nam per Principis rescriptum legitimatum non comprehendi statuto, fœminas masculis extantibus, excludente, communior & sanior Doctorum est opinio, sicuti constat ex traditis à DD. *supra n.360.* in contrarium allegatis, ad quos me brevitatis studio remitto.

371 Ad 9. respondetur, longè majorem esse vim legitimationis per subsequens matrimonium, quàm quæ fit per rescriptum principis, cum illa à naturâ, hæc à lege, natura satis inferiore proveniat, *Novel.7 . cap.1. & cap.2. in fin.* illaque ex matrimonio subsecuto sit vera & propria, hæc verò ficta & impropria dicatur, Menoch *lib.1.cons. 18.num.13.* Et ideò, quæ fit per subsequens matrimonium, præstantior & potentior aliis omnibus habetur, Dec. *in c. cum in cunctis n.9. de elect.* Wesembec. *cons.44.n.40.* Cacheran. *decis. Pedem. 151.n.12.* Reusner *1 decis.4 n.40.* Schurff. *cons.1.n.19. & 20 cent.1.* etiam illâ, quæ fit per rescriptum Principis Tiraquel. *de primogen. quæst.3 .n.54. seq.* Naturam enim ista imitatur, & ex matrimonio originem ducit, ut ait Bald. *cons.319 num.1.vol.4.* Et est quædam restitutio, per quam abluuntur sordes peccati, idem Bald. *in c. innotuit.n.12.in fin.de elect.* & ideò omnium favorabilissima, Tiraq. *de ur. primogen quæst.34* ubi ait, etiam fieri per Principem Principum, id est, Deum propter pœnitentiam & conversionem, quæ ad eum fit per subsequens matrimonium, Mantic. *de con ect.ult.vol.lib.11.tit.12.num.1.* & aliâs potentius est jus naturale, quàm Principatus, Alex. *cons.30. & cons. 20.n.87.* Molina *de Hispan.primog. lib.3.cap.3.num.18.*

Ad 10. Resp. Legitimatos per rescriptum Principis generaliter, & Nobilitatis mentione specialiter non factâ, Nobiles non fieri, *supra num.353.* & con-

contrarium sentientium opinio tùm demùm locum obtinet, & ita legitimati Nobilitatem patris consequntur, si specialiter & nominatim ad Nobilita- 372
tem, honores & dignitates restituti & legitimati fuerint, Alex. *cons. 2. num. 19. lib. 1.* Rom. *cons. 76. numer. 13. & cons. 104. n. 14. lib. 4.* Alciat. *resp. 490. numer. 1.* Decian. *resp. 3. num. 50. lib. 1.* Menoch. *4 præs. 79. num. 10. & 11.* Hôping. *de jur. insign. cap. 7. num. 219.* Chassan. *in catal. glor. mund. part. 1. consid. 38. conclus. 77.* Matth. Stephan *de nobilit. lib. 1. cap. 5. n. 92. & 93.*

Quamvis autem ex his facilè concludatur, quod à Principe genera- 373
liter legitimati in his fideicommissis non succedant, dubium tamen remanet, an Princeps sive Imperator ita legitimare possit filium naturalem, ut agnatis non citatis, vel non consentientibus, ad hæc fideicommissa admittatur? Et valere hujusmodi legitimationem indè concludendum videtur 1. quia hæ- 374
redditates regulantur secundum jus civile & jus succedendi, & adquisitio hæreditatis est juris civilis, *l. lege obvenire. 30. ff. de V. S.* Forster. *de success. lib. 6. cap. 36. n. 10. & cap. 37. num. 35. & ibi allegat.* & fideicommissa à jure Civili in- 375
venta esse, constat. *princ. 4. de fideicommiss. hæred.* In his autem, quæ juris civilis sunt, & ex ejusdem præscripto oriuntur, Imperator liberam disponendi & immutandi potestatem habet, *C. innotuit. 20. X. de elect. C. proposuit. 4. X. de concess. præbend. §. penult. I. de jur. natur. gent. & civil.* gloss. *in l. fin. & ibi* Bart. *C. si contra jus vel util.* Forster. *d. cap. 36. num. 10. & d. cap. 37. num. 39.* ipsumque posse alicui, maximè ex plenitudine potestatis, jus quæsitum auferre, scribit Angel. *in l. item si verberatum. § 1. ff. de rei vind.* Jason. *in l. fin. limit. 6. C. si contra jus vel util. publ.* Dec. *cons. 169. n. 7.* 376

2. Quia jus hoc, quod agnati in bonis hisce familiarum obtinent, in spetanntùm esse intelligitur, quod non est considerabile, per *l. 1. §. denunciari. ff. de ventr. inspic.* cum spes illa juris positivi, & sic jus quærendum, atque ideò etiam per principem tolli possit, quia jus quærendum facilius tollitur, quàm quæsitum, Gail. *2. obs. 142. n. 15.* & spes succedendi non dicitur esse in bonis nostris, sicuti nec jus adeundi hæreditatem, *l. pretia rerum. ff. ad L. Falcid.* Dec. *cons. 269. n. 1.* Gail. *d. l. n. 15.* 377

3. Quia patre consentiente filium naturalem, non extantibus liberis legitimis à Principe vel Comite Palatino, etiam non auditis vel citatis agnatis vel cognatis legitimari posse, dubium non esse, scribit Gail. *2. obs. 142. n. 1. & ibi alleg.* quia hoc casu in legitimatione filii naturalis patris interesse principaliter versatur & consideratur, & quia ipse de rebus suis, pro arbitrio disponere potest, nemini injuriam facit, si natalium restitutioni consentiat, per *l. nullus videtur. ff. de R. I.*

378 4. Quia in legitimatione sola Pincipis legitimantis voluntas attenditur, Gail. *2. obs. 110. num. 2. & obs. 142. num. 3. seq.* si ergo ipse voluerit ita legitimatum in his fideicommissis succedere, successio valida erit, cum de ejus potestate disputare instar sacrilegii sit, *l. disputare C. de crim. sacril.*

Hinc quoque 5. Principem legitimare posse ad Nobilitatem, & alias
379 dignitates, dictum est *supra num. 372.* ejusdemque specialem legitimationem ad feuda validam esse, & ita specialiter ad feuda legitimato, in iisdem succedere, communis Dd. est assertio, Zas. *de feud. part. 8. num. 74* Sonsbec. *de feud. part. 9. numer. 67. seq.* Bercholt. *de feud. cap. 7. part. 2. numer. 54.* Schrad. *de feud. part. 7. cap. 5. num. 23.* Tiraquel. *de jur. primogen. quæst. 34.* Mynsing. *5. obs. 42. num. 6.* Gail. *2. ob. 142. num. 12.* Hart. Pistor. *lib. 2. part. 2. quæst. 40. num. 5.* Covarruv. *3. var. resol. cap. 6. num. 2. & 7.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. concl. 19. num. 7. & ibi in not. lit. h.* Vultej. *1. feud. 9. num. 93.*

380 Sed hisce & similibus non remorantibus, non posse Principem agnatis invitis, non citatis & non sentientibus, naturalem ita legitimare, in bonis hisce fideicommissariis, unà cum legitimis admittatur & succedat, verius est, & tradunt Jason. *in l. Gallus. §. & quid si tantum. & ibi* Socin. Sen. Crot. *numer. 46. ff. de liber. & posth.* Paris. *cons. 1. numero 39. cons. 9. n. 29. lib. 2.* Honded. *cons. 63. num. 23. seq. & num. 31. lib. 1. & cons. 59. num. 17. lib. 2* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 3. n. 23.* Menoch. *4. præs. 79. in fin.* Peregrin. *de fideicom. art. 23. n. 50. seq. & n. 62. seq.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 407. n. 133.*

Nam 1. nemo est, qui negare possit, agnatis hoc casu jus in bonis istis fideicommisso perpetuo affectis quæsitum & radicatum esse, cum ex ipsius primi instituentis dispositione indubitatò succedant, ideò ut hoc jus ipsis à fideicommissi successore & possessore, nullo modo interverti vel auferri possit, sicuti pluribus demonstratum est, *infra cap. 11. numer. 1. & seq. per tot.* & secus si factum fuerit, reliquis agnatis rei vindicatio, & aliæ actiones concedantur *infra cap. 13. num. 18. seq. per tot.* Jam verò communis Dd. est
381 conclusio, quod Princeps nemini jus suum quæsitum auferre possit, per *3. Regum 21. vers. 6. & seq. & 4. Reg. 9. & 10. Ezechiel. 46. vers. 18. Deut. 17. vers. 16. l. justitia 10. ff. de instit. & jur. l. rescripta. 7. C. de prec. Imper. offer. l. patrono. 5. ff. de natal. restit. l. 3. C. de rescind. vind. c. nomen. 12. caus. 2. quæst. 1. Feud. 1. in princ.* Bart. *in l. item si verberatum. ff. de rei vind.* Cravet. *cons. 5. numer. 4.* Gail. *2. obs. 56.* Mynsing. *5. obs. 97.* Schrader. *de feud. part. 4. cap. 1. num. 29.* Quod etiam Capitulationi Cæsareæ insertum, *Capitulat. Imper. Ferdinandi II. & III. artic.* und in allewegen. *3. ibi :* auch andere Fürsten/

Grafen/Herren und Ständt bey ihren Hoheiten/ Würden/Rechten und Gerechtigkeiten/ Macht und Gewalt/ jeden nach seinen Standt und Wesen bleiben lassen/ ꝛc. Nisi in casu publicæ utilitatis & necessitatis, & quidem non aliter, nisi refuso pretio vel damno ipsius rei, quæ boni publici causâ alicui aufertur *infra num. 392.* Nec refert an res feudalis vel allodialis sit Schrad. *de feud. part. 4. cap. 1. num. 28.* Rosenthal. *de feud. cap. 10. concl. 11. numer. 10. & ibi in not. lit. O.*

Atque hæc 2. non tantùm procedunt in jure jam realiter quæsito & delato, sed etiam quod in spe certâ & considerabili, veluti ex testatoris dispositione vel substitutione ortâ, consistit.

Est enim alia spes nuda & remota, quæ à dubio & planè incerto eventu dependet, qualis est illa, quam liberi in bonis parentum habent adhuc vivorum, quæ tota ex dubio & incerto eventu dependet, *l. 1. §. si impubere. 17. & ibi* Bart. *ff. de collat. bon.* Alban. *cons. 66. num. 3.* Toming. *decis. 41. num. 12.* Vel quando aliquid sub conditione legatum est., Gail. *2. obs. 132. num. 1.* Et hæc non est considerabilis, nec ullum jus, nec ullam aliquam actionem producit, Arnold. Engelbrecht. *de success. in Elect. ex jur. primog. concl. 30.* Gail. *d. num. 1. seq.* cum spes succedendi ab intestato vivo testatore non sit in rerum natura, Tusch. *lit. S. concl. 365. num. 6.* 382

Alia autem est spes probabilis certa & proxima, in re vel jure præterito vel præsenti radicata, qualis est spes fideicommissarii, etiam vivente eo, qui post mortem suam fuit gravatus, quia est de hæreditate mortui, cui succeditur, Tusch. *lit. S. concl. 365. num. 2.* quæ dicitur esse loco rei, vel pretii *l. cum donationis. C. de transact.* Gabriel. *cons. 136. numer. 9. lib. 2.* & rei appellatione venit, *l. nomina. ff. de hæred. vel act. vend.* Jason. *in l. is potest. ff. de adquir. hæred.* Kellenbenz. *de renunciat. quæst. 6. numer. 4.* & quod jur radicatum & considerabile dicatur, quando facta est substitutio, & testator mortuus est, etiamsi ex futuro eventu dependeat, tenet Alexand. *cons. 218. num. 2. lib. 2.* Tusch. *lit. I. concl. 629. numer. 5.* cum fideicommissarius substitutus petere possit sibi caveri de restituendo in eventum conditionis, Petra *de potest. Princip. cap. 32. num. 1.* Alexand. *cons. 5. numer. 9. lib. 7.* Tusch. *d. conclus. 629. numer. 9. confer. infra Cap. 12. numer. 21. & seqq.* Atque indè de hac spe idem judicatur, quod de reipsâ, & jure adquisito, 383 Cephal. *cons. 81. num. 6. lib. 3.* Francisc. Aretin. *cons. 3.* Adeò, ut etiam in ea transmissioni locus sit, Cavalcan. *decis. 19. numer. 95. part. 3.* cum radicatio

dicatio post mortem instituentis jam adsit, Bart. *in l. non amplius. §. 1. ff. de legat. 1. & ibid.* Bald & Imol.

Indeque licet jus in spe non sit considerabile, fallere tamen hoc, quando res non est integra, veluti si vocatur quis ad fideicommissum mortuo testatore, & tunc esse considerabile scribit post Alexand. *cons. 67. numer. 6 lib. 1.*
384 Tusch. *lit. I. concl. 626 numer. 19.* & substituto spe certâ, & considerabili jus quæsitum Imperatoris beneficio vel concessione auferri non posse tradunt Bart. *in l. is potest. 18. col. 3. ff de adquir. hæred.* Alexand. *cons. 94.* Socin. *consil. 251. numer. 13. seq* Forster. *de success. lib. 6. cap. 7. numer. 55.* Ita etiam jus illud, quod filius primogenitus habet patre adhuc vivo, dicitur spes firma, certa & immutabilis, ita ut pater eam invito filio, vel sine causâ tollere, non possit, Tiraquel. *primogen quæst. 21. per tot.*

Nec refert 3. an talis successionis spes ex testamento, vel contractu de-
385 pendeat, siquidem utroque casu Principem derogare non posse, scribit Molina *de Hispan. primogen lib. 3. cap. 3. num. 14.* Nam sicuti facultas testandi ex jure gentium competit, Molin. *d. l. lib. 1. cap 2. num. 6.* ita etiam facultas contrahendi ex eodem gentium jure provenit, *l. 1. princ. ff. de pact. l. cum te. C. de donat. ante nupt. l. si donationem. C. de revoc. don. l. ex hoc jure. ff. de just. & jur.* Atque ideò Principem jus quæsitum ex contractu etiam in spe, absque causâ publicâ tollere non posse, scribit Bald. *in cap. 1. de natal. feud.* ubi ait, quod quamvis Deus subjecerit Principi leges, non tamen subjecerit illi contractus, referente Molin. *d. lib. 3. cap. 3. numer. 16. seq.* ubi addit hoc adeò procedere, ut nec Principi ex potestate absolutâ id facere liceat, Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum. numer. 33. de Constitut.* Socin *cons. 8. num. 13. lib. 3.* Dec. *cons. 410. numer. 21. & 22.* Alciat. *de præsumpt. Reg. 3. præs. 8. num. 6.*

386 Hinc 4. licet in feudi antiqui successione agnatis jus tantùm quoad futuram successionem in spe quæsitum, illud tamen ipsis invitis & non consentientibus auferri non posse à Principe per legitimationem naturalium vel alio modo tradunt, *arg. l. 2. l. nec damnosa. 3. l. rescripta 7. C. de prec. Imper. offer. l. fin. C. si contra jus vel publ. util.* Alb. Brun. *consil. 17. num. 18. seq.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 3. numer. 29. & ibi allegat.* Hartman. Pistor. *2. quæst. 40. num. 24. & seqq.* Schrader. *de feudor. part. 7. cap. 5. numer. 3. & seqq* Fachin. *7. cont. 49. seq.* Sonsbec. *de feud part. 9. numer. 69.* Forster, *de success. lib. 6. cap. 39. numer. 9.* Vulrej. *de feud. 1. cap. 9. numer. 93.*

vers.

vers. sed alterum. Cothofr. Anton. *feud. disputat. 5. conclus. 6. lit. C.* Sicuti nec Princeps fœminas feudi incapaces & ex investiturâ exclusas ad feuda legitimare potest, Dec. *consil. 468. num. 27. & cons. 498. num. 18.* Socin. *jun. consil. 78. num. 18. lib. 1.* Clar. §. *feudum. quæst. 73.* Molin. *d. l. lib. 1 cap. 8. n. 31. in fin.*

Idem est 5. quoad jus majoratus, quod licet jam nondum sit delatum, non tamen, ne quidem de plenitudine potestatis auferri posse à Principe, tradunt per *l. si testamentum. C. de testament. & ibi* Fulgos. Jason. & Dd. comm. Alexand. *consil. 3. num. 6. lib. 5.* Anchor. *consil. 339. num. 5.* Dec. *consil. 403. num. 13. & 14. & cons. 557. num. 4. seq.* Fort. Garf. *in l. Callus. §. & quid sit tantum. num. 137. ff. de liber. & posth.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 8. num. 31. & lib. 3. cap. 3. num. 29. in fin.* Mantic. *de conject. ult. lib. 11. tit. 11. num. 4.* 387

Et 6. magis in specie, quod in bonis restitutioni subjectis, jus fideicommissario quæsitum saltem in spe, non possit tolli per legitimationem à Principe factam, ne bona devolvantur ad alium de quo testator non cogitavit, docent Dec. *consil. 689. per tot.* Jason. *consil. 1. num. 5. lib. 1.* Covarruvius *3. var. resol. cap. 6. num. 7.* Anton de Padilla *in auth. res quæ. num. 118. C. commun. de legat.* Pinel. *part. 1. rubr. de rescind. vend. Cap. 2. num. 19. & seq.* Molina *d. cap. 8. num. 31.* 388

Accedit. 7. quòd legitimatio est quædam species alienationis earum rerum, quæ fideicommisso subjectæ sunt, Anchor. *consil. 427. num. 2. in fin.* cum hoc ipso is hæres efficiatur, qui aliâs ex naturâ nativitatis suæ in his fideicommissis non succederet. per dicta *supra num. 305. seq.* omnis autem alienatio interdicta & prohibita est *infra cap. 11. n. 1. & per tot.* 389

8. Hinc quoque fideicommissa à testatore constituta non posse tolli per Principem, asserunt Menoch. *consil. 20. num. 5. & consil. 350. num. 28.* Peregrin. *consil. 30. in fin lib. 5. & de fideicommiss. art. 52. num. 16* Intrigliol. *de subst. cent. 3. quæst. 93.* Clar. §. *testament. quæst. 2. in fin.* Mantic. *de tacit. & ambig. conv. l. 14. l. 4. in fin.* Vinc. Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst 623. num. 3.* Ne quidem ex certâ scientiâ & de plenitudine potestatis. Cravet. *consil. 296.* Intrigliol. *d. quæst. 93. num. 2.* Covarruvius *lib. 3. var. resol. cap. 6. num. 67.* Peregrin. *d. artic. 52. num. 117.* Fusar. *d. quæst. 623. num. 5.* Nisi magna & publicam concernens utili- 390

utilitatem causa subsit, & urgeat, Covarruv. *d. cap. 6. in fin.* Fusar. *d. l. num. 7. & seq.*

Ex quibus sponte corruunt ea, quæ in contrarium sunt allata: nam quamvis quoad *primum*, Imperator in iis, quæ juris civilis sunt, dispensare eademque immutare possit, hoc tamen aliter fieri non debere, nec posse, quàm ex legitimâ ac justâ causâ, & refuso pretio, atque ita si alii jus suum
392 non auferatur vel præjudicetur, demonstratum est, *supra num. 350. & 380.* Nec hoc casu causa aliqua privata sufficit, sed publica requiritur, *l. Lucius. 11. ff. de evict. l. item si verberatum. 15. §. 2. ff. de rei vind. l. ædificia. 14. C. de oper. publ.* Bald. *in l. item lapilli. ff. de rer. divis.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 3. num. 20. & 23.* & ut simul ei, cui res aufertur, bonum Cambium præstetur ut Dd. loquuntur, sive alia res æquivalens vel pretium justum reddatur, & damnum boni publici causa datum refundatur, per *l. venditor. 13. §. 1. ff. com. mun. præd. l. 2. C. pro quib. caus. serv. pro proem. §. fin. l. de his qui sui vel alien. l. Antiochiensium ff. de privileg. cred.* gloss. *in l. si locus. §. fin. ff. quemadm. serv. amit.* Bart. *in l. benè à Zenone, C. de quadrien. præscript.* Rol. à Valle *cons. 69. vol. 2.* Gail. *2. observ. 56. num. 8. seq.* Gœddæ. *4. Marpurgens. cons. 38. num. 97. & cons. 40. num. 79.* Harpprecht. *ad princ. I. de rer. divis. num. 154.* Molin. *d. num. 20.* & nominatim in legitimatione in præjudicium substitutorum facta, cau-
393 sam publicam requiri, ac de ea substitutis citatis tractari debere, iisdemque bonum Cambium præstandum esse, docent Ripa *in l. quo minus num. 8. ff. de fluminib.* Molinæ. *in consuetud.* Paris. *tit. 1. §. 8.* gloss. *1. num. 39.* Dec. *consil. 519. num. 6. & consil. 576. num. 9.* Covarruvius *lib. 3. Var. resol. cap. 6. num. 8.* Molina *d. cap. 3. num. 21.* Forster. *de success. lib. 6. cap. 37. num. 58. & 59.* cum aliter cognosci non possit, an causa sit legitima, nisi citatis & auditis iis, quorum interest, Molin. *d. cap. 3. num. 23.* Atque ita ad probationem causæ substitutos & agnatos, quibus præjudicium irrogatur, citandos & audiendos esse, tenent Bart. *in l. 2. C. de temp. appell. & in l. nam ita. ff. de adopt.* Socin. *in l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 27. seq. ff. de liber. & posth.* Ant. de Padilla *in auth. res quæ n. 331. C. commun. de legat.* Molina *de Hisp. primogen. lib. 1. cap. 8. num. 33.*

Neque hic Principis absoluta potestas, sive plenitudo potestatis quicquam in contrarium operari potest; Nam quid de absoluta hac potestate sentiendum & quod Principi nec per eandem jus quæsitum alicui auferre liceat, pluribus demonstravi *in tract. meo de Ordin. Equestr. jurib. lib. 3. cap. 4.*

Ean-

Eandemque verè loquendo rectius tyrannidem, & plenitudinem tempestatis, quam potestatis dici scribunt Cravet *de antiq. temp. part. 1. §. non omitto. n° 4.* Luc. de Penna *in l. jubemus. circa med. C. de prox sacr. scrin.* Pruckman. *de regal. §. soluta potestas. cap. 3. n. 3.* & disputationis flagitium appellat Clampmar. *de arcan. rerump. 4. cap. 16.* Indeque Angelum dicentem, Principem ex plenitudine potestatis jus quæsitum alicui auferre posse, mentiri, & loqui non ut angelum, sed ut hominem mendacem, scribit Cravet. *cons. 24. n. 20.* referente Pruckman. *de regal. §. soluta potestas cap. 1. effect. 5. n. 4.* 394

Ad hæc licet fideicommissa jure civili sint inventa, non tamen à Principe sine causa tolli possunt, quia ex testatoris & institutoris dependent voluntate, quæ juris gentium est, & Principis rescripto infringi non potest, *l. si testamentum, C. de testament.* Bald. *cons. 297. in fin. lib. 2.* Dec. *cons. 357. n. 5.* Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 14. tit. 4. n. 13.* 396

Sic quoque 2. dubii resolutio constat ex dictis *supra n. 382.*

Ad 3. respondetur, quod ibidem allegata procedant, quando agitur de bonis, in quibus libera disponendi potestas ad patrem spectat, secus verò ubi de bonis restitutioni & fideicommisso subjectis agitur, in his enim legitimatio non valet, nisi ex causa legitimâ, citatis & consentientibus substitutis & agnatis, quibus jus probabile, etiam saltem in spe adquisitum est, facta sit, sicuti nominatim docent. Alex. *in l. Gallus. §. & quid si tantum. num. 17. ad fin. & ibi* Jason. *n. 92. & 131. ff. de liber. & posthum.* Dec. *cons. 284. n. 10. & cons. 425. num. 10.* Cephal. *cons. 23.* Ruin. *cons. 36. num. 20. lib.* . Molina *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 3. num. 10* Forster. *de success. lib. 6. cap. 37 n. 57. & 58.* Ubi addit, citandos esse illos, quorum interest, aliâs validam legitimationem non fieri, *arg l. nam ita divus. 39. ff. de adopt. l. de unoquoque 4 ff. de re judic.* Jason. *in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. n. 130 133 seq ff. de lib. & posthum.* 397

Ad 4. R. Voluntatem quidem Principis legitimantis attendi, hoc tamen moderamine adhibito, si voluntas illa justa, æqua, juri non contraria, & alteri jus quæsitum non auferat, per jam dicta. Neque etiam omnis de Principis potestate disputatio interdicta, sed temeraria tantum, qua dubitatur an is, quem Imperator ad officium aliquod tanquam dignum promovit, dignus sit, nec ne, hujusmodi enim disputatio, cum in contemptum Principis vergere intelligatur, sacrilegii instar est, & consequenter illicita perhibetur, quia Princeps minus idoneo officium vel magistratum dans, ejus simul personam approbasse, & de moribus ipsius dispensasse intelligitur, *l. quidam consulebant. & ibi* Bart. *num. 2. ff. de re judic.* Indè autem malè infertur, quod non 398

liceat aliquando in Principis facta inquirere, an justa vel injusta sint, nam cum Principis potestas limites suos à Deo habeat, & plures sint casus, in quibus Princeps nullam habet potestatem, in his de potestate ejus disputare non est prohibitum, Alex. *cons. 216. in princ. lib. 2.* Card. Tusch. *lit. P. concl. 668. num. 20.*

5. Ultimum argumentum tùm demùm procedit, si legitimatio in alterius præjudicium non vergat, vel si Dominus & agnati in legitimationem istam consentiant, *supra n.386.*

399 V. De adoptatis etiam quæritur, an hi in fideicommissis hisce Nobilium familiarum succedant? Quod ex sequentibus affirmandum videtur, 1. quia adoptatus transit in familiam & agnationem adoptantis, *l. qui ex liberis. 1. §. testamento. 2. ff. de bonor. possess. contr. tab. l. 1. §. cognationem. 4. ff. unde cognat. l. Senatoris. 6. ff. de Senator. l. qui in adoptionem. 23. ff. de adopt.* & jura consanguinitatis consequitur, *l. si is, qui nepotem. 44. ff. de adoption.*

400 2. Quia insignia & nomen adoptantis, omniumque ejus agnatorum jus assumit, *l. facta. 63. §. si verò nominis 10. ff. ad SC. Trebell.* Sueton. *in Iulio cap. 83.* Senec. *de vit. beat. cap. 15.* Dio, Cassiod. *hist. Rom. lib. 46* Rickius *de union. prol. cap. 9.*
401 *n. 47.* in ejusdem potestatem transit, *princ. I. de adopt.* cum adoptio naturam imitetur, *§. minorem. 4. I. de adopt. l. adoptio. 16. ff. eod.*

402 3. Quia adoptatus adoptantis originem & domicilium adquirit, *l. cives. 7. C. de incol. l. adoptionem. C. de adopt.* novisque honoribus obeundis & muneribus suscipiendis per patrem adoptivum adstringitur, *l. ordine 13. §. jus originis. 3. l. 17. §. 9. ff. ad municipal.* ac unius familiæ onera in aliam utrinque transferuntur, *l. onera. 45. ff. de adopt. l. fin. C. de jur. de lib.* & sic etiam successionis commoda, *arg. l. 10 ff. de R. I.*

403 4. Hinc etiam adoptati à senatoribus & decurionibus iisdem privilegiis gaudent, quibus filii eorum naturales & legitimi, *l. Senatoris. 6. & l. seq. ff. de senator. l. cum adoptivum. C. de decurion. l. si plures. §. in arrogato. ff. de vulg. & pupil. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testament.* Phil. Matth. *1. Marpurg. cons. 20. n. 24.*

404 5. Adoptati patri adoptanti sunt sui hæredes, *l. arrogato. ff. de senator. l. cum in adoptivis. 10. §. sed siquidem. in fin. C. de adopt.* Forster. *de success. lib. 5. cap. 6. n. 4.* atque indè liberis legitimè natis æquipollent, & non tantum cum ipsis in virilibus portionibus succedunt, sed etiã ad ulteriores successiones admittuntur, *l. si te parens. 5. C. de suis & legit. l. si is qui. 44. ff. de adopt.* Rickius *de union. prol. cap. 9. num. 47.* Philip Matthæ. *1. Marpurg. cons. 20. num. 20. & seq.*

Adeo

Adeò ut quandoque etiam Regnorum successores extiterint adoptati, *infra num. 433.*

6. Et plebei adoptati à Nobili fiunt Nobiles, secundum Joh. Raynaud 405
de nobilitatibus. part. 1. quæst. 5. Franc. Marc. *Delph. decis. 882. num. 1. & 2.* Rickius *de un. prol. cap. 9. num. 47.* Menoch. *4. præs. 89 num 35.* Petr. Friz. *de nobil. conclus. 20. lit. h.*

Alia in hac quæstione, maximè an plebejus à Nobili adoptatus fiat No- 406
bilis, & Nobilitatis jura & privilegia consequatur, simpliciter negativam tuentur sententiam Bon. de Curtil. *de nobilit. part. 4. num. 4. vers. quid autem in filiis.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 15. num. 5. & 6.* Besold. *lib. 1. polit. cap. 1. num. 54.* Chassan. *in catal. glor. mund. part. 8. consid. 23.* Wesembec. *cons. 44. n. 5.* Nicol. Noal. *de transmiss. cas. 29. num. 14. seq.* Harpprecht. *ad §. apud Catonem. 12. num. 5. seq. I. de adopt.*

Alii distinguere solent, inter genus & gentem, sive Nobilem ex origi- 407
ne, & Nobilem ex privilegio, ita, ut si genus spectemus, sive originem, plebejus à quovis Nobili adoptatus non fiat Nobilis, Bon. de Curtil. *de nobilit. part. 4. n. 13.* Otalor. *de nobilit. Hispan. 2. part. 3. cap. 7. n. 4.* Hippol. à Collib. *axiom. Nobil. 32.* Tiraquel. *de nobil. cap. 15. n. 16.* cum Nobilitas generis sit qualitas & dignitas quædam proveniens ex coruscatione sanguinis clari à parentibus originem trahens, & in liberos legitimos veluti ex traduce descendens, *arg. l. nobiliores. C. de commerc. & merc.* Chass. *in catal. glor. mund. part. 8. consid. 8.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 15. n. 6.* Genus autem & sanguinis in adoptivum non transfertur, *l. qui in adoptivum. 23. ff. de adopt.* Si verò gentem, id est jura, immunitates & insignia gentis attendamus, plebei á Nobilibus adoptati Nobiles, sive privilegiorum & immunitatum participes fiant, cum enim adoptio familiam, agnationem & nomen adoptantis tribuat, consequens videtur adoptatum transeundo in potestatem adoptantis, jura etiam familiæ & angnationis consequi, *l. 1. §. 4. vers. evenit. ff. unde cognat.* 408

Alii distinguunt inter arrogatos & adoptatos, ita ut arrogati tantùm Nobiles fiant, adoptati verò non item, Reinking/ *de regim. sec. lib. 1. class. 5. cap. 11. num. 24.* 409

Alii distinguunt inter adoptatum ab ascendente aliquo, veluti avo vel proavo materno, ita ut hic jure in familiam patris adoptantis transeat, & Nobilis fiat; & eum, qui à patre naturali extraneæ personæ in adoptionem datus est, ut hic in patris sui naturalis familiâ & potestare remaneat, nec quicquam ex eo, nisi jus succedendi ab intestato in

in bonis patris adoptivi adquirat, atque ita Nobilis non exiſtat, cujuſmodi
ſententia & diſtinctio juri noviſſimo magis accommodata, & communiter
ferè recepta eſt, eandemque inter alios quamplures approbant, per *l. pen. C. de
adopt. §. ſed hodie 2. l eod.* Lagus *in meth. jur. civil. part. 2. tit. quib. mod. patr. pot. ac-
quir. fol. 76.* Schurff. *1. conſ. 83. num. 4.* Sixtin. *2. Marpurg. conſ. 21. n. 73.* Forſter. *de
ſucceſſ. lib. 1. cap. 7. num. 3.* Matth. Stephan. *de nobilit. lib. 1. cap. 5. n. 101.* Enenkel.
de privil. parent. & lib. privil. 1. cap. 5. num. 12. & privil. 14. part. 1. num. 27. Nolden.
de ſtat. nobil. cap. 6. num. 120. ſeq. Theod. Höping. *de jur. inſignium. cap. 7. num. 2;1.
& ſeq.*

Quicquid autem ſit, ego indiſtinctè, ſive extraneæ perſonæ, ſive ad-
ſcendenti voluti avo, vel proavo materno plebeus vel etiam Nobilis in adop-
tionem detur vel arrogetur, & adoptatus vel arrogatus ante ipſam adoptio-
nem non fuerit in familiâ ipſius teſtatoris vel fideicommiſſi hujusmodi inſti-
tutoris, ipſum in his familiarum Nobilium fideicommiſſis non ſuccedere, ve-
rius judico. Quia 1. hujuſmodi fideicommiſſa inſtituentis mens & voluntas
eſt, ut familia ipſius ſplendidior exiſtat, conſervetur, & in iisdem nemo ſuc-
cedat, niſi qui de ipſius familiâ, agnatione & ſanguine natus, ſicuti ſæpius in-
culcavimus. At verò adoptatum non eſſe de familiâ ipſius teſtatoris & inſti-
410 tutoris, nec de agnatione, nec de ipſius ſanguine natum, per ſe conſtat & a-
doptionem jus ſanguinis non conferre, docet *l. 2. ff. unde cognat. l. qui in adoptio-
nem. 23. ff. de adopt.* Jacob Rickius. *de union. prol. cap. 9. n. 17.* cum jus ſanguinis jure
civili nec adimi nec conſtitui poſſit, *l. jura ſanguinis. 8. ff. de R. I. l. jus agnationis.
34. ff. de pact. l. non nudis. 14. C. de probat.*

411 2. Quia adoptati non ſunt verè, ſed imaginariè & fictè filii ſive liberi,
nec filiorum vel liberorum appellatione veniunt, *l. filio quem. 23. in princ. ff. de
liber. & poſthum. l. adoptiones. 43. ff. de adopt. l. pen. §. 1. C. eod. l. ſi ita quis. 51. in
fin. ff. de legat. 2. l. fideicommiſſum. 76. ff. de condit. & demonſtr. l. fin. C. de his qui
ven. ætat.* Molin. *de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 4. num. 50.* Tiraquel. *de primog.
quæſt. 84. n. 7.* cum is propriè filius ſit, qui ex legitimo matrimonio marito &
412 uxore natus eſt, *l. filium. 6. ff. de his qui ſui vel alien. jur.* Alex. *in l. adoptivum. ff.
de in jus voc.* Tiraquel. *de primog. quæſt. 84. n. 5.* Certum autem eſt, teſtatorem,
ſive fideicommiſſi inſtitutorem ſenſiſſe de veris & legitimis, non verò de ima-
ginariis & fictis liberis, per *l. fideicommiſſum. 76. ff. de condit. & demonſtr. l. ſi ita-
413 quis. 51. §. 1. ff. de legat. 2.* cum verba naturaliter & non fictè debeant intelligi
*l. filio. 23. ff. de liber. & poſthum. l. fin. C. de his qui ven. ætat. l. ſancimus. C. de
nupt.* Mant. *de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 8. num. 2. & 5.* Atque ita adoptati non
ſucce-

succedant ex voluntate ipsius testatoris, quæ omninò attendenda, *supra cap. 3. num. 2.*

Hinc quoque 3. adoptivos non comprehendi sub statuto de filiis loquentibus, docent Bald. *cons. 2. numer. 2. lib. 1.* Forster. *de success. lib. 5. cap. 2. num. 9. & cap. 7. num. 7.* Gail. *2. observ. 136. num. 16.* Tiraquel. *de primogenit. quæst. 84. num. 7.* Phil. Matth. *Marpurgens. 1. cons. 2. num. 62.* cum verba statuti non verificentur in casu ficto, *l. 1. §. hæc verba. ff. de negoc. gest. l. fin. C. de his qui ven. ætat.* Jason. *in l. 4. Prætor ait. ff. de in jus vocand.* Decian. *cons. 126. per tot.* Philipp. Matth. *d. l. n. 63.* 414 15

Et 4. quod adoptivi non excludant fœminas ex statuto, quod masculis extantibus fœminas ab hæreditate repellit, tradunt Jason. *in l. cum filiosfamil. lias. n. 165. ff. de legat. 1.* Dec. *in c. in præsentia. X. de probat.* Forster. *de success. lib. 5. cap. 7. num. 11.* Curt. *cons. 339. num. 24. vol. 3.* Gail. *2. obs. 136. num. 16.* Alb. Brun. *de stat. fœmin. exclud. art. 12. quæst. 1.* Tiraquel. *de primogenitur. quæst. 84. numer. 5. & 8.* 416

Nec 5. adoptivi continentur privilegio liberis concesso, *l. 2. §. adoptivi ff. de vacat. & excus. mun. §. 1. I. de excusat. tut.* Forster. *de success. lib. 5. cap. 7. numer. 18.* indeque constitutionem, quæ legitimam filiorum auxit, nun complecti adoptivos, tradunt per *§. 1. & ibi gloss. verb. quale. Auth. de hæred. &* Falcid. *§. 1. & ibi gloss. in verb. observando Auth. de trient. & semiss.* Bart. *in l. si arrogator. de adopt.* Philipp. Matth. *d. cons. 20. numer. 61.* ipsisque legitimam non deberi, docent Bald. *in l. cum in adoptivis. C. de adopt.* Aretin. *in l. ex facto. in princ. ff. de vulgar.* Forster. *d. cap. 7. n. 15.* 417

Neque etiam 6. donatio omnium bonorum ejus, qui liberos non habet, & postea adoptat, per filium hunc adoptivum revocatur, *l. cum in adoptivis. C. de adopt. l. fin. ex bonis. ff. de bon. damnat.* Jason. *in l. Gallus. §. instituens. num. 10. ff. de lib. & post.* Gail. *3. obs. 136. numer. 19.* Forster. *d. cap. 7. n 11. & cap. 2. n. 8.* 418

Ex quo etiam 7. adoptati non excludunt substitutum, sicuti probant per *l. si ita quis. 51. §. fin. ff. de legat. 2. l. si fideicommissum. 76. ff. de condit. & demonstr.* Curt. jun. *cons. 399. num. 19. seq. vol. 3.* Gail *d. obs. 136. numer. 13.* Mantica *de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 8. num. 3. & seq.* Philipp. Matth *1. Marpurg. cons. 20. n. 58.* 419

Cujus ratio evidens hæc est, quod non debeat esse in potestate ipsius gravati, suo facto & adoptionis commento, substitutum callidè excludere, *d. l. fideicommissum. 76. ff. de condit. & demonstr.* Mantica *d. tit. 8. n. 4. &* Gail. *d. n. 13.* Indeque is, cui in tempus liberorum tertia pars relicta est, non potest adoptando partem istam consequi, *d. l. si ita quis. 51. §. fin. ff. de legat. 2.* Adeò

ut adoptio in aliorum præjudicium ne à Principe quidem confirmari possit, *l. nam ita Divus 39. ff. de adopt. l. nec avus 4. C. de emancipat.* Rickius *de union. prol. cap. 9. num. 16.*

420 Atque hæc ratio maximè obtinet in fideicommisso nostro, cum in hoc agnati proximiores per talem adoptatum contra instituentis mentem facilè
421 excludi possent. Unde quoque ad adoptionem eos, qui ex eadem lædi possunt & de quorum præjudicio agitur, citandos esse probatur *per l. nam ita Divus. 39. l. cum nepos. l. nec ei. §. eorum. ff. de adopt. l. 2. C. eod.* confer *supra num. 393.*

422 Hinc quoque 8. is, qui prohibitus est alienare, non etiam potest adoptare vel arrogare, ita ut adoptatus vel arrogatus admittatur, Hieron. Gabriel. *cons. 91. num. 9.* Mascard. *de probat. conclus. 1243. num. 103.* cùm ergò in hisce fideicommissis alienatio prohibita *infra cap. 11. n. 1. seq.* ipsa quoque adoptio in præjudicium agnatorum prohibita erit.

423 Eadem ratione 9 adoptati in feudis non succedunt patri adoptanti, *c. 1. §. adoptivus. 2. feud. 26.* Schrader. *de feud. part. 7. cap. 5. num. 9.* Tessaur. *forens. quæst. 100. num. 1. & seq.* Menoch. *cons. 503. num. 21. vol. 6.* Sonsbec. *de feud. part. 9. numer. 63.* Vultej. *1. feud. 9. num. 9.* Harpprecht *ad princ. numer. 255. I. de hæred. quæ ab intest. defer.* Tiraquel *de jur. primog. quæst. 84. numer. 10.* Forster. *de success. lib. 5. cap. 5. n. 1 & cap. 7. n. 12.* Gail. *2. obs. 136. n. 16.*

424 Sicuti nec 10. in emphyteusi, *l. filio quem pater ff. de liber. præter* Bald. *in l. fideicommisso. ff. de condit. & demonstr.* Gail. *d. num. 16.* Forster. *d. cap. 5. num. 2.*

425 Nec 11. in primogeniturâ vel majoratu Molina *d. l. n. 50. seq.* Tiraquel. *de jur. primog. quæst. 84. per tot.* Carol. Molinæ. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 8. gloss. num. 33*

426 Ex quo etiam 12. adoptatos non excludere fœminas renunciantes paternæ hæreditati donec masculi supersunt, responderunt Jcti Marpurgenses *1. consil. 20. n. 56. seq.*

427 Eosdemque 13. in Galliâ nullo modo ex pacto succedere, post Masuer. & Bened. restatur, Tiraquel. *de jur. primogenit. d. quæst. 84. numer. 11. & de retract.*
428 *tit. 1. § 1. gloss. 8. verb. le parent. n. 16.* Atque ita adoptatos ad fideicommissa non admitti, quando agnati vel cognati, vel similes sunt vocati, docent per *l. si ita quis. §. fin. ff. de legat. 2. l. in fideicommissa. ff. de condit. & demonstrat.* Menoch. *cons. 226. numero 39.* Tiraquel. *in l. si unquam. verb. susceperit. numer. 2. seq. de revocand. donat.* Mantica *de conject. ult. volunt. lib. 11. tit. 8.*

Grass. §. *fideicommissum. quæst. 39.* Gail. *2. obs. 136. n. 13.* Fusar. *de fideicomm. subst. quæst. 316. n. 1. & ibi alleg.*

Ex quibus non est difficilis ad contraria responsio, nam *primum* quod attinet, non sufficere aliquem per fictionem & imaginationem in aliquam familiam transire, sed in hisce fideicommissis veros & naturales agnatos desiderati, ex decidendi rationibus constat, nisi aliud à testatore fuerit dispositum, & pro familiæ conservatione in defectum liberorum quis fuerit adoptatus, de quo *infra n. 4 2.* 429

Ad 2. Respondetur, ab insignium & nominis delatione ad successionem, non validam esse argumentationem, cùm eadem quis insignia, idemque nomen deferre possit, qui tamen successionis non statim sit capax, maximè si disponentis voluntas desit, vel aliis agnatis, qui jus quæsitum habent, indè præjudicetur, quod fieri non posse, dictum est *supra numer. 380. seq.* 430

Pari ratione 3. non obstat, quia à domicilio & oneribus subeundis, ad successionem nulla consequentia, & tanquam à diversis & separatis malè fit illatio, per *l. fin. ff. de calumniat.* Everhard. *in loc. à separat. 18. numer. 1.*

Ad 4. respondetur, aliam esse momentaneæ & temporalis dignitatis senatoriæ, & aliam avitæ agnationis rationem, cum illa in solo juris civilis beneficio constiterit, & ideò ob causam non adeò gravem auferri potuerit, sicuti Antonius, quod uxorem nullo amicorum consilio adhibito repudiasset, à Marco Valerio & Junio Bruto Censoribus senatu motus fuit, teste Valer. Maxim. *lib. 2. cap. 9.* hæc verò præter juris civilis approbationem, etiam in naturâ, sive paterno sanguine fundata sit, quæ tali mutationi non subjecta, per *l. jura sanguinis. 8. ff. de R. I.* 431

Quamvis etiam ad 5. respondendo, hodie plebejus ab ascendenti aliquo materno avo vel proavo adoptatus fiat Nobilis, secundum distinctionem relatam *supra num. 409.* exindè tamen non sequitur, quod is quoque omnia Nobilitatis, & quidem veræ agnationis & consanguinitatis jura consequatur, & in hisce fideicommissis succedat, cum agnatio in his vera & non ficta requiratur, per dicta *supra num. 412. seq.*

Ex quo etiam 6. dubium enervatur, non enim sufficit aliquem ab intestato succedere posse, ut ad hæc fideicommissa admittatur, sed requiritur, ut natura bonorum & testatoris voluntas ipsum admittat, quam hoc casu in filiis adoptivis deficere & refragari, ex decideudi rationibus apparet, ut potè quæ de veris, & non de fictis & imaginariis liberis concepta fuisse intelligitur.

Quod

432 Quod si tamen Nobilis vel alia quædam persona illustris liberos vel filios non habeat, vel alii agnati non supersint, qui familiam conservent ipsum alium quendam ad optare & bona sua in ipsum transferre posse, ut nomen, arma & insignia sua, pro perpetuâ familiæ suæ conservatione gerat adoptatus, non videtur habere dubium, & refert Philipp. Matthæ. *1. Marpurg. cons. 20. num. 10.* Theod. Höping. *de jur. insign. cap. 8. num. 459.* ubi *numer. 460.* addit, quod licet hæc fictionem inducant, quia tamen fictio hæc legis est, & ad actum favorabilem accommodata, de quo lex disponere potest, dicendum videri, hoc perindè haberi, ac si verè & per naturam nomen & insignia ista adoptatus ferret, Philipp. Matth *d. cons. . o. num. 19.* confer *supra cap. 6. n. 126.* Quod etiam quoad bona feudalia fieri posse, tenet Forner. *de feud. tit. de his, qui feud. accip. fol. 43. & seq.* Höping. *de jur. insingn. cap. 7. numer. 240.* modò Domini consensus accesserit. Et extat adoptio facta per arma apud Cassiod. *lib. 2. epist. 4. & lib. 8. epist. 1. & 9.*

Nobiles quoque olim familiæ splendori & antiquitati per adoptionem aliosque modos prospexisse, ac ita insignia de unâ in aliam familiam transtulisse, hacque ratione perpetuitatem quasi eorundem induxisse, ex historiis constat, & testatur Nobiliss. Caspar. à Lerch. *de Ord. Equestr. part. 1. num. 12 in fin. fol. 10. vers.* Eine besondere. ubi ita scribit: Daß der Reichs freye Adel zu Erhaltung Ritterlicher Geschlechten/ Nahmen/ Schildt/ Helm/ Haab vnd Guths/ das Mittel der Adoption etwan sehr im Gebrauch gehabt/ in deme viel tapffere Rittersman/ wann sie jhres Geblüts/ Schildt/ Helm vnd Nahmens Absterben vnd Vndergang gesehen haben/ jhre nechste Freundte oder dero Kindere zu rechten Erben angenommen/ daß wann sie schon jhres Nahmens vnd Geschlechtes nicht gewesen/ jedoch jhren Nahmen: (wann sie verstorben) mit Schildt vnd Helm tragen/ vff vnd annehmen mögen vnd müssen/ darumb auch jhnen die erworbene oder ererbte Güter angewiesen worden. Welche rühmbliche Vorsicht vnd Vertrauligkeit/ vnter den Befreundten vnd Adelichen Familien in folgenden Zeitten übel nachgelassen hat / vnd findet man nicht wenig Geschlechter/ die von andern mit Schildt/ Helm/ Nahmen/ auch ansehnliche Güter geerbet/ angenommen/ vnd von Käys. Mäyst. respectivè erlanget haben/ als die Cammerer von Wormbs/ von den Edlen von Dalberg/ die Greiffencloe von Vollraths/ vnd andere. Es ist aber endtlich dahin kommen/ daß an Statt der adoption durch testamenta einer dem andern Haab vnd Gut verschafft/ den Nahmen/ Schildt vnd Helm aber vergessen/ vnd ohne deren continuation gantz vndergehen lassen hat/ dardurch vieler hochverdienter berümbter Geschlechter Wappens memoria zu Grund gangen ist.

Un-

Unde quoque quandoque adoptati Regnorum successores extiterunt, sicuti videre est in Jugurthâ, qui ex adoptione Micipsæ Numidarum Regis, successit in regno cum Adherbale & Hiempsale, filiis naturalibus & legitimis ipsius Micipsæ, tàm ex ejusdem patris, quàm S. P. Q. R. judicio, teste Sallust. *in bell. Iugurth.* Sic etiam Tiberius Augusto, Nero Claudio, Trajanus Nervæ, Antonius Pius Adriano, & ipsi Pio Antoninus Philosophus, & Justino majori Justinianus, & aliis alii per adoptionem in Imperio successerunt, testibus, Corn. Tacit. Sueton. Dion. Aurel. Victor. Ael. Lamprid. & aliis.

Quod si quoque adoptio jussu & voluntate testatoris fuerit facta, adoptatum ad fideicommissum admitti, tradunt, per *l. si cognatis. 19. ff. de reb. dub. l. 1. §. fin. ff. de legat. præst.* Ripa. *in l. ex facto. §. si quis rogatus. n. 35. ff. ad Sct. Trebell.* Tiraquel. *in l. si unquam. verb. susceperit. liberos. 73. C. de revoc. donat.* Mantica *de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 8. num. 6.* Menoch. *4. præs. 82. num. 16.* Peregrin. *de fideic. art. 22. num. 91.* Fusar. *de fideic. substit. quæst. 3 6. n. 6.* Uti & si testator adoptatum sibi tanquam nepotem ex filio suo adoptâsset, Mantic. *d. tit. 8. n. 6.* Menoch. *d. præs. 82. n. 16.* Fusar *d. quæst. 316. n. 18.* 434

Ex quibus facilè colligitur, quod si Nobilis & fideicommissi hujusmodi familiæ capax, plebeio se in adoptionem dederit, non fiat plebejus, Franc. Marc. *decis. 88. numer. 3. tom.* . Bocer. *de Regal. cap. 2. num. 43. & seq.* Joh. Niel. *disp. feud. ult. conclus. 2. lit. b.* Hoping. *de jur. insign. cap. 7. num. 296.* & sic nec fideicommisso hoc privandus, siquidem per adoptionem dignitas non minuitur, sed augetur, *l. per adoptionem. 35. ff. de adoption.* & senator à plebeio adoptatus manet Senator & Senatoris filius, *l. senatoris. 6. §. 1. l. emancipatum. 7. princ. ff. de Senator.* Nam si adoptio dignitatem ademisset, nunquam Tiberius plæbeiæ Liviorum familiæ, licet florentissimæ adoptante in eam avo terno insertus fuisset, de quo Sueton. *in Tiber. cap. 3.* 435

Nec negocium facessit, quod Clodius, qui se Fontejo homini plebeio adoptandum dedit, à patriciis exiverit, & in plebem transierit, teste Cicerone *in orat. pro dom.* Dion Cassiod. *lib. 38.* & Scipio Patricius à Q. Metello plebeio adoptatus, & Q. Metellus Scipio dictus, & non tantùm se, sed totam Scipionum familiam plebeiam reddidit, Carol. Sigon. *lib. de nom. Rom. cap. 6.* Siquidem hi ultro, & sponte suâ patriciatus dignitate sese exuerunt, & plebei esse maluerunt, ut Tribuni plebis fieri possent, quem magistratum soli plebei capescebant.

VI. Qui de adoptatis diximus, ea multò magis procedunt in liberis per unionem prolium conjunctis & unitis, ita ut nec hi in Fideicommissis familiarum

liarum succedant, siquidem 1. ita uniti adoptivis ut plurimum assimiliantur, & sicut adoptivi veri & legitimi liberi non sunt, sed ficti & imaginarii tantùm, ita etiam per unionem prolium conjuncti, Jacob. Rickius *de union. prol. cap. 9. numer. 1. & per tot.* Bart. Muscul. *de success. convent. class. 1. membr. 3. de union prol. numer. 15. seq.* atque ita ex voluntate institutoris non succedunt, per tradita *supra num. 411. seq.*

437 Et 2. maximè facit, quod hæc fideicommissa pro familiæ & agnationis conservatione constituantur, unio autem jus sanguinis & agnationem non operetur, *arg. l. jura sanguinis. 8. ff. de R. I. l. jus agnationis 34. ff. de pact.* Muscul. *d. membr. 3. n. 35. & 37.* Rick. *d. cap. 9. n. 17.*

Unde etiam 3. filii uniti nullà agnationis vel consanguinitatis lege, sed tantum ex contractu parentibus tantùm succedunt, non ulterioribus; & post primam divisionem à morte parentum expirat unio, nec quoad succes-

438 sionis effectum vinculum perpetuum parit, Muscul *d. membr. 3. numer. 35.* Ita ut nec frater unitus fratri unito succedat, non enim dicitur ein Ein Brüderschafft/sondern ein Einkindschafft. Philipp. Meist. *in Specul. not. lib. 2. part. 2. sect. 6. tit. 3.* von Einkindisch. *quæst. 5. vers.* zum andern Muscul. *d. num. 35.* Neque etiam per unionem quis sibi fratrem facere potest, Alex *cons 23 num. 5. vol. 3.* ubi addit quod pactum eorum, qui se fratres jurato s, Geschworne: addo ego Sauff-Brüder / constituunt, quoad successionem nullius sit momenti, Boër. *decis. 355.* Gail. *2. observ. 126. numer. 2.* Wehner. *pract. obs. verb.* Erbeinigung. *fol. 127. vers. nullius. & verb.* Geschworne Brüder. *fol. 223.*

439 Hinc. 4. liberi uniti in statutis, de filiis loquentibus non comprehenduntur Rick *d cap. 9. num. 31.* nec substitutum excludunt Rick *d. l. numer. 28. 30. & 31.* nec fœminas repellunt Rick. *d. l. numer. 32.* nec donationem revocant Rickius. *ibid. numer. 27.* nec in feudis succedunt, idem Rick. *d. l. numer. 33.* Atque hæc in tantum procedunt, ut nec Princeps ejusmodi unionem in præjudicium aliorum liberorum, agnatorum vel etiam fœminarum confirmare possit, *arg. l. nec avus. 4. C. de emancipat. l. nam ita Divus. 39. ff. de adoption.*

440 VII. Porrò non succedunt in fideicommissis familiarum liberi ex conjuge ad Morgenaticam ductâ nati. Solent enim quandoque Magnates, si nobilitate sibi non pares & inferiores in matrimonium ducunt, in favorem liberorum primi matrimonii, vel agnatorum, pactis dotalibus cavere, ne liberi ex hoc matrimonio nati cum prioribus pari jure succedant, nec eadem dignitate cum illis utantur, sed pro certo titulo, certisque nonnullis bonis vel

nis vel reditibus contenti esse jubeantur; daß die auß solcher Ehe erzeugende Kinder an dem Vatter nichts Erben auch seinen Titul nicht führen / sondern sich mit einem gewissen abfertigen zulassen / schuldig seyn sollen / &c. quod dicitur matrimonium ad Morgenaticam contrahere, de quo *2. Feudor. 25. & 29. & ibi* Dd comm. Johan. Kitzel. *in synops. matrim. cap. 9. theor. 6. lit. b. c.* Besold. *de success. reg. cap. 1. dissert. 9. numer. 10. & 11.* ubi exemplum refert in Friderico Electore, Palatino, Victorioso dicto, qui, ne Principatus divisio iteretur, nuptias non contraxit, sed filios duos ex fœminâ quadam suscepit, quam licet postea uxorem habuerit, filium tamen natu majorem Canonicum Ecclesiæ Spirensis, alterum verò Palatinatus non hæredem, sed Comitem tantum in Löwenstein effecit, Trithem. *de reb. gest. d. Frider. pag. 5. & ibi* Marquard. Freher. *in not. ad pag. 50.* Estque adhuc hodie in Germaniâ Princeps, qui eandem propter causam, minimâ paternæ hæreditatis portione vivit contentus. Eoque nomine status quoque controversiæ movetur posteris Fortunati Eduardi, Marchionis quondam Badensis, ut ait Besold. *d. n. 11.* Cùm igitur tales liberi patri non succedant, nisi ex pacto & in bonis vel proventibus ipsis expressè assignatis, consequens est, ipsos nec in hisce fideicommissis succedere, & ratio est, quo familiarum dignitas rectius consistat, & ne alienæ fortè sordidæ stirpes, splendidis & ingenuis natalibus subrogentur, ut loquuntur Imper. *in l. super statu. 9. C. de quæstion.* Nevizan. *in sylv. nupt. lib. 3. num. 14. seq.* Ex quo etiam tales filii in feudis non succedunt *2. Feudor. 29.* Vultej. *1. feud. 9 n. 97.* 441

VIII. Infames quoque non admitti ad hæc fideicomissa indè concluditur, quod hæc fideicommissa eo fine constituantur, quo familiæ Nobiles & illustres in majori dignitate, honore & splendore rectius conserventur, *supra cap. 7. num. 1. seq.* infamibus autem portæ dignitatum non patent, *l. 2. C. de dignitat. c. infamibus de R. I. in 6.* ab honoribus & dignitatibus repelluntur 442 Freher. *de exist. & fam. lib. 3. cap. 25. num. 7. & 8.* ab honestorum cœtu segregantur, omnique eorum commercio excluduntur *d. l. 2. C. de dignitat.* Bald. *in c. 1. num. 2. & ibi* Afflict. *numer. 6. an ille qui interf. fratr. dom.* Adeò, ut nemo eos hospitio, nisi illorum similis, suscipere debeat Bart. & gloss. *in l. 1. ff. de receptat* & civiliter mortui dicantur Dd. *in c. infamibus de R. I. in 6.* desinant haberi numero bonorum civium, nomen boni viri amittant, & deinceps inter improbos & pessimos connumerentur, *l. quotiens. 17. C. dignitat.* odio incipiant esse omnibus bonis & cordatis viris ab iisque, ceu pestis quædam derantur & fugiantur, sicuti in Pisonem ejusque asseclas

Tullius declamat his verbis: Vos Equites Romani, vos cæteri ordines, vos cuncta civitas odit, nemo bonus, nemo denique civis est, qui modò se civem esse meminerit, qui vos non oculis fugiat, auribus respuat, animo a-
443 spernetur, recordatione denique ipsâ consulatus vestri perhorrescat. Ex quo etiam infames milites esse nequeunt, *l. qui cum. 4. §. ad tempus. 4. & §. exauctoratus. ff. de re milit.* Freher. *de infam. d. cap. 25. num. 2.* Paris de Put. *de re milit. lib. 6. quæst. 18. rubr. miles vel nobilis. num. 7. seq.* Wesembec. *in parat. ff. de re*
444 *milit. num. 3.* Nec ad ludos equestres sive torneamenta olim admissi, Freher. *d. cap. 25. num. 18.* Et lex prima Aurei Velleris est, ut nemo in eum ordinem cooptetur, nisi genere Nobilis, & sine ullâ infamiæ labe vixerit, Bodin. *de republ. lib. 5. cap. 4. fol. 856.*

Solent etiam Nobilibus gravi infamiâ notatis, insignia & arma, in signum amissæ dignitatis, adimi, eorumque statuæ & imagines dejici *l. judices.*
445 *C. de dignitat.* Freher. *d. cap. 25. num. 16. seq.* Nam & ipsa Nobilitas delicto & infamiâ amittitur, *l. 2. C. de secund. nupt. l. 1. C. ubi senat. l. Senatoris. filia 47. ff. de rit. nupt. l. 2. l. judices. 12. l. quotiens. 17. C. de dignitat. l. servos. 8. C. ad L. Iul. de vi publ. c. 1. & ibi. gloss. X. de purgat. Can. c. nobilis. caus. 2. quæst. 5.* Bon. de Curtil. *de nobil. part. 7. numer. 13. seq.* Freher. *d. cap. 25. numer. 14.* Nolden. *de stat.*
446 *nobil. cap. 22. numer. 123. seq.* Nec feudum novum adquirunt, Bocer. *de investit. feud. cap. 3. num. 142.* multò minus in eo succedunt, sed potius propter infamiam subsequentem feudo privantur, *per c. 1. 2 feud. 37.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 13. num. 10. 18. & seq.* Neque etiam verisimile est institutorem hujusmodi personas infames, quæ inter viros honestos stare nequeunt, & aliis sunt abominabiles, vocatos voluisse, vel de iisdem sensisse, *per dicta supra n. 364.*

447 Hinc. IX. non succedunt hæretici, siquidem hi legitimè agniti & condemnati non tantùm ab honoribus & officiis publicis arcentur, *l. Manichæi. 12. l. quæ de Samaritis. 18. C. de hæret. Novel. 109. in princ. c. excommunicamus. 13. §. credentes. X. de hæretic.* sed etiam excommunicantur, *1. Timoth. 1. Tit. 1. c.*
448 *sicut. 8. ad abolendam. 9. d. c. excommunicamus. 13. & c. pen. X. de hæret.* & Nobilitatem amittunt, *l. 1. §. 1. C. de summ. Trinit.* Arze ab Otalor. *de nobil. Hispan. part. 4. quæst. 5.* Freher. *de fam. & exist. lib. 3. cap. 19. numer. 4. seq.* Nolden. *d. stat. nobil. cap. 22. numer. 129.* Nec olim ad torneamenta admissi, *Constit. Henrici de torneament. art. 1.* Hæresis enim in majestatis divinæ læsionem directò tendit, *c. ad abolendam. 9. c. vergentis. 10. X. de hæret.* & longè gravius & horribilius est delictum, quâm læsæ Majestatis humanæ crimen,

auth.

auth. Gazaros. in fin. prin. C. de haeret. d. c. vergentis. 10. vers. cum longè X. eod.

X. Perfidi, Athei & Apostatae; siquidem hi deterioris sunt conditionis, quam haeretici alii, cum minus peccare videatur Ethnicus, qui viam Domini non agnoscit, quam qui post agnitam nefariè retrocedit, *c. quidam X. de apostat. c. si refugientes. de poenit. dist. 4.* Et Athei, qui non credunt esse Deum, resurrectionem & animarum immortalitatem negant, omni loco expelluntur, & ultimo supplicio afficiuntur, *Novel. 146. cap. 2.* Besold. *thes. pract. verb. Atheisten.* 449

XI. Blasphemi, qui contumeliam in divinam majestatem committunt, cujusmodi crimen omniũ est nefandissimum & horribilissimum, Damhoud. *prax. crim. cap. 91. n. 11.* Ob quod Deus severissimè punivit, & integra regna delevit, & in alios transtulit, *Novell. 77. cap. 1. §. 1.* Boer. *decis. 301. n. 3. & 4.* jure divino extra civitatem duci & lapidibus occidi, *Levit. 24. vers. 13. seq.* & jure civili ultimo supplicio affici jubentur, *d. Novel. 77. c. 1 praecipimus. 2. Boer. d. decis. 103. num. 10.* Damhoud. *d. cap. 61. n. 12.* Bened. Carpzov. *pract. crim. part. 1. quaest. 45. per tot. ubi n. 91.* addit, quod â poena blasphemiae Nobilitas non excuset, *& n. 92. seq.* praejudicia Saxoniae refert. 450

XII. Laesae Majestatis criminis & perduellionis rei; quia hi non tantum infamia, sed etiam poenâ mortis afficiuntur, eorumque bona publicantur, *l. quisquis 5. l. 6. l. fin. C. ad L. Iul. Majest. §. publica autem. 3. I. de publ. judic. 1. eorum. 9. l. fin. ff. ad L. Iul. majest.* Carpzov. *d. part. 1. quaest. 41. num. 89. seq.* & omnia quae juris civilis sunt, amittunt, *l. 5. §. 1 ff. de capit. minut.* Bocer. *de crim. majest. cap. 4. n. 5.* nobilitatem, Arze ab Otalor. *de nobilit. Hispan. part. 2. cap. 7. num. 17.* Friz. *de nobilit. conclus. 30. lit. c.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 22. n. 128.* & omnia alia privilegia perdunt, Gigas *de crim. laes. maj. tit. de rebell. numer. 7.* Sixtin. *2 de regal. cap. 20. num. 49.* Adeò, ut etiam eorum filios perpetua infamia comitetur, & ipsi ad nullos honores & sacramenta admittantur, *d. l. quisquis. 5. §. 1. C ad L. Iul. majest.* Et sumpto in hoc crimine de auctoribus supplicio & memoriâ eorum damnatâ, aedificia ipsorum solo adaequantur, & insignia gentilitia sive arma familiae & gentilitatis splendore passim suspensa & affixa, perpetuae ignominiae causâ tolluntur & dejiciuntur, *l. eorum 24. ff. de poen. & ibi* Bart. *num. 1.* Tiraquel. *de poen. temper. caus. 47. & de nobilit. c. 6. num. 15. & cap. 27. num. 116* Farinac. *prax crim part 5. de crim. laes. maj. quaest. 16. n 6* Gail. *2. de pac. publ. cap. 9. num. 3. seq.* Sixtin. *d cap. 20. n. 48.* Carpzov. *d. quaest. 41. num. 12.* Höping. *de jur. insign. cap. 9. num. 36 seq.* Wehner. *pract. obs. verb.* Helm unnd Schildt / *vers. in crimine.* 451 452

453 XIII. Idem est quoad alios rebelles & seditiosos qui contra superiores suos, seu proprium magistratum insurgunt, quia & hi capite plectuntur, *l.3. in princ. ff. ad L. Iul. de vi publ. l.3. §. qui seditionem. 19. l. ff. de re milit. l.1. §. 1. & passim. ff. & C. ad. L. jul. majest. l. fin. in fin. C. de abolit. tot. tit. C. de siditios. Novel. 17. c. ult.* Mynsing. *decad. 11. resp. 1. num. 6. seq.* Clarius. *§. fin. quæst. 68. n. 36.* eorumque insignia, ubicunque reperiuntur, deleri solent, *l. eorum. 9. ff. de pœn. & ibi* Bart.

454 XIV. Banniti, qui ex præscripto legum omni juris auxilio & beneficio exuti, omnique patrocinio indigni, ob omnibus impunè interfici possunt, & bonis omnibus privantur, *Ordin camer part.2. tit. 9. §.* Sojemands / *1. ibi* Sollen deß / oder derselben Leib und Guth allermänniglich erlaubt seyn / und niemands daran freveln oder mißhandeln / können oder mögen. Darzu alle Verschreibung / Pflicht und Bündnuß ihm zustehend / und darauff sie Forderung oder Zusprechen haben möchten / gegen den jenigen / die ihnen verhafft weren / ab und todt / auch die Lehen / so viel der Vberfahrer gebraucht / dem Lehen-herrn verfallen seyn. Adeò, ut à nemine in protectionem, domum vel aulam recipi possint, sed infames existant, *d. Ord. Camer. 2. part. 2. tit. 10. §.* und wo er deßhalben. 2. Gail. *de pac. publ. 2. cap. 1. n. 20.*

455 XV. Proditores, quia hi amittunt Nobilitatem insignia & omnem dignitatem, tam Ecclesiasticam, quàm secularem, cum omnibus juris beneficiis ut tradunt Bart. *in l. eorum. 24. ff. de pœn.* Roman. *sing. 673. & sing. 474.* Men. *arb. iud. cas. 281. n. 7.* Tiraq. *de nobilit. cap 20. n. 120. & de pœn. temper. caus. 31. numer. 21.* Farinac. *prax. crim. part 5. quæst. 16. n. 6* Höping. *de jur. insign. cap. 16. n. 44.*

456 XVI. Perjuri; quia & hi nobilitatem amittunt, *l. quotiens. 17. ibi dignitate, quæ se per suum perjurium indignos esse. C. de dignitat.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 4. §. 20. verb. descendre. n. 6.* Freher. *de infam. lib. 3. cap. 10. n. 11. & seq* Friz. *de nobilit. concl 30. lit. c.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 22. n. 126.* qui etiam olim ad torneamenta non fuerunt admissi, *constat. Henric. de torneam. art. 4.*

457 XVII. Falsi crimen committentes; cum falsitas maximè aliena sit à Nobilibus, & tam abominabile delictum quam aliud nullum & de homicidio & veneficio Angel. *in §. minorem. auth. de nupt.* idque leges decemvirales adeò exhorruerint, ut qui id commisissent, è Saxo Tarpejo dejci deberent, ut videre licet apud *Gell. lib. 24. cap. 1.* eosdemque fustibus & lapidibus obrui solitos fuisse tradit, Polyb. *lib. 6* indeque falsarii nobilitatem perdunt, Matth. de Afflict. *decis. ult. n. 23.* Farinac. *pract. crim. part. 6. quæst. 150. n. 15.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 20 n. 121.* Höping. *de jur. insign. cap. 16. n. 48.* Freher. *de fam. lib. 3. cap. 10. n. 7.* Nolden *de stat. nobil. cap. 22. n. 127.*

XVIII.

XVII. Homicidæ voluntarii sive dolosi, quia hi nullibi securitatem in 458
veniunt, sed id quod in aliis perpetrarunt, semper & ipsi expectare & ultimo
supplicio affici debent, §. *item lex Cornelia.* *I. de publ. jud. l. 3. §. patiatur. C. de
Episc. aud. l. un. in princ. C. de raptor. l. 3. legis Corneliæ ff. ad l. Cornel. de sicar.*
Bened. Carpzov. *pract. Crim. part. 1. quæst. 1. num. 10. seq.* atque ita olim is, qui con-
jugem vel Dominum occidisset, der seinen Betgenossen / heimlich oder offentlich
umbracht / auch Rath und That darzu geben / daß sein eigner Herr ermordet / ad tor-
neamenta non fuit admissus, *d. const. Henrici art. 6.* Unde Bardo à Sichelstein / 459
quod uxorem suam prægnantem occidit, simul honore & dignitate omni
exutus, insignibus per torneamentorum præfectos publicè comminutis, à
torneamentis repulsus fuit, sicuti ex Laur. Peckenstein. *part. 1. theat. Sax. cap. 9.
fol. 45.* referrt Höping. *de jur. insign. cap. 16. n. 47.*

XIX. Hic quoque non admittitur ad fideicommissi successionem is, 460
qui ultimũ ejus successorem sive possessorem occidit, nam eo ipso se successio-
ne indignum facit, per *l. si ab hostibus. 10. §. si vir. ff. solut. matr.* ubi disponitur;
quod si inter maritum & uxorem factum sit pactum, quod supervivens, do-
tem lucretur, si maritus uxorem occiderit, dotem non lucretur, sed ad hære-
des uxoris ipsa devolvatur, non enim æquum est virum, ob facinus suum, do-
tem sperare, lucrifacere, ut habent verba istius legis, de quo vide Besold. *part.
5. cons. 235. per tot.* Et communiter Dd. tradunt, eum, qui aliquem interfecit,
ipsi nec ex testamento, nec ab intestato succedere, per *l. Lucius. ff. de jur. fisc. &
ibi* Bart. Dec. *cons. 525.* Schurff. *cons. 43. part. 1* Paul. de Castr. *in l. sororem. 10. num.
2. C. de his qui ut ind.* Schneidevv. *de succ. ab intest. tit. de success. vir. & ux. num. 24.*
unde etiam fratrem substitutum per fideicommissum fratre mortuo, non
consequi fideicommissum, si fratrem occidat, ne dolus ipsi prosit, tradit, Bald.
cons. 50. lib. 4. Anchor *in clem 1. in fin. de pœnit.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 3.
cap. 2. num. 32.* & si facto substituti decedat institutus, substitutum non ad-
mitti scribit, Bart. *in d. l. si ab hostibus. §. si vir uxorem. ff. solut. matr.* Indeque
primogenitum, qui occidit ultimum majoratus successorem, in majoratu
isto non succedere concludit Molin. *d. cap. 2. num. 31* nec in feudi successionem
admittitur, qui fratrẽ occidit ad hoc, ut solus feudum obtineat, *2. Feud. 37.* An
autem hoc casu fideicommissum ad fiscum, an verò proximum agnatum
transeat, *vide infra cap. 16. n. 271. seq.*

XX. Latrones Strassenräuber / Strauchdieb und Mörder, qui homines 461
per vim, in domibus vel viis publicis aut privatis, rebus suis spoliant, & spoliis

non contenti, interficiunt, Carpzov. *pract. crim. part. 1. quæst. 22. n. 3. seq.* cum hoc delictum gravius sit homicidio, *auth. sed novo jure.* C. *de serv. fulgitiv.* & de jure civili latrones furcâ suspendantur, *l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn.* & hodie rotæ imponantur, P.H.O. *art. 126. 130. & 137. §. 1* Carpzov, *d. quæst. 22. per tot.* nec olim ad torneamenta admissi, *d. constit. Henric. art. 8.*

462 XXI. Assassini, Meuchelmörder/qui ex aliorum instinctu, vel pecunia corrupti homicidum committunt, Carpzov. *d. l. quæst. 19. numer. 5.* Damhoud. *prax. crim. cap. 83. in fin.* quia hi tanquam perpetuò diffidati ob omnibus impune occidi possunt, *c. 1. de homicid. in 6.* confer. Carpzov. *d. quæst. 19. num. 11. & per tot.*

463 XXII. Templorum violatores, Kirchenstürmer/Kirchenrauber; cum hi ultimo quoque supplicio & bonorum confiscatione puniantur, *l. fin.* C. *de his qui ad Eccles. confug.* P. H. O. *art.* nec immunitate Ecclesiæ gaudeant, *c. fin. de immunit. 127. Eccles. novel. 17. c. 15. §. quia verò ita 1.* nec olim ad torneamenta admissi *d. constit. Henric. art. 7.*

464 XXIII. Incendiarii; quia & hi pœna talionis & flammis ultricibus puniuntur, P.H.O. *art. 125. l. capitalium. 28. §. incendiarii 12. in fin. ff. de pœn.* Carpzov. *pract. crim. part. 3. quæst. 132. n. 26. seq.*

465 XXIV. Transfugæ, sive ab exercitu deficientes, & ad hostes transfugientes, nam & hi ubicunque reperiuntur, quasi hostes impunè interficiuntur, *l. 3. §. fin. ff. ad L. Corn. de sicar. l. aut damnum. 8. §. hostes. 2. l. si quis aliquid. 38. §. 1. ff. de pœn. l. 3. §. 15. qui. 10. l. proditores. 7. ff. de re milit.* Quod etiam in illis obtinet, qui in prælio fugæ datæ auctores sunt, siquidem fuga viris Nobilibus ac strenuis semper ignominiosa fuit habita, Tiraquel *de nobilit. cap. 2. n. 36.* eosdemque à commilitonibus impunè occidi posse constat, ex Reuterbestallung zu Speyer/ *de anno 1570. art. 6. &* in der Fußknecht-bestallung / *artt. 21.* nec hi ad torneamenta admissi, *d. constit. Henric. art. 5.*

466 XXV. Exploratores & proditores, qui secreta hostibus renunciant & produnt, Kundschaffter oder Verräther; qui vel exuuntur vel furca suspenduntur, aliasque pœnas capitales luunt, *l. si quis. 38. §. ff. de pœn. l. omne delictum 6. §. exploratores. 4. l. proditores 7. ff. de re milit.* Unde illi, qui cum Turcis aliisve Christianorum hostibus consilia nefanda miscuisse probantur Imperii proscriptionem & omnium bonorum confiscationem experiuntur, *Ord. Camer. part. 2. tit. 20. §.* weiter/Becht. *de securit. concl. 132.*

467 XXVI Milites circumforanei, vagi, colluvietenus sese colligentes, absque certo duce grassantes, vicatim & ostiatim oberrantes, Rottirer / Gartirer/

tierer / Herrenloſe Knecht und Landſtreuffer / Hünerfanger / utpote qui ipſo facto absque ullâ ſententiâ declaratoria in pannum incidunt Imperiale, & pro-bannitis habentur, *Reformat.* guter Policey zu Augſpurg / *de anno 1548. tit.* von Herrenloſen Knechten/7. R. A. zu Augſpurg/*de anno 1548.* § vnd dieweilen wir/*37. & ſeq.* Käiſerl. Landfried zu Augſpurg/*de anno 1548. tit.* von den Herrenloſen Knechten/ 24. R. A. zu Augſpurg. *de anno 1551.* §. vnd gebieten demnach *97. ſeq.* R. A. zu Augſpurg/*de anno 1555.* §. vnd damit angeregte 35. Policey Ordn. zu Franckfurt / *de anno 1577. tit.* von den Herrenloſen 7. nec militum, ſed latronum & prædonum nomine digni ſunt, *l. hoſtes. 24. ff. de captiv. & poſtlim. l. hoſtes. 118. ff. d. VS.* Gail. *de pac. publ. lib. 1. cap. 16. n. 25.*

Quibus etiam adnumerantur illi, qui olim manus pendulas habebant 468
ex ſtrapede ad rapinas Hecken-Reuter/Hecken-Fiſcher/Staudenreuter / die ſich auß dem Stegreiff nehreten; de quibus confer nobiliſs. Dn. Caſpar. à. Lerch/*tract. de ord. Equeſt. part. 2. n. 12. fol. 70. ſeq.* Dn. Joh. Jacob. Speidel. *in notab. jurid. hiſtor. poll. verb.* Stegreiff.

XXVII. Capaces quoque hujuſmodi fideicommiſſorum eſſe non vi- 469
dentur illi, qui vitam venalitiariam agunt, ſive arte, viles, mechanicas & ſordidas operas exercent, cum hi generis & familiæ ſplendorem non conſervent, ſed eo ipſo dignitatem & nobilitatem amittant, per *l. nobiliores. & ibi* Bald. *C. de Commerc. & mercat.* Bon. *de Curtil, de nobilit. cap. 3. num. 35. Felin. in c. ſuper eo verſ. ſecunda qualitas. X. de teſtib.* Farinac. *deciſ. crim. 290. n. 2.* Tiraquel. *de nobilit. cap. 27. n. 1. ſeq.* Friz. *de nobilit. concluſ. 30. lit. a.* Nolden. *de ſtat. nobil. cap. 22. num. 5.* Qui enim ſordidis & abjectis, officiis vel deformibus miniſteriis occupantur, ad dignitatem aliquam aſpirare, non ſolum vetantur, ſed & promoti repelluntur, *l. ne quis 6. & ibi* Johan. de Plat. *C. de dignitat. Novell. 91. cap. 1.*

Quamvis enim ejusmodi vilium artium exercitia humili loco genitos non faciant contemptos, aliud tamen eſt quoad illos, qui dignitate aliqua coruſcant, *d. l. ne quis. 6. C. de dignitat.* Indeque in artibus, quæ manu conſtant, & ad inſtruendam vitam occupatæ ſunt, nulla decoris, nulla honeſta ſimulatio eſt, inquit Seneca *epiſt. 88. ad Lucill.* & ingenui hominis eſſe nullam operoſam artem exercere, ſcribit Ariſtot. *1. Rhet. cap. 9.* Ex quo etiam Nobiles & patricios ad inopiam redactos, videmus quid vis facere & pati malle, quam animum opificio addiſcendo applicare, ſed potius ſtudiis liberalibus ſeſe dedere, Martem ſequi ac Magnatum miniſteriis ſibi proſpicere, quod ſine natalium detrimento fieri poſſe conſtat, *arg. l. omnium. 9. in princ. C. de teſtam. l. fin. C. de excuſat. tut. l. 5. in princ. C. ad L. Iul. maieſt. l. 1. C. de præpoſ. lab. l. 1. C. de domeſt. & protect.*

Quænam autem artes sordidæ & viles sint, ex cujuslibet nationis consuetudine, moribus & communi patriæ reputatione colligendum esse tradunt, Bart. *in l. 1. C. de dignit.* Tiraquel. *de nobil. cap. 34. n. 1.* Freher. *de fam. & exist. lib. 3. cap. 23. n. 17.* Non enim eadem omnibus gentibus honesta &
270 turpia sunt, *arg. l. fin. §. 2. ff. de muner. & honor.* Alibi fama est in famia, alibi honor nota est, Bodin. *de republ. lib. 3. cap. 8. post. princ.* Atque ita quænam artes sint sordidæ vel honestæ judicis arbitrio relinquendum esse, tradit Crav. *consil. 163. n. 2. part. 1.*

271 Usu autem & moribus deficientibus inter viles & sordidas artes & artifices recenseri solent pictores, pigmentarii, fusores, architecti, figuli, sartores, fullones, sarcinatores, sutores, tabernarii, popinarii, caupones, hospites, eorumque famuli, stabularii, ganeones, lurcones, coqui, laniones, pistores, molitores, tonsores, balneatores, fabri ferarii & gladiorum, fabri lignarii, sive carpentarii, aurarii, vitrarii, publicani, nautæ, agitatores equorum, argentarii, camphores, collybistæ, numularii, apothecarii sive agyrthæ, monetarii, arenarii, gladiatores, athletæ, pugiles, histriones, pantomimi, & alii in scenam prodeuntes, saltatores, pantagrueles, sive gnatones & moriones aulici, tibicines, citharædi, lyristæ, custodes portarum, porcorum, mundantes latrinas, funera & mortuos tractantes, mercenarii & alii opifices, carnifices, apparitores, lictores, viatores, lenones, proxenetæ, venatores & aucupes, saltuarii, opiliones, de quibus latius dixi *in tract. de ord. Equestr. jurib. lib. 1. cap. 3.* ubi id non pxocedere dixi, si consuetudo loci Nobilibus permittat, artes mechanicas exercere, sicuti de Hispania testatur Arze ab Atalor. *de nobil. Hisp. part. 2. cap. 3. n. 7.* vel si domi exercitii causâ illas exerceant, per *l. archiatros. 8. C. de metat. l. fin. C. de excusat. artif.* Nolden. *de stat. nobil. cap. 22. n. 16.*

272 Sed si Nobiles postea à vilibus & sordidis artibus desistant, anne Nobilitatem ipsique annexa jura recuperent, non immeritò dubitatur? Et licet id affirment per *l. ingenuum. & ibi* Gloss. *C. de ingen. manum. c. ult. de vita & honest. cler. Clem. 1. eod.* Guid. Pap. *decis. 196. & decis. 217. & 391.* Chassan. *consil. 64.* Hoc tamen non aliter procedere, quam si principis restitutio accedat, tradunt Bart. *in l. 1. col. 4. C. de dignit.* Ant. Faber. *in Cod. lib. 9. tit. 28. defin. 18 num. 4.* Tiraquel. *de nobil. cap. 24. num. 3. & cap. 27. num. 6.* Nolden. *de stat. Nobil. cap. 22. n. 17.* ubi etiam notandum venit, quod delictum ipsi tantum delinquenti noceat, ita ut hic fideicommissi successione privetur, non etiam reliquis agnatis & successoribus, vel toti familiæ, ut hæc à successione excludatur, & fideicommissum extinguatur, suos enim pœna constringere debet auctor *infra cap. 16. n. 318. seq.*

CAPUT.

CAPUT IX.

De modo succedendi in fideicommissis familiarum Nobilium.

Summaria.

1. *Forma & modus succedendi à primo institutore præscriptus, observandus est.*
2. *Si verò ab institutore certus modus non sit præscriptus, omnes admittuntur, qui institutori primo gradu sunt conjuncti.*
3. *Partes factæ in institutione, repetitæ censentur in substitutione.*
4. *Proximior præfertur remotiori.*
5. *Bona avita jure Saxonico feudorum naturam imitantur.*
6. Stammgüter *comparantur cum* Altlehengütern.
7. *Ordo succedendi in fideicommissis observatur juris civilis non feudalis.*
8. *Testator in dubio juris Civilis dispositioni se accommodare intelligitur.*
9. *Successio in fideicommissis familiarum fit ordine successivo, & qui jure Civili est ab intestato, ita ut æquali gradu, æqualiter, & simul, diversis verò gradibus constituti, proximiores succedant & remotiores excludant.*
10. *Fideicommissi institutor unum vel certas quasdam personas eodem gradu invitans, alios agnatos exclusisse non censetur.*
11. *Diversa videntur fideicommissum familiæ relinquere, & fideicommissum ita relictum, ut bona in familia conserventur.*
12. *Fideicommissum, ut bona in familia conserventur, habet tractum futuri temporis, & intelligitur ordine successivo relictum, ita ut unus post mortem alterius admittatur.*
13. *Etiamsi relictum sit duobus antiquioribus de domo.*
14. *Si testator proximiorem,* den Nechsten/ *vocaverit, & plures sint in eodem gradu, omnes admittuntur.*
15. *Sæpè singulari appellatione utimur, cum plura ejusdem generis significamus, & viceversa.*

16. Si plures nomine collectivo vocati, & unus tantum superſit, is ſolus admittitur.
17. Pluralis numerus etiam in uno verificatur.
18. Si teſtator unum tantum proximiorem vocaverit, unus ſolus admittitur.
19. Quando uni tantum ſucceſſio delata, natu major ſuccedit.
20. Si cum patre filii vocati, quatenus fiat ſucceſſio.
21. Ius repræſentationis in fideicommiſſis familiarum non habere locum, nonnulli volunt.
22. Contrarium demonſtratur.
23. Ius repræſentationis non tantum in legis, ſed etiam hominum diſpoſitionibus locum habet.
24. In fideicommiſſis familiarum filius patris perſonam repræſentat, & patruum excludit.
25. Ius repræſentationis in feudis locum obtinet.
26. In fideicommiſſis transmiſſionis locus eſt.
27. Nepos dicitur eſſe in eodem gradu cum patruo.
28. Repræſentatio locum habet, etiãſi teſtator proximiores vocaverit.
29. Etiam in diſpoſitionibus ſtatutariis.
30. Repræſentationis jus in deſcendentibus in infinitum extenditur.
31. In collateralibus verò in tertio gradu conjuncti, cum iis, qui ſecundo gradu ſunt, jure repræſentationis admittuntur, nec ultra fratrum & ſororum liberos extenditur.
32. Ius repræſentationis in aſcendentibus locum non habet.
33. Iure repræſentationis ſucceditur in ſtirpes.
34. Fratris defuncti filius an in his fideicommiſſis cum patruo admittatur? quod alii affirmant.
35. Alii negant.
36. Conciliatur diſtinctione ſucceſſionis, quæ fit hæreditate aſcendentis & collateralium.
37. Duorum fratrum vel ſororum liberi, ſi cum patruis, vel avunculis concurrant, in ſtirpes ſuccedunt.

38. Se-

38. Secus verò est, si soli existant.
39. In feudis fratres germani, sive utrinque conjuncti, consanguineos non excludunt.
40. Secus in fideicommissis familiarum.
41. Regulam pro se habens jus certum habere dicitur.
42. In statuto fœminas propter masculos excludente, fratres utrinque conjuncti consanguineos excludunt.
43. Admittuntur consanguinei, si germani non adsint.
44. Modus in primâ institutione præfinitus, in sequentibus quoque substitutionibus perdurat.
45. Provisio in uno casu, in simili quoque facta censetur.
46. Præcedentia declarant sequentia.
47. Vna substitutio declarat alteram.
48. Conditio adjecta in substitutione unâ, in aliâ quoque repetita censetur.
49. In primo gradu dilectus, etiam in secundo & ulteriori dilectus intelligitur.
50. Testator non præsumitur magis substitutum, quàm institutum dilexisse.
51. Substitutio fideicommissaria ex præcedenti institutione declaratur.
52. Vnus substitutionis gradus declarat alium.
53. Qua ratione primogenitus ab institutore præfertur, eadem quoque ipsius liberi prælati censentur.
54. Pater & filius una eademque censentur esse persona & una caro.
55. Pater in filio continuatus dicitur.
56. Filius surrogatur in locum patris.
57. Natura plus ponderis habet, quàm accidens.
58. Primogenituræ jus semel lineam ingressum, semper in eâ, & ejus descendentibus conservatur.
59. In vocatione primogeniti omnes ex eo descendentes continentur.

60. *Incluſio lineæ primogeniti omnes alias lineas excludit, quamdiu ex lineâ iſtâ ſuperſunt.*

61. *In his, quæ jure hæreditario non deferuntur, repræſentatio non admittitur, & quatenus procedat.*

62. *Nepos ex filio primogenito, an in ſucceſſione Regni, Electoratus, Ducatus vel fideicommiſſi, patruo ſecundo genito præferatur, perplexa eſt quæſtio?*

63. *Pro nepote communiter concluditur.*

64. *Quod declaratur exemplis Angliæ, Galliæ, Hiſpaniæ.*

65. *Nec non Electorum Imperii.*

66. *In fideicommiſſis familiarum nepos patruo præfertur.*

67. *Hæreditas, legatum & fideicommiſſum ita relictum, ut poſt mortem ad alium redeat, intelligitur, ſi is, cui primo loco relictum, ſine liberis decedat.*

68. *Si ex primogeniti lineâ & deſcendentibus nulli maſculi ſuperſint, tranſitus fit ad ſecundo genitum.*

69. *Eadem ratio ſecundæ lineæ ad tertiam, quæ eſt prima ad ſecundam.*

70. *De lineâ primâ ad ſecundam, & de ſecundâ ad tertiam non fit tranſitus, quamdiu ex prima vel ſecunda aliquis ſupereſt.*

71. *Si primogenitus ſine maſculis deceſſerit, & reliquerit fratrem tertiogenitum, ex fratre ſecundo genito mortuo nepotem, hic tertiogenito præferendus eſt.*

72. *Quod ſi primogenitus ejuſque deſcendentes maſculi omnes extincti, nec ſuperſint fratres ſecundogenitus, nec tertiogenitus ſed horum tantum liberi ſuperſint, an hoc caſu ſuccedat is qui ex ſecundogenito natus, licet minor ætate, an verò is, qui ex tertiogenito natus, major tamen ætate exiſtit, & ſic ætatis ratio habenda ſit?*

73. *Alii pro ætatis prærogativâ concludunt.*

74. Re-

74. *Rectius verò lineæ, sive gradus ratio habenda censetur, & sic pro secundogeniti filiis concluditur.*
75. *Natura non facit saltum, sed ordine procedit.*
76. *In fideicommissi successione an proximiores ipsius testatoris, sive institutoris, an verò fideicommissarii ultimi defuncti attendenda?*
77. *In fideicommissis non agitur de bonis ultimi possessoris, sed ipsius primi institutoris.*
78. *Actus atribuitur ordinanti, & non ei, qui exequitur.*
79. *In fideicommissis inspicienda est mens & affectio testatoris, ejusque major affectio erga sibi proximiores præsumitur.*
80. *Inducitur l. omnia. 32. §. in fideicommisso 6. ff. de legat. 2.*
81. *In fendis succeditur primo adquirenti, non ultimo possessori.*
82. *Testatoris proximitatem attendendam esse, quinam statuant?*
83. *In successione ab intestato attenditur proximitas ultimi morientis.*
84. *Eadem affectione, qua motus fuit fideicommissi institutor ad præferendum ultimum possessorem, eadem quoque motus fuisse intelligitur ejus proximiores præferre voluisse.*
85. *Quod probatur per l. omnia. 32, § in fideicommisso 6. ff. de legat. 2.*
86. *In successione majoratus & primogenituræ ultimi possessoris proximitas attenditur.*
87. *Interpretatio ita facienda, ut inconveniens evitetur.*
88. *Si testatoris proximitas attendenda, litibus daretur ansa, quod evitandum.*
89. *In feudis ultimo possessori succeditur.*
90. *In jure retractus proximitas venditoris consideratur.*
91. *Et in emphyteusi ultimo defuncto succeditur.*
92. *In fideicommissis ultimi possessoris proximitatem esse inspiciendam, communiter traditur.*

93. Ex restitutione res censetur effecta ultimi possessoris.
94.95.96.97 Respondetur remissivè ad contraria.
98. An successio in his fideicommissis certo aliquo gradu finiatur, an verò in infinitum extendatur?
99. Vltra quartum gradum hanc successionem non extendi, nonnulli putant.
100. Alii ultra decimum gradum eam non extendi asserunt.
101. Alii ad centum annos successionem restringunt.
102. Alii distinguunt an alienationis prohibitio facta sit in rem, an verò in personam.
103. Infinitas evitanda, & quatenus admittatur, 126.
104. Successionem in his fideicommissis in infinitum extendi demonstratur.
105. Qui vult aliquod factum, censetur omnia velle, quæ ex ipsius facti naturâ sunt.
106. Bona non possunt perpetuò in familiâ conservari, nisi per successionem & surrogationem perpetuam.
107. Familiæ nomine omnes descendentes in infinitum veniunt.
108. Nominatio & specificatio personarum successionis tantùm præcedentiam tribuit, non aliorum exclusionem.
109. Fideicommissum familiæ relictum favorabile est, & in infinitum extenditur.
110. Quando testator alienationem prohibet, hâc additâ ratione, quod velit bona perpetuò permanere in familiâ & apud descendentes, successio in infinitum procedit.
111. Descendentium & familiæ appellatione posteri in infinitum veniunt.
112. Infinitam successionem operantur dictiones, in perpetuum, für und für/ & similes.
113. Extenditur fideicommissi successio in infinitum, quando testator fideicommissum perpetuum esse voluit.
114. In jure majoratus & primogenituræ in infinitum fit successio.

115. Quod

115. *Quod etiam sit in successionibus Regum, Ducum, Principum, Comitum, & aliis primogenituris.*
116. *Vti & in feudis.*
117. *Nec refert an fideicommissum per ultimam voluntatem, vel per contractum relictum.*
118. *Vel an propriæ, vel alienæ familiæ constitutum.*
119. *Declaratur Novel. 159. & n. 122.*
120. *Ius in causâ positum, & ex facto oritur.*
121. *Levis facti circumstantia jus mutat.*
123. *Rubrica sive titulus declaratur ex ipsâ lege.*
124. *Agnatorum & collateralium successio hodiè in infinitum extenditur.*
125. *Quatuor generationes centum annis vix concluduntur.*

MOdum & formam succedendi quod attinet, si ea à testatore, sive 1
primo institutore præscripta & expressa, hæc omninò observanda erit, *omnia. 32. §. fin. ibi : hi ad petitionem ejus admitti possunt, qui nominati sunt. l. peto. 69. §. 1. ff. de legat. 2.* Vincent. Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 359. numer. 1. seq.* Non enim tenetur institutor edictum successorium, sive ordinem juris communis succedendi observare, modo legitma liberis salva sit, de quâ *supra cap. 6. numer. 148. seq.* sed libera ipsi disponendi facultas permissa *supra d. cap. 6. num. 251. seq.* Et in fideicommissis sola voluntas disponentis attenditur, *supra cap. 3. num. 2. seq.* Atque ita modum & formam succedendi, quam vult, præscribere potest, confer *supra d. cap. 6. numer. 251. seq.* Et hæc testatoris voluntas & causa testati est perpetua, eaque tàm diu cessat, quamdiu testati causa durat. *l. quamdiu. 39. ff. de adquir. hæred.* 2

Si verò à testatore, sive institutore nominati & expressi, sint omnes extincti, admittuntur illi, qui ex familiâ testatoris primo gradu sunt procreati, & quidem omnes, si plures sint eodem gradu simul, *d. l. omnia 32. §. fin. l. peto 69. §. fratre. 3. ff. de legat. 2. l. pater filium. 54. ff. ad L. Falcid.* Peguer. *decis. 113. num. 6.* Fusar. *d. quæst. 359. num. 1.* & *quæst. 477. per tot.* Et quæ partes factæ sunt in institutione, eædem quoque repetitæ videntur in substitutione *l. qui liberis. §. hæc verba ff. de vulgar. l. 1. C. de impub. & ali. subst.* Menoch. 4. *præs. 18. num. 9.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 5. tit. 1. numer. 20.* latè Fusar. *de*

4 *fideicom. ſubſtit. quæſt. 478. num. 1. & ſeq. per tot.* Si verò plures ſint diverſis gradi-
bus, proximiores excludunt remotiores, nam & alias de jure communi
proximior præfertur remotiori, §. *ſunt autem. 1. in fin. §. ſi plures. 5. I. de legit. agnat.*
ſucceſſ. l. 2. §. 2 ff. de ſuis & legit.

Sed anne in hiſce fideicommiſſis ſucceſſio fiat ſecundum modum & con-
ſtitutionem juris feudalis, an verò juris civilis, dubitatur, ex eo quod fidei-
commiſſa hæc affinia ſint feudis, & ab his ad fideicommiſſa, & vice verſa ar-
gumentari ſoleamus, *infra cap. 15. n. 9.*

5 Ex quo etiam jure Saxonico bona avita naturam & conditionem feu-
dorum imitari, tradunt gloſſ. *ad text. german. in* Sachsenſpiegel. *lib. 1. art. 52. lit. a poſt*
prin. verſ. ſunt autem plures docti. Berlich. *pract. concl. 13. num. 8. part. 2.* Et quod
bona familiæ habeantur inſtar feudalium, tradit Mod. Piſtor. *conſ. 50. num.*
6 *22. vol. .* Ac quod Stamm güter cum alten Lehengütern in Germanicâ linguâ
comparentur, ſcribit Theod. Höping. *de jur. inſign. cap. 21. num. 2. 3.* ubi addit,
quod ita in causâ Herman von Hundelshauſen / ac conſortium contra Wal-
ſpur *10. Mart. Anno 1592.* item Amalien von Hertingshauſen contra Hertings-
hauſen; *28. Febr. Anno 1584.* ſuprema Heſſorum Curia pronunciaverit.

Contrarium tamen, & quod in hiſce fideicommiſſis ſucceſſio ſecun-
dum diſpoſitionem juris communis civilis, & ſi ab inſtitutore aliud non fue-
7 rit diſpoſitum, ſecundum ordinem ſucceſſionis ab inteſtato regulari & fieri
debeat, verius eſt, & tradunt per *d. l. omnia. 32. §. fin. l. peto. 69. §. fratre 3. ff.*
de legat. 2. l. fin. C. de V. S. gloſſ. *in d. l. omnia. 32. §. in fideicommiſſo. ff. de legat. 2.*
Paul. Caſtrenſ. *in d. l. fin. num. 5. C. de V. S.* Socin. ſen. *conſ. 13. num. 4. & conſ.*
86. num. 11. & 12. vol 3. Dec. *conſ. 299. num. 15.* Erneſt. Cothman. *1. conſ. 80. n. 123.*
Mantica *de conject. ult. vol. lib. 8 tit. 12. num. 10. & ſeq. & tit. 13. num. 1.* Petra *de fidei-*
commiſſ. quæſt. 11. numer. 9. & 11. Covarruv. *tom. 2 pract. quæſt. 38. numer. 2. verſ. idcirco.*
Molin. *de Hiſpan. primogen. lib. 3. cap 9. num. 11.* Alex. *conſ. 55. n. 2. ad fin. lib. 4.* Ruin.
conſ. 49. num. 11. lib. 2. Graſſ. *§. fideicommiſſum. quæſt. 16. num. 2. in fin.* Peregrin. *de fi-*
deicom. art. 21. n 5. & art. 30. n. 20. ſeq. Fuſar. *de fideicom. ſubſt. quæſt. 481. n. 1. & quæſt.*
485. num. 2. verſ. & præſumitur.

Quamvis enim hæc fideicommiſſa affinia ſint bonis feudalibus, ab iiſ-
dem tamen plurimum differunt, & non ſunt feudalia, ſed revera bona
allodialia, horumque naturam & conditionem imitantur, & ſic etiam ſuc-
8 ceſſio, quæ in allodialibus obtinet, meritò in his locum habet, & alias in
dubio teſtator juris communis civilis diſpoſitioni ſe accommodare voluiſſe
præſumitur, Alex. *conſ. 35. num. 4. ſeq. vol. 4.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8.*
tit. 12.

tit.12.num.32. Bart. *in l. hæredes mei. §. cum ita numer.4.ff.ad SCt.Trebell.* Petra *de fideicommiss. quæst. 11. num. 45. & seq.* Fusar. *d. quæst. 481. num. 2.* Peregrin. *de fideicom.art.21 num.5.*

Fit ergò successio in his familiarum fideicomissis ordine successivo, seu qui jure civili præfinitus est successioni ab intestato, nimirum ut æquali gradu æqualiter & simul, diversis verò gradibus constituti, proximiores succedant, & remotiores excludantur Forster. *de success. ab intestat. lib. 3. cap. 31. numer.8.* Hondedæ. *cons.70.n. 23.* Habent enim hæc familiarum fideicommissa tractum futuri temporis, & intelliguntur ordine successivo & gradatim relicta, ita ut unus post mortem alterius admittatur & proximiores excludant remotiores, *d.l omnia.32. §.fin.l.peto.69.§.fratre.3.ff.de legat.2.l.fin.C.de V.S.l hæres. §.fin. ff.ad SCt. Trebel.* Socin. *sen.in l si cognatis n.17.ff.de reb. dub.* Cuman. *in d l.omnia.§. fin.num.4.vers.videte. & ibi* Alciat. *num.13.seg.ff. de legat.2.* Paul. Castrens. *in l. Gallus. §. quidam recte. ff. de liber. & posthum.* Mantica *d. tit. 12. num. 11. & 34.* Petra *de fideicommiss. quæst. 5. num.1 7. & seqq.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 5. num. 26.* Hondedæ. *cons. 70. num. 43.* Grassus. *§. fideicommissum. quæst. 16. num. 2.* Bartol. Romul. *in l. filiusfam. §. divi num.104. ff.de legat.1.* Mantica *de conject.ult.vol.lib.8.tit. 12.numer.3 seq.* Menoch. *4.præsumpt 94. num. 6.* Peregrin. *de fideicommiss.art.22.num.64.* Fusar. *de fideic. subst. quæst 358.numer.1 seq. & quæst. 479.num.93. eq. & quæst. 483 num.1.seq.* etiamsi testator agnatos vocaverit numero plurali, & unus tantum extet proximior, ut hoc casu remotiores cum proximiore non concurrant, Castr. *cons.383.col.1. lib.1.* Rol. à Valle *cons.38. num. 46.lib.4.* Maniic. *de conject. ult.vol.lib.8.tit.12.num.33 in fin.* Peregrin. *de fideicomm. art.22.num.65. seq.* Fusar. *d.quæst.358 num.2.seq.ubi id declarat.* Et quando vocata est familia sive agnatio, illos qui sunt do familiâ ordine successivo vocatos esse, tradit Dec. *cons. 205.num.3.* Cravet. *cons.22.* Covarr. *in c.Raynutius.§.2. n.7.de testam.* Clar. *§.testamentum.quæst.76.vers.secundo infertur.* Molin. *de Hisp. primog.lib. 1. cap.5. n. 24.seq.* Men. *cons. 277.n.10.& 15.cons.530.n.27.& n.31.& 4.pr. 69.n.10.* Fusar. *d.quæst.479.n.104.*

Ex quibus facilè concluditur, quod si is, qui hujusmodi fideicomissum familiæ conservandæ instituit, unum vel certas quasdam personas eodem gradu invitaverit, hoc ipso alios agnatos exclusisse non censeatur, quod manifestè probatur ex *l. peto 69. §. fratre. 3. ff. de legat. 2.* ubi fideicommissum eâ lege relictum fuit, ut bona in familiâ conserventur, & ideò Jctus declarat, succedendum esse per fideicommissum, & non per vulgarem substitutionem, & præstandam esse cautionem, de bonis restituendis, idque eâ ratione, quod testator præcepit bona esse in familiâ conservandâ, quæ di-

spositio necessario tractum temporis ac perpetuam in familiâ conservationem requirit, quod etiam colligitur *ex l. unum ex familiâ. §. sed si fundum vers. quod si talia. ff. de legat. 2. l. pater filium. §. pater filios. ff. de legat. 3 l. filiusfamilias. §. cum pater. ff. de legat. 1.* 11 Ex quibus colligi, diversum, esse, quod fideicommissum familiæ relinquatur, vel quod fideicommissum ipsum eâ lege relictum sit, ut bona in familiâ conserventur, post Raph. Cuman. *in d. l. omnia. 32. §. fin. numer. 4. & in d. l. peto 69 §. fratre. numer. 5. ff. de legat. 2.* Socin. *in l. si cognatis, num. 8. & 9. ff. de reb. dub.* scribit Molina *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 5. numer. 28.* addens, quod is, qui fideicommissum familiæ relinquit, id solum efficere contendat, ut proximiores ad hujusmodi fideicommissum admittantur, ita ut primis succedentibus extinctis, fideicommissum exspiret; relinquens autem bona eâ lege, ut familiâ conserventur, id præcipere videatur, ut unus post alium jure fideicommissi succedat, ita ut bona de familiâ non exeant, absurdumque esse ex solâ ac simplici familiæ vocatione tot fideicommissa inter illos, qui ex ipsâ familiâ processerint, inducere, nisi conjectura perpetuitatis aliud suadeat. Quod etiam tradit Mantica *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 12. numer. 11.* ubi advertendum esse monet, quod fideicommissum simpliciter familiæ relictum, ordine quidem successivo relictum intelligatur, ita tamen, ut vulgari tantum modo illi de familiâ videantur substituti, eodemque fieri, ut proximioribus admissis, cæteri per-
12 petuò sint exclusi, *l. post aditam ff. de impubl. & aliis. substit.* sed si fideicommissum familiæ relictum sit ita, ut bona remaneant in familiâ, quoniam habet tractum futuri temporis, intelligatur ordine successio relictum, ita ut unus post mortem alteriut admittatur, per *d. l. omnia. 32. §. fin. & ibi* Cuman. *numer. 4. vers. videte. &* Alciat. *numer. 13. ff. de legat. 2.* Ruin, *cons. 52. numer. 5. & cons. 117. n. 9.* Socin. *jun. cons. 126. n. 43. & 46. vol. 1.* Paris. *cons. 1. n. 28. seq. vol. 3.* Cephal. *cons. 88. n. 33. seq. & cons. 353. n. 51. seq.* Mantic. *d. n. 11. & 34.*

13 Idemque obtinere, si testator fideicommissum reliquerit duobus antiquioribus de domo, eodemque voluisse familiam conservare, & ideò sic intelligendum esse, ut ordine successorio ad omnes agnatos devolvatur, tradunt Anchor. *cons. 27.* Roman. *cons. 4; 8. numer. 14.* Ruin. *cons. 108. num. 11 vol. 2.* Rol. à Valle *cons. 70. numer. 31. seq. vol. 3.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 15. numer. 11. seq.* Grassus *§. fideicommissum. quæst. 10. numer. 7.* Cujus ratio, quod horum fideicommissorum natura est, ut bona perpetuò in familiâ conserventur, atque ideò is, qui fideicommissum familiæ relinquit, eo animo id reliquisse censetur, ut bona ipsa pepetuò permaneant, & sic omnes de familiâ ad eorundem successionem ordine successivo invi-

tati

vitati esse censeantur, Molina *d. cap. 5. num. 26. vers. quæ opinio* cum per expressos perpetuitas ilia non possit dari, & sic institutor omnes vocasse, & omnes substitutiones, per quas perpetuitas familiæ conservari potest, fecisse intelligitur, *arg. 2. ff. de jurisdict.* Et aliâs quoque casus ex natura & qualitate alicujus actus essentiali proveniens, pro expresso habetur, per *l. cum quid 3. & ibi Dd. ff. de reb. cred.* Decian. *cons. 78. numer. 14. vol. 3.* Vultej. *4. Marpurgens. cons. 55. num. 65.*

Quod si quoque testator proximiorem, den Nechsten / instituerit, vel substituerit, & plures sint in uno eodemque gradu, omnes admittuntur, per *§. si plures 5. I. de legat. agnat. suc. l. 2. §. hæc hæreditas. 2. ff. de suis & legit.* Cravet. *cons. 161. num. 4. & cons. 180. num. 3.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 12 num. 33.* Bart. *in l. si cognatis. numer. 3. ff. de reb. dub.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 4. num. 56. & quæst. 17. numer. 4.* Petra *de fideicom. art. 22. n. 65. in fin.* Vinc. Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 356. n. 1.*

Nec refert, quod institutor proximum & non proximos vocaverit, vel 15
singulari & non plurali nomine usus fuerit, den Nechsten und nicht die Nechste / cum usu communi tam loquendi, quam juris, frequenter singulari appellatione utamur, cum plura generis ejusdem significare volumus *l. in usu 158. ff. de V. S.* Sicuti è contra pluralivum numerum sæpè pro singulari & de re unica loquentes, usurpare solemus, *non est sine liberis. 148. & ibi* Gœddæ *ff. de V. S* Aul. Gell. *lib. 2. noct. Attic. cap. 3.* Et sic etiam si plures nomine collectivo 16
substituti, & unus tantum supersit, is solus admittitur, Socin. jun. *cons. 139. in fin vol. 1.* Mantic. *d. tit. 12. num. 33.* Peregrin. *de fideicom. art. 2. num. 66.* Et proximi appellatione etiam ille continetur, qui solus est, *l. proximi. 155. ff. de V. S.* Sicuti etiam is, qui decedit unico relicto filio, non dicitur sine filiis decessisse *l. non est sine liberis. ff. de V. S. l. fin. ff. de pollicitat. l. pater Severinam. §. ita fideicommisso. ff. de condit. & demonstr. l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Sct. Trebell. l. jubemus. C. eod.* Peregrin. *de fideicom. art. 22. num. 66.* Quamvis enim locutio pluralis pro sui natura plurium concursum desideret *l. ubi numerus ff. de testib. c. pluralis. de R. I. in 6.* Quando tamen eadem ratio est in uno, quæ in pluri- 17
bus, pluralis etiam in uno verificatur. *l. 1. ff. de assign. libert. l. 1. §. item hoc ff. quod fals. tut.* Cravet. *cons. 180. num. 3.* Peregrin. *d. n. 66.* Hinc si muralis corona promissa sit ei, qui primus murum adscenderit, & duo simul adscendant, utrique suam coronam deberi, jus dixit P. Scipio *arg. l. pen. ff. de constit. princ. auctore* Livio *lib. 26.*

18 Secus tamen hæc se habent, si testator unum tantum proximiorem vocaverit, tunc enim unus solus admittendus, nam testator loquens de uno in singulari, pluralem numerum excludere voluisse intelligitur, *c. is qui. de præbend. c. pen. de re judic. in 6.* Natta *cons. 112. num. 2.* Menoch. *cons. 158. num. 40.* Fusar. *d. quæst. 356. num. 4.*

19 Et quando uni tantum defertur successio, non est locus gratificationi, nec dignior censetur vocatus, sed major natu, *Angel. cons. 281.* Jason. *cons. 215. col. 2. lib. 2.* Guid. Pap. *quæst. 467.* Covarruv. *3. var. resol. cap 5. n. 3.* Tiraquel. *de primog. in præfat. n. 195 seq. & quæst. 64.* Fusar. *d. quæst. 356. n. 5.* Non solum autem in his fideicommissis primi proximiores, sed etiam ulteriores, succedunt, Tiraquel. *in l. boves. §. hoc sermone limit. 12. n. 1. ff. de V. S.* Petra *de fideicommiss. quæst. 5. n. 48. vers. quarto facit. seq.*

20 Quod si cum patre filii fuerint vocati ad fideicommissum, an filii cum patre eodem tempore, vel ordine successivo post patrem admittantur, dubio non caret? Et vulgo concluditur, quod quando vocantur hi, inter quos cadit ordo necessitatis, veluti quando testator vocavit filium & ejus filios, sive nepotes suos, quod tunc nepotes ordine successivo, post patrem vocati censeantur, & admittantur, gloss. *in l. Gallus. §. quidam rectè & ibi* Bart. *num. 4.* Bald. *num. 5.* Castr. *9* Jason. *num. 20. & Dd. com. ff. de liber. & posthum.* Menoch. *4. præs. 70. num 3* Peregrin. *de fideicommiss. art. 17.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 4. tit. 8. latè* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 476. numer. 1. seq. & ibi alleg.* Quando autem vocantur illi inter quos cadit ordo charitatis & affectionis, non autem necessitatis, veluti quando vocantur fratres & eorum filii, quod tunc vocati dicantur simul. Bald. *in d. l. Gallus. §. quidam rectè num. 5. & ibi* Angel. *num. 5.* Imol. *n. 20.* Jason. *num. 22. &* Dd. Com. *ff. de lib. & posthum.* Mantic. *d. tit. num. 17. seq.* Petra *de fideicom. quæst. 5. num. 154. seq.* Menoch. *d. præs. 70. num. 19.* Peregrin. *de fideicom. art. 17. num. 20 seq.* Fusar. *d. quæst. 476. n. 31. seq. & ibi alleg.* Idem esse quando Vocatio facta de penitus extraneo & ejus filiis, ita ut & tunc simul veniant, Dd. *com tradunt. in d. l. Gallus. §. quidam rectè, & ibi* Bart *num. 4.* Alex. *n. 6. ff. de lib. & posthum.* Peregrin. *d. art. 17. numer. 38.* Menoch. *d. præs. 70. n. 35.* Petra. *d. quæst. 5. n. 164.* Fusar. *d. quæst. 476. num. 74. seq. confer* Peregrin. *d. art. 17. n. 5. seq. per tot. & art. 18. per tot.*

21 De jure repræsentationis quæritur; an hoc quoque locum habeat in hisce fideicommissis? quod negandum videtur ex *l. omnia. 32. §. fin. ff. de legat. 2.* ubi expresse disponitur, quod in fideicommisso, quod familiæ relinquitur, hi ad petitioné admitti possunt, qui nominati sunt & post eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo testator moreretur, & qui

ex his

ex his primo gradu procreati sunt, nisi specialiter defunctus ad ulteriores voluntatem suam extenderit. Ex quo concludendum videtur, quod cum primo gradu ulteriores non admittendi, nisi testator aliud specialiter disposuerit, diversum enim jus esse videtur in fideicommisso familiæ relicto, quam in successione in jus hæreditarium; cum in filio affectio animusque testatoris consideretur, & testator majori amore duci censeatur erga fratrem, quam fratris præmortui filium, ac pater testator plus filios, quam nepotes dilexisse existimatur, Angel. *c ns.1 8. circa fin.* Forster. *de success. lib. 4. cap 22. n. 3.* Amor enim longius progrediendo paulatim attenuatur & deficit, Forster. *d. l. num. 4.* Ex quibus jus repræsentationis in fideicommissis locum non obtinere, tradunt Bald. *in l. omnia. 32. §. fin. & ibi* Raph Fulgos. & Imol. *ff. de legat. 2.* Jason. *in l. 2. col. 2. C. de success. edict.* Cuman. *cons. 106.* Guid. Bened. *in c. Raynutius. part. 1. n. 60. & 61. X. de testament.*

Verum contrarium, & quod etiam in fideicommissis locum habeat jus
repræsentationis, concludit Chassan. *in consuet. Burg rubr. des sucesions. 8. en* 22
toutes succesions 10. num. 57. Siquidem jus præsentationis locum habet non so-
lum, quando de successione legati, quæ scilicet vi legis & sine hominis dispo- 23
sitione competit, sed etiam in quibuscunque hominum dispositionibus, qui-
bus hæredes ad successionem vocantur, cujusmodi sunt investituræ feudales,
& aliæ dispositiones contractuum & ultimarum voluntatum, sicuti docent
gloss. *in l. omnia. 32. §. in fideicommisso. & ibi* Imol. Castr. Angel. *ff. de legat. 2.* So-
cin *in l. cognatis. col. ult. ff. de reb. dub.* Corn. *in l. fin C. de V. S.* Gozadin *cons. 4. n. 16.*
& 31. Paris *con. 36 n. 1. & 2 vol. 2.* Tiraquel. *de primog quæst. 0. n. 19 seq.* Rol. à Valle.
cons. 08. n. 33. vol. 1. Sixtin. *2. Marpurg. cons. 18. n. 90 & ibi alleg. late* Menoch. *præsumpt.*
95. per tot. quorum sententiam communem dicit Alex. *cons. 88. n. 1. vol. 1.* Jason.
cons. 159. n. 2. vol. 4. magisq; communem asserit, Alex. *cons. 24. vol. 3.* Ruin. *cons. 161.*
col. 1. vol. 1. & veriorem deprædicat Ruin. *cons. 100. n. 18 vol. 2.* eamque in practica
servandam esse dicit Corne. *in l. fin. C. de V. S.* nec in consulendo vel judicando
ab eâ recedendum, tradit Jason *cons. 215. col. 5. vers. sed præmissis vol. 4.* Ruin. *de*
cons. 161. Et quod in fideicommissis familiæ delatis filius patris personam repræ- 24
sentet, & in ejus locum intret, & patruum excludat, gloss. *in d. l. omnia. 32. §. fin.*
ff. de legat. 2. & ibi Angel *&* Imol. Aretin. *cons. 163. col. fin.* Bald *cons. 488. num. 6.*
vol. 3. Socin. *cons. 252. num. 3. vers. ex quibus apparet.* Michael. ab Aguir. *apol. part.*
1. num. 12. Molina *de Hispan. primog. lib. 3. cap. 6. num. 44. & cap. 7. n. 20. & 21.* Six-
tin. *d. cons 18. num. 129.* Cephal. *cons. 21. num. 12. vol. 2.* Vincent. Fusar. *de fideicom-*
miss. subst. quæst. 485. num. 1. & seq. per tot. & ibi alleg. ubi id variè declarat

quam

quam sententiam communiori Doctorum judicio amplexam esse attestantur Ruin. *cons. 162. num. 2. vol. 1. & cons. 171. n. 2. ad fin. vol. 2.* Aretin. *cons. 145.* Covarruv. *pract. quæst. cap. 38. num. 4.* eamque communem & vulgo receptam esse asserunt Paris. *cons. 36. col. 2. lib. 2.* Gabriel. *lib. 4. de fideicommiss. numer. 1.* Curt. jun. *in l. 2. num. 11. C. de success. edict.* Tiraquel. *de jur. primogen. quæst. 40. n. 192.* Aguir. *d. n. 12.* Et quando agitur de fideicommisso adscendentis, recepta est Dd. Sententia, quod filius subintret locum patris, Alciat. *in l. cum ita §. in fideicommisso. num. 11. ff. de legat. 2.* Rol. à Val. *cons. 68. n. 31. lib. 1.* Anton. Gabriel. *tit. de fideicom. concl. 3. numer. 11. & 18.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 9. n. 2. & 3.* Grass. *§. fideicommissum. quæst. 11. num. 3.* Petra. *de fideicommiss. quæst. 11. n. 8. seq.* Menoch. *4. præs. 95. num. 14.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 21. n. 6.* Vinc. Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 485. num. 1. seq. & ibi allegat.* in fideicommissis enim succeditur prout succeditur ab intestato, *supra num. 7. seq.* ab intestato autem filius succedit in locum patris, quando agitur de successione ascendentis avi, proavi abavi, & ulterioris ascendentis, §. *cum filius. I. de hæred. quæ ab intest. def.* gloss *in §. in multis. I. de success. libert.* Molina *de Hispan. primog. lib. 3. cap. 7. numer. 6.* Fusar. *d. quæst. 485 num. 2.*

25 Idem que jus repræsentationis in feudis locum habere traditur per *c. 1. & ibi* gloss. *de nat. succed. feud. c. 1. in princ. de success. feud. & c. 1. vers. iis verò desinentibus & ibi* Isern. Laudens. *de success. fratr. & grad. succ. c. 1. §. si capitanei & seq. de feud. March.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 40. num. 20.* Covarruv. *pract quæst. 38. numer. 13.* Aguir. *d. part. 1. n. 8.*

26 Hinc etiam licet fideicommissum regulariter non transmittatur, secus tamen est, si à testatore agnationis & familiæ ratio habita, sive familiæ & agnationis conservandæ causa relictum fuerit, hoc enim casu transmissioni locum esse communis Dd. est conclusio, Cravet. *cons. 306. col. 3.* Cephal. *cons. 16. numer. 43. lib. 1.* Ruin. *cons. 156. num. 5. & cons. 179. numer. 7. lib. 2.* Jason. *cons. 233. vers. sed isti. lib. 2.* Decian. *cons. 88. num. 70. lib. 2.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib 11. tit. 20. n. 23.* Menoch. *4. præsumpt. 201. n. 103. & ibi alleg.* Molin. *de Hispan. primog. lib. 3. cap. 6. n. 15.* Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 487. n. 15. & quæst. 490. num. 106. seq. & ibi alleg. & n. 141.*

Nec contrariam sententiam tuetur *d. l. omnia 32. §. fin. ff. de legat. 2.* ubi dicitur, quod ad fideicommissa post nominatos extinctos admittantur, qui primo gradu testatori conjuncti sunt, patruus autem respectu fratris sui defuncti sit in primo gradu, & nepos in secundo Nam respondetur, quod. patruus non

non potest dici proximior nepote, quando nepos succedit in locum patris quia gradus patris repræsentatur, & nepos dicitur esse in eodem gradu cum patruo, *§. cum filius. l. de hæred. quæ ab intest. defer.* Jason. *cons. 215. lib. 2.* Rol à Valle *cons. 68. num. 23. lib. 1.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 40. num. 166.* Honded. *cons. 70. num. 46. seq. lib. 1.* Peregrin. *de fideicom. art. 21. num. 6. & 16.* Fusar. *d. quæst. 485. num. 3. vers. respondetur.* Et quando nepos in locum patris succedit, succedit tanquam pater, & non tanquam filius, Jason. *cons. 59. n. 2. l. 4.* Hond. *cons. 70. n. 51. vers. & non velut. lib. 1.* Fusar. *d. n. 3. vers. & quando.*

Repræsentatio hæc locum quoque obtinet, quando testator proxi- 28
miores vocavit, Jason. *cons. 159. lib. 4.* Dec. *cons. 9. num. 48. vol. 2. & cons. 56. num. 2. lib. 3.* Bald. *cons. 488. num. 3. vol. 3.* Sixtin. *2. Marpurg. consf. 18. num. 92. seq.* Alex. *cons. 137. num. 1. in fin. lib. 1.* Petra *de fideicom. quæst. 11. num. 53.* Molina *de Hispan. primogen. cap. 18. n. 11. vers. imo nec.* Peregrin. *de fideicom. art. 21. n. 17.* Menoch. *4. præs. 95. num. 21.* Fusar. *d. quæst. 485. n. 37. seq.* Quod etiam in statuto proximiores vocante procedere tradit Tiraq. *de primogen. quæst. 40. n. 22.* Fusar. *d. l. n. 38.* Ita enim ab intestato semper à lege ad successionem vocantur proximiores, *l. fin. C. de V. S. auth. post fratres. C. de legit. hæred.* & nihilominus tamen ad ejusmodi successionem filius patris locum intrat, & præmortui fratris filius cum patruis admittitur, ut paulò post *num. 34. seq.* dicetur.

Sic quoque licet statuto aliquo cautum sit, ut proximiores succedant, 29
in demortuorum tamen parentum locum succedere reliquos descendentes & cum proximioribus ad defuncti successionem admittendos esse, docent Bald. *in l. 1. C. de secund. nupt.* Paris. *cons. 20. num. 23. vol. 2.* Dec. *cons. 527. n. 9. & cons. 553. num. 2.* Forster. *de success. lib. 4. cap. 22. n. 10.* Phil. Dec. *in l. 1. n. 19. C. de secund. nupt.* Quam sententiam frequentioribus interpretum calculis receptam esse testatur Grassus. *§. successio ab intestato. quæst. 2. n. 9.* & eâ plerisque receptum esse, quod in statutariâ successione juri repræsentationis locus sit, refert Hartm. Pistor. *pract. quæst. lib. 2. part. 2. quæst. 43. n. 17.* Et filium fratris etiam in statuto repræsentare patrem, & concurrere cum illis, cum quibus concurrisset pater, eosque excludere, quos exclusisset pater, notant Alex. *cons. 88. n. 3.* Aretin. *cons. 162. n. 8.* Dec. *cons. 1. in fin.* Paris. *cons. 20. n. 23. vol. 2.* Quo casu autem filius patris locum ingreditur, per talem repræsentationem omnes qualitates & privilegia assumit, quæ competebant, tàm personæ ipsius patris, quàm gradui, in quo erat pater, non aliter, quàm si omni tempore verè fuerit ille met, in cujus gradum succedit, *l. sed & si conditioni. §. nepotes. ff. de hæred. instit.* Bart. *in l. 1. §. si sit filius. ff. de conjung. cum emanc.* Dec. *resp. 9. num. 12. vol. 1.* Sixtin. *2. Marpurg. cons. 18. num. 97.*

30 Locum habet jus repræsentationis in descendentibus lineæ rectæ in in-
finitum, *Novel. 118. cap. 1. vers. si tamen. § fin. I. de hæred. quæ ab intest. l. 1. §. liberos.*
ff. de conjung. cum emanc. auth in successione. C. de suis & legit. l. un. C de his qui an-
te apert. tab. Graff. §. *successio ab intestato. quæst. 2. num. 13.* Val. Forster. *de success.*
lib. 4. cap. 21. num. 2. & seq. Harpprecht. *ad princ. I. de hæred. quæ ab intest. num. 68. seq.*
31 In collateralibus verò, qui in tertio gradu constituti, cum iis, qui in secundo
gradu sunt, admittuntur jure repræsentationis, & non ulterius, & sic ultra fra-
trum & sororum liberos, seu patrueles & consobrinos non extenditur, *No-*
vell. 118. cap. 3. vers. hujusmodi. auth. post fratres fratrumque filios. C. de legit. hæ-
red. Forster. *d. cap. 21. num. 18. & lib. 8. cap. 7.* Sixtin. *2. Marpurg. cons. 18.*
num. 86. Harpprecht. *d. princ. num. 403.* Quod in fideicommissis familiæ
conservandæ causâ relictis nominatim scribit gloss. *in l. omnia. §. in fideicom-*
misso. verb. proximo. ff. de legat. 2. & ibi Imol. Corne. *in l. fin. num. 5. C. de V. S. &*
32 *cons. 7. num. 6. lib. 1. & cons. 2. num. 32. lib. 2.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 3. cap.*
7. num. 20. In ascendentibus verò jus repræsentationis locum non habet, *No-*
vell. 118. cap. 2. auth. defuncto. C. ad Sct. Tertull. Val. Forster. *de success. lib. 7. cap. 4.*
num. 23. Harpprecht. *d. princ. num. 368.*

33 Qui autem jure repræsentationis succedunt, in stirpes, illi verò qui proprio jure in capita succedunt, *l. 2. ff. de suis & legit. l. pen. in fin. C. eod. §. cum filius. 6. I. de hæred. quæ ab intest.*

4 Hinc quæritur, an his familiarum fideicommissis filius fratris defuncti admittatur cum patruo? Quod affirmant glossa *in. l. omnia 32. §. fin. & ibi* Imol. *ff. de legat. 2.* Alex. *cons. 26. vol. 3. & cons. 88. & 138. vol. 1.* Paris. *cons. num. 15. vol. 2.* Dec. *cons. 79. num. 1. & cons. 217. num. 1 seq.* Bald. *cons. 488. vol. 3.* Paul. de Castr *in l. fin. & ibi* Corne. *C. de V. S.* Tiraquel. *de primog. quæst. 40. num. 188. seq.* Petra *de fideicommiss. quæst. 11. num. 61.* Hond. *1. consil. 70. num. 20. & seqq. & per tot.* Etiam quando agitur de successione collateralis defuncti, Ant. Gabriel. *4. commun. conclus. 3. num. 1.* Kirchhoff *3. commun. opin. num. 54.* Schrader. *cons. 3. num. 17. & cons. 6. n. 35. vol. 1.* Et hanc sententiam in puncto juris esse probabiliorem, veriorem, & in judicando & consulendo tenendam esse, consuluit Jason. *cons. 25. col. 4. vers. sed præmissis. vol. 2.* Eandemque communem dicit Socin. Sen. *cons. 86. num. 12. vol. 3.* Joan. de Castil. *quæst 20. num. 2.* Ruin. *consil. 12. n. 14.* Alex. *d. cons. 26. num. 13. lib. 3.* & in practicâ servandam asserit, Corn. *in. l. fin. num. 5. C. de V. S. & cons. 97. num. 22. vol. 1.*

Hinc quotiescunque sive ex testamento, sive ab intestato, sive ex lege

vel

vel statuto, sive ex dispositione hominis res aliqua defertur familiæ sub nomine universali, aut in definito, semper intelligi debet, ut proximiores tantùm admitti debeant, sed ita, ut nepotes cum patruis succedant, nisi aliud fuerit dispositum, communis Dd est conclusio, gloss. *in d.l. omnia §.fin. & ibi* Angel. Imol. & Dd. commun. *ff. de legat. 2.* Aretin. *consil. 162. col. ult.* Corn. *in l. fin. col. ult. de V.S.* Tiraquel. *de primog quæst. 40.n.191.& seq.*

Alii verò contrarium, & filium fratris in fideicommissis non admitti cum patruo, propter prioritatem gradus & præsumptam testatoris affectionem majorem erga fratrem, quàm fratris filium, asserunt per *l. 3. §. si duo. ff de legit. tut.* Bald *in l. omnia. § fin. ff. de legat 2.* Aretin. *consil. 163. col. pen.* Ruin. *cons. 152. num 3. vol 1.* Boër. *decis. 204. n 41.* Cravet. *cons. 135. ad fin.* Cuman. *cons. 204. n. 6. vol. 2.* Aretin. *in § cum filius. n. 2. I. de hæred. quæ ab intest.* Quam opinionem veriorem & magis communem dicit Alex. *cons. 3 num. 5.* eandemque communiter esse receptam, testatur Dec. *cons 412. num. 5.* ubi *n. 5.* addit, secundum hanc sententiam in Rotâ Curiæ Romanæ judicatum esse. 35

Verùm in hoc Doctorum conflictu attendendum est, an quæstio sit de hæreditate alicujus ascendentis, an verò collateralium; ita ut si de hæreditate avi, vel aliorum ascendentium quæstio sit, semper filius patris personam repræsentet, & in patris locum in infinitum succedat, & sic filius fratris cum patruo ad avi, aliorumque ascendentium hæreditatem admittatur, & hoc casu affirmantium sententia procedat, secus verò, si de hæreditate alicujus collateralis quæstio sit, quo casu si de patrui defuncti hæreditate agatur, filius quoque fratris defuncti cum patruo admittatur, cum hoc casu Jus quoque repræsentationis adhuc locum inveniat, ut dictum est *supra num. 24. & 30.* Quando verò agitur non de successione ascendentium, aut patrui sed de successione transversalium in gradu ulteriori & remotiori existentium, tunc filius vel nepos non succedit in locum patris, sed à patruo tanquam proximiore excluditur, quemadmodum distinguunt, & ita distinguendo contrarias Dd. sententias conciliant, & ut veriorem approbant & sequuntur, Paris. *consil. 9. numer. 2. lib. 2.* Jason *in l. si aviæ. numer. 6. C. de success. edict.* Angel. *in §. reliquum. notab. 3. Auth. de hæred. ab intest.* Corn. *in l. fin numero 9. C. de V. S.* Menoch. *cons. 124. numer. 84. lib. 2. & 4. præs. 95. numer 14. 16. & 31.* Honded. *consil. 70. numero 73.* Dec. *consil. 1.* Cephal. *cons. 16. numer. 32. & cons. 287. numer. 18.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 40. numer 191. seq.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib. 8. tit. 9. numer. 3. & seq.* Marzar. *in epit. de fideicommiss quæst. 18.* Hartm. Pistor. *2. quæst. 23. num. 6.* confer Vincent. Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 485. num. 16. seq.* Peregr. *de fideicom. art. 2. per tot.* 36

Quamvis etiam dubio careat, quod duorum fratrum vel sororum liberi, si cum patruis, avunculis, amitis vel materteris concurrant patruo in stirpes succedant *Novell. 118. cap. 3. auth. cessante. C. de legit. hæred.* Forster. *de success. lib. 8. cap. 2. num. 1.* Berlich. *part. 3. concl. 24. num 8.* Harpprecht. *ad princ. I. de hæred. quæ ab intest. num. 403.* Peregrin. *de fideicom. art. 30. n. 2. & seq.* Si tamen duorum vel plurium fratrum vel sororum liberi soli sint, nullo patruo vel avunculo superstite, an hi defuncto patruo in stirpes, an verò in capita succedant, magna Doctorum est altercatio, sicuti videre licet apud Forster. *de succes. lib. 8. cap. 3. per tot.* Harpprecht. *d. princ. numer. 422, seq. I. de hæred. quæ ab intest. & ibi alleg.* Molin. *de Hispan. primog. lib. 3. cap. 7. numer. 21.* ubi tamen verior videtur sententia eorum, qui ipsos hoc casu in capita, & non in stirpes, succedere asserunt per *l. 2. §. 2. ff. de suis & legit. l. 1. §. fin. ff. si pars hæred. pet. l. pen. in fin. C. de legit. hæred. §. hoc etiam 4. I. de legit. agnat. succ.* Harpprecht. *d. pr. num. 423. & ibi alleg.* Atque ita etiam expressè decisum est ab Imper. Carolo V. *in Recess. Imper. de anno 1529. §.* als biß daher cujusmodi constitutionem etiam refert Forster. *d. cap. 3. in fin.*

38 Et hanc quoque successionem in capita, in feudis locum obtinere, docent Myns. *3. obs. 94. numer. 2. & seq.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. concl. 56. num. 9. in fin. & ibi in not. lit. N.* Vultej. *1. de feud. cap. 3. num. 9.* Bocer. *de success. feud. cap. 5. quæst. 15.* Ac ita in Camerâ Imperiali judicatum esse suo tempore, testatur Myns. *d. obs. 94. in fin.*

39 De eo quoque non immeritò dubitatur, an his fideicommissis familiarū fratres germani seu ex utroque latere, patre scilicet & matre conjuncti, consanguineos, sive ex uno tantùm latere, patris, conjunctos excludant? Quod exindè negandum videtur, quod in feudis consanguinei cum germanis fratribus succedant, eo, quod consanguinitas est species agnationis, cujus solius in usibus feudorum ratio habetur, & vinculi duplicitas non attenditur, *2. feud. 11. §. his verò deficientibus. & ibi* Bald. *num. 1.* Alvarot. *n. 3.* Præpos. *n. 3.* Afflict. *num. 14.* Laudens. *num. 15. & tit. 45. vers. ubi verò filium.* Decian. *cons. 16. num. 21 vol. 1.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. conclus. 130.* Schrader. *de feud. part. 7. cap. 7. num. 14.* Gail. *2. obs. 151. n. .* Bocer. *de jur. succed. in feud. cap. 5. quæst. 14.* Vultej. *1. feud. 9. num. 108.* Quæ ratio, agnatio nimirum, cum etiam in his familiarum fideicommissis obtineat, idem quoque successionis jus observandum, idque testatoris voluntati consentaneum esse videtur, qui solam agnationem consideravit, unde qualitas sexus fœminini, quæ in fratre ex utroque latere conjuncto concurrit, non auget jus, quod sibi ex fideicommisso competit, Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 13. n. 4.* & testa-

tor

tor omnes filios ex utroque matrimonio æqualiter dilexisse intelligitur, Forster. *de success. lib. 8. tit. 16. num. 7. & seq.* Ex quo etiam si testator relinquat fratribus suis, omnes fratres admitti debere simul, quia secundum propriam verborum significationem frater ex altero tantùm latere conjunctus frater dicatur, tradunt, per *l. jurisconsultus. 10. §. idem faciendum. & §. secundo gradu. ff. de grad. cognat.* Bart. *in l. Lucius §. quæsitum ff. de legat. 3.* Tiraquel. *de primog. quæst. 62. num. 9. in fin. & num. 10* Mantic. *d. tit. 1. n. 3.* Et ita fratrem consanguineum in hisce fideicommissis familiarum cum utrinque conjuncto admittendum esse tradunt Crot. *in l. filiusfamilias. § 162. ff. de legat. 1.* Mantic. *d. tit. 13. n. 4. & seq.* Socin. *jun. cons. 66. vol. 3.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 20. n. 12 seq.* ubi id in certis quibusdam casibus limitat.

Contrarium tamen, & in his fideicommissis fratres Germanos sive ex utroque latere conjunctos, consanguineos excludere, verius mihi videtur, 40
Quia supra *n. 7. & seq.* diximus, successionem in his fideicommissis fieri secundum juris communis dispositionem, hoc autem expressè & pro regulâ constitutum est, quod utrinque, sive utroq; latere conjuncti consanguineos, sive uno tantùm latere conjunctos excludant, *auth. cessante. & auth. post fratres. C. de legit. hæred. auth. itaque C. commun. de success. auth defuncto. C. ad Sct. Tertull. Novel. 84. c. 1. & Novel. 118. cap. 3.* Qui autem regulam pro se habet, jus certum habere dicitur, *l. ab ea parte. ff. de probat.* Bart. *in l. quoties. n. 1. ff. si quis caut.* Gail. *d. obs. 151. n 3.* & regulas juris tenaciter esse servandas tantisper, donec in contrarium specialis dispositio appareat, scribit Bald. *in l. si tutor. n. 5. in fin. C. de serv. pign. dat.* & quod expressè mutatum non reperitur, id firmum permanet, *l. sancimus. C. de testamento*, legumque correctiones, per tacitos præsertim intellectus, præsumptiones & conjecturas, sint evitandæ, *c. cum expediat. de elect. in 6. l. præcipimus § fin. C. de appellat.* Et hanc sententiam tuentur Riminald. *jun. cons. 411 per tot.* Decian. *cons. 36. n. 19. vol. 1.* Christinæ. *vol. 1. Belgicar. decis. 195. n. 2.* Gail. *2. obs. 151. n. 7.* 41

Atque hinc etiam quod stante statuto fœminas masculis existentibus excludente, fratres utrinque conjuncti, consanguineos tantùm excludant, docent Anchoran. *in c. canonum statuta. num. 50 versic. occurrunt. X. de constit.* Alex. *consil. 5. lib. 6.* Paris. *consil. 59 lib 3.* Socin. *jun. consil. 50 num. 4. lib. 4.* Ruin. *consil. 28. lib 3.* Brunus *de stat. fœm. exclud. art. 13. numer. 74.* Forster. *de success. lib. 8. tit. 17. per tot.* 42

Nec his contrariatur, quod in feudis aliud obtineat, siquidem hoc ita specialiter & contra juris civilis dispositionem constitutum, quod in fideicommissis secus est, in quibus non secundum jus feudale, sed civile suc-

cessionem fieri jam *supra num. 7. seq.* demonstratum est. Neque etiam ex rationis identitate argumentari licet, ubi aliud de jure expressè est constitutum, per *Novel. 12. cap. 10. C. de causis. X. de offic. de legat. C. fin. X. de transact. l. 1. §. 1. ff. ad SCtm. Turpill.*

43 Quod si tamen fratres utrinque conjuncti non adsint, consanguineos ad hæc fideicomissa esse admittendos, hosque fœminas excludere, non videtur habere dubium, quia hi sunt agnati, & familiam conservant, per dicta *supra num. 39.*

Atque hæc quidem procedunt, si testator aliud non disposuerit, vel modum & formam succedendi non præscripserit, si verò modus à testatore & fideicommissi primo institutore fuerit determinatus, is pro lege ob-
44 servandus erit, per dicta *supra. num. 1. seq.* Ubi observandum erit, quod modus, qui fuit in primâ institutione vel lineâ primâ, sive in primis successoribus, is etiam in reliquis sequentibus lineis & successoribus perduret. Sic quædam fœmina Nobilis proximo suo agnato seniori *H. T. de R.* certum quoddam fideicommissum ita reliquit, ut illud semper in familiâ suâ ad ejusdem conservationem permaneat, in eoque post illum succedant ejus filii, & quidem inter ipsos senior, hisque non existentibus *H. P. de R.* ejusque filii & post hos ejus fratres, & quidem semper senior, das auff begebenden Fall da erst ernanter *H. T. de R.* ohne Eheliche Mans Leibs Erben abscheiden würde / alßdan selbig Hauß / ꝛc. dem *H. P.* anfallen / unnd nach ihme auff seine bekommende Ehliche Mannliche Leibs Erben / oder da er keine verließ / auff seine Gebrüdere / je den Aeltesten / kommen unnd gereichen / ꝛc. Hinc quæsitum, an quemadmodum in primâ institutione *H. T.* ipsique factâ substitutione instituti *H. P.* filii, & quidem senior admissus, ita etiam in secundâ substitutione, an verò in hâc senior duntaxat vocatus intelligatur, & possessoris filium excludat? Et prius affirmandum esse, præter testatricis verba expressa, ipsa juri, ratio dictitat. Quemadmodum enim ipsa testatrix in primâ institutione, eique factâ substitutione, ad fideicommissarii possidentis filios, & non alium proximiorem agnatum seniorem pervenire vo-
45 luit fideicommissum: ita etiam in secundâ substitutione illud ipsum voluisse intelligitur, cum provisio in uno casu, censeatur etiam facta in simili, Bald.
46 *in l. Gallus. 29. §. 5. in fin. & ibi* Gothofr. *in not. ff. de liber. & posth.* & præcedentia declarent sequentia, ut hæc secundum illa intelligantur, *l. si servus, 50. §. fin. ff. de legat. 1.* Hieron. Schurff. *cons. 98. num. ult. & consil. 217. numer. 12.* Hond. *consil. 78. num. 39. lib. 1.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 5. tit. 1. numer. 22.*
47 unaque substitutio declaret alteram, Menoch. *consil. 106. numer. 390. lib. 2. & 4.*

& 4. *præsumpt.* 178. *num.* 34. Bart *in l. cohæredi.* §. *ex his. ff. de vulgar.* Vincent. Fusar. *de substit. fideicom. quæst.* 11. *num.* 1. *& seq & ibi allegat. & quæst.* 366. *num.* 16. & conditio adjecta in substitutione unâ, præsumatur repetita in alterâ, 48
Anchor. *cons.* 137. *num.* 2. Paris. *cons.* 18. *num.* 28. *lib.* 2. Cravet. *cons.* 248. *num.* 5. Menoch. *cons.* 196. *num.* 292. *lib.* 2. *& l. præsumpt.* 178. *num.* 30. Vinc. Fusar. *de fideicommiss. subst. it. quæst* 450. *num.* 1. *& per tot.* sicuti etiam prohibitio alienationis à præcedenti substitutione, & secundum casus & personas in ea expressas, regulatur, latè Fusar. *d. l. quæst.* 683. *num.* 1. *& seq. per tot.* Subsequentia enim ex præcedentibus regulanda sunt, & non è contra, Socin. Sen. *cons.* 123. *num.* 3. Alex. *cons.* 51. *num.* 2. *lib.* 2. Hond 1. *cons.* 58 *num.* 39. Ac receptum juris est axioma, quod substitutio dubia ex præcedenti institutione debeat declarari & interpretari, ita, ut quemadmodum quis fuerit dilectus in primo gradu, intelligatur etiam dilectus in secundo & ulteriori, per *l.* 1. *C. de impub. & aliis sub-* 49
stit Mascard. *de probat. conclus.* 1352. *num.* 1. *& seq.* Menoch. 4. *præsumpt* 16. *num.* 7. Fusar. *quæst* 12. *num.* 1. *& seq & quæst.* 79. *num* 28. *& quæst.* 478. *num.* 2. *&* 3. illamque affectionem, quam habuit testator in institutione, eandem habuisse vide- 50
tur in substitutione, nec præsumatur, quod voluerit magis substitutum, quàm institutum diligere, *l. Publius. & ibi* Bart. *ff. de condit. & demonstr.* §. *si ex disparibus. l. de vulg. & pup. ll.* §. *& substituitur. I. de pupill. subst.* & dilectio, quæ fuit in gradu institutorum, repetita præsumatur tàm directò, quàm per fideicommissum, Signarol. *cons.* 173. *num.* 1. Corne. *cons.* 2 0. *num.* 4. *vers. in hoc autem individuo.* Hincque substitutionem fideicommissariam ex præcedenti institutione de- 51
clarari, scribit Dec. *in l. num.* 7. *vers quarto ampliatur. & ibi* Curt. jun. *C de impub. & aliis substitut.* Mascard. *d. conclus* 1352 *num.* 10. & substitutionem primam ostendere, qualis fuerit voluntas in secunda, Curt. jun. *consil* 70. *n.* 1. Decian. *resp.* 1. *num* 184. *vers. tertio respondeo. vol.* . Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 5. *tit* 1. *num.* 22. Honded. 1. *consil* 55. *num.* 38. Fusar. *d. l. quæst.* 683. *num.* 2. & quemadmodum substitutio congruam interpretationem, & probabilem 52
conjecturam voluntatis recipit ex præcedente institutione, ita etiam unus gradus substitutionis alium declarat, *l. qui liberis* §. *fin. ff. ad SCt. Trebell.* Bart. *in l. centurio. num.* 38. *ff. de vulgar. & pupill.* Mascard. *d. conclus.* 1352. *num.* 11.

Hinc eadem ratione, qua primogenituræ institutor prætulit filium primogenitum, eadem etiam ejusdem liberos prætulisse ipsi m censeri, scribit per 53
l. cum avus. ff. de condit. & demonstr. l. cum acutissimi. C de fideicom. Molin. *de Hispan. primogen. lib.* 3. *cap.* 6. *num* 32.

Accedit

Accedit, quod teſtatrix id voluiſſe præſumitur, quod jus diſponit, Bald
in l. ſi duo. ff. de adquir. hæred. Cùm enim lex pro ſuâ naturâ ſit publica, juſta, &
honeſta, c. erit autem lex. 2. Diſt. 4. ideoque ratio inſinuat, quod teſtatrix ab e-
jus diſpoſitione recedere noluerit, per dicta ſupra num. 8. Jam verò lex vult &
diſponit, filium ſubingredi locum patris, eumque repræſentare, Novel. 118. c. 3. v.
54 unde conſequens. Cùm pater & filius una eademque cenſeantur eſſe perſona, l.
fin. C. de impub. & al. ſubſt. c. cum itaque. 8. cauſ. 1. quæſt. 4. una eademque caro, c. con-
tradicimus. 21. §. hac authoritate. cauſ. 35. quæſt. 3. Et ut inquit Paul. Caſtrenſ. conſ.
264. col 3. num. 2. lib. 2. caro filii ſit veluti caro patris aucta, Tiraquel. de primo-
55 gen. quæſt. [illegible]. num. [illegible]2. ita ut pater non omninò videatur extinctus, ſed in filio
continuatu[illegible], nam à patre in filium, & à filio in nepotem, & deinceps eſt ſan-
guinis continuatio, Bald. in l. 1. C. de condit. inſert. Tiraquel. d. quæſt. 40 n. 34. & pa-
ter dicitur pars corporis filii, l. cum ſcimus. C. de agric. & cenſit. Ideoque licet pri-
mogenitus ſit mortuus, non tamen omninò videtur extinctus, cum nepos ex
eo ſupereſt, in quem transfuſa eſt caro patris; atque ita ſicut pater erat primo-
genitus, ita & nepos ex eo procedens, quia ex eo tempore natus exiſtimari
debet, quo pater ejus natus fuit, ut ait Tiraquel. de primogen. quæſt. 40. num. 7. Ip-
ſeque nepos natus dicitur ex avo, ſive avi corpore, ſicut ut ipſe filius, Tiraquel.
d. l. n. 36. Peguer. deciſ. 11[illegible]. num. 6.

56 Unde etiam concluditur, quod in ſucceſſione primogenituræ filius poſ-
ſeſſoris, qui propter majorem ætatem admiſſus, & cæteris agnatis præpoſi-
tus fuit, ſurrogatur in locum patris, & hæc ſubrogatio operatur, ut quos
filius ipſe, etiam jure privilegiato excluderet à ſucceſſione, eos quoque ex vi
ſubrogationis excludat nepos; quia ſubrogatum ſapit naturam illius in cu-
jus locum ſubrogatur, ſupra cap. 5. num. 78. Indeque ſtante ſtatuto exclu-
dente filias propter filios, hoc quoque locum habere in nepotibus, quia
filio præmoriente, nepos ex eo in illius locum ſubrogatur, tradit Bart. in. l.
liberorum. 12. ff. de V. S. Jaſon. in l. venia. & ibi Bald. Salicet. Alex. C. de in
jus voc.

57 Ex quo etiam ad materiam primogenituræ, quod ea ratione nepos
ex primogenito excludat patruum ſecundogenitum, quamvis ætate ma-
jorem, argumentatus fuit Socin. conſ. 282. num. 8. Aretin. conſ. 154. col. 6.
verſ. confirmatur, quia perſona ſubrogata iiſdem utitur privilegiis, quibus per-
ſona, in cujus locum ſubrogatur, l. decernimus. & ibi Bart. C. de aquæ duct.
Tiraquel. de primogen quæſt. 40. n. 44. maximè in ſurrogatione naturali, qualis
eſt nepotis in locum filii, l. poſthum. ff. de injuſt. teſtam. l. fin. C. de impub. & aliis ſubſt.

ſiqui-

siquidem longè plus ponderis habeat natura, quam accidens, *l. qui habet* §. *1. & ibi* Bart. *ff. de tutel.* Tiraquel. *d. n. 44.*

Unde quoque jus primogenituræ, cum semel unam lineam est ingressum, semper in ea & descendentibus ex ea conservatur, & donec aliqui ex ipsis, quantumvis juniores existunt, nunquam fit transitus ad seniores in alia linea extantes, per *c. 1. de natur. succ. feud. lib. 2. feud. 50. & ibi* Bald. Afflict. *num. 77.* Præpos. *in c. 1. n. 8. de feud. March.* Socin. *in l. si cognatis num. 14. ff. de reb. dub.* Ruin. *cons. 19 num. 6. lib. 2* Rol. à Valle. *cons. 100 num. 14. seq.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 4. num. 14. & cap. 9. n. 1.* Quod etiam procedere, etiamsi alii essent proximiores, inspecta persona primi adquirentis, voluit Paris. *cons. 23. num. 26. vol. 1.* Socin. *jun. cons. 126. num. 27. vol. 1.* Ripa. *in l. ex facto. in princ. num. 1 ff. ad Sct. Trebell.* Rol. à Valle *d. cons. 100. num. 4. seq.* Siquidem in primogenii institutione semper vocata censetur linea primogeniorum successivè in infinitum, de primogenito in primogenitum, ex propria vocatione, etiam absque juris alterius transmissione, Molin *de Hispan primogen. lib. 1. cap. 1. num. 7. & lib 3. cap. 6. num. 29.* Et sub vocatione primogeniti non solum filius primogenitus, sed nepos & omnes primogeniti ex eo descendentes in perpetuum, tam ex linea descendentium, quam transversalium vocari intelliguntur, Abbas *cons. 85. n. 3. & 5. lib. 1.* Dec. *cons. 498. num. 19.* Paris. *cons. 72. num. 102. seq. lib. 4.* Covarruv. *pract. quæst. cap. 38. n. 6. & 7.* Tiraquel. *d. quæst. 40. n. 156.* Et sic quamdiu aliquis superest ex linea illius, qui semel jus primogenituræ acquisivit, nullus ex alia linea procedens, admittendus erit, Molin. *d. cap. 6. n. 29.*

Atque hæc etiam procedunt, si filius primogenitus vivo adhuc patre moriatur, ita ut hoc jus tùm ad nepotem ex filio primogenito, ejusque descendentes transferatur, & semper majoratus, sive primogenii successio, lineam rectam primogenitorum sequatur, Molin. *d. lib. 3. cap. 6. num. 30.* Cum 60 inclusio lineæ primogeniti omnes alias lineas excludat, donec hi deficiant, qui ex ejus linea processerunt, Bald. *in l. cum antiquioribus. num. 11. vers. nemo quia primogenitus. C. de jur. delib.* ubi ait, quid primogenitus nascendo se includit, & per consequens secundogenitum perpetuò excludit. Et sic, quamdiu aliquis ex lineâ primogeniti super est, nec secundogenitus, nec etiam alius ex ejus linea procedens ad primogenii successionem admittitur Molina *d. l. n. 30.* Efficit enim primogenitus in linea descendenti caput primum: secundogenitus autem secundum caput constituit, ita ut eo ordine ad instar edicti prætorii de bonorum possessionibus ad majoratus, sive primogenii successionem filii sint admittendi, & quamdiu aliquis ex primo capite superest, nullus ex

ſecundo capite ſuccedere valeat, Præpoſ. *in c.1. num. 10. ad fin. de feud. March.* Dec. *conſ. 397. num. 4.* Socin. *conſ. 47. num. 13. in fin. lib. 3.* Covarruv. *pract. quæſt. cap. 38. num. 6. & 12.*

61 Nec contrariatur, quod in his, quæ jure hæreditario non deferuntur, repræſentatio non admittatur *l. tutela. §. ſi duo. ff. de legit. tut. l. ſi libertus præterito. §. 1. ff. de bon. libert.* Bald. *in l. liberti. num. 18. C. de oper. libert.* Bart. *in auth. poſt fratres. num. 1. C. de legit. hæred.* talia autem eſſe videantur hæc noſtra familiarum fideicommiſſa, & jus majoratus, utpote in quibus non jure hæreditario, ſed vel conſuetudine, vel ex ſpeciali inſtitutoris diſpoſitione ſucceditur.

Præterquam enim, quod in hiſce fideicommiſſis regulariter, & niſi ab inſtitutore aliud fuerit diſpoſitum, ſecundum juris communis conſtitutionem ſucceſſio fiat, reſpondet Molina *d. lib. 3. cap. 6. num. 41.* prædictam regulam & quod repræſentatio non habeat locum, quando jure hæreditario non fit ſucceſſio, tribus caſibus non procedere, veluti 1. quando linea recta, jure majoratus & primogenituræ ſucceditur, quia aliàs non poſſet jure primogenituræ, nec linea recta verè vel præciſè ſuccedi, 2. Quando non ſolum filius primogenitus, ſed etiam filius ipſius primogenitus, omneſque deſcendentes in infinitum vocati; cum enim hoc caſu quilibet primogenitus propriam vocationem habeat, non dubitatur ipſum in patris locum ſuccedere, quæ tamen non tam repræſentatio, quam propria vocatio & ſubſtitutio cenſenda eſt, Alciat. *conſ. 585. num. 7.* Dec. *conſ. 515. num. 1.* Et 3. quando fideicommiſſum conceſſum familiæ deſcendentibus, ſed cognationi propinquis, vel ſimilibus ſub nomine collectivo, tunc enim repræſentatio locum habet, etiamſi in tali fideicommiſſo jure hæreditario non ſuccedatur, cum enim in hoc ſecundum ordinem ſucceſſionis ab inteſtato ſuccedatur, conſequens eſt, repræſentationem locum obtinere, ſicuti in aliis ſucceſſionibus, quæ ab inteſtato deferuntur, Molin. *d. cap. 6. n. 44.*

62 Quæ hactenus de repræſentatione diximus, facilè locum habent in deſcendentibus; An verò eo caſu, quo jure majoratus vel primogenituræ ſuccedit nepos ex filio primogenito, in ſucceſſione Regni, Electoratus, ducatus, vel fideicommiſſi, patruo ſuo ſecundogenito ſit præferendus, adeò controverſa eſt quæſtio, maximè ſi patre adhuc vivo filius nepote relicto mortuus fuerit, ut eam Appollini ſolvendam reliquerit Bald. *in l. cum antiquioribus. 4. de jur. deliber.* eandemque in ingenii potius qualitate conſiſtere,

quam

quam ut in alterutram partem verè determinari posit, certumque aliquid asserere sit potius superstitiosum, quam discretum, scribit idem Bald. *cons. 275. v. quæstio talis est lib. 2.* Et ideò se in hac re habere oculos nycticoracis, addit *in l. ex hoc jure. vers. sexto quæritur. ff. de just. & jur.* Ideoque Imper. Ottonem Magnum ob maximam rei perplexitatem, eam gladiatorio judicio reliquisse, & nepotem bis victorem extitisse, refert ex Firmian. *in repert. verb. nepos. & verb. filius Regis. num. 5.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 40. n. 8.* Idemque sub Henrico I. Imper in Germaniâ contigisse legitur apud Witekind. *lib. 2. histor.* eandem indecisam reliquerunt Bald. *in d. l. cum antiquioribus. ff. de jur. de lib.* Corne. *in l. ut intestato. & ibi* Castr. *C. de suis & legit.* Jason. *in l. maximum vitium & ibi* Alex. *C. de lib. præter.* Felin. *in c. auditis. col. 7. vers. consuetudo. X. de præscript.* Cirier. *de primogenit. quæst. 25. in fin.* Uterque etiam tàm patruus, quàm nepos multos magnosque authores habet & propè ex æquo, ut vix dignosci possit, quænam communis sit opinio, ut ait Phil. Dec. *cons. 443. post princ.* Tiraquel. *de primogenit. quæst. 40. n. 12.*

Pro patruo concludunt Fulgos. *in l. si viva. C. de bon. matern.* Bart. *in auth post. fratres. numer. 1. C. de legit. hæred.* Phil. Franc. *in c. grandi. de supplend. neglig. præl. in 6.* Luc. de Penna *in l. nepotes. Col. 1. C. de his qui num. liber.* Alex. *cons. 123. vers. tum etiam lib. 1.* Philip. Dec. *d. cons. 443.* Curt. jun. *de feud. part. 2. col. pen. vers. secundo moveat.* Cujac. *ad tit. 11. lib. 2. feudor.* Surd. *cons. 403. num. 34. seq. lib. 3.* Peregrin. *cons. 33. num. 22. & 26. & cons. 64. n. 7. seq. lib. 2.*

Verum nepotem hoc casu patruo præferendum esse, majori Doctorum calculo receptum & verius esse, plurimis argumentis probant, Rauchin. *de success. ab intest. § 10. num. 8. seq.* Hotoman. *illustr. quæst. 3.* Mynsing. *3. obs. 13.* Tiraquel *de jur. primogen. quæst. 40. per tot.* Oldrad. *cons. 227.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 10. num. 9.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 16. num. 3.* Vinc. Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 387. numer. 1. seq.* Buxtroff. *ad Aur. Bull. concl. 85. lit. e.* Chassan. *in catal. glor. mund. part. 5. consid. 42.* Bocer. *de jur. succed. in feud. cap. 3. quæst. 48.* Besold. *de reg. success. lib. 1. dissert. 7. num. 5. & lib. 1. polit. cap. 6. §. 5. num. 30.* Nicol. de Betsius. *de pact. famil. illustr. cap. 8. fol. 459 seq.* Fach. *6. contr. 2* Petr. Gregor. Tholos. *lib. 7. cap. 10.* Arnisæ. *lib. 1. polit. cap. 9. lib. 2. de republ. cap. 2. sect. 10.* Lipsi. *monit. polit. lib. 2. cap. 4. numer. 2. & 3.* Hunnius *lib. 3. var. resol. jur. civ. tract. 5. quæst. 26.* Mart. Rumelin. *ad Aur. Bull. dissert.* 63

6.part.1.conclus. 2. & 3. & ibi Dn. Speidel. in addit. Enenckel. de privil. parent. & liber. privil. 3. cap. 1. num. 23. & cap. 4. num. 4. seq. Johan Harprecht. ad princip. I. de hæred. quæ ab intest. n. 81. & seq Val. Forster. de success. lib. 1. cap. 23. numer. 66. Rosenthal. de feud. cap. 7. conclus. 26. num. 13. & ibi in not. lit. p. Peguer. decis. 114. per tot. Engelb de success. in Elect. conclus. 36. seqq. Just. Sinold/cogn. Schütz de vicar. Imper. concl. 28. lit. a Et hanc sententiam totius ferè orbis Christiani consuetudine receptam, & quotidie observari dicit, Jacobin. de S. Georg. de feud. in princ. verb. dux. ac communem dicit Covarruv. var. resol. lib. 3. cap. 5. num. 5. Moz. de feud. tit. de substant. num. 69. veriorem asserit Chassan. in consuet. Burg. magis communem deprædicat Castrens. cons. 164. num. 4. & n. 6. part. 2.
64 Et ita in Angliâ, Galliâ & Hispania observari, & nepotem patruo præferri, testatur Bald cons. 389. col. 4. vers. sequitur. aliud. Alex. in c. 1. col. 3 vers. & ita plerumque. de feud. March Tiraquel. de primogen. quæst. 40. n. 3. ita enim Angli Eduardo Regi Richardum nepotem, ex Eduardo filio ejus primogenito suffecerunt, postpositis aliis tribus ipsius Eduardi Regis filiis, teste Polydor. in Histor. Angl. Tiraquel d. num. 13. Et tempore Caroli Pulchri Galliarum Regis per Regni proceres Comes Nivernensis patruo prælatus fuit, referente Paul. Æmil. Idem de Hispaniæ Regno testatur Covarruv. tom. 2. pract. quæst. cap. 38. n. 6.

65 Hinc etiam in successione Electoratus nepotem ex filio primogenito præferri patruo, experientia ipsâ docet, & manifestè constitutum est in Aur. Bul. tit. 7. §. und gebieten demnach/ ibi. auff seinen erst gebornen Sohn / & ibi darnach auff desselben Erstgebornen Sohn. Engelbrecht de succes. in Elect. concl. 3.

Et hæc sententia mihi quoque verior videtur, & in præcedentibus fundatur rationibus, ex jure repræsentationis desumptis, eandemque plurimis aliis argumentis comprobant, & contraria resolvunt Doctores pro hâc relati, ad quos me brevitatis causâ remitto.

66 Atque hæc quoque obtinere in fideicommissis agnationi, vel familiæ, sub nomine collectivo datis jure primogenituræ, sive majoratus, ita ut filius primogeniti præmortui patruo præferatur, isque patris personam repræsentet & subintret, tradunt Oldrad. cons. 224. Bald. in l. liberti libertæque. n. 18. C. de oper. libert. Castrens. in l. maximum vitium. numer. 3. C. de lib. præter. Vinc. Fusar. de fideicommiss. substit. quæst. 387. numer. 1. & seq. & numer. 17. ubi rationem addit, quod in fideicommissis successio reguletur à causâ intestati, ab in-

ab inteſtato autem nepos ſubintret locum patris ſui, §. *cum filius. I. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* Covarruv. *tom. 2. pract. quæſt. cap. 38. numer. 6. in princ.* ubi *verſ. etenim qui primogenium.* eleganter addit, quod ille, qui primogenium conſtituit, & majoratum, hoc planè in favorem agnationis vult, quod primogenium illud deferatur gradatim primogenitis per lineam rectam, ita quidem ut uni detur & competat, qui ex lineâ rectâ primogenitus ſit, & primum gradum obtineat in eâdem lineâ poſt ultimum poſſeſſorem, ejuſdem que gradus primum locum habeat. Nam quod jure traditur de patruis admittendis cum nepotibus, obtinet, ubi res ad plures devenire poteſt. At quoties uni tantùm, & primogenito defertur fideicommiſſum, primogenitus unius gradus ſemel admiſſus reliquos de illo gradu excludit interim, dum gradatim poteſt primogenium in poſteros deferri: cum gradus deſcendentium ordinem efficiant & conſtituant: nec diſtingui aut mutari poſſint, nec numerari ex pluribus in eodem gradu exiſtentibus, quod eſt ſatis manifeſtum. Vult & præterea primus majoratus author, quod ſi primogenium in tranſverſam lineam tranſierit, aut locum obtineat, idem in eâ ſervetur, ita, ut ſemper deſcendant ab illo, qui vel ultimus poſſeſſor eſt, vel poſt illum primum locum obtinet ad primogenium. Quando igitur gradatim primogenium defertur primogenitis per lineam rectam, conſequitur neceſſariò, quod mortuo poſſeſſore ille primogenitus ad majoratum vocatur, qui eadem in lineâ rectâ ſequentem gradum conſtituit, & efficit jure primogenituræ: Unde mortuo filio primogenito, vivente patre majoratus poſſeſſore, ejus filius major & primogenitus gradatim ſubintrat, & primum locum obtinet in lineâ rectâ deficiente patre, & gradu primo, quem ipſe pater conſtituebat, atque ideò primogenium habere debet. Hæc enim linea recta ſemper eſt conſideranda, nec eſt divertendum ad transverſales, cum ea ſit primogenii conſtituti natura ad deferendum aliquod patrimonium, uni eidemque majori, & primogenito, ut gradatim linea recta ſemper ſit obſervanda, neque digreſſio fiat ad transverſales, qui à majori & primogenito ejusdem gradus fuêre excluſi, is ſiquidem loco omnium ejusdem gradus primogenii jura obtinuit.

67 Hinc quoque juris communis & Dd. approbata eſt regula, quod ſi alicui hæreditas, legatum vel fideicommiſſum eâ lege relictum ſit, ut poſt mortem ipſius ad alium redeat, intelligatur, ſi is, cui primo loco res relicta fuit, ſine liberis decedat, etiamſi id expreſſe non fuerit dictum, *l. cum avus. de cond. & demonſtr. l. cum acutiſſimi. C. de fideicommiſſ. l. generaliter §. cum autem. ff. de inſtit. & ſubſtit.* Tiraquel. *de primogenit. quæſt. 40. numer. 94. & in l. ſi unquam*

in princ. num.6.C. de revoc. donat. Idque etiam procedere, si res reditura esset ad alterum filium relinquentis, & sic ad fratrem ipsius, cui primo loco relicta fuerat, ita ut nepos ex hoc, cui relicta est res, præferatur patruo, cui res restituenda erat post mortem patris sui, *d.l.cum avus. ff. de condit. & demonstr.* Bald *in l. cum acutissimi vers. quæro si pater. C. de fideicommiss. & ibi* Salicet. Castrens. Tiraquel. *in d. l. si unquam. num.240.C. de revoc. don. & d. quæst.40. num.94.*

68 Quod si ex primogeniti lineâ & descendentibus nulli masculi supersint, qui in primogenituræ jure succedere possint, tum demum transitus fit ad secundogenitum ejusque lineam, sicuti hoc in Electoratibus manifestum est, ex *Aur. Bull. tit. 7. §.* So es sich aber begebe. Quia primogenitus etiam dici potest secundogenitus, si primus obierit, Bald. *in l. 2. numer. 5. C. de iur. emph.* & primogenitus is propriè dicitur, qui alium ante se non habet, Mantica *de*
69 *conject. ult. vol. lib. 8. tit. 16. num. 8.* Et hoc casu eadem omnino juris prærogativa competit secundo genito præ tertio, quàm primogenitus præ secundo genito habet, nec potest alia ratio esse secundæ lineæ ad tertiam, quàm quæ est primæ ad secundam, Martin. Rumelin. *ad Aur. Bull. part. 1. dissert. 6. conclus. 15.*

Indè eodem modo secundo genitus ante tertium, quo primogenitus ante secundum ad successionem Electoralem vocatur, *Aur. Bul. d. tit. 7. §.* So es sich aber begebe. Quia naturæ prærogativam habet præ tertio, sicuti primogenitus præ secundogenito, & sic ipsum quoque meritò eâdem juris prærogativâ præ tertio frui æquum erit, Arn. Engelbrecht. *de success. in Elect. ex iur. primogen.*
70 *concl. 92. & seq.* ubi *conclus. 97.* addit, communissimam omnium esse opinionem quod de lineâ primâ ad secundam, & de secundâ ad tertiam nunquam fiat transitus, etiamsi in unâ vel alterâ millesimo quis sit gradu constitutus, quamdiu ex primâ, aut secunda aliquis superest, Rol. à Valle *cons. 39. num. 47. vol. 4.* Tiraq. *de primog. quæst. 10. num. 21.* Tot enim promanare primogenituras, quot filios pater relinquit, è quibus lineam priorem, donec est, succedere, eaque interemptâ, eodem jure venire secundam, & hac demum absumptâ, locum patere tertiæ, & ita deinceps tradit Besold. *de success. reg. lib. 1. dissert. 8. n. 2.*

71 Hinc quæritur, si primogenitus sine hæredibus masculis decesserit, & reliquerit fratrem tertiogenitum, & ex fratre secundogenito mortuo nepotem, quis hoc casu sit præferendus? Et licet pro tertiogenito concludat, & hunc nepoti præferendum esse asserat Coler. *de iur. Imper. German. sect. 53.* ubi exempla refert in Palatinatu & Electoratu Saxoniæ.

Contrarium tamen, & nepotem tertiogenito præferendum esse, tradunt Aretin. *consil. 162. lol. 1.* Socin. *cons. 252. lib. 2.* Engelbrech. *de success.*
in E-

in Elector. conclus. 100. Besold. de success. reg. lib. 1. dissert. 7. in fin. & dissert. 8. numer. 2. Rumelin. ad Aur. Bull. part. 1. dissert. 6. conclus. 16. Tiraquel. de primogen. quæst. 41. n. 1. & 3. Quemadmodum enim primogenitus præ secundogenito eo statim momento, quo nascitur, jus succedendi quæsitum habet & radicatum, quod ipsius stirpi ac lineæ, quamdiu in eâ habilis quispiam superest, adimi, vel ad alios transferri nequit, ita etiam secundogenitus; & sicuti non fit transitus ad lineam secundam, nisi primâ penitus deficiente; ita nec de secundâ lineâ transitus fieri debet ad tertiam, nisi linea secunda planè expiraverit, Castrens. cons. 164. num. 5. lib. 2. Rol. à Valle. cons. 39. numer. 47. vol. 4. Et cum tertiogenitus post secundogenitum ejusque lineam demum extinctam vocatus, ipsi secundogenito substitutus, & sub istâ conditione admissus intelligitur, si secundogenitus absque hæredibus masculis capacibus decesserit, per l. Lucius Titius. 85. ff de hæredib. institut. l. omnia. 32. §. fin. ff. de legat. 2.

Verùm de hoc major est controversia, si primogenitus ejusque descendentes masculi omnes extincti, nec supersint fratres secundogenitus, nec tertiogenitus, sed horum tantum liberi masculi extent, an hoc casu succedat is, qui ex secundogenito natus, licet minor ætate, an verò is, qui ex tertiogenito natus, major tamen ætate existat, & sic ætatis, an verò lineæ prærogativa attendenda sit? Quæ quæstio adeò intricata, ut cum Matthæo de Afflict. lib. 3. constit. Neapol. tit. 24. num. 23. in fin. de ipsâ scribat Besold. de success. reg. lib. 1. dissert. 8. num. 5. Non est meum, inquiens, impræsentiarum determinare, ubi tanti patres sunt in discordiâ; sed determinet Rex, qui potestatem habet determinandi dubia occurrentia Juristis. 72

Pro ætatis quidem prærogativâ, & si ex tertiogenito filio masculus supersit senior, eundem secundogeniti filio juniori præferendum esse pugnat pluribus Goldast. in tract. de majorat. lib. 2. cap. 2. 4. 13. & passim, & in discurs. exoterico ibidem annexo, ubi Arnold. Engelbert. contrarium sentientis argumenta enervare conatur, idem etiam sentit Ant. Coler. de jur. Imper. German. sect. 54. 73

Sed hoc casu lineæ potius, sive gradus rationem habendam, & secundogeniti filios, licet ætate minores, præferendos esse tertiogeniti fratris filiis, etiam natu majoribus, concludit Arnold. Engelbr. de success. in Elect. concl. 101. & multis seqq. Cujus sententiam sequuntur Besold. de success. reg. lib. 1. dissert. 8. num. 5. Rumelin. ad Aur. Bull. part. 1. dissert. 6. conclus. 17. 74

Iustus

Iuſtus Sinolt *cognom.* Schütz *de vicar. Imper. concl. 29. & in colleg. jur. publ. part. 1. diſput. 7. concluſ. 14 lit. c.* confer Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 5. cap. 15. num. 3.* Quorum ſententiam & ego veriſimiliorem eſſe cenſeo, eandemque fundamentum habere in *l. omnia. 32. § fin. & ibi* Bart. Imol. Caſtrenſ. Alciat. *ff. de legat. 2.* ubi primum nominati prius, & poſt omnes eos extinctos ſecundo loco nominati, & ita deinceps, perpetuo ordine ſuccedere diſponitur. Atque ita, quemadmodum primogenitus, ut *num. 63. ſeq.* dictum, ejuſque deſcendentes, quamdiu hi ſuperſunt, prærogativâ gradus & ſucceſſionis utuntur, adverſus ſecundogenitum ejusque deſcendentes, ita etiam ſecundogenitus ejusque deſcendentes, adverſus tertiogenitum ejusque poſteros eâdem prærogativâ gaudent, natura enim ipſa lineas & ſtirpes diſtinxit, Covarruv. *pract. quæſt. cap 3. num. 6.* Menoch. *conſ. 442. num. 10.* Et ſaltum non facit, ſed ordine procedit, ut numeret & vocet primo, qui in lineâ primogeniti inveniuntur, & ita ad poſteriores ſucceſſivè progreditur, Schütz *d. concluſ. 29.* Indeque monſtro ſimile haberi, è remotiori lineâ agnatum admittere, ubi ne ipſi quidem lineæ authori locus daretur, ſcribit Cavalcan. *deciſ. 12. n. 44. lib. 3.*

75 Potiſſimum contrariæ opinionis fundamentum in eo poſitum eſſe videtur, quod jus repræſentationis in collateralibus ſibi locum non vindicet, & propterea linearum quoque prærogativam attendendam non eſſe. Præterquam enim quod repræſentationem quoque in fratrum & ſororum liberis locum obtinere, dictum eſt *ſupra num. 31.* ipſa etiam lex & inſtitutoris diſpoſitio æquè lineam ſecundam ante tertiam, ſicuti primam ante ſecundam vocâſſe intelligitur, ut ita non jure repræſentationis, ſed ex propriâ vocatione linea ſecundogeniti, lineam tertiogeniti excludat, confer *ſupra num. 34. ſeq.* Engelbr. *d. l. concluſ. 111.*

76 De proximitate non minus controverſa eſt quæſtio, ſi proximiores vocati ad fideicommiſſi ſucceſſionem & ultimus ejusdem poſſeſſor abſque liberis maſculis deceſſerit, an proximitas teſtatoris, ſive fideicommiſſum inſtituentis, an verò gravati, ſive fideicommiſſarii ultimi poſſeſſoris defuncti attendenda ſit? Et hoc caſu teſtatoris, ſive fideicommiſſum inſtituentis, proximitatem attendendam eſſe ex ſequentibus dicendum videtur.

77 1. Quia in hiſce fideicommiſſis non agitur de hæreditate & bonis gravati ſive ultimi poſſeſſoris, ſed ipſius primi inſtitutoris, & ſic ipſi teſtatori, & non ultimo defuncto ſive gravato ſucceditur, *l. credendum. 4. §. ſi verò. 3. ff. qui pet. tut. l. ſi ſervo. 84. ff. de hæred. inſtit. l. cohæredi. 41. §. quod ſi. 3. ff. de vulg. & pupill. l. unum ex familia. 67. §. 1. ff. de legat. 2. 1. l. ſancimus. 7. §. cum autem.*

l. C. ad SCt. Trebell. Bart. *in l. Marcellus. §. quidam liberis. ff. ad SCt. Trebell.* Alex.
Cons. 30. num. 3. vol. 2. Mantica *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 12. num. 31.* latè Vin-
cent. Fusar. *de substit. fideicomm. quæst. 274. per tot.* Peregrin. *de fideicom. art. 20.
num. 1.* Grass. *§. fideicommissum. quæst. 18. num. 1.* ineptum igitur videtur exclu-
dere proximiorem illius, de cujus successione agitur, & admittere illum,
qui alteri, de cujus successione vel hæreditate non agitur, proximior est,
sicuti ineptum foret, si agens de successione Titii ad illam obtinendam con-
tenderet, se esse consanguineum Petri, de cujus successione non agebatur,
ut scribit Molina *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. num. 4.* Et cum in hisce fidei-
commissis succedatur secundum ordinem successionis ab intestato, in hac
autem proximitas consideretur illius, de cujus hæreditate & bonis agitur,
consequens videtur, non gravati, sed gravantis sive institutoris proximitatem
attendendam esse. Atque indè fideicommissarium esse utilem hæredem ro- 77
gantis, & non rogati, dicit Bald. *cons. 79. num. vol. 1.* & actus attribuitur ordi-
nanti, & non ei, qui exequitur, *l. pater ex provincia. in fin. ff. de manumiss. vind. l.
item eorum. §. si decuriones. ff. quod cujusque univers. nom. l. unum ex familia. §. 1. ff.
de legat. 2.* Roman. *cons. 366. circa princip.*

2. Quia in fideicommissis inspicienda est mens & affectio ipsius testa- 78
toris, Alex. *cons. 120. num. 3.* confer *supra cap. n.* dubio autem carere videtur, te-
statorem majorem habuisse affectionem erga eum, qui sibi proximior, quàm
gravato, & sibi remotior existit, per *l. si viva matre. C. de bon. matern. l. Titius. ff.
de hæred. instit.* Bald. *in l. 3. C. de lib. præter.* Menoch. *cons. 266. num. 24.* Magon.
decis. Lucens. 83. n. 6. Vinc. Fusar. *de fideic. substit. quæst. 468. n. 1.* ubi *in seq.* demon-
strat, quis magis dilectus præsumatur.

3. Hanc sententiam probare videtur *l. omnia 32. §. in fideicommisso. 6. ff. de* 79
legat. 2. ubi fideicommisso familiæ relicto, primo admittuntur expressè à
testatore nominati, qui gravati sunt, & post omnes eos extinctos, non ad-
mittuntur proximiores his gravatis & nominatis, sed proximiores ipsi testa-
tori; mortuo enim testatore, nominati admittuntur, & his omnibus ex-
tinctis, qui tempore mortis testatoris erant de nomine & familiâ ipsi testa-
tori proximiores. Deinde post hos, inquit, qui ex primo gradu; Ex his
scilicet proximioribus testatori, non ipsis nominatis. Qui autem secundo
gradu admissi, proximiores quoque ipsi testatori fuerunt, his deficientibus
& extinctis, qui primum gradum obtinent, etiam respectu illorum, jam
sunt testatori proximiores. Proximior etenim gradus testatori admissus fuit,
& eo deficiente sequens gradus subintrat, & primus post proximiorem, vel

ſecundus ab illo reſpectu teſtatoris. Ergò deficiente gradu proximiore, & primo, ſecundus gradus ſubintrat, & eſt proximior ipſi teſtatori, atque ita ſemper attenditur perſona teſtatoris, non autem ipſius ultimi poſſeſſoris ſive gravati, prout hunc textum inducit Covarruv. *tom. 2. pract. quæſt. cap. 38. num. 3.* Cui etiam accedit Fachin. *controv. lib. 4. cap. 85. verſ. ſed hic non eſt*, ubi textum illum hoc velle ſcribit; ut primò admittantur nominati, ſecundo illi, qui ex familiâ defuncti fuerint, cùm teſtator moreretur; & ii non omnes, ſed duntaxat illi, qui primo gradu procreati ſunt. Si igitur qui erant proximiores ex familiâ teſtatoris, cum is moreretur, ſecundo loco admittuntur; ſequitur dicendum, non eſſe rationem habendam proximitatis gravati, ſed proximitatis teſtatoris; & ſic proximiores intelligi vocatos teſtatoris, non autem gravati.

81 4. Huc quoque facere videtur, quod in feudis non ſuccedatur ultimo poſſeſſori, ſed primo adquirenti, atque ita non illius, ſed hujus proximitatem attendendam eſſe, per *c. un. de ſucceſſ. fratr. & ibi* Bald. *num. 2. in fin.* Angel. *conſ. 110. num. 6.* Pariſ. *conſ. 2. num. 57. & conſ. 3. num. 6. part. 1.* Gail. *2. obſerv. 149. num. 3. & obſ. 154. num. 4.* Weſembec. *de feud. cap. 6. in fin.* Maximè in feudo ex pacto & providentiâ, Thom. Marin. *de qualitat. feud. tit. 1. num. 23.* Alex. *conſ. 204. col. 2. lib. 2.* Covarruv. *pract. quæſt. cap. 38. numer. 13.* Gail. *2. obſ. 149.* indeque vulgatum illud, quod ultimus agnatus ſemper ſit ſucceſſor primi adquirentis, per gloſſ. *in c. 1. verb. fratres. qui feud. dar. poſſ.*

82 5. Denique hanc ſententiam propugnant, & ipſius teſtatoris ſive inſtitutoris proximitatem attendendam eſſe in fideicommiſſis, docent Bart. *in l. ſi cognatis. col. ult. ff. de reb. dub. & in l. omnia. §. fin. & in l. peto. §. fratre. circa princ. & ibi* Salicet. *ff. de legat. 2.* Jaſon. *conſ. 215. num. 1. vol. 2.* Curt. Sen. *conſ. 40. num. 14.* Ruin. *conſ. 198. num. 9. vol. 2.* Crot. *in l. filiusfamilias. §. Divi. num. 160. & ibi* Ripa *num. 31.* Loaz. *numer. 203. ff. de legat. 1.* Cravet. *conſ. 308.* Natta *conſ. 675. numer. 24.* Rol. à Valle *conſ. 70. numer. 73. ſeq. vol. 3.* Covarruv. *tom. 2. pract. quæſt. cap. 38. n. 3.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 12. n. 31. & tit. 13. n. 7.* Dec. *conſ. 546. col. ult.* Menoch. *conſ. 124. l. 2. & 4. præſumpt. 75. n. 17.* Tiraquel. *de retract. conſ. §. 1. gloſſ. 1. n. 20.* Graſſ. *§. fideicommiß. quæſt. 18.* Molin. *de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 6. num. 49.* & alii allegati per Vinc. Fuſar. *de fideicom. ſubſt. quæſt. 484. num. 1. ſeq.* & hanc ſententiam communem dicit Jaſon. *d. conſ. 215. num. 2. lib. 2.* magis communem, Covarruv. *d. cap. 38. num. 3.* Jaſon. *conſ. 159. num. 1. lib. 4.* Hier. Gabriel. *conſ. 86. num. 11.*

num. 11. & 14. Joh Dilect. *de art. testand. tit. 5. cautel. 21. num. 3.* veriorem & receptiorem Alciat. *in l. omnia. §. fin. n. 7. ff. de legat. 2. & cons. 103. n. 7. seq.* Gratian. *forens. discept. c. 493. num. 13. seq.* verissimam Alciat. *cons. 32. num. 7. & 8. lib. 9.* eosque, qui Socini contrariam tenentis opinionem secuti, levis armaturæ milites esse, & non firmis rationibus moveri, scribit Alciat. *in d. l. omnia. §. fin. num. 7. ff. de legat. 2.* & asserentes gravati personam attendendam esse, loqui in speciali casu, quando scilicet testatoris verba id ostendunt, aliàs personam testatoris respiciendam esse, tradit Decian. *cons. 9. num. 19. vol. 2.* Grassus §. *fideicommissum. quæst. 18. num. 1.* Et tùm quoque maximè testatoris personam ejusque proximitatem observandam esse, si proximiores suos vocaverit, scribit Grass. *d. quæst. 18. num. 3. gloss. &* Bart. *in l. ex facto. in princ. ff. ad SC. Trebell.* Decian. *cons. 100. lib. 3.* Forster. *de success. lib. 3. cap. 30. numer. 20.*

Verùm ab hâc opinione maxima pars Doctorum, maximè verò recentiorum, recedit, & gravati, sive fideicommissarii possessoris ultimò defuncti proximitatem attendendam, & illos qui ultimo possessoris defuncto proximiores sunt, ad fideicommissi familiæ successionem admittendos esse, tradit, ex sequentibus potissimum rationibus.

1. Quia, ut probatum est *supra num. 7. seq.* quoties fideicommissum defertur familiæ, vel agnationi, in eo succeditur eo modo & ordine, quo in successione ab intestato succeditur; nisi aliud dispositum ab institutore deprehendatur, Peregrin. *de fideicomm. art. 20. num. 2.* Certum autem est, quod 83
in successione ab intestato semper consideratur proximitas respectu ultimi morientis, *l. fin. §. legitima. & §. proximum. ff. de suis. & legit. l. ex duobus. §. pen. ff. unde legit. §. proximus. I. de legit. agnat. success.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 9. num. 11.* Rol. à Vall. *cons. ult. num. 12. lib. 1.* Peregrin. *d. n. 2.* Fusar. *d. quæst. 484. n. 11.*

2. Quia eadem affectione, quâ motus fuit fideicommissi institutor ad 84
præferendum ultimum possessorem cæteris, eadem quoque motus intelligitur, hujus quoque proximiores cæteris præferre voluisse, idque quoad ultimi possessoris descendentes non habet dubium, per *l. acutissimi. C. de fideicommiss. & arg. l. cum avus. ff. de condit. & demonstr.* Peregrin. *d. art. 20. num. 3.* Fusar. *d. quæst. 484. num. 17. & num. 40.* In cæteris verò proximioribus & verisimili & præsumptâ institutoris voluntate id concludi posse, tradit Molin. *de Hisp. primog. lib. 5. cap. 9. n. 12.* Grassus §. *fideicommissum. quæst. 18. n. 2.* ubi ait, quod sicuti in reliquis successionibns ab intestato proximitas inspicitur

ſpectu illius, a quo immediatè hæreditas venit, ita & in hac ſpecie, ſive fideicommiſſis familiarum, ex mente teſtatoris fuiſſe videtur, quæ fuit, non tàm ſuam perſonam, quam omnem poſteritatem reſpicere eique conſulere, quâ ratione enim prædilexit inſtitutum ſive gravatum, eâdem ratione etiam ejusdem poſteritatem prædilexiſſe præſumitur, confer *ſupra num. 49.*

85 3. Hæc ſententia comprobatur ex *l. omnia 32. §. in fideicommiſſo. 6. ff. de legat. 2.* quæ licet etiam in contrariam ſententiam allegari ſoleat, hanc tamen noſtram magis confirmat: Papinianus enim ibidem de fideicommiſſo familiæ relicto reſpondit, eos primum ad ejus petitionem admitti poſſe, qui nominati ſunt, ſecundo poſt eos omnes extinctos, qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo teſtator moreretur, tertiò his non ſuperſtitibus, eos, qui ex his primo gradu procreati: ex quo apparet, deficientibus primo nominatis, ſecundo, qui ejuſdem nominis cum teſtatore ſunt, id eſt agnatis, poſt hos tertio loco vocari eos, qui agnatis in primo gradu ſunt. & ſic poſtremo loco vocantur, non qui teſtatori, ſed qui ultimo gravato proximiores fuerunt, ſicuti hanc legem inducit Valent. Forſter. *de ſucceſſ. lib. 3. c. 30. n. 19.* Mich. ab Aguir. *in apolog. part. 1. num. 1.* ubi ait, quod ibidem imprimis vocantur, quos teſtator nominatim vocavit, illiſque ſe vivo defunctis, ſecundo loco invitati videntur, qui ſanguine teſtatori proximiores ſunt tempore ejus mortis, poſt quorum diſceſſum, invitati tertio loco intelliguntur, non qui teſtatori, ſed qui ultimo gravato proximiores fuerunt. Idque apertè colligitur ex verbis iſtis: *& qui ex his primo gradu procreati, &c.* id eſt, & ipſis agnatis ultimo loco defunctis, nati primo gradu, & ſic ipſi defuncto proximiores ſunt, Peregrin *d. art. 20. n. 3.* ubi ait, quod verba illa; *& qui ex his primo, ſive proximo gradu procreati ſunt,* apertè indicent, poſt admiſſos admitti procreatos ex eis ſicque gravatorum proximiores, ſiquidem dari poſſit caſus, ex gravato progenitum non eſſe teſtatori proximiorem, veluti ſi gravatus fratrem habeat, cui tamen gravati filius præferendus, cum filius cenſeatur una & eadem perſona cum patre, & ſit os ex oſſibus, caro ex carne, ſanguis ex ſanguine, *per l. fin. C. de impuber.*

86 Hinc quoque 4. in ſucceſſione majoratus ſive primogenituræ non primi inſtitutoris, ſed ultimi poſſeſſoris defuncti proximitas conſideratur, Hieron. Gabriel. *conſ. 107. lib. 1.* Molin. *de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 6. num. 46. lib. 3. cap. 9 per tot.* Hier. Cævall. *commun. opin. quæſt. 398. num. 8.* Vaſqui *de ſucceſſ. creat. lib. 3 §. 27. numer. 3. ſeq. & de ſucceſſ progreſſ. lib. 3. de fideicomm. ſubſt. §. 26. num. 11.* Fuſar. *d. quæſt. 484. num. 53.* & de Hiſpaniæ primogenitura pro-

bat

bat Molina *d. cap. 9. num 15.* ubi *n. 15.* hanc addit rationem, quod si in majoratus successione proximitas respectu primi majoratus institutoris consideranda foret, id à communiter accidentibus esset impossibile, vel saltem adeò difficile, ut moraliter loquendo, impossibile dici posset. Cum enim propè omnia horum Regnorum primogenia antiquissima sint; si in eorum successione proximitas a primo institutore consideranda foret, necessarium esset mille annorum circulos revolvere, de quibus nullo pacto haberi possent certa testimonia, ideoque ut hæc inconvenientia vitentur, convenientius visum fuit, ab ultimo possessore proximitatem derivare, quam proximitatis probationem penè impossibilem efficere. Quæ ratio non solum, addens, antiquissima primogenia, verum etiam ea, quæ hisce temporibus instituuntur, comprehendit, quamvis enim hodie proximitas respectu institutoris probari possit; futuris tamen temporibus eadem probationis difficultas in eorum successione necessariò continget. Et hæc ratio, cum in fideicommissis etiam nostris familiarum obtineat, cum & in his quoque successio in infinitum, & per aliquot secula extendatur, & primi institutoris proximitatis probatio successu tanti & immemorialis temporis penè impossibilis efficiatur, consequens est, hanc quoque in iisdem observandam, & ut talis impossibilitas & inconveniens evitetur, ultimi gravati proximitatem attendendam esse, quia non est præsumendum, testatorem vel primū institutorem aliquod inconveniens vel impossibile inducere voluisse, omnisque interpretatio ita facienda, ut 87
inconveniens evitetur *l. in quæstione. 13. §. ita tamen. 1. C. de sent. pass. l. fin. C. de auth. præst.*

Qua ratione etiam in fideicommissis utitur Vinc. Fusar. *de fideicomm.* 88
substit. quæst. 484. n. 15. ubi ait: si proximitas testatoris inspiceretur, sæpissimè successiones turbarentur, & à liberis morientis in transversales remotissimos fieret transitus, hique gauderent commodo insperato fideicommissi, & successionis, contra *l. unic. vers. siquidem C. de his qui ante apert. tab.* addens, quod aliud etiam inconveniens resultaret, quod quisque negligeret res hæreditarias & forsitan etiam perfidè tractaret, & quod in fideicommisso perpetuo dominia rerum essent sub incerto, si proximitas testatoris, non gravati attenderetur, cum si per longissima tempora testator esset mortuus, non posset inveniri, quis illi proximior, & hinc resurgerent lites in extricabiles, quod non est ferendum *l. 1. ff. de jurejur. & l. properandum. C. de judic.* nec dominia rerum incerta esse debent, *l. 1. ff. de usu cap.* ambiguitatesque evitandæ, *l. 1. §. si hæres præcepto in fin. ff. ad SC. Trebell.*

Idem est 5. in successione feudi, ubi ultimo possessori succedi, eumque qui ultimo possessori proximior est, reliquis remotioribus præferri, constat & probant per *c. 1. de success. fratr. c. 1. §. hoc quoque de his, qui feud. dar. poss. c. 1. de natur. succ. feud. c. 1. an ille, qui interf. fratr. dom.* Joach. à Beust. *in l. admonendi. 876. ff. de jurejur.* Tiraquel. *de retract. agnat. §. 1. gloss. 1. num. 19.* Forster. *de success. lib. 3. cap. 30. num. 18.* Rol. à Val. *cons. 100. num. 14. & 20. vol. 1* Paris. *cons. 65. num. 41. seq. part. 5.* Franc. Pfeil/ *cons. 78. num. 165.* Wesembec. *cons. 41. num. 87.* Zas. *de feud. part. 8. num. 5.* Schrad. *de feud. cap. 7. part. 7. quæst. 10. num. 19. & part. 10. sect. 19. num. 38.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. conclus. 57. num. 10. in fin. lit. l.* Cothman. *2. cons. 35. num. 19. seq.* Aguir. *apol. part. 1. numer. 6.* Hartm. Pistor. *lib. 3. quæst. 23. numer. 33.* Myns. *decad. 12. resp. 6 num. 5.* Vultej. *1. feud. 9. numer. 12. vers. autem.* Bocer. *de success. feud. cap. 5. quæst. 16. vers. quam conclusionem. fol. 345. seq.*

90 Sic quoque 6. in jure retractus proximitas non consideratur respectu primi adquirentis, seu ejus, à quo primum bona alienata processerunt, sed respectu venditoris, Tiraquel. *de retract. consanguin. §. 11. gloss. 1. n. 18. Bart. in l. fin. col. 1. ff. ad Sct. Trebell.* Forster. *de success. lib. 3. cap. 30. n. 17.* Berlich. *pract. concl. 39. n. 27. part. 2.* Reinking. *de retract. consanguin. quæst 2. num. 48.*

91 Uti & 7. in successione emphyteuseos proximitas inspicitur non respectu primi adquirentis, sed ultimi defuncti, Peregrin. *de fideicommiss. art. 51. num. 59.*

92 Denique 8. hanc sententiam communiter Doctores comprobant, & ultimi possessoris proximitatem in successione fideicommissorum familiarum attendendam esse, asserunt, Bart. *in l. re conjuncti. vers. tertio quæro. ff. de legat. 3.* Socin. *in l. si cognatis. num. 40. ff. de reb. dub. & in l. hæredes mei. §. cum ita col. 6. ff. ad Sct. Trebell. & cons. 73. num. 14. lib. 4. & cons. 86. col. 6. vers. aliquando & quarto. & cons. 43. lib. 3. & alibi passim.* Ruin. *cons. 13. num. 12. lib. 1. & cons. 205. num. 18. lib. 2. & alibi.* Bertrand. *cons. 300. vers. & primo ad primam. lib. 3.* Gozadin. *cons. 4. num. 17. & 31.* Tiraquel. *de retract. §. 11. gloss. 1. num. 29.* Corne. *cons. 27. lib. 2.* Socin. *jun. cons. 126. lib. 1.* Ferd. Vasqui. *lib. 3. de success. creat. §. 27. numer. 3.* Roman. *cons. 230. col. 10. & 11.* Jason. *cons. 84. vol. 1.* Aguir. *apol. part. 1. numer. 11.* Molin. de Hispan. *primogen. lib. 1. cap. 6. num. 46. seq. lib. 3. cap. 9. n. 11. seq.* Marzar. *in equit. fideicommiss. quæst. 35.* Hondedæ. *1. consil. 70. n. 2.* Christinæ. *1. Belgicar. decis. 196. num. 4. & seq.* Valasc. *de jur. emphyt. quæst. 50. num. 74.* Clar. *§. testamentum. quæst. 76. reg. 6. in fin.* Marzar. *de fideicom. art. 20. num. 3. & seq. per tot. & decis. 132.* Magon. *decis. Lucens. 83.* Vincent. Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst.*

quæst. 484. num. 10. seq. & ibi allegati plures. Et hanc sententiam dicunt esse communem Bursat. *cons. 1. num. 24.* Socin. jun. *d. cons. 126. num. 36. lib. 1.* Alciat *in l. pronunciatio. num. 17. ff. de V. S.* magis communem Decian. *cons. 26. num. 74. vol. 2.* Tiraquel. *de retract. §. 11. gloss. 1. num. 20.* Socin. *in d. l. si cognatis ff. de reb. dub.* veriorem, Vasqui. *lib. 3. success. progress. §. 26. num. 11.* Socin. *in d. l. si cognatis n. 40. ff. de reb. dub.* veriorem & communem, ab eaque consulendo aut judicando nullo modo esse recedendum, Socin. *in l. hæredes. §. cum ita. num. 67. ff. ad Sct. Trebell.* Decian. *cons. 25. num. 10. & 14. & cons. 100. num. 11. vol. 3.* meram esse veritatem, Socin. *jun. cons. 249. lib. 2. & cons. 1. c. num. 11.* receptissimam esse opinionem apud moderniores Vasqui. *d. §. 27. n. 4. seq.* Alciat. *cons. 32. num. 8. seq. lib. 9.* & ita judicatum fuisse in Rotâ Florentinâ, testatur Marzar. *d. quæst. 35. in fin.* ubi ita sæpè se consuluisse addit, & esse casum secundum communem intellectum, dicit Socin. *jun. cons. 22. num. 28. vol. 4.* & in hanc sententiam in facti quadam specie consuluit Rol. à Valle *cons. 100. num. 10. & seq.* quem refert Forster. *de success. lib. 3. cap. 30. num. 21.* Eandemque in judiciis videri frequentius receptam, dicit Fusar. *d. quæst. 484. num. 10. vers. & ex jam.* Atque hæc etiam procedere, & ultimi defuncti gravati proximitatem attendendam esse, si per contractum fideicommissum sit constitutum, probat Peregrin. *de fideicom. art. 51. num. 59.*

Quibus non adversantur in contrarium adducta, nam *primum* quod attinet, illud verum est & procedit, quando dominium illius rei, de cujus successione agitur, residet in persona, à quâ res pervenit, & cui primario succeditur, nec devenit ad eam personam, cujus respectu proximitas prætenditur, tunc enim ineptum esset, ab ejus persona proximitatem considerare, quando verò dominium rei devenit ad aliquem, cujus morte ipsa res capitur, quamvis ex alterius dispositione, non est inconveniens, quod proximitas ab eo consideretur, eo, quod ex successione res censeatur effecta ultimi possessoris, & ab eo ad alios juxta ordinem successionis ab intestato deferenda sit, Molin. 93
de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 9. num. 16. Dominium autem in hisce fideicommissis ad fideicommissarium possessorem & successorem transire, dictum est *infra cap. 10. num. 1. seq.*

Secundum dubium refellitur ex secunda decidendi ratione *n. 84.* ubi 94
contrarium evici, quod nimirum sicut testator & primus institutor ultimum possessorem dilexit, ita etiam ejusdem proximiores dilexisse credatur; cùm hi etiam ex ipsius familia procedant, & ab illa etiam lineâ & geniturâ descendant & deriventur, quam inter cæteras dilexit.

95 Sic quoque nec *tertium* argumentum validum esse, ex tertia decidendi ratione, *n.85.* constat, ubi demonstratum est, textum illum nostram potius opinionem, quam contrariam confirmare, quo me remitto.

96 Pari imbecillitate *quartum* obstaculum laborare, constat ex quintâ decidendi ratione *n.89.* ubi in feudi successione ultimi possessoris proximitatem attendendam esse, pluribus Dd. authoritatibus comprobavimus qui contrarium sentientium nonnullorum sententiam infringunt, ad quos me itidem refero.

96 Nec denique 5. contrarium sentientium authoritates quempiam dimovebunt, cum hos infirmis rationibus uti, ex precedentibus appareat, & alias notum sit, non authoritatibus, sed legibus & rationibus pugnandum esse, & longè plures præsertim recentiores, hanc nostram sententiam, quam contrariam tueantur, confer *infra cap 15.num.369.*

98 Non levis quoque est controversia, an in hisce familiarum fideicommissis & bonis extra familiam alienari prohibitis, successio in infinitum extendatur, an verò certo aliquo gradu extinguatur? De qua diversæ sunt Do-
99 ctorum opiniones. Sunt enim *primò*, qui hujusmodi alienationis prohibitionem & successionem ultra quartum gradum, non extendi asserunt, per *Novell. 159* ubi talis proponitur casus: Testator quidam Hierius divisionem bonorum fecit inter quatuor suos filios, Constantinum, Anthemium, Calliopium, & Alexandrum, unicuique certis assignatis prædiis, hac lege, ne alienarent ullo modo, & si quis sine liberis decesserit, is superstitibus vel superstiti res suas restitueret, eoque testamento pater jussit cessare cautionem. Idem Hierius post testamentum fecit codicillos, & priora omnia firma esse jussit, sed filio Constantino assignatum suburbium Antiochenum, cui cognomentum erat Coparia, cum omnibus suis juribus pertinere voluit ad filium ejus Hierium, seu testatoris nepotem, addita insuper prohibitione alienationis, & ut perpetuo in familiâ suâ permaneat, nec successores illud unquam alienent. In eodem codicillo præterea substituit Hierio nepoti filium Constantinum, itidem cum prohibitione alienationis. His ita factis mortuus est primò Hierius testator, post hunc Constantinus, hic omnia bona paterna transtulit ad filium Hierium testatoris nepotem. Hierius nepos ex bonis paternis quædam, ut domum Antiochenam aliis vendidit, quædam, ut domum Constantino-politanam cum suburbio, transmisit ad filium suum Constantinum juniorem, seu testatoris pronepotem. Constantinus ille cum haberet matrem Mariam & uxorem ejusdem nominis, eamque prægnantem, cum sibi

mortem

mortem instare animo præsagiret, testamentum fecit, in quo ventrem hæredem instituit, id est posthumum suum, eique si vel non nasceretur, vel ante pubertatem moreretur, substituit duas Marias, uxorem scilicet, & matrem suam. Sic uxore prægnante relicta decessit testator Constantinus. Post obitum ejus nata quidem est filia, sed in ipsa infantia extincta. Lis orta hinc est inter illius infantis aviam paternam & matrem, duas scilicet Marias ab una parte, & inter Alexandrum, qui solus de quatuor filiis Hierii testatoris adhuc erat in vivis, ab alterâ parte. Alexander contendebat ad se pertinere hæreditatem infantis, dicens se primum gradum in familia obtinere, ex qua bona illa non debeant alienari, & duas istas Marias esse extra familiam testatoris. Contradicebant ei advocati fœminarum 1. testatorem non in infinitum prohibuisse alienationem extra familiam, sed tantum voluisse consulere filiis & nepotibus suis. 2 Constantinum non decessisse sine liberis, & sic conditionem extitisse. Quamvis in infinitum prohibuisset testator alienationem, id tamen jam per quatuor generationes & gradus mansisse in familiâ defuncti, & hoc ipsum sufficere. 4. Objiciebant Alexandro ipsum quoque ex bonis paternis alienasse contra prohibitionem testatoris, atque ita sibi præjudicasse non parendo voluntati paternæ, frustra igitur postulare eam ab aliis servari. 5 Quod mater & uxor non sint omnino extra familiam, &c. Quæsitum igitur, quid juris? Imperator Justinianus cum ad ipsum delata esset controversia, duas istas Marias ab impugnatione Alexandri absolvit. Neque hoc tantum, sed arrepta indè occasione generalis legis promulgationem fecit, qua imposterum alias similes controversias anteverteret, ne nascerentur.

Ex hac Imperatoris Justiniani constitutione novella plurimi Doctores afferunt, fideicommissa familiarum & alienationis prohibitionem extra familiam ultra quartam generationem sive gradum non extendi, ut sunt Angel. *in authent. de restitut. fideicommiss. sive Novel. 159. n. 4.* Dec. *cons. 321. n. 1* Bertachin. *in repert verb. alienatio. n. 80.* Bart. Socin. *cons. 43. n. 11. lib. 3.* Jason. *in l. fin. num. 5. C. de hæred. instit.* Joh. Crot *in l. filiusfamilias. §. divi. num. 174. ff. de legat. 1. & ibi* Alciat. *num 52.* Bart Romule *de testat. præcept. num. 181.* Franc. Hotoman. *cons. 61. num. 12. seq.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. concl. 25. & ibi in not. lit. ff.* Etiamsi alienationis prohibitioni expressæ addita sit ratio, ut bona in familia conserventur, *per d. Novel. 159. c. 1. & ibid.* Bart. Alciat. *cons. 96. num. 15.* vel quod voluerit testator bona sua in familia permanere debere perpetuò, *d. Novel. 159. cap. 1. & ibi* Angel. *num. 3. in fin. & Bart n. 3.* Alex. *cons. 56. num. 1 vol. 1.* Socin. Jun. *cons. 140. num. 2. vol. 3.* Covarruv. *lib. 3. var. resol. cap. 5. num. 4. vers. secundum.* Jason. *in l.*

voluntas. C. de fideicommiſſ. vel in infinitum, Cephal. *conſ. 268. num. 30. ſeq. vol. 2.* idemque eſſe, ſi relictum ſit deſcendentibus fideicommiſſum, nam hoc caſu illud ultra quartum gradum extendi, tradit Pariſ. *conſ. 39. vol. 3.* Socin. Jun. *conſ. 136. num. 11. vol. 3.*

100 Deinde alii hujusmodi alienationis prohibitiones, & in hiſce fideicommiſſis ſucceſſiones, ultra decimum gradum non extendi, contendunt per §. *pen. 5. l. de ſucceſſ cognator.* Anchor. *conſil. 94. col. 2.* Bald. *conſ. 334. lib 3.* Dec. *conſ. 32. num. 2.* Tiraquel. *de retract. part. 1. §. 1. gloſſ. 9. num. 24.* Cephal. *conſ. 137. num. 2. 3. 37 & 38. lib. 1.* Dilect. *de art. teſtand. tit. 8. caut. 2. num 1.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 12. num. 37.*

101 Tertio alii fideicommiſſa hæc tempus centum annorum excedere non poſſe volunt, Dec. *conſ. 378. circa fin.* Cephal. *conſ. 268. num. 25. lib. 2.* Ruin. *conſ. 127. num. 9. vol. 2. & conſ. 114. num. 135. vol. 1.* Ex eo, quod legatuum annuum centum annorum ſpacio extinguatur, per notata Bart. *in l. annua. §. fin. ff. de annuis legat.*

102 Quartò alii diſtinguunt, an alienationis prohibitio in rem, an verò in perſonam facta ſit, ita ut priori caſu, ubi prohibitio alienationis in rem directa, ea perpetua ſit, altero verò caſu perſonam non egrediatur, Bald. *in l. precibus. num. 49. C. de impub. & al. ſubſt.* Jaſon. *in l. filiusfamilias. §. divi num. 95. & ibi* Ripa. *num. 66.* Crot. *num. 48. ff. de legat. 1.* Caſtrens. *in l. voluntas. num. 7. & ibi* Jaſon *num. 11. C. de fideicommiſſ.* Dec. *conſ. 88. num. 5.*

103 Atque horum omnium ſententiæ ex eo maximè comprobari videntur, quod jura noſtra infinitatem, quantum fieri poteſt, commoda interpretatione evitare ſoleant, *arg. l. ſi quis. in fin. ff. de peric. & commod. rei vend. leg. 2. §. ſi quis ff. de legat. 3.* Beſold. *5. conſ. 239. num. 22.* Tuſch. *pract. concluſ. lit. I. concl. 128. num. 1. & per tot.* & infinitatem in omni materia vitandam eſſe, jura velint, *l. qui bona. §. fin. ff. de damn. infect. l. 1. C. de ſent. quæ pro eo. c. cum in multis. de reſcript. in 6.*

104 Verum tamen fideicommiſſa hæc, quæ pro conſervatione familiæ conſtituuntur, nullo certo gradu, vel generatione extingui, ſed quamdiu aliqui de familia ſuper ſunt, in perpetuum durare, nec alienari poſſe in extraneos, ſed omnes de familia in infinitum ſuccedere, verior eſt ſententia, eademque manifeſtò probatur per *l. peto. 69. §. fratre 3. ibi: omnes fideicommiſſum petent, qui in familia fuerunt. l. qui ſolidum. 78. §. prædium. 3. ff. de legat. 2.* ubi finita demum familiâ poteſtas in extraneum alienandi conceſſa eſt, Molina *de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 4. num. 23.* Cum enim hæc fideicommiſſa ad familiæ

conſer-

conservationem perpetuam concedantur, eorundemque institutorum intentio & voluntas sit, ut bona in familia, pro ejusdem conservatione & splendore, perpetuò integra conserventur, *supra cap.7.num.1.seq.* consequens est, ut quamdiu familia durat, tamdiu quoque ipsa fideicommissa eorumque successiones & alienationis prohibitiones durent, & sic perpetua & infinita sint, ac is, qui talia fideicommissa instituit omnes substitutiones fecisse censeatur, quæ ad inducendam istam perpetuitatem necessariæ & sine quibus bona ista in familia perpetuò conservari nequeunt, etiamsi testator, sive institutor, id non expresserit, *per l. unum ex familia. §.fin.ff. de legat. 2.* Socin. *cons.57.n.3.lib.3.* Paris. *cons.72.num.6.lib.4.* Molin. *de Hispan. primog. lib.1. cap.* 105
4.num.18.& 21. qui enim vult aliquod factum, censetur omnia ea velle, quæ ex ipsius facti natura sunt, *l. gerit. ff. de adquir. hæred.* Bart. *in l.2.ff. de jurisdict.* Atque ita cum bona non possint perpetuo in familia conservari, nisi per suc- 106
cessionem & surrogationem perpetuam eorum, qui ex familia ipsius institutoris procedunt, nihilque sub sole perpetuum esse possit, nisi per subrogationem, *l. eum debere ff. de serv. urb. præd.* Anchor. *cons.27. col.3.* ipse quoque fideicommissi institutor omnes de familia per ordinem successivum vocasse intelligitur, alias enim bona in familiâ perpetuò conservari non possent, Molina *d.lib.1.cap.4.n.15.*

Atque hoc etiam ipsum familiæ nomen importat, cum eo ex veniant 107
omnes descendentes in infinitum, *l. pronunciatio. §.familiæ.ff. de verb. signif.* Petra *de fideicommiss.quæst.8.num.50.* Idemque obtinere in vocatione filiorum, eademque etiam nepotes & alios descendentes venire, dictum est, *supra cap. 7.n.118.*

Neque etiam familiæ conservandæ causa fideicommissum constitutum in personis nominatim vocatis finiri, sed iisdem extinctis fideicommissum ad proximiores, etiam non nominatos, transmitti & devenire, tradit per *l. omnia.32 §.fin.d.l.peto.69.§ fratre 3.ff.de legat.2.l.fin. C. de V. S. & ibi* Bald. 108
Molin. *d.lib.1.cap.4.num.17.& 32.seq.* cum nominatio & specificatio ista personarum nominatis successionis solum præcedentiam tribuat, non autem aliorum exclusionem operetur, gloss. *in d.l. omnia.32.§.fin.verb.nominati sunt. & ibi* Bart. *num.1.& 2.* Castrens. *num.4.ff.de legat.2.* Molin. *d.cap.4. numer. 33. & sequentib.*

Hinc quoque fideicommissum simpliciter, & absque alienationis pro- 109
hibitione familiæ relictum, favorabile esse & in infinitum extendi, tradunt Anchor. *cons.27.col.pen.* Mantic. *de conject.ult.vol.lib.8.tit.2.n.21.& tit.12.num.37.* Grass. *§.fideicommissum.quæst.19.n.1.* Dec. *cons.321.col.1. vers. non obstat.* Paris.

cons. 72. num. 84. vol. 4. Socin. Jun. *cons. 136. in fin. vol 3.* confer *supra cap. 7. n. 85. seq.* Et quod conservatio familiæ extendat fideicommissum etiam ultra quartum gradum in infinitum, docent Colleg. Argentor. *lib. 30. tit. 1. seq. num. 61.*

110 Idemque esse, si testator prohibuerit alienationem, hâc additâ ratione, quod velit bona perpetuò manere in familia & apud descendentes, nam tunc etiam fideicommissum ultra quartum gradum extendi, & successionem in infinitum procedere, inter illos, qui ex testatoris sunt familiâ, & descendentes in infinitum gravatos esse, sentiunt Jacob. de Belvis. *in authent. de restit. fideicom. sive Novel. 159. ad fin. vers. & nota & ibi* Bart. *n. 3.* & Angel. *n. 3.* Cerot. *cons. 48. num. 33* Alban. *cons. 54. n. 4.* Grassus. *d. §. fideicommissum. quæst. 19. num. 2. & 4.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 2. n. 21. vers. rursus etiam.* Petra *de fideicommiss. quæst. 5. num. 83.* Peguer. *decis. 101. num. 1.* Marzar. *de fideicom. quæst 14.* Menoch. *4. præs. 69 num. 17.* Fachin. *4. controv. cap. 100. vers. solet.* Tinc. Fusar. *de fideicomm. subst. quæst. 381 num. 8. & 17 seq.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 30. num. 13.* Cum de-
111 scendentium appellatione posteri in infinitum veniant, *l. fin. C. de suis & legit. l. cognoscere. §. fin liberorum. ff. de V. S.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 505. vers. sed hæc conclusio. & seq.* licet alii differentiam faciant, inter verbum de-
112 scendentes, & nomen familiæ, quod improbat *Ripa. in l. filiusfam. ilias. §. divi num. 112. ff. de legat. 1.* Mantic. *d. n. 21. vers. sed diligenter.* Petra *d. num. 508. seq.* Et hanc infinitam successionem imprimis operentur dictiones in perpetuum, für und für/& similes, Mantic. *d. tit. 2 n. 21 vers. sed diligenter.* Hôping. *de jur. insign. cap 8. n. 329.* Petra. *de fideicom. quæst. 8. n. 504 seq.* Covarruv. *3 var. resol. cap. 5. n. 4.* Fusar. *de quæst. 381. n. 25. seq.* utpotè, quæ intelliguntur sine præfinitione temporis, *l. eum debere. ff. de serv. urb. præd. l. purè. §. fin. ff. de dol. mal. except. l. annua. §. fin. ff. de annu. legat.*

113 Extendi quoque alienationis prohibitionem & fideicommissum ultra quartum gradum, & in infinitum successionem eorum, qui sunt de familiâ, produci, quando ex conjecturis colligitur, testatorem alienationis prohibitionem & fideicommissum perpetuum esse voluisse, docent Grat. *cons. 133. numer. 11. vol. 2.* Paris. *cons. 37. num. 24. & seq. & cons. 88. numer. 22. seqq. vol. 2.* Grassus. *§. fideicommissum. quæst. 19. num. 4.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 12. n. 37.* Covarruv. *lib. 3. variar. resol. cap. 5. num. 4. vers. verum Iustiniani.* Fusar. *d. quæst. 381. n. 28.*

Unde quoque in jure majoratus & primogenituræ in infinitum succedi constat,

constat, & de Hispanorum majoratibus & primogeniis testatur Covarruv. *var. resol. lib. 3. cap. 5. num. 4. quinto.* ubi addit ex communi & receptâ interpretatione, quæ à jure Regio & voluntate testantis deducitur, tales successiones etiam deferri his, qui decimum gradum egrediuntur, quamvis testator nullis expressis gradibus, nullis appositis, nec adscriptis clausulis id tantùm statuerit, bona nempe illa velle deferri Titio & ejus liberis, ac descendentibus, titulo ac jure majoratus &c. & generaliter subd. t; in legato vel fideicommisso familiæ, vel propinquis relicto, ex æquitate posse defendi, ut ultra decimum gradum porrigatur, inspectâ testatoris voluntate & consideratâ communi horum fideicommissorum interpretatione, Mantic *d. tit. 12. n. 37 in fin.* 114

Idem obtinere in domibus Regum, Marchionum & Comitum, & in his successionem quoque extendi ultra decimum gradum, communiter receptum esse refert Covarruv. *d. vers. quinto. &* Mantic. *d. n. 37.* Ac in successionibus Regum, Ducum, Principum, Comitum & in primogenituris, omnes in infinitum succedere, testantur Guil. Benedict. *in c. Raynutius. verb. & uxorem. numer. 92. X. de testament.* Covarruv. *d. cap. 5. num. 4.* Mantic. *d. numer. 37.* Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 351. num 11.* Et in feudis ordinem successivum perpetuum & in infinitum permitti, tradunt *per c. 1. §. & quia videmus. de his quæ feud. dar. poss. c. 1. de natur. succed. feud.* Bald. Alvar. *&* Laudens. *in c. 1. de feud. march.* Curt. jun. *de feud part. 3. reg. 2.* Paris. *cons. 13. num. 56. lib. 2.* Peregrin. *de fideicom. art. 30. n. 10.* 115 116

Atque hæc non tantùm procedunt in fideicommissis per ultimam voluntatem, sed etiam per modum conventionis, vel contractus constitutis; cùm in contractibus quoque mens contrahentium potius, quàm verba consideranda veniant, *l. fin. C. quæ res pignor. obl. l. jurisgentium. §. pactorum ff. de pact.* & contractus non à verbis, sed ab effectu & intentione judicentur, *l. si uno ff. locat. l. 2. C. commun. de legat* Molin. *de Hisp. primog. lib. 1. cap. 4. n. 20.* 117

Nec refert, an quis fideicommissum in propriâ, an verò alienâ familiâ constituerit, per tradita Molinæ. *d. cap. 4. num. 43.* Ea enim affectio, quæ in propriâ institutoris familiâ consideratur, in alienâ quoque consideranda, si quis pro ejus conservatione inter eos, qui ex eâ familiâ procedunt, fideicommissum instituerit, per tradita Bartol. *in l. si cognatis. n. 5. ff. de reb. dub.* ubi scribit, quod si quis relinquat fideicommissum familiæ alicujus tertii, admittantur ad illud omnes, qui ex illâ familiâ processerint, ac si propriæ testantis familiæ factum fuisset, quod etiam tradit Salicet. *in l. quoties ab omnibus. num. 3. C. de* 118

C. de fideicommiss. Alciat. in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb. signif. Molina d. n. 43.

119 His non adversantur, quæ supra in contrarium sunt adducta; & maximè *Novell. 159.* Quamvis enim ad eam variæ Dd. sint responsiones, præ omnibus tamen magis ad rem ipsam facere videtur, quod tradit Jacob. Cujac *in exposit. d. Novell. 159.* ubi ita scribit: Generaliter ex eâ Novellâ constituendum esse, prohibitâ alienatione extra familiam, & ex eâ causâ vocatis iis, qui sunt ex eâ familiâ jure fideicommissi, fideicommissariam substitutionem non extendi ultra quartum gradum, videlicet si extraneus extiterit hæres per medium impuberem, ut mater per abnepotem in pupillari ætate decedentem in propositâ specie, quæ est summa Novellæ, non temerè extendenda ad omnes species. Nam etiamsi priora, quæ dixi, detrahas, non tamen est detrahenda hæc adjectio, si per medium impuberem extraneus extiterit hæres, quæ non magnam rationem habet: nam jus ita est, ut liceat in infinitum substituere. Et videtur hæc Novella ex earum numero esse, quam Harmenopulus Tribonianum composuisse narrat obscurè & ambiguè pecuniâ corruptum, ut & *Novella. 2. & 106.* & recantatæ pleræque Hactenus Cujacius. Et sanè ex ipsâ Novellâ constat, prohibitionem alienationis simpliciter & absolutè ad quartum gradum non restringi, cum Imperator Justinianus hâc solâ ratione non nitatur, sed etiam aliis, sicuti patet ex ipsius Novellæ verbis *cap. 3. ibi: utpote cùm & alii Hierii gloriosæ memoriæ filii res suas abalienaverint, & reliquorum quodammodo alienationibus consenserint, atque per has, neque non alias, quas prædiximus rationes,* &c. Ex quibus patet, quartum gradum Imperatori non sufficientem fuisse vel movisse, sed etiam alias, & si hæc ratio sola sufficiens, eaque voluntas & mens Imperatoris fuisset, ut nullum fideicommissum, nullaquè prohibitio quartum gradum excederet, id sanè sine dubio dixisset, nec alias rationes adduxisset. Hinc etiam, postquam causâ decisâ legem generalem proposuisset, non dixit, quod nullum fideicommissum nullaque alienationis prohibitio quartum gradum excedere debeat, sed decisionem suam Imperator extendit ad alias causas, in quibus hujusmodi prohibitio facta, & tot successiones præterierunt, & ultimus hæredum per intervenientem aliquem in medio impuberem hæreditatem capessat, ut expressè ait *in d. cap. 3. vers. atque hæc.* Quod si ergò in aliis casibus non proponatur ejusmodi prohibitio, eædemque ac similes circumstantiæ non concurrant, non erit idem jus statuendum, cùm jus in causâ positum, & ex facto oriatur *l. si ex plagis 52. §. in clivo 2 ff. ad L. Aquil.* Paris.
120 *consil. 32. num. 23. & seq. lib. 1.* Myns. *2. resp. 5. num. 1.* Tusch. *lit. F. concl. 13. per. tot.* &

ex levi

ex levi circumstantiâ & qualitatis facti minimâ totum jus mutetur, Petra *de* 121
fideicommiss. quæst. 11. num. 573. Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 16. num. 60.* Ac si factum in aliquo sit mutatum, juris decisio in isto facto locum non habeat *l. aut facta 16. ff. de pœn. l. præsenti. 6. §. fin. C. de his qui ad Eccles.* Marpurg. *1 cons. 27. n. 1.* Ac proinde non simpliciter & absolutè statuendum erit, fideicommissum & alienationis prohibitionem extendi non posse ultra gradum quartum, quia Imperator legem illam sanciens requirit aliarum causarum & circumstantiarum concursum, quales ibi fuerunt. 1. quod & ipse actor contra prohibitionem testatoris res suas alienaverit, *d. Novel. 158. in princ. ibi: cum & ipse suburbium, quod ipsi relictum fuerat, in quo communis pater æquè, ut in cæteris, alienationem illi prohibuit, ante id tempus alienaverat &c.* atque ita alienando sibi præjudicaverat, *arg. tot. tit. ff. quod quisque in ali. stat.* 2. Quod etiam alii partes suas alienaverint, & reliquorum alienationibus consenserint, *d. Novel. 159. in princ. ibi: sed & alios fratres idem hoc fecisse. & ibid. c. 3. ibi: utpotè cum & alii Hierii gloriosæ memoriæ filii res suas alienaverint, & reliquorum quodammodo alienationibus consenserint.* 3. Quod extraneus extiterit hæres per medium impuberem, *d. Novel. 159. cap. 3. ibi: & ultimus hæredum per intervenientem aliquem in medio impuberem hæreditatem capessat.*

Quibus etiam accedit, quod dicta Novella non loquatur de fideicommisso familiæ masculinæ conservandæ, sed generaliter familiæ relicto, quo 122
etiam fœminæ comprehenduntur, quod indè patet, quod si filia illa infans supervixisset, sine controversia successisset, & quod Imperator duas istas Marias fœminas intra familiam esse asserat, & indè causam decidat, *d. Novell. 159. cap. 2.* In hisce autem fideicommissis nostris, quæ pro conservatione familiæ masculinæ constituuntur, fœminas sub nomine familiæ non contineri, dictum est *supra cap. 1. num. 39. seq.*

Nec his contrariatur *rubrica d. Novel. 159* Siquidem generalis rubrica, 123
sive titulus ex ipsâ lege, quæ sequitur, declarari debet, sic enim titulus generalis est, *negociatores ne militent. C. lib. 12.* & tamen generalis illa prohibitio multis modis à lege restringitur, ut ibi patet, & declarat Alciat. 2. *paradox. cap. 18.*

Neque etiam secunda opinio fundamentum habet *in d. §. pen. I. de success. cognat.* Quod enim ibi proponitur exempli tantùm causâ fit, idque ideò, quod rarò extra illum gradum agnatorum vita extendatur, & sic pro longissimo gradu accipitur, *§. cæterum. 3. I. de legit. agnat. succ. §. fin. I. de servil. cognat.* Aliàs enim hodiè agnatorum & collateralium successionem in infinitum ex- 124
tendi, constat ex *l. 4. in princ. ff. de gradib. Novell. 118. cap. 3. in fin. & cap. 4. d. §.*

cæte-

cæterum.I.a nat.success.l 2. §.1. de suis & legit. Deinde diversa est ratio testati & intestati, nam intestatorum bona nullis existentibus cognatis, ad fiscum pertinent, si nec vir existat, nec uxor, *l. 1.C.unde vir & uxor.* & sic ad extraneos pervenire nequeunt, in successione verò testati alia est ratio, quia ad eos bona perveniunt, ad quos pervenire voluit testator, & ideò, cum ad omnes in infinitum pervenire vult agnatos, non debet aliquis excludi quocunque gradu defunctum attingat, quia nec extraneus excluderetur, si ipsum testator substitueret, Fachinæ.*lib. 4.contr.100.in fin.*

Idem est, quoad tertiam opinionem, cùm ejus fundamentum nullum extet *in d.Novel 159.* sed contrarium potius indè concludatur, utpote quæ intra quartum gradum sine ullâ temporis distinctione alienationis prohibitionem observari voluit, & consequenter licet centum annorum spacium trans-
125 actum fuerit, nihilominus tamen fideicommissum duret, cùm quatuor generationes centum annis concludi vix soleant, sed vita hominis longævi ad tempus illud porrigatur, *l fin. C. de Sacrosanct.Eccles.* Mantic.*de conject.ult. vol. lib.8.tit.2.num.23.*

Sicuti quoque Bartoli assertio, quod legatum annuum centum annorum spacio extinguatur, fundamento destituitur, præterquam in legato civitati relicto, *l.fin.ff.de usu & usufruct.legat.* & aliàs quoque constat olim in infinitum fideicommissariam substitutionem facere licuisse, *l. pen. §.instituto. 15. ff.de legat.2.*

Ad quartam distinguentium sententiam responsio patescit ex dictis *supra cap.7.n 108.*ubi demonstravi, quod ex identitate rationis, & quando alienationis prohibitio propter familiæ conservationem facta, prohibitio personalis de personâ unâ ad aliam extendatur.

126 Quæ de infinitate vitanda dicta, ita intelligenda sunt, quòd in dubio per interpretationem infinitas non sit inducenda, secus verò erit, si ex voluntate testatoris, vel disponentis de eâ constet, idque exemplo feudorum, quæ perpetua & infinita sunt, & tamdiu durant, quamdiu aliqui ex primi adquirentis familia & agnatione supersunt. Atque indè etiam regulam illam de infinitate vitandâ, non procedere, si verba infinitatem patiantur, tradunt Felin.*in c.licet.in fin. X.de testib.* Alex.*cons.145.num.3.vers.& hoc verum. lib. 2.* Marsil.*in l. unus.§.cogniturum.num.28.seq ff.de quæstion.* ubi plura refert verba infinitatem importantia, veluti, toties, quoties, quandocunque, perpetuò, in omnes descendentes, &c. Tusch.*lit.I.conclus.128.in fin.*

CAP.

CAPUT. X.

De Iuribus, quæ fideicommissi possessori competunt.

Summaria.

1. *Fideicommissi possessorem in re fideicommisso subjectâ habere. 1. dominium, probatur, & n. 2. & 3.*
4. *Dominium alicujus rei ita competere potest, ut id post mortem alii restituatur.*
5. *Rei vindicatio datur domino tantùm.*
6. *Qui non possunt alienare, veri domini esse non censentur.*
7. *Qui rem restitutioni subjectam possidet, non dicitur verus dominus.*
8. *Verus Dominus cautionem præstare non tenetur.*
9. *Fideicommissarius utile tantùm dominium habere videtur.*
10. *Fideicommissi possessorem verum dominum esse demonstratur.*
11. *Dominium in pendenti esse, vel in aëre volitare nequit.*
12. *Majoratuum possessores veri domini dicuntur.*
13. *Ab alienatione interdictâ ad dominium interdictum non valet argumentum; exemplo pupilli, prodigi, mariti.*
14. *Restitutio rei non impedit dominium.*
15. *Verba purè non possidere, quid denotent?*
16. *Actio personalis licet ad tempus dari nequeat, secus tamen est, quoad rem ipsam, ejusque dominium.*
17. *Obligatio personalis personæ inhæret, secus quoad dominium.*
18. *Testator disponere potest, quod dominium fideicommissi sit apud sequentem successorem, cum per hominis provisionem à legis successione recedatur.*
19. *Dominium post mortem possessoris ad successorem ipso jure transit.*

20. Actiones utiles ad fideicommissarium ipso jure transeunt.
21. Exemplo donationis & legatorum.
22. In successionibus universalibus dominium ipso jure transfertur.
23. Majoratus dominium in successorem ipso jure transfertur.
24. Possessione corporali apprehensione transfertur.
25. Quod secus est in majoratibus Hispanorum.
26. II. Fideicommissarius thesaurum in prædio fideicommissario inventum totum solus lucratur.
27. Idem est in Majoratus possessore.
28. Vti & emphyteutâ & vasallo.
29. Maritus in prædio feudali thesaurum inventum post mortem suam uxori restituit.
30. Thesaurus non est pars fundi, sed Donum Dei & fortunæ.
31. Dominium rei dotalis magis uxoris est, quâm mariti.
32. Thesaurus non pertinet ad usufructuarium.
33. III. Fideicommissi possessor fructus & alia commoda lucratur.
34. Hæres fideicommisso gravatus, conditione pendente, fructus lucratur.
35. Etiamsi dictum fuerit, quanta pecunia ad te ex hæreditate pervenerit, id omne restituas.
36. Nec hæres fructus post conditionis vel diei existentiam perceptos restituere tenetur, si non sit in morâ, sed fideicommissarius negligens fuerit.
37. Tenetur tamen hæres fructus quoque restituere. 1. Si testator id voluerit.
38. 2. Si ex conjecturis appareat, testatorem id voluisse.
39. 3. Si tempus restituendi fideicommissarii gratia adjectum.
40. 4. Si dixerit, quantacunque pecunia, vel res ad te pervenerit.

41. 5. Quan-

64. In Clericis.
65. Idque non tantum quoad fructus pendentes, sed etiam perceptos.
66. Fructus quoque Civiles pro ratâ temporis dividuntur.
67. Uti & pensiones locationis.
68. Fructus naturales percepti ad hæredes possessoris pertinent.
69. Pendentes verò dividuntur inter possessoris hæredes & novum possessorem.
70. Iure Saxonico fructus naturales generaliter cum fundo ad novem possessorem pertinent.
71. Commoda sequuntur eum, qui sentit incommoda.
72. Declaratur l. Herennius. 42. ff. de usufruct.
73. Novus successor, qui fructus lucratur, sumptus & impensas in culturam factas, hæredibus refundere tenetur.
74. Si delictum commissum tempore ultimi possessoris, sententia verò successoris tempore lata, ad quem pœnæ fiscales pertineant.
75. Pœnæ fiscales tempore possessoris exactæ, & perceptæ ad ipsius hæredes pertinent.
76. Ius confiscandi est de Regalibus.
77. Hodie jus confiscandi etiam inferioribus competit.
78. Etiam majoratus possessori.
79. IV. Fideicommissi possessor in prædiis, & terris fideicommissariis potest venari.
80. Venationes pro fructibus agri habentur.
81. Feræ bestiæ ejus sunt, cujus est territorium.
82. Ius venandi juribus territorialibus adnumeratur.
83. Fideicommissi possessor etiam feras in vivariis inclusas occidere potest, modò dissipatio absit.
84. V. Fideicommissi possessor in fluminibus, ripis, piscinis, stagnis, &c. piscari, & piscibus uti frui potest, & si pisces custodiæ tantum causa in piscinâ conserventur, ipsi ad hæredes fideicommissarii pertinent.

85 Si

85. *Si pisces in stagno pro fructificatione immissi, fideicommissi possessor eosdem capere potest, modo alii substituantur.*
86. *Alii pisces, qui in stagnis habentur, ut multiplicentur, pro fructibus pendentibus habent.*
87. *Quid de jure Saxonico observetur?*
88. *VI. Fideicommissi possessor ex columbario columbas capere potest, modo aliæ quoque substituantur.*
89. *VII. Ex sylvâ cæduâ arbores excidere potest.*
90. *Illud, quod renasci potest, in fructu est.*
91. *Fideicommissi possessor re potest uti, non abuti.*
92. *Ex sylvâ non cæduâ grandes & fructiferas arbores excidere non potest.*
93. *Nisi fiat ad usum lignandi, vel ædificandi, vel alium necessarium.*
94. *Vento quoque evulsas arbores suas facit.*
95. *VIII. Ex fundis emphyteuticis & censualibus laudemium fideicommissi possessor lucratur.*
96. *IX. Ex fodinis metallicis proventus,* Außbeut/ *veluti aurum, argentum, cuprum, æs, stannum, plumbum, ferrum, ad possessorem, ejusque hæredes pertinent.*
97. *Modo ex lapidis incisione fundus non fiat deterior.*
98. *Proventus ex metalli fodinis sunt fructus prædiorum.*
99. *Metalla in prædio feudali inventa ad vasallum pertinent.*
100. *X. Si fideicommissum constet in territorio, castris, oppidis, pagis, quibus jus territoriale annexum, possessori illa quoque jura competunt, quæ ad jus territorii pertinent, & quænam talia remissivè?*
101. *XI. Idem est, quoad jurisdictionem, si ea castro, oppido, pago, vel alii rei fideicommissariæ adhæreat.*
102. *Ad merum Imperium, sive criminalem jurisdictionem quænam pertineant?*
103. *Mixto Imperio quænam adnumerentur.*
104. *Quænam ad simplicem jurisdictionem spectent?*

105. Hodie jurisdictio dividitur in altam & bassam.
106. XII. Ius patronatus, sive præsentandi ad fideicommissarium an transeat?
107. Ius præsentandi est fructus juris patronatus.
108. Competit marito.
109. Et usufructuario.
110. Ius præsentandi ad hæredem extraneum transit.
111. Vti & in fiscum.
112. Potest legari, cedi & donari Ecclesiæ.
113. Ius patronatus & jus sepulchrorum longè sunt diversa.
114. Ius sepulchrorum ad fideicommissarium non transit.
115. Nec in fiscum transit, nec permutari potest.
116. Aliud est sepulchrum, aliud jus sepulchrorum.
117. Ius inferendi mortuum quid?
118. Sepulchra familiaria & hæreditaria quænam sint?
119. Familiaria sepulchra ad fideicommissarium pertinent.
120. Secus est, quoad hæreditaria.
121. XIII. Fideicommissarius in re fideicommissaria omnia facere potest, quæ diligentem patremfam. decent.
122. An & quatenus sylvam fideicommissariam extirpare possit?
123. XIV. Potest rei fideicommissariæ adquirere servitutem.
124. Imo etiam imponere quamdiu vivit.
125. Vasallus prædio feudali servitutem imponere potest.
126. Sicuti etiam emphyteuta.
127. Et majoratus possessor.
128. Quæ tamen possessore mortuo extinguitur.
129. Extincto jure dantis, extinguitur jus accipientis.
130. Alienationis prohibitione perpetua servitus continetur.

Secundus

SEcundus effectus fideicommissorum familiarum Nobilium consistit in juribus, quæ ipsi possessori in iisdem competunt. Et quidem 1. fideicommissi possessori competit dominium in ipsa re fideicommissaria, sive restitutioni subjecta, quod probatur. I. *ex l. Herennius. 42.ff. de usur.* ubi Herennius Modestinus respondit, fructus, qui post adquisitum, ex causâ fideicommissi dominium, ex terrâ percipiuntur, ad fideicommissarium pertinere, & sic fideicommissarium rei fideicommissariæ dominium adquisivisse asseritur. 1

Idem 2. comprobat *l. facta. 63 in princ. ff. ad SCt. Trebell.* ubi facta restitutione, in fideicommissarium, statim omnes res in bonis fieri dicuntur ejus, cui restituta est hæreditas, quæ autem in bonis nostris sunt, eorum quoque dominium nos habere non negatur. 2

3. Per l. pater filium. 54. ff. ad L. Falcid. ubi dicitur possessorem res fideicommissarias & restitutioni obnoxias in ære alieno habere, æs autem alienum est, quod nos aliis debemus, *l. cedere diem. 213. §. 11. ff. de V.S.* debemus autem propriè id, quod dare, sive cujus dominium transferre nos oportet, adeoque quod jam non est ejus, cui debemus, *l. Quintus Mutius. 27. §. argento 2. l. scribit. Quintus 34. princ. ff. de aur. & argent. leg. § sic itaque discretis 14. I. de action.* 3

Quod etiam 4. probatur ex *l. Titia. 34. §. Titia. 7. ff. de legat. 2.* ubi notant Bart. Angel. Raph. Cuman. Peralt. & Dd. comm. quod si quis leget alicui fundum ad vitam, ut post mortem ipsius redeat ad hæredem, seu alium legatarium vel fideicommissarium, is legatarius vel fideicomissarius cui per tempus vitę suę fundus legatus est, fundi dominus fit, & censeatur sibi legata proprietas restricta & ad vitam ejusdem coarctata, Mol. *de Hisp prim. lib. 1. c. 19. n. 1.* Non 4
enim inconveniens est, quod dominium alicujus rei ita alicui relinquatur, ut post mortem suam dominus esse desinat, & dominium in alium transferatur, *l. Sempronius Attalus. 26. ff. de usufr. legat. l. fin. C. de legat. l. quoties. C. de donat. quæ sub. mod.* Bald. *in l. extraneum. n. 6 C. de hæred. instit* Jason. *in l. nemo potest lect. 1. n. 92. ff. de legat. 1.* Molin. *d. lib 1. cap. 1. n 20. & cap. 9. n. 5.* Neque etiam onus restituendi post mortem tollit dominium in vita, *l. non ideo. 66. ff. de rei vind. l. species 15. ff. d aur. & arg. legat. l. 1. §. servi 4. ff. ad SCt. Sylan.* Molina *d. cap. 19. n. 7.* & plerumque fit, ut etiam ea, quæ nobis abire possunt, proinde in eo statu sint, atque si non essent ejus conditionis, ut abire possent, ut ait Pompon. *in l. plerumque 205. ff. de R. I*

Hinc etiam 5. fideicommisario datur in rem actio, sive rei vindicatio, *infra cap. 13, n. 26. seq.* quæ tantum domino datur, *l. in rem actio, 23. in princ. ff. de rei vind.* 5

Verum

Verum de eo dubitatur, an fideicommiſſarius verus ſit dominus, an ve-
rò potius fructuarius? Et videtur dicendum ipſum non verum dominum,
ſed potius fructuarium eſſe, quia 1. fideicommiſſarius ſolum per tempus vitæ
ſuæ bonis fideicommiſſariis frui, nec eadem alienare, nec in iisdem hæredes
6 extraneos inſtituere poteſt, *infra cap. 11. num. 1. ſeq. per tot.* quod magis ad uſu-
fructuarium, quam verum & perfectum dominum ſpectat, qui enim alie-
nare non poſſunt, veri quoque & perfecti domini dici nequeunt, *l. fœminæ.
3. §. illud. 1. C. de ſecund. nupt. & ibi* Bald. *n. 1.* Franc. Aretin. *in l. ſi quis vi. §. 1.
col. pen. verſ. ſed iſta definitio. ff. de adquir. poſſ.* Tiraquel. *de retract. convent. §. 2.
gloſſ. 1. n. 14.*

7 2. Quia fideicommiſſi poſſeſſor bona fideicommiſſaria poſt mortem
ſuam reſtituere tenetur; eum autem, qui rem reſtitutioni ſubjectam poſſidet,
non dici verum dominum ejusdem rei, etiam antequam dies vel tempus re-
ſtitutionis venerit, conſtat ex *l. fin. §. ſed quia 2. ibi: rem, quam in ſuis bonis purè
non poſſidet. C. commun. de legat.* non enim dicitur verus rei dominus, à quo res
avocari poteſt, *l. omnes. §. 1. ff. de R. I. l. ratio. 3. in princ. & ibi* Bart. *ff. de act.
empt. l. 3. §. ſi quis ſervum. ff. de ſtatu lib.* ſicuti nec is poſſeſſionem adeptus vide-
tur, qui ita illam nactus eſt, ut eam retinere non poſſit, *l. non videtur. ff. de ad-
quir. poſſeſs.*

8 3. Quia fideicommiſſarius poſſeſſor non poteſt rem fideicommiſſariam
deteriorem facere, ſed cautionem præſtare tenetur, quod rem ſartam tectam
reſtituere velit, *infra cap. 12. n. 21. ſeq.* cujusmodi cautionem nemo verus domi-
nus, ſed uſu fructuarius præſtare tenetur, *l. 1. & tot. tit. ff. de uſufruct. quemad. cav.*
& is, qui dominus eſt, in re propria liberrimus moderator & arbiter eſt, eti-
am abutendo, *l. in re mandata. 21. C. mandat.*

9 4. Quia ea, quæ ex teſtamento, ſive ex legatis, ſive ex fideicommiſſis ad
aliquem pertinent, non poſſunt tempore perire, *l. nemo poteſt. 55. ff. de legat. 1.*
Si ergò fideicommiſſarius dominus eſſet, dominium illud tempore perire, &
ad alium ipſo jure pertinere non poſſet, cujus tamen contrarium obtinet &
fideicommiſſarii morte jus ſucceſſionis ad alium fideicommiſſarium pertinet,
atque ideo conſequens eſt, ipſum verum dominum non eſſe, ſed fructuarium
cujus jus morte finitur, *§. finitur. I. de uſufruct.* Ex quibus rationibus fidei-
commiſſarium utile tantum dominum, & non directum ſive verum habere
concludunt gloſſ. *in l. 1. in princ. & ibi* Alex. *num. 2.* Jaſon. *num. 20. ſeq. ff. ad SCt.
Trebell.* Bart. *in l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de adquir. poſſ.* Pinell. *in l. 1. part. 3. n. 11.*

C. de

C. de bon. matern. & majoratus possessores non esse Dominos sed fructuarios, tradunt Gomez. *in l. 46. Taur. num. 5. & ibi* Castill. gloss. *col. 2.* Suarez. *in quæst. majorat. n. 2. & 0. & alleg. 9. col. pen.*

Verumtamen fideicommissi possessorem verum dominum esse rei fideicommissariæ, verius videtur, idque præter textus jam allegatos, imprimis etiam per *d. l. generaliter 29 §. fin. ff. qui & a quib. manumiss.* ubi res fideicommissaria & restitutioni subjecta, pleno jure hæredis possessoris esse dicitur, & sic non est nudus usufructuarius, sed etiam verus Dominus ante diei vel conditionis eventum, quod etiam tradunt Bald. *in l. voluntas n. 10 C. de fideicommiss.* Jason. *in l. servo legato § n. ff. de legat. 1.* 10

2. Hoc ipsum evidentissimâ hac ratione demonstratur, quod necesse sit dominium apud aliquem existere, cum illud in pendenti esse, vel in aëre volitare non possit, ut ait gloss. *in l. si ego. ff. de solut.* Illud autem apud sequentes, quos possessor antecedit, vel quibus rem istam post mortem restituere tenetur, non existat, sicuti constat ex *l. Sempronius. ff. de usur. & usufr. legat. l. si fundum. §1. princ. ff. de legat. 1. l. si ita sit scriptum. 45. § 1. ff. de legat. 2.* Dn. Caspar. Bitschius. *in tract. de thesaur. cap. 8. num. 216.* Indè quoque majoratuum possessores veros dominos esse, & non tantùm fructuarios, docent Peralta *in l. 3. § qui fideicommissum num. 29. ff. de hæred. instit.* Pinel. *in l. 1. C. de bon. matern. part. 2. num.* Padil. *in l. 5. num. 14. C de servit. & aqu.* Gomez. *in l. 40. Taur. num. 5. & l. 48. num. 4.* Covarruv. *lib. 1 var. resol. cap. 15. num. 1.* Molin *de Hispan. primogen. lib. 1 cap. 19. num. seq.* Et fideicommissarium verum esse dominum, in eumque utile ad directum dominium, transire tradunt Paul Castrens. *in l. 1. col. 1. & ibi* Socin. *col. fin.* Ripa *num. 17. ff. ad SCt. Trebell.* Pinel. *d. part. 2 n. 3. & 5.* Molin. *d. lib. 1. cap. 19. num. 6.* ubi distinguit & contrarias opiniones ita concordat; aut enim loquimur de juribus & actionibus ad universam hæreditatem competentibus, & quatenus hæreditas jus intellectuale est, & à corporibus hæreditariis abstractum, ut ait Ictus in *l. hæreditas ff. de petit. hæred. & in l. hæreditas. ff. de R. I.* & tunc in fideicommissarium particularem non posse actiones directas transire, cum ossibus hæredis sint affixæ, & in alium non transeant, *l. 3. C. de novat.* Aut agitur de corporibus hæreditariis, sive ipsis rebus fideicommissariis, & tunc satis compertum esse, dominium tàm directum, quàm utile in fideicommissarium transire, dicit, ubi addit, ita esse de mente Paul Socin. & Ripæ *in d. l. ff. ad SCt. Trebell.* 11 12

Quibus non adversantur in contrarium adducta, nam 1. quod attinet 13
ex eo, quod quis rem aliquam alienare nequit, non rectè concluditur, quod

rei iſtius non ſit verus Dominus, ita enim licet minor & pupillus rerum ſuarum verus ſit Dominus, eas tamen ſine tutoris vel curatoris authoritate alienare nequit, *l. pupillus. 11. ff. de adquir. rer. dom. l. obligari. 9. ff. de auth. & conſ. tut. l. pupillo. 15. ff. de ſolut. §. 2. I. quib. alien. lic. l. ſi curatorem. 3. C. de in integr. reſt. & ibi* Harpprecht. *num. 1. ſeq.* Idem eſt in prodigo, cui bonis interdictum eſt, qui licet Dominus ſit rerum ſuarum, ipſi tamen earundem adminiſtratio & alienatio adempta eſt, per *l. certi. condictio. 9. §. ſed et ſi. 7. ff. de reb. cred.* ac marito, qui licet conſtante matrimonio rei dotalis ſit Dominus, *princ. I quib. alien. lic. vel non l. ſi ego. 9. §. 1. in fin. l quamvis. 7. ff. de jur. dot. l. dotale. 13. §. 2 ff. de fund. dot. l. Lucius. 21. §. idem reſpondit. 4 ff. ad municipal. l quædam. 62 ff de adquir. rer. dom. l. ſi prædium. 23. C. de jur. dot.* eandem tamen vel invitâ vel etiam conſentiente uxore aliēare, vel oppignorare non poteſt, *l. unic. §. & cum lex Iulia 1. C. de rei uxor. act. tot. tit. ff. & C. de fund. dot. d. princ. I. quib. alien. lic. & ibi* Harpprecht. *n. 11. & ſeq.* Unde etiam rectè dixit Seneca: quod ſub certâ lege meum eſt, etiam meum eſt.

14 Ita etiam ſecundum argumentum quod attinet, non minus quis eſt Dominus, quod res reſtitutioni obnoxia, & dominium ab eo abire debeat, ut ait Jct. Paulus *in l. non. ideo. 66. ff de rei vindic. & ibi* Dd. *l. ex aſſe. ff. ad Sct. Trebell. l. 1. §. ſervi. ff. ad Sct. Sylan. l. fin. C. comm. de legat.* Oldrad *conſ. 203. col. 2* Dec. *conſ. 419.* Tiraquel. *de retract. convent. §. 2.* gloſſ. *1. n. 36.* Pinel. *in l. 1. C. de bon. matern. part. 2. 3. & 5.*

15 Nec contrariam ſententiam juvat, quod dicitur in *d. l. fin. §. 2. C. comm. de legat.* fideicommiſſarium rem iſtam in bonis ſuis *purè non* poſſidere; ſiquidem verba illa non omnimodò & in univerſum poſſeſſori dominium denegant; nam adverbium *purè*, non eſt intentio negationis, quaſi dicatur, *omnino non, vel nullo modo* ſed eſt determinatio prædicati negativi, quomodo ſcilicet illam rem non poſſideat in bonis ſuis, nimirum ratione puri, ſive meri & abſoluti dominii, ut ſic negatio referenda ſit non ad quæſtionem, *an in bonis ſuis poſſideat?* ſed ad quæſtionem, *an purè in bonis ſuis poſſideat?* Ita etiam in *l. ſi ſervos. 9. § 1. ff. ſi quis caut.* dicitur, *omnes ſtatos non eſſe*, non quaſi nullos ſtatos, ſed quaſi non omnes ſtatos eſſe: & in *l. 1. §. fin. ff. de rei vind.* dicitur, *ſingula captita noſtra non ſint*, id eſt, non ſingula capita noſtra ſint: & in *l. Sempronius. 47 ff. de legat. 2.* ubi verba illa: *utrumque legatum nullo modo debetur*, intelliguntur, quod nullo modo utrumque, ſed alterutrum tantùm legatum debetur.

Ad tertium reſpondetur, fideicommiſſi poſſeſſorem non propterea rem deteriorem facere non poſſe, vel cautionem præſtare teneri, quod verus Domi-

Dominus non sit, sed ideò, quod ejus dominium non est perpetuum & absolutum, sed post mortem successori rem integram restituere, eandemque ad agnatos successores in infinitum transferre tenetur, quod dominii perfectionem non tollit, uti ex præcedentibus constat.

Quod 4. ex *l. nemo potest 55. ff. de legat. 1.* adducitur, illud de actione personali ex testamento pro legatis & fideicommissis competenti intelligendum est, hæc enim à testatore ad tempus vel ad vitam concedi nequit, secus verò est in re ipsâ, ejusque dominio, res enim ipsa, seu ejus dominium ad tempus dari potest, ut ipso jure in sequentem transferatur, *l. fin. C. de legat. & aliis similib.* 16
Et ratio diversitatis est, quod obligatio personalis personæ inhæret, & ab eâ separari nequeat, gloss *in l. 3. in princ. ff. de pecul.* secus autem quoad dominium, cum id rei principaliter cohæreat, *l. si quis vi. §. differentia. & ibi* Bart. *ff. de adquir. poss* Bald *in l. fin. n. 3. C. de legat.* Alex. *in l. 1. in princ. n. 2. ff. ad Sct. Trebell.* Jason. *in d. l. nemo potest. n. 91. ff. de legat. 1.* 17

Quod si tamen testator vel fideicommissi institutor disposuerit, quod dominium rei fideicommissariæ non apud ipsum possessorem, sed in personâ sequentis successoris esse debeat, firma videtur esse dispositio, cum per provisionem hominis à legis provisione recedatur, *l. fin. C. de pact. convent.* & testator possit uni usum fructum, & alteri proprietatem, deducto usufructu, legare, si verbis expressis id disponat, *l. si alii. ff. de usufruct. legat.* & ita majoratuum institutores pluries solitos esse expressè disponere, se velle possessores solùm usufructuarios esse, non veros dominos, dominiumque rerum semper in personâ sequentis successoris esse debere, ejusque generis majoratus quàm plures se vidisse testatur Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 19. n. 35.* 18

Porrò quæritur, quomodo ultimo fideicommissi possessore defuncto, dominium hoc in sequentem successorem transferatur? Et ipso jure statim post mortem possessoris id transferri verius puto. Quia ab institutore omnibus successoribus in fideicommisso & bonis fideicommissariis jus reale est constitutum, ita ut si alienatio à prædecessore possessore sit facta, ipsis petitio & vendicatio competat, *infra cap. 13. num. 60. & seq.* Actio autem in rem sive vindicatio dominum præsupponit, *l. in rem. 23. princ. ff. de rei vindic.* Ex quo etiam ad fideicommissarium actiones utiles ipso jure transferri dicuntur, *l. pen. §. fin. C. ad Sctm. Trebell.* & si res alicui donatur ad certum diem, ita ut post illum in alium transeat, die adveniente actio ex donatoris voluntate ipso jure adquiritur, *l. 3. C. de donat. quæ sub mod.* Dec. *in l. traditionibus. num. 14. C. de pact. & cons. 39. num. 8.* Specul. *tit. de emphyteus. quæst. 70.* Ripa *lib. 3. respons. cap. 1. num. 8.* Et legata à legante rectâ viâ, ac ipso jure in legatarium 19 20 21

tarium transferri, docent per *l. si jussu. 44. §. fin. l. à Titio. 64. ff. de furt. l. legatum. 80. ff. de legat. 2. l. si mulier. 3. §. si rem. 2. ff. de legat. 3.* Socinus *reg. legatæ*
22 *rei dominium. 274. in princ.* Tusch *pract. conclus. lit. D. concl. 607. num. 15.* Ac in successionibus universalibus dominium ipso jure transferri, tradunt per *l. cum hæredes. 23. princ. ff. de adquir. possess. l. si paterfamilias 15. de adopt.* Alex. *cons. 90. num. 4. lib 2.* Afflict. *decis. 299 num. 4.* Tusch. *lit. D. concl. 602. num. 57.* & dominium rerum hæreditariarum transire in hæredem & legatarium ipso jure, & sine ullâ apprehensione, tenent Fulgos. *cons. 184. col. 3. num. 1.* Tusch. *lit. D. concl. 607. n. 3.* Unde dominium plenum adquiri testamento, plenius ex morte testatoris, & plenissimum ex aditione hæredis, scribit Abbas *cons. 84. in pr. lib. 1.*

23 Atque ita in majoratibus Hispaniæ obtinere, & in iisdem ultimo majoratus possessore mortuo, dominium in successorem ipso jure transferri, testatur & probat Molina *de Hisp. primog. lib. 1. cap. 12. per tot.*

24 Secus autem se res habet quoad possessionem, utpotè quæ sine corporali apprehensione non transfertur, *l. possideri. 3. §. 1. Neratius. 3. l. quemadmodum. 8. l. cum hæredes. 23. princ. l. qui universas 30. § quod per colonum. 5. ff. de adquir. possess.* difficilius enim transfertur possessio, quam dominium, Afflict. *decis. 299. n. 4. &*
25 *seq.* Tuschus *lit. D. concl. 602. n. 49.* Quod tamen secus esse in majoratibus Hispaniarum, & ibidem ultimo majoratus possessore mortuo possessionem in sequentem successorem statim transferri, adeò, ut nullum tempus medium inter mortem ultimi possessoris & translationem in sequentem successorem, tradit Molina *de Hispan. primogen lib 3. cap. 13. n. 20. seq. & per tot.*

26 Hinc, cum fideicommissi possessor verus sit Dominus, consequens est, II quod si ipse thesaurum in prædio fideicommissario invenerit, illum totum
27 lucretur & suum faciat, per *§. thesauros. 30. I de rer. divis. l. unic. C. de thesaur.* Dn. Caspar. Bitschius *in tract. de thesaur. c. 8. concl. 213. & seq.* Ita enim si majoratus possessor in bonis majoratus ipse thesaurum invenerit, totum istum suum facit, Molina *de Hisp. primogen. lib 1. c. 23. n. 3. seq.* Gars. *de expens. & meliorat. cap. 22. n. 50.* Elbert. Leonin. *lib. 1. emend. & obs. cap. 13. n. 11.* Gutierez *de tut. & cur. c. 26. n. 11.*
28 Et thesaurus in fundo emphyteutico vel feudali inventus, ad emphyteutam vel vasallum pertinet, gloss. *in §. thesauros. verb. suo. I. rer. divis. & ibi* Faber *n. 2.* Angel. *col. 2.* Car Molin. *in consuet. Paris. § 37.* gloss. *10. num 48.* Valasc. *de jur. emphyt. quæst. 15. n. 1.* Molin. *d. cap. 23. n. 7.*

Nec in contrarium facit, quod dominium hoc, quod possessor habet, ad vitam ejus restrictum sit, illudque cum re fideicommissariâ post mortem possessoris ad sequentem successorem transferatur, atque ideò etiam thesaurus iste ad vitam possessoris invenientis restrictus, & post mortem ipsius ad successo-

cessorem transferendus, videatur exemplo mariti, qui licet constante matrimonio fundi dotalis sit Dominus, si tamen thesaurum in eo invenerit, post 29
mortem suam iste thesaurus ad uxorem transeat, *l. divortio.* §. *si fundum. ff. solut. matrim. & ibi* gloss. *verb. in alieno. & ibid.* Bart. *num. 1.* Molinæ. *in consuet.* Paris. *tit. 1.* §. *1.* gloss. *1. num. 43. resp.* Nam thesaurus nec pars, nec portio aliqualis est fundi fideicommissarii, sed res prorsus separata, & cum ipso fundo nihil
commune habens, *l. 3.* §. *Neratius ff. de adquir. possess. & ibi* gloss. *in verb. cœpisse.* & 30
est thesaurus donum Dei, *l. unic. C. de thesaur.* ac fortunæ, *l. si is, qui.* §. *si communis servus. ff. de adquir. rer. dom.* atque ideò ei cedit, cui Deus & fortuna hujusmodi donum concessit, & cujus tempore potius, quam aliorum, thesaurum inveniri voluit, & sic successori non est restituendus.

Neque exemplum mariti huc quicquam facit, quamvis enim maritus 31
largo modo constante matrimonio rei dotalis Dominus dicatur; uxor tamen etiam matrimonio constante rerum istarum dotalium Domina est, toleraturque dominium diversis respectibus apud duos, ut ait Bald. *in l. in rebus. n. 6. in fin. C. de iur. dot.* Coras. *in l. naturaliter.* §. *nihil commune. n. 33. ff. de adquir. possess.* & dominium rerum dotalium magis uxoris, quàm viri esse, probat Zasius *l. 2. intellect. cap. 5.* Coras. *lib. 5. miscel. cap. 14.* Pinel. *in l. 1. part. 3. num. 13. C. de bon. matern.* Unde etiam dos non dicitur thesaurus inventus in fundo mariti, sed uxoris, sicuti nō obscurè probat *d. l. divortio.* § *si fundum. ibi: quasi in alieno inventi. ff. solut. matrim. & ibi* gloss. *in verb. alieno.*

Ex quo etiam illud resolvitur dubium, quod thesaurus non pertineat 32
ad usufructuarium, *d. l. divortio.* §. *si fundum. & ibi* gloss. Bart. & Dd. *comm. ff. solut. matrim.* Molinæ. *in consuet.* Paris. *tit. 1.* §. *1. quæst. 4.* gloss. *1. n. 3.* Boër. *decis. 11. n. 2. & decis. 24. n. 9.* Bitsch *de thesaur. concl. 13. seq.* cum fideicommissi possessor non sit usufructuarius, sed Dominus, & possessore vivente dominium ad alium successorem non pertineat.

III. Fideicommissi possessor fructus & alia emolumenta ex rebus fideicommissariis provenientia lucratur, quodcunq; enim ex rebus nostris nascitur, sive ex ancillis, sive ex pecoribus, sive ex fundis, nostrum est, §. *item ea. 19. I. de rer. divis. l. qui scit 25. in pr.* §. *1. l. Herennius. 43. ff. de usur. l. arboribus. 2.* §. *fin. ff. de usufruct. l. si fructuarius. 13. ff. quib. mod. usufruct. amitt. l. cum in rem. 6. ff. de rei vindic.* Et fructus ad eum pertinent, ad quem res ipsa spectat, *l. fructus. 3. ff. de rei vindic.* Petra *de fideic. quæst. 15 n. 348.* Idque in specie de fideicommissario constitutum est in *l. Herennius. 42. ff. de usur.* Neque hujusmodi fructus, possessoris hæredes, successori restituere tenentur, *infra cap. 12 n. 127.*

Sicuti nec hæres fideicommisso gravatus fructus conditione pendente per- 34

ceptos fideicommissario restituere tenetur, *l. in fideicommissario. 18. princ. & §. quoties. 2. l. mulier. 22. § si hæres. 2. l. postulante. 44. §. sed in hujusmodi. 1 ff. ad SCt. Trebell. l. si quis bonorum. 23. ff. de legat. 1.* Alex. *consil. 5 . num. 1 . vol. 6.* Corne. *cons. 181. num. 12. vol. 4.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 10. n. 7.* Besold. *part. 5. cons. 245. num. 5. & seq.* Peregrin *de fideicom. art. 49. n. 10. & seq.* Quoties enim quis rogatur hæreditatem restituere, id rogatus reddere videtur, quod fuit hæreditatis, fructus autem non hæreditati, sed ipsis rebus acceptò feruntur, *d. l. in fideicommissaria. 18. §. quoties. 2. ff. ad SCt. Trebell.* & fructus medio tempore percepti, ex judicio rogantis collecti censentur, *d. l. mulier. 22. §. si hæres. 2 ff. ad SCt. Trebell.* hæresque suo periculo in fructibus cogendis operam insumpsit, & sic æquum non erit, hæredem alterius procuratorem constitui, *l. postulante. 44. in fin. ff. ad SCt. Trebell.*

Et hæc adeò procedunt, ut nec fructuum restitutionem inducant ea testatoris verba: quanta pecunia ad te ex hæreditate meâ pervenerit, *l. scribit.*
35 *Celsus. 33. ff. ad SCt. Trebell.* Vel si dixerit: quicquid ex hæreditate, bonisve meis, ad te pervenerit, id omne restituas, *l. quod his verbis. 83. ff. de legat. 3. l. hæredes mei. 57. ff. ad SCt. Trebell.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 49. num. 23.* Alciat. *cons. 66. num. 21. lib. 9.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 10. n. 7.* Peregrin. *de fideicom. art. 49. num. 23. part.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 626. num. 20.* Vel si his verbis fuerit usus, omnia bona mea, provenientia & proventura, quæcunque & qualitercunque, &c. vel universam hæreditatem meam, vel totam, aut tota, omniaque bona mea, restituas prout tradunt Peregrin. *d. n. 23.* Menoch. *consil. 256. num. 12.* Angel. *cons. 331.* Mantic. *d. n. 7. vers. extende.* Quamvis enim testator de plenissimâ restitutione cogitasse videatur, non tamen de fructibus sensisse censetur, ut ait Mantic. *d. vers. extende* Besold. *d. cons. 245. num. 6.*

36 Neque enim hæres fructus post conditionis vel diei existentiam, perceptos restituere tenetur, si non fuerit in morâ restituendi, sed ipse fideicommissarius negligens fuerit tunc enim lucro hæredis cedunt, ita ut nec ipsi in Trebellianicam imputentur *d. l. mulier. 22. §. si hæres. 2. ff. ad SCt. Trebell.* Mantic. *d. tit. 10. n. 7. vers. rursus etiam* siquidem fructus ad fideicommissarium non pertinent, si mora non intercesserit, *d. l. in fideicommissaria. 18. in pr. d. l. postulante. 44. § 1. ff. ad SCt. Trebell.* Cravet. *cons. 316. n. 2.* Hier. Gabriel. *cons. 121. n. 58. vers. fructus autem* Ruin. *cons. 117. vol. 3.* Nec fructus negligentiâ petentis percepti restituuntur, licet hæres coactus hæreditatem adiverit, ut notat per *l. ita tamen. 27. §. si servum. 1. ibid.* Bart. *n. 1. ff. ad SCt. Trebell.* Mant. *d. n. 7. in fin.*

Hæc tamen non procedunt, & hæres fructus rei fideicommissariæ,

pendente conditione, vel die, perceptos restituere tenetur r. si specialiter fue- 37
rit rogatus etiam fructus restituere, l. in fideicommiss. 3. §. 2. de usurp. l. in fideicommissaria. 18. princ. l. balista 32. in fin. ff. ad SC. Trebell. l. si ita legatum. 43. §. Pegasus. 2. ibi: cum increment . ff. de legat. 2. Mantic. de con ect. ult. vol. lib. 7. tit. 10. num. 9. Menoch. arbit. iud. cas. 256. num. 13. Fusar. de fideicom. subst. quæst. 62 . num. 22.

2. Idem est, si conjecturis appareat, testatorem voluisse etiam fructus re- 39
stitui, Angel. cons. 331. num. 1. vers. quarto.

3. Si tempus restituendi fideicommissarii gratiâ adjectum sit, l. si ita 39
relictum. 43. §. Pegasus. 2. ff. de legat. 2. l. Lucius Titius. 78. §. hæredum. 2. ff. ad SC. Trebell. & ibi Bart. Angel. d. cons. 33 . num. 1. vers. quarto. Mantic d. tit. 10. num. 10. Peregrin. de fideicommiss. art. 49. part. 2. n. 25. seq. Fusar. d. quæst. 626. num. 41. Veluti si testator infirmitati filii vel alumni sui consulere voluerit, l. liberto. 21. filium 2 vers. idem quæsit. ff. de annuis legat. l. Lucius Titius. 78. §. hæredum. 12. ff. ad SC. Trebell. Conditio autem vel dies non in fideicommissarii, sed hæredis favorem adjecta in dubio intelligitur, gloss. in l. qui Romæ. ff. de V. O. Mantic. d. lib. 7. tit. 10. num. 11. Gabriel. cons. 1 8.

4. Quando testator usus fuit dictione geminatâ cum substantivo uni- 40
versali; veluti si dixerit: quantacunque pecunia, vel res ad te pervenerit, eam omnem restituas, d. l. balista 32. & ibi Bart. & Alex. ff. ad SC. Trebell. Angel. d. cons. 331. n. 1. vers. inter cæteras. Mantic. d. tit. 10. n. 12. Menoch. d. cas. 2 6. num. 14. Vel si cum incremento restituere jussus sit, l. facta. 63. §. si hæres. 4. ff. ad SC. Trebell. l. si ita relictum. 43. §. Pegasus. 2. in fin. ff. de legat. 2.

5. Quando hæres fuit gravatus restituere, quicquid ex hæreditate, bonis- 41
ve ipsius testatoris supererit; tunc enim hæres etiam fructus extantes tempore, quo cessit & venit dies, restituere tenetur, l. in fideicommissi. 3. §. nonnunquam. 2. ff. de usur. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 10. num. 13. Menoch. d. cas. 256. num. 16. & præs. 1 8. num. 25. seq. Peregrin. de fideicom. art. 49. part. num. 29. Fusar. d. quæst. 626. num. 39. quia hoc casu testator propter verbum, supererit, intelligitur hæredi permisisse, ut possit fructus consumere, & res hæreditarias bonâ fide distrahere, l. Titius. 54. ff. ad SC. Trebell. Atque ideò censetur eum in hoc gravare voluisse, ut fructus restituat extantes, juxta l. eum qui. in princ. ff. de jurejur. Bart. in l. hæredes mei. in princ. ff. ad SC. Trebell. Mantic. d. lib. 7. tit. 10. num. 13. ubi addit, hoc debere ita intelligi & coarctari, ut habeat locum, quando testator dixit; quicquid supererit ex hæreditate & bonis: secus si dixerit solum, quicquid supererit ex hæreditate, secundum gloss. in d. l. Titius. ff. ad SC. Trebell. Menoch. d. cas. 256. num. 16. eo, quod

fructus

fructus non sint hæreditatis, sed bonis accepto ferantur, *d. l. in fideicommissaria. 18. & ibi* Ripa *num.16. ff. ad Sct. Trebell.*

24 6. Si fructus sati ab ipso testatore, & jacente hæreditate fuerint percepti, vel in horreo reconditi, Alex. *in l. Centurio. num. 40. ff. de vulgar & pupill. subst.* Ripa *in d. l. in fideicommissaria. num. 3. & num. 12. ff. ad Sct. Trebell.* Paris. *cons. 55. num. 3. vol. 3.* Cravet. *cons. 29. in fin. vers. nono.* Menoch. *arb. ud cas. 56. num. 3. & seq. & 4. præs. 19 num. 2.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 49. num. 1.* Graff. §. *fideicommissum quæst. 49.* Mantic. *de con ect. ult. vol. lib. 7 tit. 10. numer. 1.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 626 num. 1. & n. 12.* Secus verò, si post aditam hæreditatem fuerint percepti, Mantic. *d. tit. 10 n. 14.*

43 7. Si quis fuerit rogatus restituere post mortem suum filio ipsius testatoris, per *l. in fideicommissi. 3. §. cum Pollidius. 3. ff. de usur.* Ripa *in l. in fideicommissaria. num. 8. ff. ad Sct. Trebell.* Peregrin. *d. art. 49. part. 2. n. 25* Intrigliol. *de substit. cent. 3. quæst. 74. n. 41.* Fusar. *d. quæst. 626. n. 33.* Quia tempus hoc casu in filii fideicommissarii favorem adjectum, *d. § cum Pollidius. 3.* quo casu hæredem fructus restituere teneri dictum est *supra n. 39.* Licet contrarium, & nec hoc casu filio fructus esse restituendos, teneant Aretin. *in l. cum filiofam. & ibi* Socin. jun. *vers. aggrediamur. n. 10. vers. quartus casus. ff. de legat. 1.* Mantic. *d. tit. 10. n. 15. vers. sed contrarium. & num. 16.*

44 8. Idem est, si rogatus sit restituere filio suo proprio, quicquid ex hæreditate pervenisset, *l. cum filiofam. ff. de legat. 1. & ibi* Bart. *numer. 9.* Angel. Aretin. Mantic. *d. tit 10 num. 17.* Menoch. *d. cas. 256. numer 22.* Peregrin. *d art. 49. part. 2. num. 20.* Intrigliol. *d. quæst. 74. n. 39.* Fusar. *d. quæst. 626. num. 31.*

45 9. Si hæres fuerit gravatus ultra vires hæreditatis; nam ex judicio testatoris debet suppleri ex fructibus, quod excedit, *l. ita tamen. §. hæres ex asse. & ibi.* Bart *ff. ad Sct. Trebell.* Angel. *in l. fideicommissaria. & ibi* Ripa, *num. 17 ff ad Sct. Trebell.* Mantic. *d. tit. 10 n. 20.* Menoch *d. cas. 256. n. 19.* Peregrin. *d. art. 49. num. 38. seq.* Fusar. *d. quæst. 626. n. 23.*

46 10. Si hæres gravatus fuerit creditor ipsius hæreditatis; tunc enim fructus suos non facit, sed ipsos cum ipso credito compensare tenetur, per *l. multi r. 22. §. cum proponeretur. 4 ff. ad. Sct. Trebell. l. quod de bonis. 15. §. quod avus. 3 ff. ad L. Falcid. & ibi* Alex. *num. 2.* Ripa *in d. l. in fideicommissaria. num. 1. & seq. ff. ad. Sct. Trebell.* Angel. *cons. 231. num. 1. vers. septimo.* Mantic. *d. lib. 7. tit. 10. num. 22.* Menoch. *d. cas. 256. num. 19. & 21.* Fusar. *d. quæst. 626. num. 8.*

47 11. Si ante diem restitutionis res aliqua perierit, etiam ex casu fortuito; tunc

tunc enim hæres damnum ex fructibus ſupplere tenetur, *l. ita tamen 27. §. hæres. 16. l. ſcribit Celſus. 33. ff. ad Sct. Trebell.* Ripa. *in d. l. in fideicommiſſaria. num. 18. ff. ad Sct. Trebell.* Socin. jun. *conſ. 57. n. 13. lib. 3.* Alciat. *reſponſ. 648.* Boer. *quæſt. 44. num. 16.* Roman. *ſing. 261.* Menoch. *d. caſ. 256. num. 20.* Mantic. *d. tit. 10. n. 23.* Peregrin. *d. art. 49. num. 35.* Intrigliol. *de ſubſt. cent. 3. quæſt. 74. n. 37.* Fuſar. *d. quæſt. 626. num. 24.*

12. Si fructus tempore reſtitutionis ad huc ſint pendentes; nam hi fideicommiſſario ſunt reſtituendi, Mantic. *d. tit. 10. num. 24.* Angel. *d. conſ. 331. num. 1. verſ. fallit primo.* Bald. *in l. 1. num. 12. & 13. ff. de uſur. & fruct. legat.* Ripa. *in d. l. in fideicommiſſaria n. 12. ff. ad Sct. Trebell.* Menoch. *d. caſ. 256. num. 4.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 10. num. 14.* Graſs. *§. fideicommiſſum. quæſt. 49. num. 3.* Menoch. *arb. jud. caſ. 256. num. 4.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 49. part. 2. num. 16.* Fuſar. *d. quæſt. 626. n. 4. & n. 67.* quia fructus pendentes pars fundi ſunt *l. fructus pendentes. 44. ff. de rei vind. l. in lege Falcidia. ff. ad L. Falcid. l. ſi ſervus. §. locavi. ff. de furt. L. Iulianus. §. ſi fructibus. ff. de act. empt.* & ſic fundi ſunt, ut etiam poſt ſeparationem, ob jus reale, ut ſui peti poſſint *l. ſi filius. §. cum fundum ff. de V. S.* Menoch. *d. l. n. 5.*

13. Si hæres in morâ fuerit conſtitutus; nam fructus poſt moram ex judicio teſtatoris non percipiuntur, nec mora ſua ſibi prodeſſe debet, & ideò 49
hæres fructus poſt moram perceptos fideicommiſſario reſtituere tenetur, *l. in fideicommiſſaria. 18. in princ. l. poſtulante. §. ſed & in hujusmodi ff. ad Sct. Trebell. l. equis. 8. ff. de uſur. l. ſi quis bonorum. ff. de legat. 1.* Angel. *d conſ. 331. numer. 1. verſ. ſecundò fallit.* Aretin. *conſ. 155. num. 11.* Ripa. *in d. l. in fideicommiſſaria. num. 5. ff. ad Sct. Trebell.* Socin. Sen. *conſ. 42. n. 5. vol. 3.* Mantic. *d. tit. 10. n. 25.*

14. Si fructus fuerint percepti poſtquam fideicomiſſi dies ceſſit, vel conditio evenit, Menoch. *art. jud. caſ. 256. num. 25.* Graſs. *§. fideicommiſſum. quæſt. 49. n 4.* Intrigliol. *de ſubſt. cent. 3. quæſt. 74 n. 124. ſeq.* Fuſar. *d. quæſt. 626. num. 46.* 50
etiam abſente fideicommiſſario, quia hic negligens in fideicommiſſi petitione dici nequit, & ſic ipſi fructus ſunt reſtituendis, Bart. *in d. l. in fideicommiſſaria & ibi* Ripa *num. 10. ff. ad Sct. Trebell.* Mantic. *d. tit. 10. num. 23.* Menoch. *d. caſ. 256. n. 26.* id etiam procedere aſſerit poſt ſolam verbalem reſtitutionem, licet fideicommiſſarius poſtea negligens fuerit in petenda reſtitutione reali, nihilominus enim hæredem teneri reſtituere fructus, ſicuti etiam tradunt Bart. *in d. l. in re fideicommmiſſaria & ibi* Angel. Ripa. *n. 13. ff. ad Sct. Trebell.* Cephal. *conſ. 49. num. 15. & conſ. 50. num. 4. ſeq.* Mantic. *d. tit. 10. num. 29.* ſecus autem erit ſi ipſe fideicommiſſarius fuerit in mora petendi, *l. mulier, ſi hæres. l. poſtu-*

l aute. §. 1. *l. in fideicommissarium.* & *ibi* Ripa. *num.* 4. *ff. ad Sct. Trebell.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 7. *tit.* 10. *num.* 7. *vers. rursus.* Grass. §. *fideicommissum. quæst.* 49. *n.* 4. *vers. sin verò* Peregrin. *d. art.* 49. *part.* 3. *n.* 79. Fusar. *d. quæst.* 626. *n.* 50.

51 Quando dominium & actiones in fideicommissarium ipso jure & absq; ulla restitutione transeunt Bart. & *alii in d. l. in fideicommissaria.* & *ibi* Ripa. *n.* 14. *ff. ad Sct. Trebell.* Menoch. *d. cas.* 256. *num.* 28. Mantic. *d. tit.* 10 *num.* 30. & *sequentib.*

52 16. Restituendi quoque sunt fideicommissario fœtus, qui summissi gregem retinent, *l. deducta* 58. §. *hæreditatem.* 4. *ff ad Sct. Trebell.* Mantic. *d. lib.* 7. *tit.* 10. *num.* 36. & *sequentib.* Menoch. *de cas.* 256. *numer.* 23. Fusar. *d. quæst.* 626. *n.* 35.

53 17. Fructus civiles, ut sunt usuræ & accessiones, quod attinet, ita distingui solet, ut si debeantur ex contractu cum testatore celebrato, & nondum sint exacti, tempore restitutæ hæreditatis, tunc ad fideicommissarium spectent, sin autem exacti, vel debeantur ex contractu cum ipso hærede, non restituantur, sed apud hæredem remaneant, *l. postulante* 44. §. *fin. l. deducta.* 58. §. *pen.* & *ibi* Alex. *num.* 2. & 4. *ff. ad Sct. Trebell.* Angel. *d. cons.* 331 *n.* 1. *vers. sexto. fallit.* Ripa. *in d. l. in fideicommissaria. n.* 23. *ff. ad Sct. Trebell.* Mantic. *d. lib.* 7 *tit.* 10. *n.* 37. Fusar. *d quæst.* 626. *n.* 37. & 38.

54 18. In fideicommissi quoque restitutionem veniunt fructus ante aditam hæreditatem percepti *l. ita tamen.* 27. §. 1. *ff. ad Sct. Trebell.*

55 19. Si hæres in legato præstando, vel fideicommisso restituendo moram fecerit, fructus quoque restituere tenetur, *l. si quis.* 23. *l. cum res legata.* 47. *princ. l. quæsitum.* 91. §. *fin. l. nihil.* 120. §. *fin. ff. de legat.* 1. *l. si quis servo* 84. *l. Titia.* 87. §. 1. *ff. de legat.* 2. *is qui fideicommissum.* 26. *l. patronus.* 35. *princ. ff. de legat.* 3. *l. ita tamen* 27. §. 1. *l. deducta.* 58. *princ. ff. ad Sct. Trebell. l. cum unus.* 10. §. 1. *ff. de aliment. legat. l. in fideicommissi.* 3. *pr.* & §. *fin. l. Equis.* 8. *l. respondit.* 14. *princ.* & §. 1. *l. usuræ.* 31. *l. equis.* 39. *ff de usur.*

56 De eo quoque non satis constat, si fideicommissi possessor moriatur, qualiter fructus ad ipsius hæredes, & fideicommissi successores transferan-
57 tur, & inter eosdem dividantur? Et quidem jure feudali ita constitutum est, ut si agnatione extincta feudum ad dominum revertatur, tunc mortuo vasallo inter Calendas Martias, & calendas Septembris, omnes fructus ejus anni ad hæredes vasalli, si verò post Augustum completum & ante Calendas Martias decedat, omnes fructus ad dominum pertineant, 2. *feud.* 28. §. *his consequenter.* & *ibi* Isern. *n.* 1. *vers. cujus sunt fructus.* & Schenck. *n.* 1. & 4. Sonsbec. *de feud. part.* 10. *num.* 9. Rosenthal. *de feud. cap.* 10. *quæst.* 42. *num.* 34. *sequent.*

Zas.

Zas. *de feud. part.10.num.119.* Borcholt. *de feud. cap.7.num.95.* Schneidew. *de feud. part.6.cap.5.num.26.* Vultej. *de feud. lib.1.cap.9.num.118.seq.* Hartman. Pistor. *quæst.24.num.38.* Schrad. *de feud.2.part.9.sect.3.num.46.* Berlich. *lib.3. pract. conclus.43. num.25* sive fructus sint naturales, sive industriales, Pistor. *d. quæst.24.num.54.* Borcholt. *d. cap.7.num.95.* Schrad. *2.part.9.sect.3.num.48.seq.* Rosenthal. *d. conclus.42.num.50.* Etiamsi nondum sint percepti & à solo separati, Zas. *d. part.10.num.11.* Vultej. *de feud.lib.1 cap.11 num.120.* Rosenthal. *d. cap.10 quæst.42.num.49. vers. quarto quærendum.* Pistor. *d. quæst.24.num.28. vers. quinto.* Idemque obtinet si inter Vasalli mortui successores feudales & hæredes allodiales controversia sit, sicuti docent per *2. Feud. 45. juncto §. his consequenter. 2 feud 28.* Rosenthal *d quæst.42.num.45.* Sonsbec. *part.10.num.12* Pistor. *d. quæst.24.num.50* Mynsing. *respons.80. num.10.* Borcholt. *de feud.cap.7.num.95* Fach. *7 controv.95.* Vultej. *d. cap.11.num.131.* Ita tamen, ut si vasallus ante Martium decesserit, & in colendis fundis impensas fecerit, tunc dominus vel agnatus feudi successor defuncti hæredibus impensas ejusmodi refundere teneatur, Schrad. *d. feud. part.7.cap.3.n.24.* Rosenthal. *d. cap.10.quæst 42.n.66.* Pistor. *d. quæst.24.n.72.* Sonsbec. *d. part.10.n.12.* Vultej. *d. cap.11.num.135.*

In usufructuario aliter se res habet, is enim solâ perceptione nititur, & 58
omnes fructus perceptos lucratur, & ad hæredes transmittit, pendentes verò ad dominum vel novum possessorem transferuntur, *§. is verò ad quem. 36. I. de rer. divis. l. si fructuarius. 13. ff. quib. mod. usufr. amit. l. si fur decerpserit. 1. de functa 58. & l. seq. §. 1. ff. de usufruct. l. qui scit. 25. §. in alieno 1. vers. cum fructuarii. ff. de usur. in l. singulos. 8. in fin. ff. de annuis legat.* Jason *in l. si divortio 7. num.5. ff. solut. matr.* nec requiritur, ut usufructuarius fructus dimessos & à solo separatos in horreum convexerit, vel recondiderit, *d. l. si fructuarius. 13. ff. quemad. usufr. amit.* Schneidewin. *ad d. §. is verò ad quem. 36. num. 2. vers. aliud est. & ibid.* Mynsing. *num. 3. I. de rer. divis.* Berlich. *part.3. pract. conclus. 43. num. 22.*

Quoad reliqua bona allodialia, ubi de fructibus agitur, & quidem in- 59
dustrialibus, communis fere est decisio, quod illi pro rata temporis, quo jus possessoris duravit, ad ipsum possessorem ejusdemque hæredes, & ad novum successorem pertineant, per *l. unic. §. cumque ex stipulatu. 9. vers. sed & novissimi. C. de rei uxor. act. l. divisione. 5. fructus. 7. §. divortio facto. 1. & seq. & ibi* Jason. *num. 4. sequentib. ff. solut. matr. & ibid.* Wesembec *in parat numer. ultim.* Hartman. Pistor. *d. quæst. 24. numer. 7. & 8.* Schrader. *de feud. 2.*

part. 9. Sect. 3. n. 83. Berlich. *part. 3. pract. conclus. 43. num. 4. seq.* Quæ dispositio juris communis licet de marito loquatur, & in dotis fructibus, eandem tamen etiam in aliis casibus, in quibus fructus ex jure possessoris æstimantur, locum habere, tradunt Schrad. *d. part. 9. sect. 3. num. 90. vers. decimo tertio.* Hartm. Pistor. *d. quæst. 24. num. 10. & num. 27.* Berlich. *d. conclus. 43. n. 5. & seq.* ubi id mul-
60 tis exemplis declarat. Ita enim mortuo emphyteuta, fructus ultimi anni dividuntur, & pro rata temporis ad emphyteutam, vel ipsius hæredes, & ad dominum pertinent, Hartm. Pistor. *d. quæst. 24. n. 26. seq.* Schrad. *d. sect. 3. n. 87. vers. sexto.* Cavalcan. *tract. de usufruct. mul. n. 244.* Berlich. *d. concl. 43. n. 9.* Licet dissentiant Jason. *in l. divortio. 7. n. 5. ff. solut. matrim.* Ruin. *cons. 117. n. ult. vol. 1.* Thessaur. *decis. 143. num. 1.*

61 Idem est in majoratu, ubi fructus ultimi anni etiam inter possessorem ejusve hæredes, & inter novum successorem in primogenio pro ratâ dividuntur, Hartm. Pistor. *d. quæst. 24. n. 33.* Schrader. *d. sect. 3. n. 88. vers. decimo.* Covarruv. *lib. 1. var. resol. cap. 15. n. 14.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 11. per tot.* Berlich. *d. concl. 43. n. 10.* Alvarot. *de conject. ment. defunct. lib. 2. cap. 2. §. 1. n. 5.* Item si quis rem ad vitam emerit, & fructibus pendentibus moriatur, tunc fructus pro rata temporis ad defuncti hæredes pertinent, Bart. Socin. *in l. qui Romæ. 122. n. 21. ff. de V. O.* Covarruv. *d. cap. 15. num. 7.* Pistor. *d. quæst. 24. n. 11.* Schrad. *d. sect. 3. n. 84. vers. secundo.* Berlich. *d. l. n. 7.*

62 Ita etiam in pacto retrovenditionis fructus ultimi anni, ubi res redimitur, pro rata temporis inter venditorem, & redimentem dividendos esse, tradunt Covarruv. *d. lib. 1. var. resol. cap. 15. num. 6. seq.* Mod. Pistor. *cons. 56. quæst. 2. n. 24.* Rol. à Valle *cons. 27. num. 13. seq. lib. 2.* Jason. *in l. qui Romæ. 122. num. 35. ff. de V. O.* Ant. Thessaur. *decis. Pedem. 56. num. 1. seq.* Hartman. Pistor. *d. quæst. 24. n. 12.* Tiraquel. *de retract. convent. §. 5. gloss. 4. num. 5. & seq.* Tusch. *lit. F. concl. 24. n. 5. seq.* Berlich. *part. 2. concl. 2. n. 69. seq.* Reinking. *de retract. consang. quæst. 8. num. 76.*

63 Sic quoque in jure retractus & quando res vendita à consanguineo retrahitur, fructus tempore retractus existentes, pro rata temporis, inter emptorem & retrahentem dividuntur, Covarr. *1. var. resol. cap. 15. n. 8.* Schrad. *de feud. 2. part. 9. sect. 3. num. 85.* Fachin. *2. contr. 14.* Tusch. *lit. P. concl. 24. num. 5. seq.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 49. num. 98.* Molin. *consuet. Paris. tit. 1. §. 20. gl. ff. 1. num. 79.* Berlich. *3. conclus. 43. num. 15.* Reinking. *d. quæst. 8. num. 72.* Idem est, si restitutio fiat, non ex voluntate, sed ex necessitate ab eo, qui habuit domi-

dominium illius rei, quam alteri restituit, tunc enim fructus ultimi anni pro rata temporis dividi, tradunt Schrad.*d.sect.3.n.80.* Tiraquel.de retract.*convent.* *§.5.gloss.4.n.6.*

Defuncto quoque clerico fructus præbendarum pro ratâ temporis inter ipsius hæredes, & Ecclesiam, vel novum successorem dividuntur, Covarruv. *d.cap.15.num.12.* Hartman.Pistor.*d.quæst.24.num.36.* Alberic. *in l.divortio. 7.num. 12.ff.solut.matrim.* Schrader.*d.sect.3.num.88.* Berlich.*d.conclus.43.num.11.* 64

Atque hæc non tantum procedere in fructibus ultimi anni adhuc pendentibus, sed etiam perceptis, ut hi quoque inter ultimi possessoris hæredes, & novum successorem dividantur, docent per *d.l.divortio.7.l.si fundus.8. §.quod in sementem.1.in fin.ff.solut.matr.* Pistor.*d.quæst.24.numer.14.seq.* Jason. *in d.l.divortio.num.5.ff.solut.matr.* Berlich.*d.conclus.43.num.19.* Sive fructus percepti adhuc extent, sive consumpti sint, post Cujac.*in c.de fructibus feudi.1.post.princ. vers. & nihil interesse.4.feud.lit.30.* 65

Fructus quoque civiles, veluti reditus, census, decimas, tributa, & similes, pro ratâ temporis, inter ultimi possessoris hæredes, & novos successores dividendos esse, docent per *d.l.divortio.7.ff.solut.matr.l.unic. §.cumque ex stipulatu.9.vers.sed & novissimi.C.de rei uxor.act.* Fachin.*7.controv.96.* Hartman.Pistor. *d.quæst.24.num.57.seq.* Jason.*in d.l.divortio.num.8.ff.solut.matrim.* Joh. Baptista Cost.*tract.de quota.& rat.quæst.155.per tot.* Rosenthal.*de feud.cap.10.conclus.42.n. 59.* Berlich.*part.5.conclus.22.num.6.& seqq.* Fusar.*de fideicomm.subst.quæst.626.n. 72.& seq.* Et ita etiam pensiones locationis pro ratâ temporis inter hæredes locatoris, & novum possessorem dividendos esse, scribunt Hartman.Pistor. *d. lib.1.part.1.quæst.25.n.3 sub fin.& num.7.& seq.* Bart.*in d.l.divortio. n.13.& ibi* Jason.*num.38.& 39.* Rosenthal.*d.cap.10.conclus.42.num.55.seq.* Berlich.*part.3. conclus. 22.num.25.* 66 67

Fructus naturales quod attinet, & quidem perceptos, hos ad possessorem ejusque hæredes pertinere, non videtur habere dubium, *per l. bonæ fidei. 48.ff.de adquir.rer.dom.* & constat ex dictis *supra numer.33.* Confer.Harpprecht. *ad §.si quis à non domino.35.num.33.seq.I.de rer.divis.* 68

Pendentes verò quod attinet, licet controversia non careat, ad quem illi pertineant, cum tamen diversum nullibi statutum reperiatur, idem quod de industrialibus & civilibus dicendum eosque inter possessoris hæredes & novum successorem dividendos esse, videtur per *d.l.fructus.7. §.divortio 1.seq.ff.solut.matr.* Nec obstat quod fructus naturales curam & industriam non requirant, quamvis enim non talem, qualem industriales de- 69

ſiderent, culturam tamen quandam requirunt, ſicuti videre licet in pomis,
pyris, uvis & ſimilibus, qui licet naturales ſint, ut tamen naſcantur, arbo-
res & vites plantandæ ſunt, & ſic curam deſiderant, *d. l. fructus 7. §. non ſo-
lum. 9. ff. ſolut. matrim.* Harpprecht. *ad §. ſi quis à non domino 35. numer. 43. I. de
ver. diviſ.*

70 De jure Saxonico fructus naturales generaliter unà cum fundo ad no-
vum poſſeſſorem tranſire, tradit per Landrecht *lib. 2. art. 58.* Carpzov. *jurispr.
for. part. 3. conſt. 2. defin. 23. & ſeq.*

Nec in contrarium facere videtur, quod prædicti textus loquantur de
dote & ejus fructibus, in quibus diverſa ratio, ſiquidem maritus ratione o-
nerum matrimonii ejusmodi fructus lucretur, *l. dotis fructibus. 7. in princ. ff.
de jur. dot. l. pro oneribus. 20. C. eod.* ut ideò etiam mirum non ſit, ſi is quoque
pro ratâ temporis, quo onera matrimonii ſuſtinet, fructus percipiat. R. Si-
quidem ratio, cur maritus ſoluto matrimonio fructus percipiat, non tam in
eo conſiſtit, quod onera matrimonii ſuſtinuit, quam in hoc, quod jus in
dote habuit, & ejus jus non ultra, quàm donec conſtat matrimonium du-
rat, eo verò ſoluto expirat, Hartman. Piſtor. *d. quæſt. 24. num. 27.* Et ſimilitu-
do mariti, & rei fideicommiſſariæ poſſeſſoris non eſt obſcura, quemadmo-
dum enim maritus conſtante matrimonio rerum dotalium dominium obti-
net, etiamſi illud revocabile ſit, *l. doce ancillam 9. C. de rei vindic.* ita etiam fidei-
commiſſi poſſeſſor dominium revocabile, & poſt mortem ipſius ad ſucceſ-
ſores agnatos tranſitorium habet, *ſupra num 1. ſeq.* Et cum fideicommiſſa hæc i-
deò conſtituantur, ut ex eorundem fructibus familiæ Nobiles & Illuſtres
conſerventur, *ſupra cap. 7. num. 1. ſeq.* eorumque poſſeſſoribus alia onera
incumbant, de quibus *infra cap. 12. num. 2. & ſeq.* conſequens eſt, ut &
ipſi poſſeſſores, qui rerum fideicommiſſariarum dominium revocabile obti-
71 nent, & tot onera ſuſtinent, ad ſimilitudinem mariti, pro ratâ ejus tempo-
ris, quo onera fideicommiſſaria ſuſtinent, fructibus quoque fruantur, cum
ſecundum naturam ſit, ut commoda cujuſque rei illum ſequantur, quem
onera & incommoda ſequuntur, *l. ſecundum naturam 10. ff. de R. I.* Neque
etiam onera fideicommiſſarii non tàm parvi æſtimanda videntur, ut cum
oneribus matrimonii comparari nequeant: Maritus enim ex fructibus
rerum dotalium tenetur ſolum, ſe, uxorem & liberos alere; fideicommiſſi
verò poſſeſſor non tantùm ſe, uxorem & liberos, ſed etiam fratres & ſoro-
res inopes alere, & totius familiæ ſplendorem maximis impenſis conſerva-
re adſtrictus eſt, per tradita *ſupra cap. 6. num. 210. ſeqq. & infra cap. 11. numer.
234. ſeq.*

Nihil

Nihil quoque pro contrariâ sententia facere videtur, quod decisum est, 72
in fideicommisso omnes fructus, qui post adquisitum, ex causâ fideicommissi, dominium, ex fundo percipiuntur, ad fideicommissarium pertineant, quamvis major pars anni ante diem, quo fideicommissum cessit, præterita sit, *l. Herennius. 42. ff. de usur.* R. Nam lex ista non loquitur de fideicommissario, sed de hærede, qui fideicommissum alii, sive ipsi fideicommissario restituere rogatus est, quando enim hæredi fideicommissum testator simpliciter injungit, non id agere videtur, ut hæres commodum ex fideicommisso illo consequatur, sed ut illud statim fideicommissario restituat, nec fructus interim lucrifaciat, *l. in fideicommissaria. 18. princ. ff. ad Sct. Trebell. & similib.* Cum igitur *d. l. Herennius* loquatur inter hæredem & fideicommissarium, non verò ipsum fideicommissarium & alium fideicommissi successorem, ideo etiam ad hos & alios successores ulteriores adaptari vel extendi nequit, cum fideicommissi possessor non hæres, sed fideicommissarius sit, Molin. *de Hispan. primog. lib. 3. cap. 11. num. 14.*

Multò minus contrariatur, quod de usufructuario dictum est *supra n. 58.* Usufructuarius enim non est verus & directus, sed utilis tantum dominus, secus verò quoad fideicommissi possessorem, quem verum & utilem esse dominum simul, demonstratum est *supra numer. 1. & seq.* atque ita quæ in usufructuario disposita, ad fideicommissarium non sunt transferenda.

Illud hoc loco observandum venit, quod in omnibus illis casibus, ubi
fructus ad defuncti hæredes non pertinent, sed unà cum prædio ad successorem novum transeunt, novus ille possessor, qui fructus lucratur, omnes 73
impensas & sumptus in culturam factos hæredibus restituere teneatur, Schrader. *de feud. 2. part. 9. sect. 3 num. 25.* Molinæ, *in consuet. Paris. tit. 1. §. 8. gloss. 1. num. 13. seq.* Coler. *de process. execut. part. 2. cap. 3. num. 304.* Hartm. Pistor. *d. lib. 1. part. 1. quæst. 24. n. 96.* Rosenthal. *de feud. cap. 10. conclus. 42. n. 60.* Schneidewin. *de feud. part. 6. cap. 5. num. 28.* Harpprecht. *ad §. constituitur. 2. n. 96. I. de usufruct.* Iniquissimum enim foret, impensarum ac sumptuum onere absque ullâ repetendi facultate gravari eum, qui fundos excoluit, nullos indè fructus percipiens, qui tamen non debentur, nisi impensis eorum quærendorum & conservandorum causa factis, deductis *l. si à domino 36. §. fin. ff. de petit. hæred. l. fructus. 7. in princ. §. impendi. 16. ff. de solut. matr.* Et quicquid impendii factum est in agro, id omne fructus agri ipso jure diminuit, *l. quod in fructus. 46. ff. de usur.* nullusque casus intervenire potest, qui hoc genus de-

ductionis impensarum impediat, *l. fundus qui dotis 51. in fin. princ. ff. famil. ercisc.* Quod etiam de augmentis & meliorationibus dictum est, infra *cap.12. num.130. seq.*

74 De pœnis fiscalibus quæritur, si delictum commissum sit tempore ultimi fideicommissi possessoris, & sententia postea tempore successoris lata, ad quem pertineant? Et dicendum videtur ipsas illi esse præstandas, cujus tempore delictum commissum fuit, quia ex eo tempore jus ad istas pœnas fisco adquisitum fuit, Bald. *in l. fin. & ibi Cynus ff. de jurisdict.* Anchoran. *in c. 1. ne prælat. vic. & ibid.* Joh. de Anan. Alex. *in l. divortio. §. si vir in fundo. num.11. ff. solut. matrim. & cons. 7. num.5. lib. 3.* Jason. *in l. more. num.21. ff. de jurisdict.* Tiraquel. *de retract. conv. § 5. gloss. 4. num. 9.* Boër. *decis. 5. num. 20. seq.* Alii verò hasce pœnas, ad illum pertinere possessorem, cujus tempore sententia lata fuit, tenent Imola *in d. l. divortio. §. si vir in fundo & ibi* Aretin. *ff. solut. matr.* Guid. Papa *decis. 535.* Bertr. *cons. 21 . num. 1. lib. 2.* Molin *in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 1. num. 51.* nisi 1. pœna ipso jure commissa esset, Jac Rebuff. *in l. 3. C. de suscept.* Tiraquel. *d. § 5. gloss. 4. num. 21.* Vel 2. condemnatio tempore primi possessoris facta, & executio tempore successoris, Molin. *de Hisp. primog. lib 3. cap. 11. num. 22.* Vel 3. condemnatio tempore prioris possessoris facta, & appellatio adhuc pendeat. Boër. *d. decis. 5. num. 20. seq.* Molin. *d. l. num. 24.* ubi tamen *num. 25.* addit, hæc quidem omnia in usufructuario vel etiam emptore vera esse, in casu tamen majoratus aliter se habere & pœnas fiscales inter hæredes ultimi majoratus possessoris & successorem sequentem pro ratâ dividendos esse, eo quod pœnæ fiscales fructus sint jurisdictionis, Bald. *in l. fin. num. 2. ff. solut. matrim.* Alex. *in l. divortio. §. si vir. in fundo num. 10. ff. solut. matr.* Boër. *decis. 180. num. 4.* Tiraquel. *de retract. conv. § 5. gloss. 4. num. 18.* indeque consequens esse, id quod de aliis fructibus dictum est, in his quoque procedere, Molin. *d. n. 25.*

75 Ex quibus facilè colligitur, quod pœnæ fiscales tempore possessoris exactæ & perceptæ, ad ipsius hæredes pertineant, quando jus confiscandi bonis fideicommissarii s annexum est, vel ipsi possessori jus territorii vel jurisdictio-
76 nis competit. Quamvis enim jus confiscandi sit de regalibus & soli Principi supremo competat, *per l. 1. C. de bon. vac.* gloss. *in rubr. & ibi* Bart. *num. 4. & 11.*
77 *C. de jur. fisc.* Bald. *in l. 1. num. 8. C. de hæred. vel. act. vend.* Sixtin. *d. regal. lib. 2. cap. 8. numer. 46.* Ex privilegio tamen vel præscriptione hodiè etiam inferioribus competit, Joan. de Plat. *in l. 1. num. 2. C. de bon. vacant.* Bald. *in l. ad fin. C. de hæred. vel act. vend.* Capyc. *decis. 185. numer. 3. & seq.* Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. §. 3. num. 170.* Atque ita etiam majoratus possessori

compe-

competere, tradit Molina *d.l.lib.1.cap.25.num.20.seq.* ubi *numer.24.* id non solùm 78
procedere asserit in pœnis pecuniariis, seu in bonis mobilibus, sed etiam in
confiscatione bonorum immobilium, ita ut hæc quoque ad possessorem per-
tineant, & nõ ad majoratus successorem transeant, probat exemplo usufructu-
arii & quod bona immobilia confiscata usufructuario omninò adquirantur,
nec ad proprietarium quicquam ex iis pertineat, sicuti censent per *l. usufructu
legato ff. de usufruct.* Bart. *in l. fin num.1. & seq. & ibi* Paul. *numer.2. & 3.* Alex.
num. 2. ff. solut. matrim. Bald. *in l. num.6. C. de fruct. & lit. exp.* Angel. *in l.
divortio. §. si vir in fundo. & ibi* Jason. *num.8. ff. solut. matr.* Quam sententiam
communem & veriorem dicit Molinæ. *in consuet.* Paris. *tit.1.* gloss. *1. numer.51.*
& verissimum id esse scribit Molina *d. numer. 24. vers. contrariam.* Et sic quoque
hoc magis in fideicommissi possessore dicendum erit, qui verus rei fideicom-
missariæ Dominus existit.

IV. Porrò ex præcedentibus constat, quod fideicommissi possessor in 79
prædiis & territoriis fideicommissariis possit venari; cùm enim hoc ipsum
usufructuario, Domino tantùm utili permissum, *l. usufructuarium. 62. princ.
& §. 1. ff. de usufruct.* Quantò magis id fideicommissario, tanquam vero Do-
mino permissum erit, quia jus venandi, & ipsæ venationes pro fructibus agri 80
habentur, *l. item si feudi. 9. §. aucupium 5. d. l. usufructuarium. 62. ff. de usufruct. l.
venationem. 26. ff. de usur. l. quæsitum est. 18. §. si in agro. 12. ff. de instruct. vel instrum. leg.*
Heig. *part.1. quæst.1. num.4.* Berlich. *part.3. conclus. 43. num. 37.* Ejusque sunt 81
feræ bestiæ, cujus est territorium, *Ieremi. 27. vers. 6. & cap. 28. vers. 14. Da-
niel. 2. vers. 38.* Dn. affin. Joach. Cluten. *diatrib. novo. Iustin. 17. quæst. 3. in fin.*
Matth. Stephan. *de jurisdict. lib. 2. part. 1. cap. 7. num. 444.* Ex quo etiam jus 82
venandi & jurisdictio forestalis juribus territorialibus adhærere dicitur,
Pruckman. *de regal. §. venatio.* Matth. Stephan. *de jurisd. part. 1. cap. 7. num. 43.
seq.* Bidenbach. *nobil. quæst. 15.* Sixtin. *de regal. 2. cap. 18. num. 45.* Mingius *de super.
territ. conclus. 72. & 78.* Bocer. *de jur. dom. & vasall. lib. 2. cap. 2. num. 99. seq* Mascard.
de probat. concl. 1196. n. 34. Thom. Michael. *de jurisd. concl. 51. lit. a.* Meischner. *tom.
3. decis. 33. n. 6. seq.*

Quod tamen ita intelligendum videtur, quod, si in vivario jus fideicom- 83
missi consistat, fideicommissi possessoris hæredes eundem numerum ferarum
restituere teneantur, qui fuit tempore successionis, exemplo usufructua-
rii, *d. l. usufructuarium. 62. §. si in vivariis 1. ff. de usufruct.* & ejus, qui emit, cum
pacto redimendi, qui interim Dominus est, Cagnol. *in l. 2. C. de pact. inter.
empt. quæst. 3. seq* Tiraquel. *de retract. convent. § 3. gloss. 1. num. 2.* Verùm non
putarim fideicommissi possessorem adeò præcisè restringendum esse, ad eun-

dem numerum ferarum linquendum, sed ipsum tanquam verum dominum, juxta usum & modum consuetum venari & feras occidere posse, dummodò dolus malus & dissipatio absit, sicuti de majoratus possessore scribit Molin. *de Hispan. primogen.lib.1.cap.22.n.8.*

84 V. Quæ de venatione dicta sunt, eadem quoque in piscatione obtinent, ita ut fideicommissarius quoq; in fluminibus, rivis, piscinis & stagnis piscari, & piscibus uti & frui possit, & si pisces custodiæ saltem causâ in piscinâ aliquâ conserventur, ipsi ad hæredes fideicommissarii pertineant, per *l. lines 15. ff. de act. empt.* sicuti quoque ad vasalli defuncti hæredes hujusmodi pisces pertinere docent Hartm. Pistor. *lib. 1. part. 1. quæst. 24. numer. 63* Rosenthal. *de feud. cap. 10. conclus. 42. numer. 61.* Zas. *de feud. part. 4. numer. 3.* Tiraquel. *de*
85 *retract. lignag.* §. 1. gloss. 7. *verb. le parent. numer. 117.* Quod si verò pisces in stagna sint immissi pro fructificatione, fideicommissarius eosdem quoque capere potest, sed ita tamen, ut in locum captorum alii substituantur, sicuti in usu fructuario statuit *arg. l. usufructuarium. 62. §. qui in vivariis. ff. de usufruct.* Cœpoll. *de servit. rust. præd. cap. 42. num. 6.* siquidem pisces, Qui in stagno sunt, pars fundi & res immobiles esse censentur, & sic licet fideicommissarius iisdem piscando frui possit, eorum tamen numerus ad fructificationem conservandus erit, per tradita Molinæ. *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 22. num. 9.* Et ita per subrogationem corporum fructus stagni perpetui efficiuntur, *l. eum debere. ff. de serv. urb. præd.* Et quamvis temporis spacio singula corpora mutentur, per subrogationem tamen semper eadem res dicitur, *l. proponebatur. ff. de judic.* Molin. *d. l. num. 10.*

86 Alii pisces hosce qui in stagnis habentur, ut crescant & multiplicentur, pro fructibus pendentibus habent, Guido Pap. *decis. 91. numer. 5.* Schrad. *de feud. 2. part. 9. sect. 3. num. 72. & sect. 4. num. 10.* Heig. *part. 2. quæst. 15. num. 6. seq.* & sic tanquam partem fundi ad novum possessorem transire, censent *arg. l. fructus pendentes. 44. ff. de rei vind.* Car. Molin. *in consuet.* Paris. *tit. 1. §. 1.* gloss. *8. num. 17. seq.* Alii eosdem pro ratâ temporis inter hæredes & novum successorem dividendos esse, docent Schrader. *d. sect 3. num. 71. & 72.* Carpzov. *d. part. 3. constit. 32. defin. 26. num. 4. seq.*

87 In foro Saxonico longâ consuetudine receptum esse, ut si mortis tempus magis fuerit propinquum piscationi, quàm illi tempori, quo pisces in stagnum fuerunt immissi, ad hæredes vasalli sive possessoris, secus vero si tempus mortis magis propinquum sit tempori, quo pisces in stagnum immissi, tunc enim pisces unà cum fundo ad successorem pertineant, tradunt, Hartm. Pistor.

Piſtor.*lib.1.part.1.quæſt.24.n.69.*Roſenthal.*de feud.cap.10.concl.42.n.61.* Matthæi
Coler.*de proceſſ exec.part.2.cap 3 num.316.* Berlich.*part 3.concluſ.45.n.25.* Carp-
zov.*d.defin.26 num.8 ſeq.& defin.27.per tot.*

VI. Poteſt quoque fideicommiſſi poſſeſſor ex columbario, columbas, 88
quæ ibi ſunt, ut multiplicentur & creſcant, capere, ſicuti de uſufructuario,
modò aliæ in demortuarum locum ſubſtituantur, tradit, *arg. l. uſufructuarium.
62. §. in vivariis. ff. de uſufruct.* Cœpoll. *de ſervit. urb. præd. cap.77. num.2.* & de
majoratus poſſeſſore, Molina *d. lib.1. cap.22. num 11.* & ſic quoque idem ob-
tinebit in fideicommiſſario, in quo tamen, cum Dominus ſit, hoc non adeò
erit reſtringendum, ſed is poterit columbas capere, eaſque ſuas facere, tan-
quam fructum & reditum fundi, non tamen poterit totum columbarium e-
vacuare, nec etiam majores columbas capere, quæ fructificant, nec primos
menſis Martii fœtus, qui relinqui ſolent ad fructificandum & per totum an-
num reditum offerendum, in quo mos regionis, bonique patrisfamiliâs uſus
obſervandus erit, ſicuti de vaſallo ſcribit Molin. *in conſuet.* Pariſ.*tit.1.§.1.*gloſſ.
8.num.33.& 34.

VII. Si inter fideicommiſſi bona ſit ſylvâ cædua, ſeu ea ſylva, quæ 89
in hoc habetur, ut cædatur, & quæ ſucciſa rurſus ex ſtirpibus & radicibus re-
naſcatur, *l. ſylva cædua. ff de V.S.* fideicommiſſi poſſeſſor ex eâ arbores & ligna
excidere poteſt, dummodo in cædendo uſum conſuetum non excedat, illud e-
nim quod renaſci ſolet, in fructu eſt *l. ex ſylva. & ibi* Dd.*l. item ſi fundus. ff. de uſu-* 90
fruct. l. & cum tabernam. in princ. ff. de pignor. & ſic fideicommiſſi poſſeſſor id face-
re debet, qood diligens pater familiâs in re propria fecerit, *l. ea igitur. ff. de pi-
gnor. act.* Neque hoc caſu fideicommiſſario uſus ſylvæ adeò reſtringendus eſt,
ſicuti uſufructuario, ſed ut vero Domino concedendus, cum ipſe Dominus
ſit, modò dolus & diſſipatio abſit, quod ſolum quoque in fideicommiſſaria
cautione comprehenditur, *infra cap.12. num.29.* Et fideicommiſſi poſſeſſor re 91
ipſa debet uti, non abuti, ſicuti ſcribit Molinæ.*in conſuet.* Pariſ.*tit.1.§.1.* gloſſ.7.
num.1. Et verbis fideicommiſſi bona fides ineſſe debet, & â fideicommiſſario
exigi non poteſt, niſi quod fideicommiſſi intervertendi gratiâ fecit, *l. Titius
rogatus.54. ff. ad SCt. Trebell.*

Ex ſylvâ autem non cæduâ non poteſt fideicommiſſarius arbores gran- 92
des & fructiferas cædere & ſibi appropriare, hoc enim nec Vaſallo, nec
emphyteutæ, nec uſufructuario, nec conductori ad longum tempus, nec
marito in rebus dotalibus permiſſum eſt *l. ſed ſi grandes. 11. l. æquiſſimum. §.*

fructuarius. 4. *& ibi Alberic. ff. de usufruct. l. divortio.* 7. §. *si fundum. ff. solut. matr.* Cœpolla. *de servit. rust. præd. tit. de montib. num.* 11. Tiraquel. *de retract. conv.* §. 3. gloss. 1. *num.* 23. Clarus §. *feudum. quæst.* 47. *&* §. *emphyteusis. quæst.* 26. Garsias *de expens. & melior. cap.* 6. *num.* 40. *vers. unde ex sylva.* Besold. *part.* 1. *consil.* 15. *num.* 7.

93 Nisi hoc fiat ad usum lignandi vel ædificandi, vel alium necessarium, vel fideicommissi possessor alias arbores plantando substituat, vel ex incisione earum sylva fiat fructuosior, vel ejusdem sit qualitatis, quod nisi arbores cæderentur, ususfructus inutilis redderetur, tunc enim fideicommissarius secundum usum & morem consuetum eas cædere poterit, per tradita Jason. *in d. l. divortio.* §. *si fundum. num.* 4. *ff. solut. matr.* Tiraquel. *d.* gloss. 1. *num.* 24. *seqq.* Garsias. *num.* 40. *in fin.*

94 Quod si quoque arbores grandes & fructiferæ vento fuerint evulsæ, fideicommissi possessor easdem suas facit, cum hæ ad neminem alium, quàm Dominum spectent, qualis hic est fideicommissi possessor, *supra num.* 1. *& seq.* quod secus est in usufructuario, qui easdem non lucratur, cum non sit verus Dominus, & sic ad Dominum proprietatis pertinent, *l. arboribus. & ibi* Dd. *ff. de usufruct.* Cœpolla *de servit. rustic. præd. tit. de montib. n.* 9.

95 VIII. Si inter fideicommissi bona sit fundus emphyteuticus vel censualis, si is alienetur vel ad alium transferatur, & investitura renovetur, possessor laudemium lucratur, quia hoc etiam ad usufructuarium spectat Oldrad. *cons.* 24. Tiraquel. *de retract. lignag. in fin. tit. num.* 106. de quo in majoratus possessore nullum scribentium dubitâsse, tradit Molina *de Hispan. primogen. lib.* 1. *tit.* 22 *num.* 12. *in fin.*

96 IX. Idem est in lapidicinis, cretifodinis, auri & argentifodinis, & similibus fodinis metallicis; nam licet ipsæ fodinæ metallicæ bonis immobilibus adnumerentur, & sic nec alienari possint à fideicommissi possessore, sed ad ipsos fideicommissi possessores & successores pertineant, secus tamen est, quoad proventus metallicos, Außbeut / qui ex partibus metallicis percepti & separati sunt, veluti aurum, argentum, cuprum, æs, stannum, plumbum, ferrum & similia, quæ ad res mobiles referuntur, ut dictum est *supra cap.* 5. *num.* 68. Et sic quoque ad fideicommissi possessorem, & percepti ad ejusdem hæredes pertinent, exemplo mariti, per *l. divortio.* 7. §. *si vir in fundo.* 13. *solut. matr. l. si ex lapidicinis.* 32. *ff. de jur. dot.* Berlich. *part.* 3. *conclus.* 3. *num.* 7. Quod licet nonnulli ad lapidicinas, & alias metalli fodinas restingant, quæ ejus sunt naturæ, ut lapides ex eâ excisi renasci soleant,

leant, idem tamen quoque esse, si & ex eorum incisione fundus fructuosior & utilior efficiatur, etiamsi non renascantur, tradunt per *d.l.divortio.7.§.si vir in fundo.13.ff.solut.matrim.& ibi* Paul. de Castrens. *num.1. &* Fulgos. Molina *de Hispan.primogen.lib.1.cap.23.num.8.& seq.* Idque non tantùm verum esse in lapideâ, sed etiam aliâ quacunque venâ, sive aurea, sive argentea, salinaria vel simili probat per *l.item si fundi.9.§.sed si lapidicinas.2.& seqq.ff.de usufruct.* gloss. *in d.l.divortio.§.si vir in fundo.& ibi* Bart. Alber Imol. Angel. Molina *d.cap.23.n.10.vers.quæ omnia.*

Quicquid autem sit in usufructuario, vel marito, minus tamen est dubium, quin proventus & fructus isti metallici ad fideicommissarium pertineant, sive renascantur, & fundum meliorem reddant, sive non, cum hinc rei fideicommissariæ sit Dominus, & emolumenta omnia capiat, quæ quilibet Dominus ex rebus propriis, citra maximam rei deteriorationem percipit, 97
quod ita etiam in majoratus possessore statuit Molina *d. cap.23. num. 10. vers. quicquid autem* Secus verò, si ex lapidum incisione fundus fideicommissarius deterior reddatur, & deterioratio ista magna sit, tùm enim lapidum incisio non erit licita, modica autem in eo, qui rei dominus est, non consideratur, sicuti de vasallo tenet Clarus. §. *feudum. quæst.56.* & de majoratus possessore Molina *d.cap.23.n.10.vers.secunda.*

Ratio autem, cur hujusmodi metalli fodinæ, sive ipsa metalla ad fideicommissi possessorem pertineant, hæc est, quod illa sunt fructus prædiorum, 98
uti constat ex *l.fructus. alias l.divortio.7.§.si vir.13.seq.ff.solut.matrim.l.3 in fin.ff.de reb.eor.qui sub tut.l.item.9.§.sed si lapidicinas.& §.seq.l.si cu us.13.§.inde est quæsitum.ff.de usufruct.* Rosenthal.*de feud.cap.5.conclus.91. num.1.* Et quidem fructus merè naturales, cum suâ sponte proveniant absque operâ & labore hominis, Bocer.*de regal.cap.3.num.165.* cum ergò fideicommissarius sit Dominus, fructus quoque ad ipsum pertinebunt, per dicta *supra num 1.seq.& num.34.seq.* Un- 99
de quoque metalla in prædio feudali inventa non ad Dominum, sed vasallum pertinent, sicuti tradunt per *2 feud.23.in fin.& tit.28.§.his consequenter.* Alex. *in d.l.fructuc.7.§.si vir.ff.solut.matrim* Rosenthal.*de feud. cap.5. conclus. 91. num.1.* Gœden.*cons.1.num.2.& consil.2.n.9.* Zas.*cons.16 n.67.vol.2.* Schneidewin.*de feud. part.2.n.106.* Wesembec.*cons.45.n.24.& seq.* Bocer.*de jur.dom.& vasall.lib.2.cap.2.num.6.seq.*

X. Si fideicommissum constet in territorio, castris, oppidis, pagis & 100
similibus, quibus annexum est jus territoriale, fideicommissario compe-

sunt omnia illa jura, quæ ad jus territorii, sive jurisdictionem territorialem pertinent, & quæ aliis territoriorum Dominis competunt, & quicquid sub territorii ambitu continetur, ipsius jurisdictioni subjectum intelligitur, & sic ad ipsum pertinet cura Religionis, homagii exactio, protectio ordinaria Landtag / justitiæ administratio, in judicio comparitio, convocatio & comparitio ad conventus provinciales, jus eligendi, constituendi & destituendi magistratus, curiarum erectio, statutorum provincialium ordinatio, eorundemque executio, proclamationum, mandatorum & edictorum publicorum propositio & affixio, inhibitiones autocraticæ, subditorum evocationes, jus mulctandi, judicia censoria ordinandi, regalia, via regia sive publica & jus conducendi, salvi conductus, & induciarum moratoriarum concessio, jus instituendi collegia artificum, nundinarum hebdomadalium concessio & pecuniæ forensis indè exactio, encæniorum & chorearum concessio & protectio, tabernarum erectio, collectarum & contributionum exactio, jus sive gabella detractionis, der Abzug / flumina publica, jus piscandi, venandi & jurisdictio forestalis, jus banniendi, loca deserta & inculta, decimæ novales, cura ponderum & mensurarum, carnium & victualium, otiosorum & validorum mendicantium compressio, tutorum & curatorum ordinatio, appellationis receptio, potestas recipiendi & tolerandi Judæos, privilegiorum concessio & confirmatio, famæ & honoris restitutio, delicta indulgendi potestas, jus belli & armorum, & indè dependens lustratio, sequela, armorum & insignium pictura, jus mittendi legatos, potestas concedendi jus civilitatis, Burgrecht geben / prohibere, ne quis inscio magistratu extraneum in ædes suas recipiat, & ne subditi hinc indè divagentur, jus confiscandi & successio in bona vacantia, mulctæ & pœnæ, jus prælationis, molendina, operæ & servitia subditorum, jus fœderum, archivi, cura theatrorum, studiorum, tabernarum, vectigalium, intradæ, aperturæ, hospitaturæ, jus gallinarum, avenæ Vogteicæ, pascendi, positio lapidum terminalium, ordinatio custodum, & quæ sunt similia, quæ omnia ad jus territorii sive superioritatem territorialem pertinere latius deduxi *in tract. de ordin. Equest. jurib. lib. 3. cap. 2. per tot.*

101 XI. Idem est, quoad jurisdictionem, si ea castro, oppido, pago vel alii rei fideicommissariæ adhæreat, cujus varii sunt gradus, & vulgò dividitur in imperium merum, mixtum & simplicem jurisdictionem. Ubi merum Imperium sive jurisdictio criminalis rei fideicommissariæ adhæ-

reat

reat, fideicommissario competunt de crimine cognitio & processus, accusatio criminalis, inquisitio, captura, carcer & incarceratio, tortura; 102
sententia & condemnatio in criminalibus, delictorum coërcitio & executio, pœna gladii sive capitis amputatio, pœna ignis, crematio, fumigatio, strangulatio, crucifixio, lapidatio, excoriatio, submersio in aquâ, dissectio vivi corporis in partes, per totam membrorum fractio, defossio hominis vivi cum palo acuto, parricidii supplicium, pœna famis & inediæ, trajectio de rupe Tarpeiâ, in vini malvatici dolio extinctio, in tenebris detentio & ad solis ictum expositio, damnatio ad bestias, aquæ & ignis interdictio, excommunicatio, membri mutilatio, stigmatum sive frontis inustio, fustigatio sive virgarum castigatio, in opus publicum, ad triremes & in metallum condemnatio, relegatio, banni & relegationis remissio, confinatio, positio ad postellum, lapidis famosi & compedum impositio, urpheda juratio, infamiæ inustio, â dignitate perpetuâ remotio, arresti impositio, mulctæ & pœnæ pecuniariæ in causis criminalibus, bonorum confiscationes, furcarum erectio, armorum ablatio & restitutio, salvus conductus pro executione justitiæ, appellationis in causis criminalibus receptio, gallinarum juris, dictionalium solutio, infantium expositorum alimonia & educatio, hominis in aquis suffocati extractio, & suspensi solutio & cognitio; injuriæ realis & atrocis pœna, & similia, quæ omnia ad merum Imperium sive jurisdictionem criminalem pertinere dixi *d. tract. de ord. Equestr. jurib. lib. 3. cap. 3.* ubi probavi, quod mixto imperio adnu- 103
merentur bonorum possessio, stipulationes prætoriæ, in bonorum possessionem missio, in integrum restitutio, tutoris datio, judicis specialis dandi licentia, in causis ad mixtum imperium pertinentibus mulcta, & incivilibus & pecuniariis pignoris capio & corporis prehensio, retentio & arrestatio, sequestratio, manus militaris sive executio, foro & advocaturâ interdictio, contumacis in bannum civile declaratio, testes vilioris conditionis ad veritatem dicendam commpellendi & torquendi potestas, non obtemperanti audientiam denegare, remediis prætoriis in jus venire, aut recusantem respondere cogere, calumniantem de possessione dejicere, tabernas erigere, nundinarum nomine pecuniam forensem exigere, choreas concedere, de ponderibus & mensuris cognoscere, sicuti & illi actus, in quibus Imperii magis, quàm jurisdictionis forma elucet, huc referuntur, uti & cognitio excessuum vel delictorum, quæ arbitrariam pœnam concernunt.

Ad

104 Ad ſimplicem autem juriſdictionem referuntur cognitio cauſarum civilium, ac pecuniariarum, ac modicorum exceſſuum, de alimementorum tranſactione, prædiorum minorum alienatione, creditoribus bonorum indulgendâ ſeparatione, & conſilio executivo, ſeu jus probandæ cauſæ manumiſſionis, conſilio adhibito, ut dixi *ind. tract. de ordin. Equeſtr. jurib. lib.3.cap.3.*

105 Quæ tamen juris civilis diviſio hodie uſu non ſervatur, ſed vulgò juriſdictio dividitur in altam ſive ſuperiorem, & baſſam ſive inferiorem, ita ut juriſdictio alta ſive ſuperior, Die Hohe Obrigkeit / Hohe Gericht / Blutban / Peinliche Gericht / tàm merum, quàm mixtum Imperium continere exiſtimetur, & qui hanc juriſdictionis ſpeciem habet, ſimul & merum & mixtum Imperium habere cenſeatur, Beſold. *de juriſdict. Imper. Rom. cap. 21. & part. 5. conſil. 233. num. 34.* Wehner. *pract. obſerv. verb.* Gericht. *in princ.* Reinking. *de regim. ſecul. & Eccleſ. lib. 2 claſſ. 2. cap. 17. numer. 41.* Obrecht. *de jurisdict. cap. 3. numer. 27.* Author. actor. *Lindavienſ. fol. 835. ad fin.* Baſſa ſive inferior juriſdictio, Die Nieder: oder Undergerichtliche / item Erbgerichtliche / Vogteyliche Obrigkeit / complectitur non ſolùm ea, quæ vulgò ad ſimplicem juriſdictionem referuntur, ſed etiam nonnulla ex iis, quæ mixto Imperio adnumerantur, Beſold. *d. cap. 21.* Reinking. *d. cap. 17. num. 4.*

106 XII. De jure patronatus, an hæc ad fideicommiſſarium pertineat, non levis eſt controverſia? Et pro negativâ ſententiâ facere videtur *l. quia perindè 42. §. reſtituta. 1. ff. ad Sctm. Trebell.* ex qua lege jus patronatus Eccleſiaſticum ad fideicommiſſarium non tranſire, ſed apud hæredem permanere, concludunt *ibid.* Bart. Caſtr. Alex. *num. 3. & 4.* Imol. *in l. ſi patroni. in princ. verſ. ultimò fallit. ff. ad Sct. Trebell.* Jaſon. *in l. venia num. 2. C. de in jus voc.* Rochus *de jure patronat. verb. ipſe, vel is num. 21.* Citadin. *de jur. patron. qart. 9. n. 33.* Cæſar Lambert. *de jure patron. lib. 1. part. 1. artic. 2. numer. 2.* Covarruvius *2. var. reſol. cap. 18. num. 8.* Padilla *in rubr. C. de fideicommiſſ. numer. 25.* Graſs. *§. fideicommiſſum. quæſt. 52.* Peregrinus *de fideicommiſſ. artic. 6. numer 37.* Intrigliol. *de ſubſtit. cent. 2. quæſt. 94. numer. 21. & cent. 3. quæſt. 74. numer. 54.* Fuſar. *de ſubſt. fideicommiſſ. quæſt. 134. numer. 2. & 3.* eandemque communem opinionem dicit Alex. *in d. l. ſi patron. numer. 16. ff. ad Sct. Trebell.* Dec. *in l. precibus. numer. 22. & ibi* Curt. jun. *num. 72. C. de impub. & aliis ſubſt.* cujus hæc aſſignatur ratio, quod licet patronatus jus Eccleſiaſticum ad hæredes etiam extraneos tranſeat, non tamen jure hæreditario capiatur, nec ad hæredes jure hæreditario deferatur

Paul.

Paul. Castr. *in d. l. quia perinde 42. §. restituta. ff. ad Sct. Trebell. & ibid.* Alex. *num. 3.* Roch. de Curt. *de jur. patron. verb ipse vel is. quæst. 9. num. 21. seq.* Cæs. Lambert. *de jur. patron. part. 2. lib. 1. quæst. 3. art. 35. num. 1. seq.* ea autem, quæ jure hæreditario non capiuntur, in fideicommissarium universæ etiam hæreditatis non transeunt, *l. à filia. in princ. l. debitor. § fin. l. Lucius. §. maritus. l. si patroni. & ibi* Bart. *n. 3. & 4. ff. ad Sct. Trebell.*

Verum his non attentis jus quoque patronatus, sive præsentandi Ecclesiasticum ad fideicommissarium transire, docent Ludov. Roman. *in l. si patroni. in princ. ff. ad Sct. Trebell.* Molina. *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 24. num. 7. seq. & per tot.*

Ex præcedentibus enim constat, fideicommissi possessorem rerum fi- 107
deicommissariarum esse dominum, & ad ipsum fructus earundem pertinere, jus autem præsentandi & eligendi fructum esse juris patronatus, censent gloss. *in c. cum Bertoldus. in fin. X. de re judicat. & in c. cum olim. X. de major. & obed. & ibi* Felin. *num 2.* Molin. *in consuet.* Paris. *tit. 1. §. 1. gloss. 1. num. 3.* Cæsar. Lambert. *de jur. patron. lib. 1. part. 2. quæst. 10. art. 3. num. 2.* Ex quo etiam competit marito 108
constante matrimonio, cui universitas bonorum, quibus jus patronatus annexum, in dotem data fuit, Roch. de Curt. *de jur. patron. verb. ipse vel is. num. 60. & seq.* Molin. *d. §. 1. gloss. 1. num. 3.* Cæsar. Lambert. *d. quæst. 10. art. 2. per tot.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 24. num. 3. & num. 32.* uti & omnium bonorum usufructuario, Cæsar. Lambert. *d. quæst. 10. art. 3 num. 8.* Molinæ *d. §. 1. gloss. 1. num.* 109
3. Roch. de Curt. *de jur. patron. verb. ipse vel is. num. 64.* Et jus patronatus ad quem- 110
cunque hæredem etiam extraneum transire, scribunt gloss. *in l. si operarum judicio. in verb. dandam. ff. de oper. libert.* Jason. *in l. venia. num. 2. & ibi* Dec. *num. 2.* Cæsar. Lambert. *de jur. patron. part. 2. lib. 1. quæst. 2. art. 1 num. 15. & 23* Covarruv. *2. var. resol. cap. 18. num 6* Molina. *d. cap. 24. num. 7.* Et potest quoque jus patronatus titulo universali inter vivos alienari, *c. ex literis. X. de jur. patron. l. quædam. ff. de adquir. rer. dom. l. in modicis. ff. de contrah. empt.* Molin *d. cap. 24. num. 8.* Atque ita eti- 111
am universis bonis confiscatis, jus patronatus in fiscum transire, docent gloss. *in c. filiis vel nepotibus. caus. 16. quæst. 7.* Roch. de Curt. *de jur. patron. d. verb. ipse vel is. quæst. 29. num. 69.* Dec. *in c. quanto. num. 6. & ibid.* Abbas *n. 9. X. de judic.* Molin. *d. cap. 24. num. 26.*

Imo jus patronatus Ecclesiasticum etiam titulo singulari fideicommitti, 112
legari, cedi, transferri & donari potest Ecclesiæ vel loco pio absque Episcopi consensu, atque etiam laico si Episcopi consensus interveniat, *c. quod*

autem. c. illud. X. de jur. patron. Roch. de Curt. d. verb. ipse vel is. quæst. 7. num. 10. Cæsar. Lambert. de jur. patronat. lib. 1. part. 2. quæst. 1. art. 2 seq.

Quibus non adversatur d. l. quia perinde. 42. §. restituta. 1. ff. ad SC. Trebell. siquidem loquitur de jure sepulchrorum, quod ad jus patronatus Ecclesiasticum non est extendendum, cum diversa sit ratio juris sepulchrorum, Molina d. cap. 24. n. 11. & seq. Et quamvis etiam jus patronatus jure hæreditario non transferatur vel capiatur, & ut supra num. 106. dictum hoc jure ad fideicommissarium non transeat, transit tamen ex sui naturâ, ad quemcunque, in quem universa hæreditas, vel locus iste sepulturæ devolvitur, non tanquam hæreditarium quid, sed tanquam res, quæ hæreditatis universæ, vel loci istius necessariò successorem sequitur, per c. ex literis. c. cum seculum. X. de ur. patronat. & ibi Dd. comm. Molina d. cap. 24. num. 18. vers. quibus obstat.

Quod autem jus sepulchrorum attinet, aliter se res habet, & hoc non transire ad fideicommissarium, expressè definitum est in d. l. quia perind. 42. §. restituta. 11. ff. ad SC. Trebell. cum ad neminem alium, quàm qui hæres est, pertinere possit, l. jus familiarum. 8. l. jus sepulchri. 13. C. de religios. & sumpt. fun. l. familiaria. 5. l. vel quod. 6. ff. eod. Molina d. cap. 24. num. 12. & 21. Ex quo etiam jus sepulchrorum non transit in emptorem universæ hæreditatis, gloss. in l. si quasi hæres. verb. quanti. ff. de hæred. vel. act. vend. & ibi Alberic. Molina d. cap. 24. num. 17. nec transit cum universitate venditâ vel donatâ, nisi sit accessorium ad ipsam rem venditam vel donatam, & non remaneat aditus ad sepulchrum, nisi per ipsum fundum venditum, gloss. in l. quædam. ff. de adquir. rer. dom. Molina d. cap. 24. num. 18. nec transit in fiscum etiam universâ hæreditate confiscatâ, l. si quis fuerit. ff. de religios. Molin. d. l. num. 15. nec permutari l. si quis sepulchrum. §. senatus consulto. ff. de religios. & sumpt. fun. Molin. ibid. num. 14. nec uni tantùm hæredi ex divisione in solidum assignari potest, l. si sepulchrum. C. de religios. & sumpt. fun. Molin. d. l. n. 16.

Notandum autem hic est, quod aliud sit ipsum sepulchrum, aliud jus sepulchrorum, aliud jus inferendi mortuum in sepulchrum. Ipsum sepulchrum est locus ubi corpus & ossa hominis condita sunt, l. 2. §. 5. ff. de religios. & sumpt. fun. seu locus sepulturæ l. 3. §. 2. ff. de sepulch. viol. & sic quid religiosum in nullius bonis & extra commercium, nec potest ab aliquo adquiri vel possideri, l. quanquam. in princ. ff. de aqua pluv. arc. l. si sepulchrum. C. de relig. & sumpt. fun. Jus sepulchrorum est jus illud, quod quis adquirit in sepulchro, quod in suo loco ædificavit, ut possint ibi ipse, atque hæredes sui, agnati

vel

vel cognati, & cæteri, quos ipse voluerit, sepeliri, omnesque in eodem sepulchro alios sepelire volentes prohibere, *l. familiaria. & seq. ff. de religios. & sumpt. fun. l. jus sepulchri. C. eod.* Jus inferendi mortuum in sepulchrum est 117
illud, quod quis adquisivit à domino fundi, in quo sepulchrum factum fuit, vel ab ejus hærede, ut seipsum vel alios in eo sepelire possit: quod in eo differt à jure sepulchrorum, in quo jus directum ab utili, seu commoditas à jure usufructus.

Deinde sepulchra alia sunt familiaria, quæ quis sibi suæque familiæ con- 118
stituit, *l. familiaria. 5. ff. de religios. & sumpt. fun.* alia hæreditaria, quæ quis sibi hæredibusque suis constituit, *d. l. familiaria. 5. in fin. & l. seq. ff. de religios.*

Familiaria quod attinet, in iis omnes fideicommissi possessores sepeliri 119
poterunt, qui de familiâ ejus sunt, qui ea construxit, etiamsi hæredes non sint, *d. l. familiaria 5. & seq. de religios. & sumpt. fun. l. jus sepulchri. 13. C. eod.* Secus verò 120
est, quoad sepulchra hæreditaria, ita ut hæc ad solos hæredes transeant, *d. l. jus familiarum. 13. & d. l. jus sepulchri 13. C. de relig. & sumpt.* & si hæres fuerit successor, transeant tantùm ad illum, non autem ad sequentes successores, *d. l. quia perinde. 42. §. restituta. 1. ff. ad SCt. Trebell.* nisi fideicommissi institutor id nominatim disposuerit, tunc enim jura quidem sepulchrorum ad ipsum non transeunt, sed solum jus inferendi mortuum in sepulchrum, quod legari & fideicommitti potest, *l. monumenta. C. de leg.* sicuti de majoratus possessore tradit Molin. *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 24. num. 41.*

XIII Fideicommissarius in re fideicommisso subjecta omnia facere po- 121
test, quæ diligentem patremfamilias decent, *arg. l. ea igitur. 14. ff. de pignor. act. l. Titius. 54. ff. ad SCt. Trebell. l. tutoribus. 33. ff. admin. tut.* & sic rem in meliorem conditionem commutare, *arg. l. solvendo. 39. ff. de negoc. gest. l. si cujus 13. §. fructuarius. 4. ff. de usufruct.*

Anne autem fideicommissarius nemus, seu sylvam fideicommissariam 122
extirpare & in pratum seu vineam, olivetum, hortum, vel simile quid convertere, vel aliter rem ipsam, in aliam formam redigere possit, dubitatur? Et si ex istâ mutatione res deterior fiat, id nullo pacto licere, non est, quod dubitetur, cum meliorem quidem fideicommissi conditionem, non autem deteriorem facere liceat, *d. l. si cujus. 13. §. fructuarius. 4. ff. de usufruct.* Si verò melior vel utilior reddatur res fideicommissaria, respectu vasalli & emphyteutæ distingui solet, an res mutata ad primævam suam formam facilè reduci possit, vel non, ut priori casu licita sit mutatio, posteriori verò non item, Bald. *in l. 1. n. 11. C. de jur. emphyt. & ibi* Jas. *n. 99.* Cœpoll. *de servit. rust. præd. tit. de*

montib.num.10. Pinel.*in l.1. C. de bon. matern. part. 2. num. 52.* Quod etiam in fideicommissi possessore dicendum videtur, quamvis enim ipse dominus sit, cum tamen dominium hoc temporale, & in alium post morte transitorium, ejus facultas non adeò est amplianda, ut antiquam formam mutare, & diversam inducere possit, cum successores fortè rem potius in primævâ sua formâ, quàm nova esse voluerint, & sic fideicommissi possessor successoribus suo facto præjudicare non poterit, per *l. peto. 69. §. fratre. 3 ff. de legat. 2. & simil.*

123 XIV. Potest fideicommissi possessor rei fideicommissariæ servitutem non tantùm adquirere *per l. is cui 11. in fin. ff. quemadmod. servit. amittant.* ubi servi-
124 tutes ab hærede adquisitæ ad legatarium transeunt, sed etiam imponere, per *d. l. in cui. 11. §. hæres 1. ff. quemadmod. servitut. amittant.* ubi testator legavit fundum sub conditione eique hæres pendente conditione servitutem imposuit, cujusmodi servitus medio tempore valida dicitur, licet conditione existente ipso jure extinguatur, exemplo vasalli, qui prædio quoque feudali servitutem realem adquirere potest, *2. Feud. 8. §. rei autem.* & aliàs quoque constat, quod iis rebus, quæ certo modo nostræ sunt, servitutes imponere possimus, *l. si fundum. 105. ff. de condit. & demonstr. l. plerumque. 205.*
125 *ff. de R. I.* Hinc etiam vasallus prædio feudali servitutem imponere potest, *per 2. Feud. 8. §. rei autem.* Alex. *cons. 18. num. 5. lib. 5.* Paris. *cons. 98 num. 4. lib. 2.*
126 Curt. *de feud. part. 4. quæst. 14. seq.* Clar. *§. feudum. quæst. 73.* Uti & emphyteuta in prædio emphyteutico, Bald. *in l. 3. num. 3. & ibi* Castrens. *n. 2.* Salicet. *num. 1. C. de servit. & aqu.* gloss. *in l. 3. C. de servitut. & ibi* Bald. *in princ.* Pinel. *in l. 1. C. de bon. matern. part 3. num. 70.* Clarus *§. emphyteusis. quæst. 21.*
127 & possessor majoratus in re majoratui subjecta, Padilla *in l. 3. numer. 13. C. de servitut.* Pinel. *d. part. 3. num. 71. ad fin.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 20. num. 4.*

128 Quæ tamen ita procedunt, ut resoluto & extincto jure dantis, sive constituentis, ipsa quoque servitus finiatur & extinguatur, *d. l. si fundum. 105. ff. de condit. & demonstr. d. l. is cui 11. §. ff. quemad. serv. amitt.* & sic si fideicommissi possessor servitutem imponens moriatur, ipsa quoque servitus extin-
129 guatur, & fideicommissi possessor eandem pati non teneatur, cum generalis sit regula, quod extincto jure dantis sive concedentis, ipsum quoque jus acceptoris, sive ipsa quoque concessio extinguatur & evanescat. *l. lex vectigali 31. ff. de pignor. act. l. peto. 69. §. 1. ff. de legat. 2. l. grege. §. cum pignori ff. de pignor. l. necessario. §. fin. ff. de peric. & commod. rei vend. §. 3. I. de usu & habit.* Bart. *cons. 32. num. 2. vol. 1.* Geil. *1. obs. 117. n. 3.*

Nec

Nec obstat *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* ubi alienationis prohibitione 130
servitutis quoque impositio prohibita asseritur. Resp. Nam hoc de servitute perpetua intelligendum est, ita ut hæc quoque sit quodammodo alienatio; Secus verò est, quoad temporalis seu ad dies vitæ servitutis concessionem, quæ non tam jus servitutis, quam temporalis quædam utendi permissio, sive personalis obligatio est, & possessorem ad vitam tantum adstringit, & à jure servitutis diversa est, nec ipsam rem, sed solam personam concedentis sequitur, *per. l. fin. §. Lucius. & ibi* Bart. & Salicet. *ff. de contrah. empt. l. pater filiæ. ff. de servit. legat.* Jason. *in l. 2. §. item si in facto. n. 7. ff. de V O.*

CAPUT. XI.

De Alienationis prohibitionis, & aliis, quæ fideicommissario in re fideicommissa subjecta non sunt licita.

Summaria.

1. *Bona fideicommisso subjecta non possunt alienari.*
2. *Quæ restitutioni subjecta sunt, nec inter vivos, nec ultima voluntate alienari possunt.*
3. *Ne quidem ad pias causas.*
4. *De rebus alienis testari non licet.*
5. *Alienationis prohibitio in fideicommissorum constitutione quandoque nominatim adjici solet.*
6. *Ipsis tacitè & sua natura inest.*
7. *Pacta, statuta, leges & alia dispositiones secundum causam finalem interpretanda sunt.*
8. *Bona fideicommisso subjecta propriâ naturâ alienari nequeunt.*
9. *Fideicommissi institutor omnia ea expressisse intelligitur, quæ ejus sunt propria & naturalia.*

10. Quilibus actus censetur secundum suam naturam factus, etiamsi de ea nihil dictum.
11. Si cum tacitâ & legali prohibitione expresse concurrat, fortior est prohibitio, & adeò valida, ut res non possit alienari etiam in casu alias permisso.
12. Duo vincula fortius ligant.
13. Si fidcicommissi possessor sciens rem fideicommissariam alienaverit, dolo id fecisse præsumitur.
14. Ita, ut si per ultimam voluntatem, vel à lege prohibitio facta, alienatio ipso iure sit nulla, & dominium non transferatur.
15. Si verò per modum contractus, vel pacti, dominii quidem translatio non impediatur, actionem tamen ad interesse, vel pœnam pariat.
16. Pactum rem non afficit, sed tantum personam.
17. Per pactum alienatio in perpetuum prohiberi nequit.
18. Libertas semel data non facilè revocatur, & sic difficulter datur.
19. Explicatur l. creditor. § fin ff. de distract. pign.
20. Si pacto de non alienando iuramentum intervenerit, an per alienationem dominium transferatur.
21. Iuramentum quod non vergit in æternæ salutis dispendium, servandum est.
22. Iuramentum non suppletur per æquipollens.
23. Iuramentum præcisam necessitatem imponit.
24. Iuramentum regulatur secundum naturam actus super quo interponitur.
25. Rem, quam quis purè non possidet, ad alium transferre, & alienam spem fallere non licet.
26. Pacta Nobilium & Illustrium personarum, de non alienandis bonis extra familiam valida esse, nec alienando dominium transferri, demonstratur.

27. In

27. In omnibus casibus, in quibus ex pacto vel contractu dominium transit ab uno in alium, pactum de non alienando dominii translationem impedit.
28. Quando pacto de non alienando clausula inserta, quod liceat propria authoritate rem alienatam capere, propria authoritate rem vindicare licet.
29. Inducitur l. fin. C. de reb. alien. non alien.
30. Alienatione prohibita, prohibitus censetur omnis actus, quo res à nobis in alium transire potest.
31. Alienatio est omnis actus, per quem dominium transfertur.
32. Prohibitus alienare, prohibitus quoque intelligitur omnes actus vel contractus facere, per quos ad dominii translationem devenitur.
33. Nec id facere potest, per quod occasio alienandi datur, vel alienatio sequi potest.
34. Alienatum non dicitur, quod in dominio alienantis permanet.
35. Prohibita alienatione, qualibet ejus species prohibita censetur.
36. Et promissio de alienando prohibita censetur.
37. Aliud est promissio de alienando, aliud ipsa alienatio.
38. Res & bona fideicommissaria non possunt I. vendi.
39. Quid si fiat compacto de redimendo?
40. Non dicitur alienatum, quod potest recuperari.
41. Res cum pacto redimendi alienata, & recuperata, primam causam & naturam obtinet.
42. Bona avita alienata & recuperata, avita permanent.
43. Res fideicommissaria II. non potest donari.
44. Donatio est species alienationis.
45. Per traditionem rei donatæ dominium in donatarium transfertur, & prohibitus alienare, prohibetur quoque donare.
46. Feudum donari nequit.
47. III. Fideicommissum in solutum dari nequit.
48. Donatio in solutum est alienatio.

49. Em-

49. Emptioni æquiparatur, & est venditio.
50. In datione in solutum jus retractus locum obtinet.
51. Feudum in solutum dari nequit.
52. IV. Res fideicommissaria non potest hypothecari vel oppignorari.
53. Alienationis prohibitione venit quoque hypotheca.
54. Pignoris & hypothecæ constitutio est species alienationis.
55. Per generalem & universalem obligationem omnium bonorum non veniunt bona fideicommissariæ restitutioni obnoxia.
56. Per pignoris obligationem pervenitur ad alienationem.
57. Alienatione prohibita, ejus quoque præambulum prohibitum censetur.
58. Prohibito fine, prohibita quoq; sunt media ad finem deducentia.
59. V. Fideicommissum fidejussione non potest obligari, & alienationis verbo etiam fidejussio continetur.
60. Fidejussio est vice solutionis.
61. Pro aliis fidem dicere & obligare, est dilapidare.
62. Fideicommissorum institutores quandoque fidejussionem nominatim prohibere solent.
63. Fidejusstiones statutis prohiberi solent, sicuti in Archiepiscopatu Bremensi.
64. VI. Res fideicommissaria non potest permutari.
65. Permutatio est species alienationis.
66. Alienatione prohibita, permutatio quoque interdicta.
67. Venditionis appellatione permutatio continetur.
68. Affectionem, quam testator erga bona habuit, fideicommissi possessor adimere nequit.
69. Si fideicommissi conditio melior reddatur, & agnati consentiant, permutatio permissa censetur.
70. Bona dotalia & Ecclesiæ alienari possunt, si mulieri vel Ecclesiæ id utile sit.
71. Quod est verisimile testatorem voluisse, pro permisso & expresso habetur.

27. In-

72. *Inducta ad augmentum non debent operari diminutionem.*
73. *Fideicommissi institutor non censetur repugnare voluisse alienationi, per quam fideicommissum augetur.*
74. *Secus est, si permutatio expressè prohibita, vel aliter de mente testatoris appareat.*
75. *Inter ipsos quoque fideicommissarios, vel alienari prohibitos, permutatio interdicta non censetur.*
76. *Bona ex permutatione adquisita fiunt fideicommissaria.*
77. *Surrogatum sapit naturam surrogati, ejusque privilegiis utitur.*
78. *VII. Bona fideicommissaria non possunt in dotem dari, & in dotem datio est alienatio.*
79. *Exemplo vasalli.*
80. *VIII. Non possunt alienari per constitutum.*
81. *Per constitutum dominium in accipientem transfertur.*
82. *Feudum per constitutum alienari nequit.*
83. *IX. Idem est, quoad alienationem, quæ fit per libellum, cum & hæc alienatio sit.*
84. *Et in feudis locum non obtineat.*
85. *X. Fideicommissum extraneis non potest cedi.*
86. *Prohibitus alienare, cedere quoque prohibetur.*
87. *Cessio est jurium quædam venditio.*
88. *Cedi potest fideicommissum uni alicui successori.*
89. *Ius primogenituræ secundogenito cedi potest.*
90. *IX. Fideicommissarius de bonis fideicommissi transigere potest.*
91. *Qui alienare prohibetur, transigere quoque prohibitus censetur.*
92. *Transactio est species alienationis.*
93. *Majoratus possessor transigere non potest.*
94. *Nec vasallus de feudo.*
95. *Nisi in suum proprium præjudicium.*
96. *Declaratur l. ante restitutam. 104. ff. de solut.*
97. *Uti & l. 1. C. de pact.*

98. Licita censetur transactio super re fideicommissi dubiâ, si bonâ fide fiat.

99. Compromissum & transactio de re dubia tantum fiunt.

100. De fideicommissi bonis transigere licet, 1. si Principis authoritas interveniat.

101. Quando Iudex id præcipit.

102. Quatenus quis ad transigendum cogi possit.

103. 3. Licita est transactio, si non diminuendi, sed decidendi tantum causa fiat, & ut fideicommissarius rem retineat.

104. Quod etiam in majoratibus & feudis obtinet.

105. Si quid autem pecuniæ hoc nomine fideicommissi possessor expendere tenetur, id hæredes ipsius à successore repetere non possunt, sed ex fructibus impendendum venit.

106. 4. Valida est transactio, si reliqui agnati consentiant.

107. Ipsi fideicommissarii inter sese de fideicommisso transigere possunt.

108. XII. Compromissum de bonis fideicommissi non valet, cum transactioni æquiparetur.

109. Compromissum est species alienationis.

110. Prohibitus alienare, compromittere prohibitus censetur.

111. Nemo ad compromittendum cogi potest.

112. Majoratus possessor non potest compromittere.

113. Nec vasallus de feudo.

114. Quod de fideicommisso compromittere liceat in præjudicium fideicommissariorum, nonnulli statuunt.

115. Respondetur ad l. cum hæreditas 36. ff. ad Sct. Trebell.

116. Nec non ad c. Raynaldus X. de testamento.

117. XIII. In fideicommisso alii ususfructus constitui nequit.

118. Vsusfructus constitutio est species alienationis.

119. Alienatione prohibita, ususfructus constitutio prohibita censetur.

120. In rebus Ecclesiæ ususfructus constitui nequit.

121. Nec

121. *Nec in rebus feudalibus, ne quidem ad dies vitæ.*
122. *Alia est ratio impositionis servitutis, alia ususfructus.*
123. *Quare aliis in bonis fideicommissariis jus reale ad vitam possessoris constitui nequeat.*
124. *Facultas & commoditas percipiendi fructus aliis concedi potest.*
125. *Prohibitus rem alienare, fructus pro tempore vitæ suæ vendere & alienare potest.*
126. *Uti & locare, exemplo vasalli.*
127. *XIV. In bonis fideicommissariis non potest constitui census, sive annuus reditus,* **Gültkauff.**
128. *Census impositio est species alienationis.*
129. *In contractu censuali transfertur omne dominium.*
130. *Et fundus ex quo annuus reditus solvendus, pro reditu isto tacitè hypothecatus censetur.*
131. *XV. In bonis fideicom. subjectis non potest institui primogenitura.*
132. *Sicuti nec à vasallo in feudo.*
133. *Nisi omnes de familia consentiant.*
134. *XVI. Bona fideicommissaria in feudum concedi nequeunt, quia prohibitus alienare prohibitus quoque in feudum dare.*
135. *Nisi res fideicommissaria solita fuerit in feudum dari.*
136. *XVII. Idem est, quoad emphyteuseos constitutionem, quia hæc est alienatio.*
137. *Feudum non potest dari in emphyteusin.*
138. *XVIII. Bona fideicommissaria in perpetuum locari non possunt.*
139. *Ne quidem ad longum tempus est alienatio.*
140. *Locatio ad longum tempus est alienatio.*
141. *Prohibitus alienare, non potest ad longum tempus locare.*
142. *Exemplo majoratus, rerum Ecclesiæ, pupillorum, feudalium.*
143. *Res fideicommissariæ ad breve tempus locari possunt.*
144. *Quamdiu durat jus concedentis.*
145. *Locatio ad longum vel breve tempus quænam dicatur?*
146. *Locatio ad modicum tempus potentiori facta dicitur alienatio.*

147. XIX. Bona fideicommisso affecta alteri precario concedi nequeunt, exemplo feudi.
148. XX. Fideicommissi possessor non potest antiquas leges & conditiones fideicommissi mutare, aliasque novas adjicere.
149. Sicuti nec Princeps ex plenitudine potestatis.
150. Secus tamen est, 1. si fideicommissi possessio ad ultimum agnatum pervenerit, is enim novas leges adponere potest.
151. 2. Si reliqui agnati in novas conditiones consentiant.
152. Si fideicommissi possessor ex propriis bonis aliquid fideicommisso adjecerit.
153. Modo novæ conditiones antiquis non sint contrariæ.
154. XXI. Si alienationis prohibitio facta fuerit extra familiam, an fideicommissum inducatur, non tantum in casum alienationis inter vivos, sed etiam in casum mortis, an verò tantum alienatio inter vivos prohibita, & alienatio per mortem seu testamentum permissa censeatur?
155. Alienationis prohibitione non videtur contineri hæredis institutio, secus num. 177.
156. Testandi facultas de jure gentium omnibus permissa.
157. Ius gentium non est subjectum Principatui.
158. Testandi facultas debet esse libera, nec restringenda est.
159. Inducitur l. cum pater 38. §. cum inter 28. ff. de legat. 1.
160. Uti & l pater filium 38. §. Julius Agrippa 4. & l. Lucius Titius 39. pr. ff. de legat. 3.
161. Nec non l. pater 38. §. fundum. 3. ff. de legat. 3.
162. Institutio hæredis alias ab intestato successuri, necessaria, & à lege facta, & sic prohibita non censetur.
163. Alienationis prohibitionem non comprehendere successionem ab intestato, vulgò traditur, & quatenus non procedat, num. 196.
164. Prohibitus alienare simpliciter absque familiæ conservandæ respectu, non videtur prohibitus hæredem instituere.

165.

165. Quando bona extra familiam alienari sunt prohibita, fideicommissum in alienationis tantum casum constitutum esse, plures docent.

166. Maximè si is instituatur hæres, qui ab intestato ipsi prohibito est successurus.

167. Et hoc casu propriam filiam vel sororem à gravato institui posse, nonnulli docent, contrarium n. 198.

168. Bona fideicommisso familiæ subjecta, ne quidem per ultimam voluntatem, vel testamentum alienari posse demonstratur.

169. Extraneorum loco in fideicommissis familiarum omnes illi veniunt qui non sunt de agnatione & familiâ testatoris.

170. Nec refert an possessori ab intestato sit successurus.

171. Minus autem valet hæredis institutio, quando alienationis prohibitio, respectu certarum & singularum personarum facta.

172. Quamdiu causa testati locum habet, intestati causa cessat.

173. Per hæredis institutionem ad dominii translationem pervenitur in extraneum.

174. Ubi jure sanguinis succeditur, & ex certâ lege, testamentaria dispositio locum non invenit.

175. Bona restitutioni subjecta nullo modo, neque per vivos, neque per ultimam voluntatem alienari possunt.

176. Nemo plus juris in alium transferre potest, quàm ipse habuit.

177. Alienationis prohibitione venit etiam hæredis institutio, & quæ fit per ultimam voluntatem.

178. Prohibitâ alienatione, prohibita quoque censetur hæredis institutio, & vice versa.

179. Legatum & fideicommissum sunt actus alienationum.

180. Causa alienationem prohibens inspicienda est.

181. Quando alienatio extra familiam prohibita, fœmina aliâs ab inte-

intestato succedens, institui nequit.

182. Per prohibitionem alienationis extra familiam, hæredis quoque institutionem prohibitam esse, plurimi asserunt, maximè si ratio adjecta, quod bona perpetuò ad masculos de familiâ devenire, & in eâ conservari debeant.

183. Idem est, si prohibitio facta sit extra certum genus personarum, seu extra familiam, vel in favorem familiæ.

184. Uti & si alienationis prohibitio sit realis.

185. Ita ut nec legitimi hæredis institutio valeat.

186. Exemplo majoratus & primogenituræ.

187. In feudis hæredis institutio & testamentaria dispositio planè interdicta est.

188. Testator fideicommissum familiæ perpetuum instituens, & testandi facultatem concedens, de agnatorum tantùm institutione, non verò extraneorum, sensisse intelligitur.

189. Respondetur ad contraria.

190. Ius naturale & gentium non quidem tolli, minui tamen & temperari potest.

191. Testator bonis suis legem, quam vult, apponere potest.

192. Testandi facultas restringi potest.

193. Explicatur l. cum pater 77. §. cum inter 28. ff. de legat. 1.

194. Non alienandi præceptum nudum, hæredis institutionem non impedit.

195. Sicuti nec temporalis prohibitio.

196. Hæredis institutio voluntaria est alienatio.

197. Doctorum authoritates rationibus destitutæ non sunt attendendæ.

198. Distinguitur inter alienationis prohibitionem simplicem, & quæ fit respectu familiæ conservandæ.

199. In fideicommissis familiarum ne quidem proximè succedens institui potest, utpotè quæ supervacua foret.

200. Et hæc fideicommissi refutatio potius, quàm institutio.

201.

201. *Majoratus possessor sequentem successorem instituere nequit.*
202. *Qui uni ex familiâ reliquit, familiæ quoque reliquisse censetur.*
203. *XXII. Bona fideicommissi familiæ, nec cultui divino dedicari possunt.*
204. *De re alienâ non potest fieri eleemosyna salutifera.*
205. *XXIII. Bona hæc per ingressum in Monasterium alienari nequeunt, & prohibitus alienare, in Monasterium bona transferre non potest.*
206. *XXIV. Nec ob militiæ causam bona hæc alienari possunt; vel ut filio dignitas ematur.*
207. *XXV. Sicuti nec ex causâ renunciationis.*
208. *XXVI. Nec tunc alienatio valet, si prohibitus alienare aliis de familiâ denunciet, se rem fideicommissariam venditurum, & hi emere recusent.*
209. *Agnati jus suum à primo institutore obtinent, idque à possessore ipsis tolli nequit.*
210. *Iniquum foret eum, qui propter inopiam emere non valet, jure suo privari.*
211. *Idem in feudis obtinet.*
212. *Respondetur ad l. qui Romæ: 122. §. cohæredes 3. ff. de V. O.*
213. *Secus est in emphyteusi.*
214. *Si testator prohibeat bona alienare extra familiam, sine consensu agnatorum, vendendi potestatem concessisse intelligitur, si agnati requisiti emere nolint.*
215. *XXVII. Princeps non potest concedere facultatem alienandi bona fideicommisso subjecta.*
216. *Bona fideicommissi alienari possunt, I. ex causâ æris alieni ab institutore conflati.*
217. *Invalida est prohibitio, ne bona alienentur, ut creditoribus satisfiat.*
218. *Idem est, quoad debita funeralia institutoris.*

219. Actiones activè & passivè transeunt in eum, in quem omnia bona transeunt.

220. Aes alienum non cadit sub fideicommisso.

221. Si fideicommissum incertâ aliquâ hæreditatis parte, vel quotâ constitutum, fideicommissarius, pro ratâ portionis istius, ad debita solvenda tenetur.

222. Quando alia bona libera, pro ære alieno testatoris solvendo, adsunt, res particulares alienari prohibitæ, non poterunt alienari.

223. Actio personalis singularem possessorem non sequitur.

224. Secus est, quoad actionem realem.

225. Qui dicit æs alienum à testatore contractum esse, id probare tenetur.

226. Quando fideicommissi institutor legata relinquit, & alia bona libera non adsint, ea de fideicommissi bonis solvenda veniunt.

227. Fideicommissi possessor, si institutoris æs alienum de propriis suis bonis solvat, bona fideicommissaria hoc nomine obligata habet, eaque vicissim obligare potest.

228. Quod fideicommissarius pro debito institutoris solvit, id ex bonis fideicommissi deducere potest.

229. Et si fideicommissi bona hoc nomine alienata, fideicommissi successor, pretio oblato, ea revocare nequit.

230. Aes alienum à fideicommissi possessore contractum, successor solvere non tenetur.

231. Nisi 1. pro necessariâ ejusdem sustentatione contractum sit, exemplo Prælati & successoris in majoratu.

232. Idem est, 2. quoad funeris impensas pro ultimo possessore factas.

233. Vel 3. si debita illa sint parva,

234. II. Fideicommissi bona alienari possunt ex causâ dotis.

235. Ex causâ dotis alienatio necessaria est.

236. Parentum officium est dotare filias.

237. *Onus dotandi filias, neptes & omnes in infinitum descendentes ad testatorem fideicommittentem, si viveret pertinet.*
238. *Dos habetur loco æris alieni ab institutore, qui dotare tenetur, conflati, & loco legitimæ.*
239. *Sub fideicommisso generali dotis causa non continetur.*
240. *Pro dotis constitutione alienari potest emphyteusis, bona feudalia & majoratus.*
241. *Idque in subsidium tantùm, si alia bona libera non adsint.*
242. *Etiamsi testator dixerit, quod fœminæ dotari debeant ex fideicommisso, nihilominus enim ea alienari pro dote possunt tantùm in subsidium.*
243. *Alienari quoque possunt, pro donatione propter nuptias.*
244. *Donatio propter nuptias doti æquiparatur.*
245. *Idem est, quoad dotis restitutionem.*
246. *Rationes, quæ in dotis constitutione, eæ quoque in ejus restitutione militant.*
247. *Melior conditio est ejus, qui de damno vitando, quàm qui de lucro captando sollicitus est.*
248. *Præsumptio est, testatorem velle hæredem suum facere id, quod ipse, si vixisset, facturus fuisset.*
249. *Pater compelli potest pro restitutione dotis filii bona sua obligare.*
250. *Pro restitutione dotis fideicommissi bona alienari non posse, nonnulli sentiunt.*
251. *Nec refert an fideicommissi gravamen dotis constitutionem præcedat, nec ne.*
252. *Idem est, si tempore dotis datæ bona alia libera adsint, quæ postea restitutionis tempore consumpta.*
253. *Etiamsi testator expressè prohibeat bona dotis causâ alienare.*
254. *Vel quando maritus fidejussores pro dote restituendâ dedit.*
255. *Secus est in dote confessatâ.*

256. Nihil autem refert, an alienationis prohibitio tacitè vel expreßè facta.
257. Taciti & expreßi eadem est ratio.
258. Fideicommißi bona etiam ex causâ dotis alienari poßunt, quando testator expreßè prohibuit, bona ista ex causâ dotis alienari, licet alii contrarium aßerant, num. 166.
259. Pater cogi potest, ut filiabus dotem constituat.
260. Dos & dotis constitutio jure publico introducta.
261. Ius publicum privatorum pactis tolli nequit.
262. Dos est loco legitimæ.
263. Quæ sunt contra bonos mores, pietatem & honestatem, pro impoßibilibus & nullis habentur.
264. Non valet conditio, ne quis parentibus alimenta præstet.
265. Procedunt hæc, si alia bona libera non adsint.
267. Testatoris voluntas pro lege servandâ, si ipsa juris dispositioni non sit contraria.
268. Privata testatoris dispositio generalem legis dispositionem immutare non potest.
269. Bona fideicommissaria pro dote alienari non posse, si pacto, vel contractu alienationis prohibitio facta, nonnulli sentiunt.
270. Contrarium aßeritur.
271. Validum est argumentum à contractibus ad ultimam voluntatem, & vice versâ, quando eadem subest ratio.
272. Sententia, quæ dotibus favet præferenda.
273. Idem est, si per statutum alienatio fuerit prohibita.
274. Nec refert, an fideicommissum sit universale, vel particulare.
275. Et licet omnia bona fideicommissaria pro dote veniant alienanda.
276. Quod licet nonnulli negent, si filius post mortem patris fideicommissum instituentis uxorem ducat.
277. Contrarium tamen verius esse videtur.

278. Mor.

278. Mortuo patre fideicommittente, filia se ipsam dotare potest de bonis fideicommisso subjectis.

279. Nisi fructus ex bonis istis pro dote sufficiant.

280. Pater filio permisisse præsumitur ea, quæ ipse si viveret, verisimiliter esset facturus.

381. Alienari possunt hæc bona pro dote, etiamsi Ecclesiæ vel alii pio loco restituenda forent, contrarium num. 287.

282. Fortior præsumitur pietas paterna erga liberos, quàm piam causam.

283. Quando duo privilegiati concurrunt, is præfertur, qui de damno vitando tractat.

284. Leges magis favent liberis, quàm piæ causæ.

285. Ecclesia habetur loco liberorum tum, quando liberi non occurrunt.

286. Sicuti testator filium, ita etiam ejus posteritatem prædilexisse dicitur.

288. Procedunt hæc quoque in dote spiritualis matrimonii, ita ut si filia Religionem ingrediatur, pro ejus dote monasterio solvenda fideicommissa hæc alienari possint.

289. Quemadmodum pater tenetur dotem dare pro matrimonio seculari, ita etiam pro spirituali.

290. Si pater relinquat filiæ centum, si nubat, & quinquaginta, si monasterium ingrediatur, non videtur valere.

291. Pro augendâ quoque dote tenui, bona hæc alienari possunt.

292. Augmentum regulatus secundum naturam sui principalis.

293. Secus est, si dos ab initio congrua constituta fuerit, qua commodè nubere possit.

294. Si filia matrimonio collocata, eique nulla dos data, nihilominus ex fideicommissi bonis dotari potest.

295. Pater tenetur filiam & matrimonio collocare, & dotare.

296. Possunt quoque hæc bona fideicommissi alienari, pro constitutione

tutione dotis neptum, & aliarum ab institutore descendentium.

297. Liberorum nomine omnes descendentes in infinitum veniunt.

298. Si pater bona non habeat, avus nepti dotem constituere tenetur.

299. Omnes illi ex fideicommissi bonis dotari possunt, quos ipse testator, si viveret, dotare teneretur.

300. Nec refert an avo vivo, vel mortuo conceptæ vel natæ sint.

301. Secus verò, si pater habeat, unde ipse filias dotare possit.

302. Frater regulariter non tenetur dotare sororem.

303. Secus tamen est, si sit inops soror.

304. Et utrinque conjuncta.

305. Secus quoque est, quoad filias extraneas & transversales, quæ ex fideicommissi bonis non sunt dotandæ.

306. Si à fratre fideicommissum institutum, ejus soror inops ex eo dotanda videtur.

307. Permittitur fideicommissi alienatio etiam pro festivitatibus nuptialibus, quia connexa sunt.

308. Qui potest alienare, etiam sub usuris obligare potest.

309. III. Bona fideicommissaria possunt alienari ex causâ legitimæ, si ea liberis à primo institutore non sit relicta.

310. IV. Pro alimentis liberorum.

311. Ipse quoque gravatus pro alendo se & liberis suis fideicommissi bona alienare potest.

312. Quod etiam procedit in alimentis nurus, & aliorum de familiâ.

313. Dos & alimenta æquiparantur.

314. Alere paternum est officium.

315. Necare videtur, qui alimenta negat.

316. Pro necessitate, ne quis fame pereat, multa permissa.

317. Alimentorum causa summè necessaria est.

318. Expensarum nomine etiam alimenta veniunt.

319. In correctoriis non fit extensio, licet eadem subsit ratio.
320. Hæc non procedunt, quando filius fideicommisso gravatus habuit legitimam, quam malè utendo consumpsit.
321. Fideicommissa alienari possunt ex causa studiorum, non tantum, quando filius studia vivo patre aggressus.
322. Sed etiam si patre mortuo ea inchoavit.
323. Pater compelli potest, erogare filio impensas studiorum.
324. Tutor tenetur erogare pupillis impensas studiorum.
325. Studia literarum sunt media, quibus homo se alere & tueri potest, nam leges in paupertate vivere permittunt.
326. Frater & avus impensas studiorum præstare tenentur.
327. Ex studiis totus illuminatur mundus.
328. Duæ sunt alæ, quibus Nobilitas à contemptu se vindicat, literæ & arma.
329. Literarum studia Nobilibus necessaria esse, remissivè.
330. Alii hoc extendunt ad liberorum naturalium impensas studiorum.
331. Tùm demùm studiorum causa hæc bona alienari possunt, si alia non adsint.
332. VI. Fideicommissi bona pro filio gravato ab hostibus captivo redimendo alienari possunt.
333. Pro redimendis captivis bona Ecclesiæ alienari possunt.
334. Idem est, si ab hostibus Christianis captus sit.
335. Uti & si fideicommisso gravatus pro ære alieno ab ipso institutore conflato sit captus.
336. Si fideicommissarius ex causa æris alieni à se conflati, vel propter suum delictum captus, an & quatenus pro ejus redemptione fideicommissi bona alienari possint, distinguitur n 337. seq.
340. Qui alienare non potest contrahendo, nec delinquendo alienare potest.
341. Delinquens perdit privilegium.
342. Malè meriti egestate laborare debent.

343. Imputandum est ipsi, qui se suo facto in necessitate posuit.

344. Legitimam sibi assignatam consumens, alium non meretur, quod idem est in dote.

345. Ob proprium delictum incarceratus pro sua liberatione quatenus hæc bona alienare possit.

346. VII. Fideicommissi bona alienari possunt pro recuperatione, vel conservatione reliquarum rerum fideicommisso subjectarum.

347. VIII. Alienari possunt pro refectione necessaria rerum fideicommissariarum, si fructus non sufficiant, vel bona libera non adsint.

348. Qui pro reficienda navi, domo vel aliis rebus pecuniam credidit, tacitam hypothecam in istis rebus consequitur.

349. Maritus impensas pro restauratione rerum dotalium factas repetere potest.

350. Idem est in majoratu.

351. IX. Alienari possunt fideicommissi bona pro comparandis rebus ad salutem corporis & valetudinis necessariis, veluti pro medicis, pharmacis.

352. Medicinæ inter alimenta legata continentur.

353. Maritus uxori medicum non adhibens dotis lucro privatur.

354. X. Quando alienatio ad certum tempus prohibita, tempore isto elapso, alienatio permissa est.

355. Prohibitio limitata ultra limites non extenditur.

356. XI. Alienatio certis personis prohibita, reliquis permissa intelligitur.

357. XII. Si sub conditione relictum fideicommissum pendente conditione alienari potest, donec conditio veniat.

358. XIII. Fideicommissi alienatio valida judicatur, quando facta est à possessore ignorante, emptori vel adquirenti ignoranti, ita ut fideicommissarius rem alienatam vindicare nequeat, sed ad pretium tantum agere possit.

359.

359. Utriusque tàm alienantis, quàm adquirentis requiritur ignorantia.
360. Et hæc procedunt non tantum in fideicommisso universali, sed etiam particulari.
361. Et tàm in fideicommisso conditionali, quàm purè, vel ad diem certum relicto.
362. Nec refert an tacitè vel expressè alienatio prohibita.
363. Non verò valet alienatrix ab ignorante ignoranti facta, quando fideicommissum ita relictum, ut in familia remaneat.
364. Idem est, si alienam, vel hæres ipsius non sit solvendo, & fideicommissi successor pretium ab ipso consequi non possit.
365. Uti & si fideicommissarius rem alienatam possideat.
366. Vel lucrativo titulo res sit alienata.
367. Requiritur ignorantia justa & probabilis.
368. Nec refert, an ignorantia ex facto testatoris, an verò hæredis descendat.
369. Ignorantiam quis probare teneatur?
370. Ignorantia probatur, quod non probetur scientia.
371. Filius præsumitur ignorare factum, vel testamentum patris.
372. Secus est in hærede extraneo, qui fideicommissum testamento relictum scire præsumitur.
273. Quando communis vox & fama est rem aliquam fideicommisso subjectam esse, scientia præsumitur.
374. Hæres testamentum ignorare non præsumitur, quando ex colegatum, vel aliud solvit.
375. Vel quando testamenti mentionem fecit, &c.
376. Vel id apud ipsum reperitur.
377. Emptor fideicommissi ignorantiam habere præsumitur.
378. Alieni facti ignorantia præsumitur.
379. XIV. Valida est fideicommissi alienatio, si omnes de familia in eam consentiant.
380. Alienationi consentiens sibi præjudicat.

381. Qui

381. *Qui consentit, ipse alienasse censetur.*
382. *Vasallus agnatis consentientibus extraneo feudum alienans, jus in feudo amittit, uti & ipsi consentientes.*
383. *Nec refert an consensus præcedat, vel sequatur.*
384. *Et an sit tacitus, vel expressus, veluti si præsentes sint, & non contradicant.*
385. *Agnatis non consentientibus jus suum salvum permanet & bona alienata revocare possunt.*
386. *Agnatorum consensus & alienatio, an ipsorum liberis & hæredibus obsit.*
387. *Majorum facta quilibet observare tenetur.*
388. *Hæres tenetur præstare factum defuncti.*
389. *Hæres adeundo hæreditatem dicitur quasi contrahere, & obligatur ad implendum omnia, ad quæ defunctus tenebatur.*
390. *Etiamsi ipsi jus ex propriâ personâ competat.*
391. *Nec hæres hæredis bona fideicommissi alienata revocare posse videtur.*
392. *In feudis quoque hæredes defuncti factum præstare tenentur, nec feudum à patre alienatum revocare possunt.*
393. *Idem est in primogenituræ bonis.*
394. *Patris vel agnatorum alienationem filiis & hæredibus non obstare, verius esse demonstratur.*
395. *Etiamsi post alienationem nati sint.*
396. *Pater filiis in feudo ex pactis & providentiâ præjudicare non potest.*
397. *Ita ut tale feudum nec uni filiorum prælegare possit.*
398. *Etiamsi filii vel agnati post alienatoris mortem concepti vel nati.*
399. *Renunciatio fideicommissi à patre facta filiis, non valet.*
400. *Nemo alieno juri renunciare, nec pactionibus jus alterius lædere potest.*

401.

401. *Primus fideicommissarius non potest repudiare fideicommissum in præjudicium reliquorum.*
402. *Et renunciatio à substituto facta non nocet secundo vocatis.*
403. *Nec filii renunciatio nepoti nocet, si is proprio jure veniat.*
404. *Sicuti nec primogeniti renunciatio successoribus præjudicat.*
405. *Hæres defuncti factum impugnare potest, quando non aliquo hæreditario, sed proprio jure utitur.*
406. *Idem est in filio, qui bona non à patre, sed aliundè, vel à patruo obtinet.*
407. *Hæres non potest venire contra factum defuncti, quoad portionem, qua est hæres, non autem respectu alterius portionis, pro qua hæres non est.*
408. *Hæres potest retrahere rem à defuncto alienatam, quoties aliunde, quàm à defuncto jus competit.*
409. *Quando defuncti factum est contra leges, & invalidum, hæres id ratum habere non tenetur.*
410. *Quando alienatio ipso jure nulla est, non solum hæres, sed etiam ipse alienans contravenire potest.*
411. *Feudi alienationem à patre illicitè factam, filius retractare potest.*
412. *Defunctus alienans de jure tantum suo sensisse intelligitur.*
413. *Idem in vasallo obtinet.*
414. *Nec hæredes vel fideicommissi successores ex facto alienantis tenentur, licet hæredum mentio facta sit.*
415. *Improbatio & revocatio contractuum à parentibus initorum, pietati & reverentiæ paternæ nihil derogat.*
416. *Fideicommissi alienationi consentiens licet rem alienatam revocare nequeat, in pretio tamen sibi non præjudicat.*
417. XV. *Fideicommissi alienatio valida est inter illos qui sunt de familia.*
418. *Quod etiam in feudis obtinet.*
419. *Alienatione prohibita, non censetur illa prohibita esse, quæ fit in filios.*

420. *Dominium patris in filiis censetur continuari.*

421. *Fideicommissaria bona in proximiorem successorem alienari possunt.*

422. *Si plures extent ejusdem gradus, in unum ex illis, vel etiam in alium remotioris gradus alienatio fieri potest.*

423. *Sufficit apud unum remanere fideicommissum.*

424. *Feudum in agnatos remotiores alienari potest.*

425. *Non tamen in remotiorem fieri potest. 1. quando certus succedendi modus præscriptus.*

426. *Vel 2. quando institutor proximiorem vocaverit.*

427. *Nec 3. locum habet in fideicommisso simplici & absoluto, etiam in casum mortis.*

428. *Gravatus non potest ordinem succedendi intervertere & remotiorem eligere.*

429. *Maximè quando pro familiæ conservatione aliquid relictum.*

430. *In feudis remotior eligi non potest.*

431. *Si in remotiorem alienatio facta, valida esse censetur ad vitam alienantis, post mortem verò ipsius à proximiore revocari potest.*

432. *Quod etiam in feudis obtinet.*

433. *Si plures sint proximiores, & in unum vel plures ex illis, non tamen in omnes alienatio facta, reliqui ejusdem gradus, pro ratâ id revocare possunt.*

434. *Idem est, si in remotiorem facta est alienatio, proximioribus quidem consentientibus, mediis verò dissentientibus, hi res alienatas revocare possunt.*

435. *Si is, qui tempore alienationis proximior jure suo non utatur, vel mortatur, alter, qui erat remotior, fit proximior, & revocare potest.*

436. *Feudum respectu agnatorum in remotiores alienari nequit.*

437. Res

437. *Res inter illos, qui sunt de familia, semel alienata, imposterum fit alienabilis.*
438. *Quando testator alienandi licentiam dedit inter sese vel descendentes, in remotiores quoque facta subsistit.*
439. *In fœminas, licet sint de familia, alienatio fieri nequit.*
440. *XVI. Vltimus fideicommissi possessor, aliis agnatis exstinctis, fideicommissum licitè alienat in extraneos.*
441. *XVII. Licita quoque est fideicommissi alienatio, quando utilitas id exigit, & pretium in alias res utiliores vertitur.*
442. *Vbi ex pretio isto alia bona empta surrogantur loco priorum, & fiunt fideicommissaria.*
443. *Et fideicommissi successori restituenda sunt.*
444. *Quod etiam in pecunia, argento, massariis & aliis rebus in fideicommisso repertis & venditis procedit.*
445. *XVIII. Alienari possunt res modici fructus, & parvo tempore inutiles futuræ.*
446. *XIX. Sicuti etiam res steriles, & quæ servando servari nequeunt.*
447. *XX. Si favor & publica utilitas id exigat.*
448. *Favor publicus privatæ utilitati præferendus.*
449. *XXI. Quando ex mente testatoris constat, ipsum casu aliquo alienationem verisimiliter permissurum.*
450. *XXII. Fideicommissi possessor fructus alienare potest.*
451. *Exemplo vasalli.*
452. *XXIII. Prohibitus alienare personaliter se obligare potest.*
453. *XXIV. Necessaria alienatio permissa est.*
454. *In alienationis prohibitione, non comprehenditur alienatio, quæ fit ex dispositione legis, cum si necessaria.*
455. *Necessitas non habet legem.*
456. *Necessitas Canones sibi subjicit.*
457. *Necessitate urgente res sacræ alienari possunt.*
458. *Furtum ex necessitate excusatur.*

459. Ex necessitate alienari possunt bona feudalia, emphyteusis, res dotalis & litigiosa.
460. Si ex sententia Iudicis res auferatur, non dicitur alienata.
461. Necessitas quotuplex.
462 Fatalis necessitas quid, & hæc justa alienandi causa.
463. Naturalis necessitas quid, eaque justa causa alienandi.
464. Culpabilis necessitas non est justa causa.
465. Legalis necessitas probabilis & justa alienandi causa est.
466. Permissa censetur alienatio in præmissis casibus, etiamsi alienationis prohibitio verbis generalibus facta, veluti quomodo libet, quocunque modo, nullo modo, nullo unquam tempore, continuè, &c.
467. In dubio necessitatem alienandi adfuisse non præsumitur.
468. Necessitas illa tantum permissa intelligitur, quæ non fit data opera & animo fideicommissum intervertendi.
469. XXV. Quando fideicommisso gravatus jussus restituere quod superit, liberè alienare potest, usque ad dodrantem, modo bona fide fiat.
470. Intervertendi animo fideicommissi alienatio quando facta.
471. An is, qui rogatus restituere, quod supererit, alienare possit usque ad quartum per viam testamenti.
472. Secus est, quando gravato concessa est licentia alienandi, tùm etiam per ultimam voluntatem alienatio permissa intelligitur.
473. Disponendi facultas, alienationem tàm inter vivos, quam per ultimam voluntatem comprehendit.
474. Quando alienatio facta & pretium nondum solutum, hoc ad fideicommissarium pertinet.
475. Bona alienata, & postea recuperata in fideicommissi restitutionem veniunt.
476. Is, cui alienandi facultas simpliciter concessa, etiam totum fideicommissum alienare potest, maximè quando libera alienandi potestas data.

477. Mo-

477 Modo justa alienandi causa subsit.

478. Tum demum autem in prædictis casibus alienatio permissa est, 1. si alia bona libera non adsint.

479. Alia bona libera non adesse, quis probare teneatur.

480. Quando tempore alienationis libera bona non adfuerint, postea tamen supervenerint, alienatio semel valida, revocari nequit.

481. Si tempore alienationis bona quædam libera, sed non sufficientia extiterint, alienatio in totum non censetur esse nulla, sed quoad quantitatem & valorem bonorum liberorum.

482. Formâ in minimâ parte neglectâ, actus nullus est.

483. In fideicommissi alienatione semper conditio in esse censetur, nisi bona adsint libera & sufficientia.

484. II. Valida quoque tum demum est alienatio, si fructus rerum fideicommissariarum non sufficiant.

485. III. Alienari primum debent res steriles, & quæ servando servari nequeunt.

486. IV. Uti & res mobiles.

487. V. Alienatio fieri debet tantùm pro quantitate debiti & non magis, quàm necessitas requirit.

488. VI. Rerum fideicommisso subjectarum alienatio ita fieri debet, ut reliquis fideicommissi successoribus salvum res istas redimere & retrahere.

489. In bonis avitis jus retractus locum habet.

490. Bona Ordinis Equestris liberi non aliter alienari possunt in extraneos, nisi jure retractus salvo.

491. Bona feudalia licitè alienata agnati retrahere possunt.

492. Bona emphyteutica alienata dominus redimere potest.

493. VII. Consultum est, ut alienatio fiat superioris authoritate & decreto.

404. VIII. Necessarium quoque est, ut alia pacta utilia & cautelæ adjiciantur, ut I. alienatio fiat consilio & consensu agnatorum.

2. ne bona in potentiores alienentur 3. ut pretium instrumento adjiciatur.

495. Si post res fideicommissarias alienatas, alienator alias liberas adquirat, ex his ipsum fideicommissi successori satisfacere teneri, nonnulli tradunt.

496. Res fideicommissi semel licitè alienata, posteà perpetuò alienabilis permanet.

497. Semel legitimè facta valent, licet ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerunt.

498. Res minorem & Ecclesiæ semel licitè alienata, alienabilis permanet.

499. Nec refert an alienationis prohibitio sit personalis vel realis.

500. Quando alienatio illicitè facta, res alienata non fit alienabilis.

501. Facultas alienandi inter sese, non videtur tollere fideicommissum præcedens, ut alienatione secuta, res postea fiat alienabilis.

502. Alienatio inter ipsos fideicommissarios permissa, alienationem in extraneos excludit.

1 Ertius effectus fideicommissorum familiarum Nobilium consistit in alienationis prohibitione, siquidem bona hæc fideicommissis pro familiarum Nobilium conservatione constitutis subjecta, non possunt alienari, sicuti manifestum est & docent per *l. fin. §. sed quia. 2. & seq. auth. res quæ. C. commun. de legat. l. peto. 69. prædium 1 ff. de legat. 2. l. Marcellus §. res quæ ff. ad Sct. Trebell.* Peguer. *decis. 1 6. num. 1.* Gail. *2. observ. 137. num. 1.* Tuschus *lit. F. conc. 283. n. 1. & per tot.* Ernest. Cothman. *1. consil. 8. n. 109. seq* Nicol. Betsius *de pact. famil. illustr. cap. fol. 48.*

Sunt enim hæc bona familiarum fideicommissaria restitutioni subjecta, ad omnes de familiâ transeunt, & in eâ perpetuò sunt conservanda, per tradita *supra cap. 7 num. 1. & alibi passim.*
2 Ea autem quæ restitutioni subjecta sunt, neque inter vivos, neque ultimâ voluntate, vel quocunque aliquo titulo alienari possunt, *d. l. fin. §. sed quia. auth. res quæ. C. commun. de legat. d. l.*

Mar-

Marcellus §. res quæ. ff. ad SCtm. Trebell. l. pen. C. eod. c. Raynutius, & ibi Butr. num. 9 & 7. X. de testament. Bart. in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de V. O. Gail. 2. observ. 137. num. 1. & per tot. Jason. in l. cum proponas. 16. num. 10. C. de pact. Everhard. consil. 113. num. 4. Cacheran. decis. Pedem. 8. num. 18. Philipp. Matthæ. 1. Marpurg. consil. 10. num. 4. & consil. 21 num 38. Adeò, ut ne quidem ad pias causas de bonis hujusmodi restitutioni subjectis testari liceat, per c. fin. caus. 17. quæst. 4. Nicol. Everhard. consil. 71. num. 10. nec alimenta in iisdem constitui possint, Paris. consil. 98. num. 13. vol. 2. Habentur enim bona restitutioni obnoxia pro alienis, Mynsing. decad. 6. resp. 50. num. 6. de rebus autem alienis testari non permittitur, l. cum pater. 79. §. mandato. ff. de legat. 1. l. unum ex familiâ. §. si rem. ff. de legat. 2. l. qui rem alienam. & ibi gloss. C. de legat. Schurff. consil. 55. num. 7. cent. 1. Quamvis enim res alienæ possint legari, §. non solùm. I. de legat. Institutionis tamen titulo relinqui non possunt, gloss. in auth. ingressi. C. de SS. Eccles. Philipp. Matth. 1. Marpurg consil. 10 num. 45. Imo adeò illicita est rerum fideicommissariæ restitutioni subjectarum alienatio, ut non præjudicet fidecommissario, licèt alienatio in ipsius præsentiâ facta, isque non contradixerit, Bald. in l. 1. in fin. C. de bon. matern. Jason. in l. cum proponas. C. de pact. Besold. consil. 49 num. 10. 3 4

Hujusmodi alienationis prohibitio aliquando in fideicommissi constitutione nominatim adjici & exprimi solet, uti constat ex l. peto 69. § fratre 3. l. cum pater. 77. §. libertis. 27. l. penult. §. institutio. 15. ff. de legat. 2. & similib. 5

Sæpè etiam expressè non adjicitur, sed tamen suâ naturâ his familiarum fideicommissis inest, quia hæc disponentium est mens & intentio, ut nomina, familias & divitias suas perpetuas faciant, easque ad omnes de familiâ transferant, quo ipso omnis alienatio, quæ perpetuitati huic adversatur, interdicta intelligitur, cum secundum causam finalem pacta, statuta, leges & dispositiones intelligendæ & restringendæ sint, Alciat. de verb. & rer. signif. lib. 1. num. 10. seq. Everh. Nicol. in loc. à cessat. caus. Tiraquel. in tract. caus. cessant. §. le. is causa. 6 7

Unde bona fideicommisso subjecta ex propriâ naturâ alienari non posse, scribit per l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad SCt. Treb. auth. res quæ. C. comm. de leg. Mol. de Hisp. primog. lib. 1. cap. 20. n. 4. & alienationem esse contra naturam fideicommissi asserit Decian. consil. 52 num. 5. vol. 1. ac fideicommissum subsistere, & bona alienari posse, incompatibilia esse, & sic tanquam inter se contraria & incompatibilia, juxta se se stare non posse, tradunt Socin. sen. consil. 43. col. 1. & 2. 8

& 2. lib. 4. Dec. conf. 11. num. 7. Curt. sen. consf. 64. col. ult. Höndedæ. 1. conf. 33. num. 19.

Quamvis ergò fideicommissi institutor de alienatione nihil dixerit, ea tamen nihilominus prohibita intelligitur, si quidem is, qui hujusmodi fidei-
9 commissa instituit, ea omnia expresse voluisse & sancivisse intelligitur, quæ sunt ejus propria & naturalia, & sine quibus ea subsistere nequeunt, sicuti hoc ipsum de primogenituræ jure tradunt Castrens. consf. 164. num. 3. & 4. lib. 2. Abbas consf. 85. lib. 1. Guid. Pap. quæst. 506. Socin. sen. consf. 47. lib. 3. Dec. consf. 397. num. 6. Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 3. num 5. & ibi alleg. Nic.
10 Betsius. de pact. famil. illustr. cap. 8. fol. 476. & quilibet alius actus factus censetur secundum sui naturam, à quâ interpretationem recipit, etiamsi à contrahentibus vel disponentibus de eâ nihil dictum sit, l. Cajus. & ibi Bart. n. 7. ff. solut. matrim. Bald. in l. liberti libertæque. num. 31. C. de oper. liber. Molin. d. cap. 3. num. 3. Menoch. 3. præs. 38. num. 1. seq. & 6. præsumpt. 10. num 1. & per tot. & ita, licet in primogenituræ constitutione prohibitæ alienationis clausula non sit apposita, eandem tamen nihilominus subintelligi, docet Melch. Palaez. de majorat. part. 4. quæst. 1. numer. 2. Betsius d. fol. 476. in fin. & seq.

11 Quod si tamen cum tacitâ & legali, expressa quoque alienationis prohibitio concurrat, fortior est prohibitio supra cap. 6. num. 375. & adeò valida, ut res non possit alienari etiam in casu aliàs permisso, secundum gloss. in l. fin. C. de reb. alien. non alien. Bart. in l. ea lege. num. 2. & 3. C. de cond. ib. caus. Jason. in l. filiusfam. §. divi. num. 23. & ibi Ripa. num. 89. ff. de legat. 1. Tiraquel. de primogen. quæst. 61. Molina d. lib. 1. cap. 20. num. 15. Vultej. 4. Marpurg. consf. 14. num. 36. Petra de fideicommiss. quæst. 8. num. 254. Cephal. consf. 133.
12 num. 62. seq. cum duo vincula fortius ligent, quàm unum, auth. itaque. C. commun. de success.

13 Adeò autem fideicommissi alienatio prohibita esse intelligitur, ut si hæres gravatus rem fideicommisso subjectam sciens alienet, dolo id fecisse præsumatur, sicuti respondit Corne. consf. 140. num. 10. lib. 2. Cravet. consf. 193.
14 num. 5. Rol. à Vall. de lucr. dot. quæst. 58. in fin. Menoch. 5. præsumpt. 3. n. 95. Rosenthal de feud. cap 9. concl. 70. num. 7. & invalida sit alienatio, ita quidem, ut si alienationis prohibitio fuerit facta expresse per ultimam voluntatem, vel à lege, alienatio ipso jure sit nulla, nec dominium transferat, l. peto. 69. §. fratre. 3. l. cum pater 77. §. libertis. 27. l. pen. §. instituto. 15. ff. de legat. 2. l. fin. C. de reb. alien. non alien. Bart. in l. filiusfamilias. §. divi. num. 6. Castr. num. 7. Jason. num. 66. & 100. Ripa num. 47. ff. de legat. 1. Tiraquel. de retract. conv. §. 1.

gloss. 7.

gloss. 7. num. 10. & 11. Schurff. *cons. 6. num. 5. cent. 2.* Gail. *2. obs. 16. numer. 7.* Sichard. *in l. ea lege 3. num. 3. C. de condict. ob caus. dat* Petra *de fideicomm. quæst. 4. num. 2.* Ant. Hering. *de fidejussor. cap 1. num. 88. seq.* Vinc. Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 553. num. 2. quæst. 554. num. 6. & quæst. 717. numer. 1. seq. & num. 18. seq.* Quia voluntas testatoris pro lege habetur, alienatione autem contra legis prohibitionem factâ dominium non transfertur, *tot. tit. ff. & C. de præd. minor. & tot. tit. l. quib. alien. lic. vel non.* Salicet. *in l. ea lege. & ibi* Jason. *numer. 37. C. de condict. ob caus.* Ruin. *cons. 143. num. 12. lib. 1.* Fusar. *d. quæst. 717. numer. 19.* Et si alienatio in extraneum sit facta, proximus agnatus & fideicommissi successor rem alienam ab emptore statim revocare & vindicare possit, nec mortem alienatoris expectare teneatur, si verò per modum contractus vel 15
pacti facta sit prohibitio, alienatio dominii translationem non impediat, sed actionem ad interesse, sive rei æstimationem, vel ad pœnam, si quæ adjecta fuerit, pariat *l. si ita quis. 135. § ea lege 3. ff. de V. O. l. nemo paciscendo. 61. ff de pact. l. ea lege 3. & ibi* Sichard. *num. 5. C. de condict. ob caus. dat.* Gail. *d. obs. 16. numer. 5. seq. & obs. 137. num. 10.* Natta *cons. 474. num. 7. vol. 2.* Guid Papa *decis. 569.* Jason *in auth. res quæ num. 2. C. comm. de legat.* Modestin. Pistor. *1. consil. 21. num. 4.* Bart. *in l. filiusfam. §. Divi. quæst. 4. num. 14. & ibi* Jason. *numer. 115. ff. de legat. 1. & ibi* Romule. *num. 185. seq.* Beust. *in l. admonendi. num. 872. ff. de jurejur.* Gœdd. *de contrah. stipulat. cap. 6. conclus. 1. num. 4. & seq.* Hering. *de fidejuss. cap. 1. numer. 40.* Molin. *in consuet. Paris. § 3. quæst. 23.* Besold. *cons. 83. n. 115. & cons. 221. n. 72. & seq.* Vinc. Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 674. n. 5. & seq. & quæst. 717. num. 29.* Peregrin. *de fideic. art. 51. n. 72.*

Cujus diversitatis ratio hæc esse videtur, quod pactum non possit rem 16
afficere, sed tantum personam, & actionem tanùm personalem producat, Reinh. Bachov. *de action. disput. conclus. 19. vers. non tempero,* Besold. *d. cons. 221. num. 74.* Et quod per pactum alienatio in perpetuum prohiberi nequeat, *l. in hoc judicium. §. si convenerit., & seq. ff. commun. divid.* Alex. *in l. si non sortem. § si centum. n.* 17
5. ff de condict. indeb. Modest. Pistor. *d. cons. 21 n. 3.* Et facit, quod major effectus prohibitionis ejus, quæ fit à testatore vel lege, quàm quæ fit per pactum vel contractum, *supra cap. 6. nu. 9.*

Quibus non contrariatur *l. traditionibus 48. ff. de pact.* siquidem pactum 18
quidem tale valet, & operatur secundum naturam suam, quæ est producere obligationem, non autem inhibere dominii translationem, neque enim ulla actionis personalis formula extat; quâ quis intendat, actionem esse nullam. Atque ita non valet consequentia, pactum valet, ergò dominium

non poteſt transferri, quoniam ita valet, ut actionem in perſonam ad inter-
eſſe, vel pœnam producat.

Nec in contrarium facit *l. ea quidem.5.C. Mancip. ita fuer. alien.* ubi ſi
mancipium eâ lege venerit, ne manumittatur, tunc ſi manumittatur per
emptorem, manumiſsio illa nulla dicitur, tanquam contra vendentis pro-
28 hibitionem facta. R. Nam ſpeciale hoc eſt in libertate, quia libertas, ut
ſemel data non facilè revocari poteſt, ita etiam difficulter eſt concedenda,
l. generaliter.§.fin.ff qui & a quib. manumiſſ. Schrad *in d. l. ea lege 3. num. 6. C.
condict.ob cauſ. dat* ubi addit, eſſe hic caſum, quo libertas deterioris eſt con-
ditionis, quàm res aliæ.

29 Sic etiam, quod in *l.ſi creditor.7.§.fin.ff.diſtract. pignor.* dicitur, ſi credi-
tor pactum rei pignoratæ adijciat, ne vendatur, rem iſtam vendi non poſſe,
hoc ideò fit, quia creditor paciſcens jus ſibi reſervavit in pignore ſive hypo-
thecâ, quando autem tale jus ſibi quis reſervavit, res hypothecata non po-
teſt alienari, & ſi alienatio facta, dominium non transfertur, nos autem
de eo caſu loquimur, ubi paciſcens nullum jus ſibi reſervavit, Sichard.*in d.l.ea
lege.n.6.C.de condict.ob cauſ.*

20 Sed quid ſi in pacto de alienationis prohibitione juramentum interve-
nerit, anne per alienationem dominium transferatur? Et non valere aliena-
tionem, nec dominium per eandem transferri, reſpondent Modeſt. Piſtor.
vol. . conſ.21.numer.21. ſeq. Menoch.*conſ.63.numer. 20.* Ripa *in l filiusfamil. §. Di-
vi num. 3.ff. de legat. 1.* Joſeph. Ludovic. *concluſ. 7. verſ. communis tamen.*
Boër.*deciſ. 48.num.18. in fin. ſeq.* Fuſar. *de fideicomm. ſubſt. quæſt. 674.num.7. & ibi
21 alleg. ſeq.* Quia omne juramentum, quod non tendit in diſpendium æternæ
ſalutis, ſervandum eſt, *c. ſi verò. c. cum contingat. X. de jurejur. c. quamvis. eod
22 in 6.* Quando autem quis rem alienando in alium transfert, juramentum
non ſervat, etiamſi intereſſe præſtare velit, cum juramentum impleri de-
beat in formâ ſpecificâ, nec ſufficiat illud per æquipollens adimpleri, *c. ad
noſtram. & ibi* Panormit.*X.de jurejur.* Unde etiam licet aliàs in obligationi-
bus faciendi ſuccedat obligatio ad intereſſe, ita ut quis ad factum præcisè
compelli nequeat, *l. ſi quis ab alio. ff. de re judic. l. ſtipulationes non dividuntur.
verſ. Celſus. ff. de V O.* ubi tamen juramentum interceſſit, reus præſtando in-
tereſſe non liberatur, ſecundum Bart. *in d.l. ſtipulationes non dividuntur.
& ibi* Alex.*num. 27. ff. de V.O.* Juramentum enim præciſam neceſſitatem im-
ponit, gloſſ. *in l. ſi pecuniam. verb. neceſſe habeat. ff. de condict. ob cauſ. & ibi.* Ja-
ſon. Fuſar.*d. quæſt. 674. num. 8.* Longè alia ergò eſt ratio ſimplicis promiſsionis,
quâm ubi juramentum intervenit; nam cum ſtipulationes inventæ ſint, ut

quiſque

quisque per eas consequatur, quod sua interest, *l. stipulatio. §. alteri. ff. de V. O.* satisfactum videtur stipulatori, si præstetur, quantum sua intersit stipulationem servatam non esse, & meritò promissor amplius gravari non debet. Bartol. *in d. l. stipulationes non dividuntur. quæst. 8. ff. de V. O.* Panorm. *in c. veniens. col. pen. X de jurejur.*

Quando verò juramentum intervenit, non solum ejus, quod stipulantis interest, habenda est ratio, sed & animæ jurantis, cujus periculum incurrit, qui alienando & perjurium committendo proximum decipit, & Deum offendit, cui omnia juramenta redhibenda sunt, ut tradit Panormit. *in d. c. veniens. col. ult. X. de jurejur.* Imò cum leges dominio privent eum, qui contra cautiones juratas venit, *l. si quis major. C. de transact.* non video, quomodo ejusmodi perjurus dominium, quod propter perjurium amisit, in alium transferre possit. *arg. c. nemo plus. de reg. jur. in 6. l. traditio. 20. in princ. ff. de adquir. rer. dom.*

Nec in contrarium facere videtur, quod juramentum reguletur secundum naturam & qualitatem actus, super quo interponitur, *l. fin. C. de non num. pec.* & sic easdem conditiones, limitationes ac qualitates recipiat, quas actus ille, super quo interponitur, recipit *c. quemadmodum. & ibi Abbas. X. de jurejur.* Quemadmodum ergò simplex pactum, seu conventio de non alienando, dominii translationem non impedit, sed tantùm contravenientem ad interesse obligat, ita & juramento apposito conditio pactorum mutari non videtur, sed contraveniens juramento ad interesse obligabitur, Jason. *in l. si ita quis. §. ea lege. n. 23. & ibi* Claud. de Seysel *col. 1. ff. de V. O. R.* Siquidem jura allegata loquuntur in iis casibus, in quibus jurantis consensus deesse videtur, quem non supplet jusjurandum, Nam in *d. l. fin. C. de non num. pec.* debitor non aliter redditioni consensisse, vel ad eam se obligare voluisse videtur, quam si ipsi pecunia numerata sit, Sic quoque in *d. c. quemadmodum jure jur.* in juramento de ducendâ aliquâ in uxorem, tacitè subintelligitur illa conditio, si sponsa contra legem dispositionis non fecerit, & sic jurans non videtur consensisse in eam, quæ fidem conjugii non servavit, Modest. Pistor. *d. cons. 21 num. 26.* Extra hos autem, & alios casus consimiles, juramentum semper aliquid addit dispositioni, cui apponitur, ejusque effectum extendit, Alex. *in l. si convenerit. & ibi* Jason. *ff. de jurisdict.* 24

Neque negocium facessit, quod tradi solet, actum contra juramentum factum, non esse nullum, nec propter perjurium invalidari, licet contraveniens fiat perjurus, Panorm. *in c. dilecto. col. pen. n. 17. X. de præb.* & alienationem

ctam ab eo, qui juravit, non alienare, licet is, qui juravit, perjurii pœnam in-
currat, ut tradit Panormitan. *in c. intellectæ. num. 8. X. de jurejur.* Quia hoc
procedit in illis, quæ pendent à merâ & nudâ voluntate ac facultate jurantis,
ut docet Panorm *d. num. 8.* In nostro autem casu alienatio non est in merâ
& liberâ voluntate alienantis, sed juramentum à contrahentibus in favorem
& commodum totius familiæ interpositum, & alienatio etiam horum bono-
26 rum, quæ perpetuò in familiâ permanere debent, etiam à jure prohibita; &
sic satis absurdum, rem, quam quis in bonis suis purè non possidet, ad alios
transferre, & alienam spem decipere posse *l. fin. §. sed quia vers. nemo itaque. &
auth. res quæ. C. commun. de legat.*

26 Verùm quicquid sit, de jure communi, in contractibus & pactis pri-
vatorum de non alienandis bonis, ita, ut iis non obstantibus, alienatio qui-
dem valeat, & per eandem dominium transferatur, & actio tantùm ad inter-
esse detur, ut ex præcedentibus constat; In hisce tamen fideicommissis fami-
liarum Nobilium ac Illustrium, rem secus se habere, & si pacto inter illos
de familiâ convenerit, ne bona extra eandem alienentur, eam validam & o-
mninò servandam esse, nec alienando dominium transferri, sed reliquis
successoribus jus revocandi rem alienatam dari, mihi verius videtur, & ma-
nifestè probatur, ex dictis *supra cap. 6. num. 44. seq.* ubi demonstravi, hæc
pacta & conventiones inter Nobiles & personas Illustres pro familiarum
conservatione perpetuâ initas, vim legis obtinere, validas esse, nec revocari,
retractari, vel ab iisdem sub ullo prætextu recedi posse.

Quibus etiam accedit, quod bona hæc fideicommissaria suâ natura alie-
nari nequeant, & licèt alienationis prohibitio expresè non sit adjecta, ea ta-
men de jure tacitè & suâ naturâ ipsis insit, & sic, si cum tacitâ illâ alienationis
prohibitione concurrat quoque expresa, alienatio nullo modo, & ne quidem
in casibus aliàs licitis, fieri possit *supra num. 1. & seq.*

Et cum in hisce fideicommissis omnes de familiâ jus quæsitum & radi-
catum habeant, ipsisque in eo nihil quicquam derogari possit, *supra cap. 8.
num. 380. seq.* sed dominium rei fideicommissariæ mortuo possessore, ipso jure
ad reliquos successores de familia omnes perpetuò transeat, *supra cap. 10. nu-
mer. 19. seq.* Consequens est, quod res, sive bona ista fideicommissaria per
27 alienationem in alios, qui non sunt de familiâ, transferri non possint, siqui-
dem in omnibus casibus, in quibus ex pacto vel contractu dominium trans-
it ab uno in alium, pactum de non alienando impedit dominii translatio-
nem, eoque casu substitutus & successor rem adversus pactum alienatam
vindi-

vindicare potest, Jason. *in l. si ita quis. §. ea lege. num. 2. ff. de V.O.* Rol. à Valle *cons. 62. n 16. lib. 2.* Besold. *consil. 49. n 97.* Sicuti etiam, quando pacto de non alie- 28
nando clausula fuit inserta, ut secuta alienatione stipulatori liceat rem propriâ authoritate capere, ubi cunque ea reperiatur, paciscens sive stipulator rem propria authoritate capere, ejusque dominium sibi adquirere valet, *l. si quis sub hoc. & ibi* gloss. *ff. de contrah. empt.* Jason. *in l. ea lege. num. 38. C. de condict. ob caus.* Besold. *d. cons. 49. n. 98.*

Atque hæc sententia manifestò quoque probatur per *l. fin. C. de reb. alien.* 29
Quamvis enim ad eam responderi soleat, quod parificatio ista prohibitæ alienationis à lege, testatore & contrahentibus factæ intelligenda sit tantum quoad significationem verborum, sive quod res alienari prohiberi possit æque per pactum, ac per legem & testamentum, non tamen quoad effectum, cum major sit effectus prohibitionis, quæ fit à lege & testatore, quàm quæ fit per pactum, vel contractum, *supra cap. 6. num. 9.* huic tamen ipsa legis dispositio contrariatur, utpotè quæ apertè dominii alienationem prohibitam esse disponit, sive lex alienationem inhibuerit, sive testator hoc fecerit, sive pactio contrahentium hoc admiserit.

Ex quo etiam distinctionem illam inter prohibitionem alienationis à testatore vel lege, & eam, quæ fit per contractum vel pactum, locum non habere in majoratibus, cum illi perpetui esse, & ad sequentem successorem, possessore mortuo, deferri, bonaque perpetuo in familia conservari debeant, sed sive in testamentis, sive in contractibus instituantur, prohibitionem præcisè servandam, & alienationem nullam esse, ne bona alias diluantur vel destruantur, tradit Molina *de Hispan primogen. lib. . cap. 6. num. 36.* Plures casus, quibus per pactum facta alienationis prohibitio, dominii translationem impediat, vide apud Fusar. *d. quæst 674. per tot.*

Alienatione prohibitâ, prohibitus censetur omnis actus, quo res à no- 30
bis in alium transire potest, *l. alienationis verbum 28. l. alienatum 67. ff. de V. S. l. fin. & ibi* Bart. Bald. Salicet Sichard. *C. de reb. alien. non alien.* Mynsing. *cons. 28. num. 27.* Et alienatio est omnis actus, per quem dominium in alium trans- 31
fertur, *l. 1. C. de fund. dot. l. fin. C. de reb. alien. non alien.* Bald. *cons. 108. lib. 1.* Anchor. *cons. 102.* Castrens. *cons. 270. in princ. lib. 1.* Oldrad. *cons. 270. numer. 2.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 10. num. 44.* Tuschus *lit. A. concl. 257. num. 1. & per tot.* At- 32
que ita prohibitus alienare, prohibitus quoque intelligitur omnes actus vel contractus facere, per quos ad dominii translationem devenitur, *d. l. 1. C. de fund. dot.* Rom. *in l. filiusfam. §. Divi. n. 70. ff. de legat. 1.* Mascard. *de probat. concl. 1243. num. 94.* Et prohibitus alienare, nec id quidem facere poterit, per quod

datur occasio alienandi vel alienatio sequi potest, *l. codicillis. §. mater. & ibi* Bart. *ff. de legat. 2.* Tiraquel. *de retract. consang. §. 1. gloss. 2. n. 50. & gloss. 14. n. 14.* Menoch. *6. præsumpt. 93. n. 2.* Fusar. *de fideic. subst. quæst. 694. n. 1. seq.* Bald. *in l. quoties. C. de fideic.* Crav. *cons. 170. n. 9.* Petra *de fideic. quæst. 8. n. 44. & 268.* Besold. *consil. 153. n. 49.*

34 Sicuti è contra, alienatum non dicitur, quod in dominio alienatoris permanet, *l. alienatum. 67. ff. de V. S. l. fin. §. Lucius. ff. de donat. l. in bonæ fidei. §. si tamen. ff. de eo, quod cert. loc.* & vendere vel alienare non dicitur, quod quis in dominio retinet, *l. alienum. ff. de V. O.* Nec alienatio dicitur, quando possessio est retenta *l. alienatum. 67. ff. de V. S.*

35 Prohibita autem alienatione, quælibet ejus species prohibita censetur, Mandel. *cons. 64. num. 7.* Anchor. *cons. 150. num. 2. & consil. 3. 1. n. 2.* Mascard *de probat. conclus. 1243. n. 05.* Ita, ut etiam promissio de alienando prohibita intelli-
36 gatur, qui enim non potest alienare, non etiam de alienando promittere potest, Bald *in l. fin. C. ad L. Falcid.* Jason. *in l. 2. ff. de jurisdict.* Bolognet. *cons. 1. num. 15.* Petra. *de fideicom. quæst. 8. n. 135.* & sicut ipsa alienatio, ita quoque promissio de alienando nulla est, Alex. *cons. 17. n. 6. seq. lib. 4.* Tuschus *lit. A. conclus. 26. n. 4.* Ubi tamen observandum est, quod si prohibitioni alienationis pœna aliqua fuerit adjecta, ea non statim committatur, si ea fiant, per quæ ad prohibitum perveniri possit, quia pœna præfinita prohibiti perfectionem requirit, Petr. Frider. Mindan. *de processib. lib. 3. cap. ult. num. 23. seq.* Atque ita si alienare prohibitus promissionem tantum de vendendo vel alienando fecerit, nec ad ipsum alienationis actum pervenerit, ipsum in privationis vel aliam pœnam non incurrere, tradunt Bald. *in l. fin. in princ. C. ad L. Falc.* Ti-
37 raquel. *de utroque retr. part. 1. gloss. 2. n. 56.* Fusar. *d. quæst. 718. n. 26.* Aliud enim est promissio de alienando vel vendendo, aliud verò ipsa alienatio vel venditio, *l. fidejussor. §. 1. ff. de legat. 1.* Vol. à Vall. *cons. 69. n. 12. vol. 3.* Cravet. *cons. 76. n. 5.* Pinel. *in l. 2. cap. 3. n. 29. C. de rescind. vend.* Vultej. *2. Marpurg. cons. 24. n. 13.* Jason. *in l. fin. n. 134. C. de jur. emphyt.* Petra. *d. n. 135. & seq. & n. 141. seq.* Quod si tamen una aliqua species alienatipnis sit prohibita, alia diversa prohibita, non censetur, ut dictum est *supra cap. 7. num. 136.*

38 Hinc res & bona fideicommisso subjecta 1. non possunt vendi, *l. mulier. §. hæres ex asse. & ibi* Bart *ff. de jur. dot.* Peregrin. *de fideicom. art. 2. num. 52. & art. 3. n. 27. & seq.* Fusar. *de fideic. subst. quæst. 515. num. 1.* Quia venditio est alienatio, & per venditionem dominium rei venditæ in emptorem transfertur, *l. ex empto. 11. §. & inprim. 2. l. servus. 30. §. fin. l. si ea res 31. princ. l. si quis alien. 46. ff. de act. empt.*

39 Ubi quæritur, si venditio fiat cum pacto de redimendo, an valeat alienatio, ut res in commissum non cadat? Et non cadere in commissum tradunt,

Ripa

Ripa *in l. in quartam. num. 55. & seq ff. ad L. Falcid.* Alex. *cons. 119. n. 6. lib. 4.* Decian. *cons. 1. n. 293. & seq. lib. 1.* Petra. *de fideic. quæst. 8. n. 249. & n. 539. & quæst. 10. n. 88.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 718. n. 37. seq.* plus enim effectus, quam actus considerandus, Petra. *de fideicommiss. quæst. 8. n. 249. vers. quartum sit exemplum.* ubi *v. seq. quintum exemplum.* addit, quando alienatio facta fuit cum pacto redimendi intra certum tempus, & in tempore facta, quod, tunc res non cadat in commissum, quia redimens dicitur habere ex eodem jure & causa, qua prius, *l. sequitur. § item Labeo. ff. de usucap.* Ripa. *in l. in quartam. n. 6. ff. ad L. Falcid.* Et non dicitur alienatum, quod recuperari potest, *l. alienatum. ff. de V. S. juncta l. qui actionem. ff. d. R. I.* & res non dici potest esse apud emptorem, à quo auferri potest, 40 *l. omnes. § 1. ff. de R. I.* sicuti nec possessionem habere dicitur, qui eam retinere nequit, *l. non videtur. ff. de adquir. possess.* Atque ita etiam emphyteuta alienans 41 cum pacto redimendi factâ recuperatione, rem ex prima causâ habere dicitur, Bald. *in l. ab emptione. ff. de pact.* Cagnol. *in l. 2. n. 74. C. de pact. interempt.* Petra, *d. quæst. 8. n. 539.* ubi id etiam ad bona alienari prohibita extendit. Sic quoque, si bona avita sub pacto de retrovendendo vendantur, & postea redimantur, 42 propterea avita esse non desinunt, sed pristinam naturam retinent, quia per redemtionem res recuperata dicitur esse ejusdem qualitatis, cujus erat ante venditionem, Cagnol. *d. l. 2. num. 176. C. de pact. interempt.* Molin. *in consuet.* Paris. *§. 1. num. 29.* Bened. Carpzov *jurispr. forens. part. 2. con. 12. def. 5. n. 3. & seq.* Atque ita fideicommi si bona alienata & recuperata in pristinam fideicommissi causam redintegrari & restitui, tenent per *l. si unus § pactus ne peteret. ibi fortunæ suæ redditur. ff. de pact. l. filio quem pater. ff. de liber. & posthum. l. si pecuniam. ff. si cert. pet. l. si mater. § eandem. ff. de except. rei judic. l. qui possessionem. ff. de vi arm.* Peregrin. *de fideicom. art. 42. n. 21.* Nam recuperans ex contractu vel pacto, illam ex titulo priori habere intelligitur, & ideo laudemia tanquam ex novo contractu, non solvit, Boer. *decis. 279.* nec novam investituram petit, Afflict. *in c. 1. n. 35. & 36. per quos fiat investit.* Peregrin. *d. n. 21.*

Nec ii donari possunt, quia donatio est species alienationis, *Novel. 7.* 43 *c. 1. vers. alienationis.* Gœdd. *4. Marp. cons. 37. n. 1127.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 9. § 10. num. 45.* & traditionis necessitatem continet, *§. aliæ autem. 2. I. de* 44 *donat.* Et si traditio sequatur dominium in donatarium transfertur, *l. quis* 45 *saxum. 6. l. qui mihi 13. ff. de donat. per traditionem 40. & interdum 44. I. de rer. divis.* Ac sola traditione donatio plenissimè perficitur, *d. §. aliæ. 2. I. de donat. juncto. §. per traditionem. 40. & §. interdum. 44. I. de rer. divis.* Franc. Vivius. *decis. 420. n. 6.* Gœdd. *Marp. cons. 27. n. 15.* Indeq; alienatione prohibita, donatio quoque prohibita intelligitur, & prohibitus alienare prohibetur etiam donare,

Tusch.

Tusch. *lit.A. concl.261.num.35.* Peregrin. *de fideicommiss.art.14.num.4.* Vinc. Fusar.
46 *de fideicom.subst.quæst.605.num.3.seq.* Ex quo etiam feudum donari nequit, *§.donare 2.feud.9.* Vultej *1.feud.cap.9.n.45.*

47 Nec III. in solutum dari, qui enim alienare est prohibitus, in solutum quoque dare prohibitus esse censetur, Decian. *cons.129.num.6.lib.3.* Jos. Ludov.
48 *Perus. decis.60.num.5.* Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 696.numer.1* Quia datio in solutum est alienatio, quà res soluta ad creditorem transit, *l. pro soluto. 46. ff. de usurpat. & usucap. l. 4. ff de public. in rem act.* Borcholt *cons. 3. part.1.* Hartm.
49 Pistor. *quæst. 5.* Wehner. *pract. obs. verb.* Vereusserung / vicem venditionis obtinet, & emptioni æquiparatur, *c. nulli X. de reb. Eccles. non alien. l. fin. ff. ex quib. caus. in poss. l. 4. C de evict.* Hering. *de fideiuss. cap. 20. §. 21. numer. 4.* Joseph. Ludov. *commun. conclus. 51. num. 27.* Fab. de Monte *de empt. vend. quæst. 2. n. 31. vers. idem quod.* imo est venditio, *l. cætera. §. sed si superavit. & ibi* Jason. *ff. de legat. 1.* Decian. *resp. 2 num. 144. vol. 2.* & dans in solutum planè est loco vendentis,
50 *l. fin ff. ex quib. caus. in possess. eat. l. 3. ff. pro empt.* Ex quo etiam in datione in solutum jus retractus locum habere, tradit Theod. Reinking / *de retract. con-*
51 *sanguin. quæst. 4. numer. 18. & seq.* Et feudum à vasallo in solutum dari nequit, Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 10. numer 52.* Bocer. *de jur. domin. & vasall. lib 2. cap. 6. num. 237. sequentib.*

52 IV. Res fideicommisso subjecta non potest hypothecari vel oppignorari *l. fin. C. de reb. alien non alien. l. fin. §. sed quia 2. & §. seq. & auth. res quæ C. commun.*
53 *de legat.* Motz. *de contract. tit. de reb. quæ pignor. dar. poss. numer. 27.* Quia alienationis prohibitione venit etiam hypotheca & oppignoratio, & alienatione prohibitâ, hypothecæ quoque & pignoris constitutio prohibita intelligitur, *l. fin. C. de reb. alien. non alien. d. l. fin. §. 2. & auth. res quæ C. de commun. de legat.* Mascard *de probat. conclus. 243. num. 108.* Petra. *de fideicom. quæst. 8. num. 105.* Pereg. *de fideic. art. 40. num. 118.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 78. num. 2.* Chass. *in consuet. Burg. rubr. 9 § 10. n. 42.* Wehner. *pract. obs. verb.* Vereusserung / Gœdd. *ad l. a-*
54 *lienationis. 28. n. 8. ff. de V. S.* Et pignoris sive hypothecæ constitutio est species alienationis, Bart. *in l. pen. §. instituto. num. 7. & ibi* gloss. *ff. de legat. 2.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. n. 105.*

55 Atque ideo etiam per generalem sive universalem omnium bonorum obligationem, non veniunt bona fideicommissariæ restitutioni obnoxia, Bart. *in l. fin. §. instituto. num. 4. ff. de legat. 2.* Negrisant. *de pignor. membr. 2. part. 3. n. 52.* Motz. *de tit. de reb. quæ pign. dar. n. 27.* Petra. *d. quæst. 8. n. 106. seq.* Mascard. *d. concl. 1243. n. 10.* Fusar. *d. quæst. 703. num. 8. seq.* per oppignorationem & hypothecationem enim constituitur alteri, seu creditori jus in re *l. 1. ff. de pignor. act. l. si tibi*

decem

decem. 17. §. 2. ff. de pact. l. 1. l. pignoris 18. ff. de pignor. b. l. pignoris. C. eod. item Servi-ana. l. de action. Gœd. *in d. l. alienationis. 28. num. 8. ff. de V.* S. Et per pignoris ob- 56
ligationem pervenitur ad alienationem & venditionem, *l. 2. & 3. & tot. tit. ff. de distract. pignor. l. fin. C. de reb. alien non. alien.* Bart. *in l. in quorum. n. 2. ff. de pign.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 1. num. 7.* Et ita, sicut prohibetur alienatio & venditio, ita & ejus præambulum, *l. ad rem. 56. l. ad legat. 62. ff. de procur. l. oratio* 57
16. ff. de sponsal. Negusant. *de pignor. memb. 3. part. princ. 2. num. 70.* Bart. *in l. quorum. vers. tu dic. ff. de pignor.* Natta *cons. 470. n. 2.* Nam sine prohibito, prohibita e- 58
tiam sunt media ad finem deducentia, *d. l. oratio. 16. ff. de sponsal.* Et quod unâ viâ prohibetur, id alia non debet esse permissum, *l. scire. §. si mater. ff. de excus. tut. c. cum quid. & ibi* Dyn. & Petr. Peck. *de reg. jur. in 6.* prohibitoque effectu, omnis ejus causa prohibita intelligitur, Menoch. *6. præsumpt. 93.*

V. Nec potest res fideicommissaria fidejussione obligari; quia pro hi- 59
bitus alienare, prohibetur etiam fidejubere & sub verbo alienationis comprehenditur quoque fidejussio, *c. nulli X. de reb. Eccles. non alien.* Gylman. *symph. tom. 2. part. 1. vol. 3. n. 28. fol. 57.* Et per fidejussionem, si principalis non sit solvendo, pervenitur ad bonorum distractionem & alienationem, Hering. *de fidejussor. cap. 1. num. 120.* Nam fidejussio sponsorem, velit, nolit, æri alieno obstringit, imò reum accessorium, ac verum debitorem constituit, juxta *l. adversus. 29. ff. de recept. arb. l. 4. ff. de fidejuss.* Ripa *in l. 1. ff. si cert. pet.* Franc. Marc. *decis. 340. num. 8. part. 1.* Hering. *de fidejussor. cap. 15. numer. 1. seq.* Et fidejussio 60
est vice ejusdem solutionis *l. rescripto. §. planè. & ibi* Bart. *ff. de muner. & honor. l. fin. § ult. ff. si cert. pet.* Alex. *in l. solutionis. ff. de solution.* Hering. *d. cap. 15. num. 58.* Ac pro aliis fidem dicere & obligare, nihil aliud est, quam dilapidare, Jason. *in l. contra juris. §. fin. ff. de pact.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 5. §. 2. verb. son. pleige.* 61
Hering. *d. cap. 1. n. 9.*

Unde etiam sæpissimè, & satis cautè, fideicommissorum institutores, 62
hæredibus suis & successoribus injungere solent, ne bona fidejussionibus suis gravent; Multi enim hodie reperiuntur, qui statim à morte parentum, ubi rerum potiri incipiunt, non aliter, ac si Pythio vel Crasso essent ditiores, eo laborant, ut mente gaudio diffusa, & velut natante, imò tanquam & ipsi mox morituri, bona avita, multis sudoribus parta & hactenus conservata, si non alienent prorsus, ad preces tamen & illicium subdolorum decoctorum, prodigi æris, & utilium tardi provisores per imprudentissimas & malè coactas fidejussionum susceptiones, ita extremè onerent, ut omnis ferè spes liberationis, tàm ipsis, quam posteris eorum præcidatur, utque de magno patrimonio, vix testam, quâ ignem sibi petant, relinquant, juxta Cornificium *lib. 4. ad Herennium.*

63 Inde quoque laudabile statutum in Archiepiscopatu Bremensi introductum à Nobilibus, quo nullus pro majori summa, quam centum Joachimicorum, fidem suam interponere debeat, aut possit, indeque fieri, ut qui mille Joachimicos mutuo sumere satagit, de decem fidejussoribus conquirendis solicitus esse cogatur, referente Hering. *de fidejussor. cap. 7. num. 234.* ubi morem hanc licitum & imitandum addit, nam si donationibus modum statuit Lex Ciacia, *l. 4. & 5. C. de Theodos. de donat.* Prateus *in indice legum Roman. verb. Cincia.* Si gulæ & luxuriæ in vestitu, fines præscripti per Fanniam, Orchiam, Didiam, Opiam, Corneliam, Anciam & Juliam leges sumptuarias, sicuti tradit Macrob. *lib. 3. cap. 17* Alex. ab Alex. *genial. dier. lib. . cap. 11.* Val. Max. *lib. 9. cap. 1.* si usque ad unum duntaxat aureum ludere permissum, *l. fin. C. de religios.* Lancellot. *de offic. prætor. in caus. crim. tit. de lusorib. n. 13. & 18.* Si Athenis lex usitatissima, vetustissima & optima, ut nemini liceret quidpiam publicæ mercis, vel emere, vel vendere, nisi pretio prius à Philosopho quopiam præfinito, cum nihil Reip. damnosius, quam permitti his, ut vendant tanquam tyranni, illis, ut emant tanquam stulti, auctore Guevar. *in Horolog. princ. lib. 2. cap. 37. fol. 506.* cur non ergò etiam fideijussionibus certum modum & quantitatem præscribere licebit? Cum etiam consuetudine introduci possit, ut quis non fidejubeat, nisi magistratus consensum impetraverit Rut. Ruland. *decis. jur. controv. class. 6. quæst. 65.* Hinc si testator prohibuit gravatum fidejubere, & ipse fidejussit, creditores non posse agere contra bona testatoris fidejussionem prohibentis, scribunt Pergrin. *cons. 47. lib. 3* Fusar. *de fideic. substit. quæst. 542. n. 19.*

64 VI. Neque etiam res fideicommisso subjecta potest permutari, Mar-
65 zar. *de fideicommiss. quæst. 39.* Tusch. *lit. A. conclus. 261. n. 29.* Quia permutatio est species alienationis, Alvarot. *in c. imperialem. in princ. numer. 16. vers. quæro an vasallus possit permutare? de prohibit. feud. alien. per Frider.* & quidem talis, quâ
66 res ipsa traditur, & transfertur, *l. 1. § item emptio ff. de rer. permut.* Et prohibitâ alienatione, prohibita quoque intelligitur permutatio, *l. sciendum. §. deind vers. sed etsi quis. ff. de ædil. edict. l. fin. ff. ex quib. caus. in possess. eat. l. 2. C. de rer. per-*
67 *mut. c. nulli X. de reb. Eccles. non alien.* Angel *in l. cum hi §. si cui. ff. de transact.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 4. n. 11.* Tusch. *d. concl. 261. n. 28.* Et appellatione venditionis, etiam permutatio continetur, *l. vel permutavit. 19. juncta l. præced. ff. de liber. caus. l. lege Favia. in . n. ff. ad L. Fab. de plag. l. apud. §. auctoris. autem 31. vers. item in eo ff. de dol. mal. except. l. Titia. 62. ff. de jur. dot.* Marzar. *de fideicommiss. quæst. 39.*

Atque hoc ipsum ex ipsa disponentis sive institutoris voluntate colligi-

tur,

tur, quæ vult bona illa perpetuò in familia permanere debere, quod non
fieret, si bona ista permutarentur, tum etiam quod ipse testator, ejusque suc-
cessores singularem aliquam affectionem erga bona ista habeant, veluti quia
fuerint majorum suorum, vel quod in iisdem fuerit educatus, hanc enim affe- 68
ctionem fideicommmissi possessor ipsis adimere non poterit & hoc casu ubi
testator singularem erga bona affectionem habuit, etiam permutationem
prohibitam esse tradunt Crot. *in l. filiusfam. §. divi 114. ff. de legat. 1.* Castrens.
cons. 269. ad fin. part. 1. Petra. *de fideicommiss. quæst. 8. num. 528.* Mantic. *de tacit. &
ambig. convent. lib. 25. tit. 5. n. 12.* Atque ita hujusmodi bona fideicommissaria,
cum non tantum in favorem ipsius permutantis, sed etiam aliorum successo-
rum alienari sint prohibita & in familia perpetuò permanere jussa, non pos-
sunt permutari, etiamsi fideicommissi melior vel utilior conditio fiat, nisi
consentientibus illis, in quorũ favorẽ alienatio fuit prohibita; Capyc. *decis. 108.
n. 16.* Claud. Seysel. *in l. filiusfam. 114. §. Divi. n. 9. ff. de leg. 1.* Marzar. *de fideic. quæst.
39.* Molin. *de Hisp. primog. lib. 4. cap. 6. n. 27.* Mantic. *de conj. ult. vol. lib. 7. tit. 8. num. 23.*

Quod si tamen institutoris voluntas apertè non refragetur, & fidei- 69
commissi successores, & ipsi quorum interest, in permutationem consenti-
ant, vel permutatio fideicommissi conservationi utilis sit, permutationem
valere tradunt Bald. *in auth. res quæ. n. 23 C. Commun. de legat.* Paul. Castr. *cons.
269. n. 3. & seq. lib. 1.* Socin. jun. *cons. 78. num. 5. lib. 2.* Molina *d. lib. 4. cap. 4. numer. 7.*
Tusch. *lit. F. conclus. 283. numer. 84.* Betsius *de pact. famil. illustr. cap. 8. fol. 482.*
Mantic. *de tacit. & ambig. convent. lib. 25. tit. 5. num. 5. & seq. & de conject. ult. vol.
lib. 7. tit. 8. numer. 23.* Peregrin. *de fideicom. art. 40. n. 32. seq.* Vinc. Fusar. *de fideicom.
substit. quæst. 530. num. 1. & 4.* Petra. *de fideicom. quæst. 8. num. 525. seq.* Honded. *cons.
58. num. 32. lib. 1.* Ita enim licet bona dotalia non possint alienari, permutari ta- 70
men possunt, si mulieri id utile sit, *l. ita constante 26. l. seq. l. si ex lapidicinis. 32.
l. multus. 73. §. 1. l. fin. ff. de jur. dot. l. quamvis. ff. solut. matrim.* Mantic. *de lib. 25. tit.
5.* Fusar. *d. quæst. 530. numer. 6.* & res quoque Ecclesiæ alias alienari pro-
hibitæ, alienari possunt, ut fundus utilior ematur, vel si aliter alienatio in e-
videntem Ecclesiæ utilitatem resultet, *c. terrulas. caus. 12. quæst. 1. c. ut super. §.
possessiones. & ibi gloss. X. de reb. Eccles. non alien.* Ant. Gabriel. *commun. opin. tit.
de rer. alienat. concl. 1. n. 1.* Mantic. *d. tit. 5. num. 6.* Fusar. *d. n. 6.* Et ita in omni-
bus casibus ferè obtinet, ut quoties alienatio vel contractus fieri nequit, fieri
tamen possit, si utilis sit personæ, cujus favore prohibitio facta fuit, sicuti in
uxore absque viri licentia, & pupillo absque tutoris authoritate, & si
filiifamilias absque licentiâ patris, contrahentibus decisum est, *l.
mutuum. & ibi Dd. ff. de adquir. hæred. l. cum. hi §. eam transactionem*

& ibi gloss. ff. de transact. Jason in l. more numer. 42. & seq. ff. de adquir. hæred. Molin. de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 4. n. 4. Fusar. d. quæst. 530. n. 5.

Atque ita etiam, si permutatio fideicommisso utilis, & res permutata familiæ conservationi convenientior sit, permutatio quoque rei fideicommissariæ permissa videtur; maximè si verisimile sit, id ipsum etiam fideicommissi institutorem fecisse, si ejusdem rei vel emendæ vel permutandæ occasio sibi oblata fuisset, vel ipsi fideicommissi successores reliqui id facturi fuissent, vel institutorem, si id scivisset, permutationem permisisse, cum illud
71 quod est verisimile, & de quo, si testator interrogatus, verisimiliter responsurus fuisset, habeatur pro expresso, l. Titius. §. Lucius. ff. de liber. & posthum. l. tale pactum § fin. & ibi gloss. ff. de pact. l. fin. C. de posthum. hæred. instit. Et quod prohibitio alienationis non comprehendat casum, quem testator, si fuisset interrogatus, verisimiliter à prohibitione exclusisset, notant Socin. jun. cons. 28. num. 6. & seq. lib. 2. Alban. cons. 57. n. 53. Phil. Port. cons. 38. num. 32. Hond. 1. cons. 58. n. 24.

Quibus accedit, quod fideicommissi institutor non tam bonorum in familia, quam ipsius familiæ per bona conservationem considerâsse, & ut familia per bonorum copiam & augmentum splendior & illustrior reddatur, intelligitur, cujusmodi effectus cum ex permutatione tali redundet, & ex illius omissione amittatur, consequens est, hanc permutationem, generali ista
72 alienationis prohibitione non attentâ, licitè fieri posse; inducta enim ad augmentum non debent operari diminutionem, l. legata inutiliter. ff. de legat. 1.
73 Molin. de Hispan. primog. lib. 4. cap. 4. n. 4. Ac testatoris voluntas, qui alienationem prohibuit, non videtur repugnare alienationi, per quam fideicommissum augetur, Socin. jun. cons. 28. numer. 5. lib. 2. Mantic. de tacit. & ambig. convent. lib. 25. tit. 5. n. 8. Atque ita etiam res fideicommisso suppositas permutari & alias in ipsarum l. cum substitui posse, si res ex permutatione receptæ datis sint meliores, tradit Nicol. Betsius de pact. famil. illustr. cap. 8. fol. 482. cum non alia ratione alienatio prohibita censeatur, quam ut familia sarta tecta conservetur, & bona illa in agnatorum utilitatem cedant, quæ ratio etiam in rebus ex permutatione receptis locum obtinet, sicuti responderunt Castrens. cons. 270. col. 2. lib. 1. Felin. cons. 42. num. 4. Menoch. cons. 322. num. 66. seq. lib. 4. Ita ut hoc casu, ubi permutatio fideicommisso utilis est, aliorum, fideicommissariorum consensus non sit necessarius, Socin. jun. cons. 28. lib. 2. Peregrin. de fideicom. art. 40. n. 35. Fusar. d. quæst. 530. n. 2.
74 Hæc tamen non procedunt, 1. si expressè prohibita esset permutatio, Marzar. de fideic. part. 2. quæst. 39. Fusar. d. quæst. 30. n. 7. 2. vel quando constaret de

mente

mente inſtitutoris, quod nolit bona ſua quoquo, ſive quocunque modo alienari, Petra *de fideic.quæſt.* n.520 Pereg.*d.art.40.num.33.* Fuſar.*d.quaſt.530 num.8.3.* Vel quando res eſſet talis, ad quam teſtator ſingularem habuit affectionem, veluti ſi eſſet turris de familiâ, vel domus in urbe notabilis, vel in quâ teſtator fuiſſet educatus, Petra *d.quæſt.8.num.52.* Peregrin.*d.art.40.num.33.in fin.* Mantica *de conject.ult.vol.lib.7.tit.8.numer.23.4.* Vel ſi teſtator rem aliquam particularem alienari prohibuerit, Peregrin.*d.art.40.num.33 in fin.* Fuſar.*d.l.num.11.*

Si inter ipſos fideicommiſſarios vel alienari prohibitos permutatio fiat, 75
hæc interdicta non videtur, Decian.*conſ.55. num. 73.& ſeqq.& conſ.57.lib.3.* Peregrin. *d. art. 40. numer. 34.* Fuſar. *d. quæſt. 530. numer. 17.* confer *ſupra num.69.*

Bona autem hæc ex permutatione adquiſita in locum bonorum fidei- 79
commiſſo ſubjectorum & permutatorum ſurrogantur, & fideicommiſſaria fiunt, horumque naturam induunt, *l.Imperator 70.§.fin.l.ſed quod 71.& l.ſeq.ff.de legat.2.* Jaſon *conſ.21 numer.1.lib.2.* Tiraquel. *de retract. lignag.§.32.gloſſ.1.numer.27.ſeq.* Molina *d.cap.4.numer.36.* Tuſch. *lit.S.concluſ.758.numer.19.& ſeq.* Cravet.*conſ.295 num.4.ſeq.* Mantica *d.lib.25 tit.5.numer.7.* Peregrin. *de fideicomm.art.44.numer.30.* Sicuti etiam, ſi bona avita cum aliis bonis permutentur, ea, quæ ex permutatione adquiruntur, non nova & recens acquiſita, ſed avita dicuntur, & in locum avitorum ſurrogantur, *arg.l.ſi donato 35.§.fin.ff.d.donat.inter.vir.& uxor.* Berlich.*part.2.concluſ.13.num.9.* 7
cum ſurrogatum ſapiat & induat naturam ejus, in cujus locum eſt ſurrogatum *l.ſi ex lapidicinis.ff.de jur.dot.l.ſi ipſa ff.quod.met.cau.l.ſi cum §.qui injuriarum.ff.ſi quis caut.* *L.fuerat.1.de action.l.1.C.de rei uxor.act.* Bart. *in l.infamem ff de public.judic.* Tuſch. *lit.F.concluſ.757.num.1.& per tot.* unumque & idem cum ſurrogato cenſeatur *l.1.§.injuriarum.ff.ſi quis caut.* Decian.*conſ.47 numer.1.vol.1.* Menoch.*conſ.97.numer.157.* iidemque cum eo fruatur privilegiis, Menoch. *conſ.99.numer.48.* Decian. *conſ.52.num.33.vol.1.* Et fieri dicitur ſurrogatio cum omnibus ſuis qualitatibus, Burſat.*conſ.302.n.51.lib.3.* Cephal.*conſ.615.numer.2.ſeq.lib.* Schrader.*de feud.part.10 ſect.9 num.188.* Paurmeiſt *de jurisdict.lib.2 cap.6.numer.32.* Atque ideò etiam hæc bona fideicommiſſi ſucceſſori reſtituenda eſſe ſcribunt Decian.*conſ.52.num.28.ſeq.vol.1.* Mantica *de conject.ult.vol.lib.7.tit.8 numer.23.* Tuſch.*lit.F.concluſ.259.num.38.* Honded.*conſ.58.numer.32.33.56.& 5.lib.1* Peregrin *de fideicommiſſ.art.44.numer 30.* Fuſar.*d.quæſt.530.numer 20.& quæſt.636.num.1.ſeq.* etiamſi res iſta permutata à gravato ſit alienata, ita ut nihilominus contra tertium poſ-

sessorem rei vindicatio institui posit, tanquam de rei fideicommisso subjectâ Alciat *cons. 110. lib. 9.* Peregrin. *d. art. 44. n. 31.* Fusar. *d. quæst. 636. n. 2.* confer *infra n. 44.*

78 VII. Bona fideicommissaria non possunt in dotem dari, *l. à filia in pr. ff. ad SCt. Trebell. l. pater filiam. ff. ad L. Falcid.* Bart. *in l. fin. ff. de legat. 2.* Natta *cons. 25. num. 8. lib. 2.* Crass. *§. legitima. quæst. 41. numer. 1.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. . tit. 8. numer. 27.* Peregrin. *de fideicom. art. 6. numer. 1.* Fusar *de fideic. subst. quæst. 2 7. numer. . & seq.* est enim in dotem datio alienatio quædam, *l. lege Favia. 4. ff. de leg. Fab. de plag. l. non solum. 22. §. si eum ff. de liberal. caus.* Et quidem talis, quâ rei possessio & dominium ad alium, maritum scilicet,
79 transfertur, *l. quamvis. 75. in princ. ff. de jur. dot. l. prædium. 23. C. eod.* Ex quo etiam vasallus rem feudalem in dotem dare nequit; *§. donare autem 2. feud 9.* Bocer. *de jur. dom. & vasal. lib. 2. cap. 6. numer. 190. seq.* Secus tamen est, si dos ad patrem vel hæredem reversura erit, Bald. *in l. quoniam. in fin. C. de inoffic. testam.* Brun. *de test. cont. quod stant. masc. art. 11. quæst. 3. num. 12.* Vinc. Fusar. *d. quæst. 297. numer. 10. seq.*

80 VIII. Non quoque potest fieri alienatio per constitutum; quod est pactum, quo is, qui rem suam alienat, constituit, ut eandem possideat nomine ejus in quem fit alienatio: veluti cum donans, vendens, vel aliter concedens sese constituit ejus nomine possidere, cui ea res venditur, donatur, vel alio modo conceditur, Tiraquel. *tract. de jure constituti. part. 1. num. 1.* Cujusmodi pactio est quasi traditio possessionis rei venditæ vel alio modo concessæ, cùm transferre credatur in alium rei suæ possessionem, & ipsemet desinat possidere, quia alieno nomine possidere incipit, *l. quod meo nomine. 18. in princ. ff.*
81 *de adquir. vel amit. possess.* Imò etiam per constitutum dominium in accipientem transfertur, cum in rem actio ipsi competat, *l. quædam mulier. 77. ff. de rei vindic.* Tiraquel. *de jur. constitut. part. 2. limit. 8.* Sicuti etiam interdictum recuperandæ possessionis, Tiraquel. *d. part. 2. limit. 11.*

82 Unde quoque feudum absq; domini consensu à Vasallo per constitutum alienari nequit, Bocer. *de jur. dom. & vasall. lib. 2. cap. 6. n. 253. & seq.* Molinæ. *ad consuet. Paris. §. 13. gloss. 5. num. 4.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. concl. 96.* Vultej. *1. feud. c. 10. n. 42 in fin.*

83 IX. Idem est, quoad alienationem, quæ fit per libellum; veluti quando res alicui conceditur certo pretio, scripturâ interveniente, hâc lege, ut annua paucorum denariorum pensio indè præstetur, & stato condictioque tempore contractus ille renovetur, rursus certo vel arbitrario pretio numerato, Bocer. *de jur. dom. & vasal. d. lib. 2. cap. 6. numer. 187.* Est enim hujusmodi

dicon-

modi conventio nihil aliud quàm alienatio & venditio, *§. donare. 2. Feud.* 9. Atque ideò etiam in feudis non habet locum, *aut si libellario tit. 5 & tit. 13. lib.* 84
1. feud. § donare. tit. 9. tit. 39. in fin. princ. tit. 44 55. in princ. vers. 1. feud 2. Bocer. *d. cap. 6. n. 16. & 255.*

X. Fideicommissum familiæ non potest aliis extraneis, & qui non sunt 85
de familiâ, cedi, *l. si mulier. 59. §. ex asse. 1. ff. ne jur. dot* Bart. *in l. qui ita. §. 2. ff ad SCt. Trebell.* Natta *cons. 200. numer. 3.* Surd. *de aliment. tit. 6. quæst. 22. n. 32.* Peregrin. *de fideicom. art. 2. num. 52. & art 31. numer. 27. seq.* Vinc. Fusar. *de fideicomm. subst. quæst. 5:4. numer. 1. & per tot* prohibitâ enim alienatione, cessio 86
quoque prohibita, & prohibitus alienare, prohibitus quoque cedere censetur, Corne. *cons. 128. numer. 2. vol. 1.* Mascard. *de probat. conclus. 1243. numer. 109.* Dynus. *cons. 3.* Et cessio est quædam jurium venditio. Imola *in l. Modestinus. in princ. ff. de solut.* Tuschus. *lit. C. concl. 203.* 87
numer. 1.

Secus verò erit, si fideicommissarius jus suum uni alicui successori de 88
familiâ cedat, hoc enim fieri posse non dubito, quia hoc ipso non agitur contra testatoris vel institutoris intentionem, sed bona in familiâ integra & illæsa conservantur & permanent, & quilibet juri suo & favori pro se introducto renunciare potest, atque ita etiam huic juri renunciari posse dictum est *cap. 1. num. 19. seq.* Atque hoc exemplo juris primogenituræ, quod licet 89
alienari in extraneos nequeat, secundogenito tamen successori id cedi posse, non habet dubium, & probat exemplum Esau, *Genes. 5. in fir. hab. æor. 12. vers. 16. c. quam periculosum. 8. caus. 7. quæst. 1.* Tiraquel. *de jur. primogen. quæst. 29. & ibi alleg.*

XI Fideicommissarius non potest de re fideicommissariâ transigere; per 90
l. Imperatores. 3. in princ. & §. 1. ff. de transact. l. à sententiâ. 5. §. si hæres. 1. ff. de appellat. Menoch. *cons. 599. dub. 3.* Peregrin. *de fideicom. art. 10. n. 123. & art. 52. n. 1. seq.* Fusar *de fideic. substit. quæst. 562. numer. 1. seq.* Et quod de bonis alienari 91
prohibitis non valeat transactio, & qui prohibetur alienare, prohibeatur etiam transigere, tradunt per *l. non solum. 4. C. de præd. & al. reb. minor.* Dec. *cons. 39. numer. 4. & cons. 44. numer. 1. & 5. & cons. 475. in fin.* Pinel. *in l. 1. part. 3. numer. 44. C. de bon. matern.* Capyc. *decis. 93. numer 3. & 4.* Afflict. *decis. 138. n. 2.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 9. num. 8.* Petra *de fideicommiss. quæst 8. n. 64.* Romule. *in l. filiusfamilias. 114. §. Divi. n. 1. ff. de legat. 1.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 708 num. 6. seq.* Est enim transactio species alienationis, *l 1. §. 1. ff. de offic. proc. Cæs. l. 1. §. utrum autem. vers. at si transegit. ff. si quid. in fraud. patron. l.* 92
non solum 4. C. de præd. & al. reb. minor. Bald. *in l. 1. C. de transact.* Rol. à Valle

cons. 35

conf.15.numer.3.vol.1. Tiraquel. *de retract.tit.1.gloss.14.num.6*. Gail. *2.obs.72.num.2.* Et per transactionem devenitur ad alienationem Jacob. de S. Georg *de investitur.verb. & cum pacto de non alienando. num.7.* Et dominii translationem Romule. *in d. l. filiusfamilias.114.§.Divi. num.72.ff.de legat.1.* quemadmodum ergò alienatio prohibita, ita etiam transactio.

93 Atque hoc etiam exemplo majoratus, de quo possessor non potest transigere, sicuti docet Ant.Gomez. *in l. Tauri 40.numer.86.* Molina *de Hispan.pri-*
94 *mogen.lib.4.cap.9.numer.11.& per tot.* Fusar. *d.quæst.562. numer. 4.* Sicuti nec vasallus de feudo, transigere potest, Matth.de Afflict. *decis.128.numer.1. & 2.* Clarus *§.feudum.quæst.39.* Molina *d.cap.9.numer.9.* sive diminuendi, sive alienandi causâ id fiat, sive ita transigat, ut feudum, vel ejus pars ad adversarium tranferatur, Curt. *de feud. part.4.numer.69.* Jason. *in l.fin.numer.121.C. de jur.emphyteut.* Tiraquel. *de retract.part.1.§. 1.gloss.14.num.66.* Bocer. *de jur. domin. & vasal. lib.2.cap 6.numer.220.& seq.* Schrader. *de feud. part.8.cap.1.numer.44.vers.ita autem.* Cùm enim per hanc res ad alium transferatur, & vera sit alienatio, omnis autem alienatio, quâ res & dominium ad alium transfertur, vasallo de re feudali sit interdicta, *2. Feud.52.in princ. & tit.55.in princ.* hujusmodi quoque transactionem ipsi interdictam esse consequens est.

95 Neque adversatur, *§.si vasallus de beneficio. 2. feud. 26.* ubi etiam transactio diminuendi causâ facta valida dicitur, sicuti demonstrat Bocer. *d.cap.6. num 231.* R. Nam ita rata & valida dicitur ista transactio, ut præjudicet tantum ipsi vasallo, & non etiam domino, & reliquis agnatis. Sic enim venditio rei alienæ rata quidem est, quoad ipsos contrahentes, non etiam quoad dominium rei illius, *l. rem alienam. 28.ff. de contrah.empt.* & pignoris datio in re alienâ rata est, quoad ipsos contrahentes debitorem & creditorem, *l. si rem. 9. §. penult. l. si pignore. 22. §. si prædo. ff. de pignor. act.* non item, quoad rei oppignoratæ dominum, cui ea pignoris datio nihil præjudicat, *l. 2. l. 4. & tot. tit. C. si alien. res pign. dat. l. un. C. si commun. res pignor. dat.*

96 Huic conclusioni non contrariatur *l. ante restitut.104.ff. de solut.* ubi ante restitutionem hæreditatis fideicommissariæ ab hærede factæ, solutiones & liberationes valent, indeq; validam esse transactionem de re fideicomisso subjectâ factam, modò bonâ fide facta fuerit, concludit *ibid.* Imola, quem refert & sequitur Cephal. *cons.241.num.356.* R. siquidem lex ista non loquitur de liberationibus & solutionibus voluntariis, sed necessariis, quarum obligationes ipse testator contraxerat, & sic de solutione æris à testatore contracti, cujus so-

cujus solutio ipsi hæredi & fideicommissariis necessariò incumbebat, & ex rebus fideicommissariis licitè fieri poterat, de quo *infra num.216.seq.*

Pariter non refragatur *l. 1. C. de pact.* Nam pactum illud ibidem ini- 97
tum fuit inter hæredem & fideicommissarium simplicem, seu cui simpliciter absque familiæ conservandæ respectu, hæreditas fuit relicta, quale pactum, cum non agat de præjudicio alterius, validum existit. Unde etiam transactio inter dominum & vasallum de feudo inita, si agnatis indè non præjudicetur, valida est, Afflict. *in §. si vasallus, num. 13. si de feud. controv. fuer. inter Dom. & agnat.*

Neque etiam obstat, quod transactio fiat de re dubiâ & lite futurâ, atque ideò, alienatio indè fiat, ea non voluntaria, sed necessaria sit, necessariam autem alienationem non esse prohibitam, dictum est *infra num.453.seq.* Et 98
de fideicommisso licitam esse transactionem, si in casibus necessariis super re dubia & bona fide fiat, teneant Menoch. *cons.322.num.66.* Peregrin. *de fideic. art. 52.num.88.* Petra *de fideic. quæst. 8. num.67.seq.* Fusar. *d.quæst.56.num.2.seq.* R. Nam alienatio quæ fit per transactionem non est necessaria, sed voluntaria, cum nemo invitus transigere teneatur, sed si de re fideicommissariâ lis moveatur, hæc per judicem sopiri & decidi possit, exemplo compromissi, quod licet etiam de re dubiâ & lite fiat, non tamen dicitur esse necessarium, sed voluntarium, *infra num.111.*

Ex quo etiam colligitur, eorum sententiam non esse recipiendam, qui statuunt, quod de rebus fideicommissariis & aliis alienari prohibitis, non sit licitum compromissum & transactio, quando certum est bona esse fideicommissaria vel possessori competere, secus verò si dubium sit, an bona ista fideicommisso sint subjecta & alienari prohibita, ita, ut hoc casu compromissum & transactio licita sit, sicuti statuit Socin. *cons.87. num. 30. lib.3.* Ex hac enim 99
sententiâ sequeretur, quod de rebus fideicommissariis & alienari prohibitis, semper compromittere & transigere liceret, cum nec compromissum, nec transactio fieri possit, nisi de re dubiâ & incertâ, *l. 1. ff. de transact. l. 2. C. eod.* Molina *de Hispan. primogen. lib.4.cap.9.n.19.*

Supra dicta tamen conclusio locum non obtinet, & de bonis fideicom- 100
missariis licitè transigi potest 1. Si Principis superioris authoritas interveniat, ubicunque enim super re aliquâ ideò transigi non potest, quod alienari prohibita est, vel alia quacunque causâ, transactio tamen valet, si Principis, sive superioris authoritas interveniat, prout tradunt per *c. X. de transact. c. examinata. & ibi Dd. commun. X. de confirmat. util. & inutil.* Alciat. *cons.10.n.9.* Molina *d. lib.4. cap.9.num.20.* Peregrin. *de fideicomm. art.52. num. 89.* Idque de bo-

de bonis majoribus etiam probant Padilla *in l. unum. ex familiâ. §. si de Fal-
cidiâ. num. 20. ff. de legat. 2.* Pinel. *de bon. matern. part. 3. num. 50.* Molina *d. l.
num. 21.*

101 2. idem obtinet, & transactio valida est, quando judex præcepit, ut
102 transactio fieret, Molina *d. cap. 9. num. 29.* Quamvis enim quis invi-
tus non possit compelli ad compromittendum, vel transigendum, *Novel. 124.
c. fin. & ibi gloss.* Bart. *in l. furti. §. qui jussu num. 2. ff. de his qui not. infam.* Bald.
in l. ex stipulatione. num. 1. C. de sentent. & interloc. Hoc tamen non procedit, si
inter personas insignes lis sit multum intricata & diu duratura, & si ex litis
prosecutione rixæ & scandala oriri timeantur, tum enim ad compromitten-
dum, vel transigendum judex compellere potest, per *c. placuit. dist. 90.* Felin.
in rubr. de treug. & pac. n. 5. & 6. Idque etiam in bonis majoratus procedere, scri-
bit Molina *d. cap. 9. n. 30.*

Valida quoque & licita censetur transactio de re fideicommissariâ, si
ea non diminuendi, sive alienandi causâ, sive ita fiat, ut fideicommissum,
103 vel ejus pars aliqua ad adversarium transferatur, sed si decidendi tantùm cau-
sâ, sive ita transigat, ut transigens fideicommissi possessorem rem fideicom-
missariam sibi retineat, & datâ aliquâ pecuniâ, à lite se liberet, per *l. si pro
fundo. 33. C. de transact.* Jason. *in l. fin. num. 122. C. de jur. emphyt.* Tiraquel. *de
retract. lib. 1. §. 1. gloss. 14. num. 60. seq.* Alciat. *cons. 17. num. 8.* Fusar. *de fideicom.
subst. quæst. 708. num. 5.* Atque hoc casu de bonis quoque majoratus transige-
re licere, tradit Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 9. num. 22.* Uti & de bo-
104 nis feudalibus, quando scilicet vasallus transigendo feudum vel retinet, vel
recuperat, Bald. *in c. 1. de controv. inter vasall. & ali. de benef.* Paris. *cons. 1. num. 134.
lib. 1.* Jason. *in l. fin. num. 121. C. de jur. emphyt.* Schrad *de feud. part. 8. cap 1. n.
44.* Bocer. *de jur. dom. & vasal. lib. 2. cap. 6. num. 228 seq.* Philipp. Matth. *2. Mar-
105 purg. cons. 26. numer. 171.* Non enim alienat, qui ex causâ transactionis rem apud
possessorem relinquit, *l. si profundo. 33. vers. si tamen res. C. de transact.*

Cum autem fideicommissi possessor facto suo successoribus præjudica-
re nequeat, consequens est, quod si transigens pro redimendâ lite pecuniam
quandam expenderit, ea ipsi à successoribus non sit restituenda, sed ea ex
106 fructibus impendenda veniat, cum ipsi possessori incumbat, rem fidei-
commissariam sartam tectam conservare, *infra cap. 12. num. 21. seq.* Quod ita et-
iam in majoratus possessore statuit Molin. *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 9. num.
23. & seq.*

4. Si illi quorum favore res alienari fuit prohibita, seu fideicommissi
succes-

succeſſores in transactionem conſentiant, valida erit transactio, cùm enim
hoc caſu fideicommiſſum alienari poſſit, *infra numer. 375. ſeq.* cur non etiam
de eo tranſigi poſſit, nulla ratio dari poteſt, & ita tradit Molina *d. lib. 4. cap. 9.
num. 31.*

Ita etiam 5. ipſi fideicommiſſarii inter ſeſe de fideicommiſſo tranſigere 107
poſſunt, *l. de fideicommiſſo. 11. C. de tranſact.*

XII. Quæ de tranſactione dixi, ea etiam in compromiſſo obtinent, ita 109
ut de bonis fideicommiſſo ſubjectis, compromiſſum non valeat; cum com-
promiſſum ſit quædam transactio, ipſumque compromiſſum & tranſactio,
æquiparentur, *per Novel. 86 cap. 2. & auth. ſi verò contigerit. C. de judic.* Jaſon.
in l. fin. numer 122. C. de jur. emphyt. Tiraquel. *de legib. connub. gloſſ. 5. quæſt. 20. nu-
mer. 205.* Alciat. *in l. cum te numer. 4. C. de tranſact.* Molina *de Hiſpan. primogen.
lib. 4. cap. 9. numer. 1. & 7.* Pinel. *in l. 1. part. 3. num. 45. ſeq. C. de bon. matern.* Fuſar. *de* 110
fideicomm. ſubſtit. quæſt. 563. numer. 1. ſeq. & compromiſſum ſit ſpecies alienati-
onis, Brun. à Sol. *verb. comprommiſſum. num. 3. & in verb. juramentum. nnmer. 27.* atque
ita fieri non poteſt ab eo, qui non poteſt alienare: & alienare prohibitus,
compromittere quoq; prohibitus intelligitur, *c. cum tempore. 5. X. de arb.* Rom.
conſ. 175. & conſ. 369. num. 8. Pariſ. *conſ. 34. num. 11. vol. 4.* Tiraquel. *de leg. conn. d. gloſſ.
5 num. 203.* Dec. *conſ. 39. num. 4.* Lapus *allegat. 102. num. 3.* Ripa *reſponſ. 7. num. 12. part.
2.* Brunor. *d. verb. compromiſſum. num. 3. & verb. juramentum. num 27.* Dec. *conſ. 475.
num. 39. & ſeq.* Peregrin. *de fideicom. art. 40. num. 120.* Maſcard. *de probat. concl. 1243.
numer. 106.* Pinell. *de bon matern. d. part. 3. numer. 44.* Molina *d. lib. 4. cap. 9.
numer. 8.* Tuſchus *lit. C. concluſ. 499. numer. 14. & ſeq.* Fuſar. *d. l. quæſt. 708. num. 1.*
Et quod non eſt alienabile, non eſt compromittibile Magon. *deciſ. Lucenſ. 59.
num. 12.*

Adhæc compromiſſum eſt actus voluntarius & à jure communi nemo 111
ad compromittendum cogi poteſt, *l. ſi dictum. 56. §. ſi compromiſero. 1.* ibi: *nulla
enim neceſſitate cogente id feci. ff. de eviction.* Hondedæ. *vol. 1. part. conſ. 9. numer. 9.*
Non poſſe autem fideicommiſſi poſſeſſorem reliquis ſucceſſoribus per actum
voluntarium præjudicare, conſtat *ex l. peto. 69. §. fratre 3. ff. de legat. 2. & ſi-
milib.* Ex quo etiam majoratus poſſeſſorem non poſſe in præjudicium alio- 112
rum compromittere, tradunt Pinel. *in d. l. 1. part. 3. numer. 46. ad fin. C. de bon.
matern.* Ant. Gomez. *in l. Tauri. 40. numer. 86.* Molina *d. lib. 4. cap. 9. n. 11.* Quod 113
etiam de vaſallo docent Jaſon. *in l. fin. num. 119. C. de jur. emphyt.* Clarus *§. feudum.
quæſt. 58.* Afflict. *deciſ. 285.* Roſenthal. *de feud. cap. 9. concluſ. 22. numer. 8. in not.
lith.* Licèt alii diſtinguant inter arbitrum & arbitratorem, ita, ut in arbi-

trum quidem compromittere liceat, non verò in arbitratorem, Vultej *de feud. lib. 2. cap. 2. n. 3. & ibi alleg.*

114 Pro contrariâ sententiâ, & quod de fideicommisso compromittere liceat, etiam in præjudicium fideicommissariis sentiunt Bart. *in l. cum hæreditas & ibi* Angel. Alex. *numer. 4. ff. ad Sct. Trebell.* Marzar. *de fideicom. quæst. 72.* Crass. §. *fideicommiss. quæst. 61.* Peregrin. *de fideicom. art. 40. numer. 119.* pro quâ sententiâ adducitur *l. cum hæreditas. 36. ff. ad Sct. Trebell.* ubi dispositum est, quod si hæres gravatus restituere hæreditatem de re quâdam fideicommissariâ compromissum fecerit, tenetur fideicommissarius ante restitutam hæreditatem ipsi cautionem præstare, quod si in aliquo fuerit condemnatus, illum indemnem facere velit. Ex quo *ibid. Angel.* concludit, hæredem de hæreditate restituendâ gravatum, ante restitutionem posse compromissum facere, non solùm in arbitrum, sed etiam in arbitratorem, quem sequitur *ibid.* Paul. Castr. *num. 2. &* Alex. *num. 4.* Angel. *cons. 31. vers. ad confirmationem.* Boër. *decis. 147. n. 6. & 7.*

115 Verùm si lex ista penitius consideretur, ex ipsâ firmiter concludi non poterit, quod fideicommissarius in præjudicium reliquorum successorum compromittere possit, non enim simpliciter dicit, hæredem de rebus fideideicommisso subjectis compromittere posse, sed facti tantùm contingentiam enunciat, & disponit, quod quando compromissum licitè factum fuerit, fideicommissarius teneatur cavere de solvendo illud, quod ex compromisso judicatum fuerit, veluti si compromissum factum sit consensu fideicommissarii, vel judex vel Princeps compromittere jusserit, vel alio modo compromissum licitè fuerit factum, Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 9. 12. seq.* Fusar. *d. quæst. 463. num. 4. seq.* Licitum autem videtur compromissum de rebus fideicommissariis iis casibus, quibus de iisdem transactio est licita, de quibus ex præcedentibus constat,

116 Ita quoque negotium non facit, *c. Raynaldus. X. de testament.* ubi compromissum valet factum ab hærede, cui substitutus fuit datus, si sine liberis decesserit. Nam loqoitur de comprommiso inter hæredem & ipsum fideicommissarium simpliciter datum, non autem de fideicommisso familiæ, & quod pro perpetuâ familiæ conservatione fuit constitutum & sic cum hoc casu de ipsius fideicommissarii tantùm, non etiam reliquorum successorum præjudicio agatur, utique illud validum erit, sicuti etiam ipsum fideicommissarium & hæredem de tali re fideicommissariâ transigere posse, *dictum est supra num. 97.*

XIII. Fi-

XIII. Fideicommissarius non potest alteri extraneo in re fideicom- 117
missaria usumfructum constituere, Jason.*in l.fin.n.84 C.de jur.emphyt.* Natta
cons.470.ver.lib.2. Petra *de fideic.quæst.8.n.103.* Peregrin *de fideicom.art.40.n.114.*
Fusar.*de fideicommiss.substit quæst.527.num.3. & seq.* cum usus fructus constitutio
sit species alienationis, & usumfructum constituere sit alienare *l.fin.C. de reb.*
alien. non alienand.l.sed si pecunia, §. usus fructus.ff de reb. eor. c. non liceat. 20. caus.
12.quæst.2.l.3.§.nec ususfructus ff. de reb. eor. qui sub.tut. Gœdd. *in l. alienationis 28.* 118
numer.6.ff.de V.S. & ususfructus sit pars dominii *l. ususfructus.4.ff.de usufruct.*
Petr.Peckius *de testament. conjug. lib. 5. cap. 23.numer. 1.* Et inutilis fieri dicatur
fundi proprietas, ex quo alteri usus fructus vel usus debetur, *l.3. §.ne tamen.ff.*
de usufruct.§.1.vers.ne tamen. 1.eod. Estque ususfructus constitutio talis alien-
atio, qua rei possessio ad usufructuarium transfertur, per *l. naturaliter.12.*
in princ.l.possessio.quoque 49.princ.l.1.§.quod ait Prætor.ff.quod legat.nom. Atque
sic alienatione prohibitâ, ususfructus quoque constitutio prohibita intel- 119
ligitur, *d.l.fin.C.de reb.alien.non alien.c.non liceat.20.caus 12.quæst.2.* Molin.*de*
Hispan.primogen.lib.1.cap.20.numer.5. Bart.*in l. codicillis.§ instituto.ff. de legat. 2.*
Wesembec.*cons.51.numer.65.* Cephal.*cons.270.numer.2.* Petra.*de fideicommiss.*
quæst.8 n.103. Gœdd.*ad d.l.alienationis.28.n.17.ff. de V.S.* Et illum qui alienare
prohibitus, utile dominium in alium transferre non posse, tradunt Bart.*in l.*
fin.C.de reb. alien.non alien. Romule.*in l.filiusfam.§. Divi. n.72.ff.de legat. 1.* Fu-
sar.*d.l.quæst.701.n.2.* prohibita enim alienatione, prohibita quoque censetur
omnis diminutio in re illa Fusar *d.n.2.*

Hinc sicut res Ecclesiæ sine decreto alienari non possunt, ita etiam nec 120
ususfructus in iisdem constitui potest, *d.c.non liceat.20.in princ.caus.12.quæst.*
*2.*Bald.*in l.fin.num 1.& ibi* Castrens.*n.3.C.de reb.alien.non alien.* Gœdd.*d.num.6.*
Nec vasallus in re feudali alteri usum fructum constituere potest, Curt.jun. 121
*de feud.part.4.num 106.*Clar.*§.feudum.quæst.37.num.2.* Sonsbec.*de feud.part.12.*
num.103. Wesembec.*de feud.cap.1.n.3.*Menoch.*4.præsumpt.142.num.4.* Fachin.
7 controv 79. Vultej.*de feud.lib 1.cap.10.numer.41.* Peckius *de testam. conjug.lib 5.*
cap.23.num.1. Bocer *de jur.domin.& vasal.lib.2.cap.6.num.109.seq.* Rosenthal. *de*
feud.cap.9.conclus.12. Ne quidem ad dies vitæ, cum prædii feudalis usufructu
vel usu amisso, vasallus servitia commodè præstare nequeat, utpote quæ ex
feudi reditibus præstanda sunt, *2.feud.54.in fin.& tit.55. §. firmiter.* Ex quo
etiam dicendum videtur, quod nec fideicommissarius alicui usum fructum ad
dies vitæ suæ constituere possit, cum hoc deterioratio quædam sit rei fidei-
commissariæ, & inde intentioni & voluntati testatoris non satisfiat, quæ est

ut ex fructibus familia honestior sustentetur & splendidior reddatur, indeq; alienare prohibitum non posse alteri alimenta ex istis rebus constituere, asserunt Paris. *cons. 98. n. 8. 9. & 13. lib. 2.* Petra. *de fideicom. quæst. 8. num. 132.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 7 5.*

122 Nec obstat, quod *supra cap. 10. num. 124.* dictum fideicommissarium ad dies vitæ suæ prædio fideicommissario servitutem imponere posse, quia alia est ratio impositionis servitutis, & alia impositio ususfructus; qui enim prædio servitutem imponit, prædii possessionem non amittit, sicuti nec jus utendi fruendi, qui verò alicui usumfructum vel usum in prædio constituit, is & naturalem possessionem, & jus utendi fruendi amittit, Bocer. *d. cap. 6. n. 122.*

123 Ratio quoque, quare in his bonis jus aliquod reale, etiam quoad vitam possessoris constituti non possit, hæc adsignari potest, ne res semel servituti subjecta, per oblivionem vel incuriam possessorum ac successorum ad posteros cum eodem onere transmittatur, vel super eâ re liberanda lites perniciosę exoriantur, sicuti de rebus majoratus scribit, Molin. *d. l. 1 cap. 20. n. 15. in fin.*

124 Secus tamen hæc se habent, quoad facultatem fructuum seu commoditatum percipiendi, hæc enim facultas ab ipso jure ususfructus diversa est, Molin. *de primogen. lib. 1. cap. 20. num. 10.* Non enim est novum penes aliquem esse jus ususfructus, & penes alium facultatem fructuum percipiendorum, *l. si ususfructus. ff. de jur. dot. l. ususfructu. ff. solut. matrim.* Oldrad. *cons. 102. ad fin.* & per fructuum percipiendorum facultatem seu commoditatem nullum jus in re constituitur, Molin. *d. lib. 1. cap. 19. num. 32. & cap. 20. num. 11.* Et cum fructus bonorum fideicommisso subjectorum ad ipsum possessorem jure dominii pertineant, eorumque liber sit dominus & arbiter, *supra cap. 10. num. 33.* consequens est, quod de iisdem liberè disponere eosdemque alteri percipiendos concedere vel alienare possit, per *l. arboribus. 12. §. usufructuarius. 2. l. non utitur. 38. ff. de usufruct.*

125 Unde licet prohibitus alienare, non possit in rebus prohibitis usumfructum constituere, ipsum tamen fructus vendere & alienare posse pro tempore vitæ suæ, docent Bart. *in l. pen. §. instituto. ff. de legat. 2.* Curt. jun. *de feud. part. 4. quæst. 15. num. 106. in fin.* Petra *de fideicom. quæst. 8. n. 100. 104. & 327.* Peregrin. *de fideic. art. 40. num. 110. & 117* Molina *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 20. n. 12. & c. 21. num. 5* Fusar. *de fideic. subst. quæst. 525. n. 17. & quæst. 527. n. 5.* Et prohibitum alienare, nihilominus tamen aliis fructuum percipiendorum comoditatem concedere posse, tradunt Felin. *in c. plerumq; X. de rescript.* Fab. de Anna *cons. 51. n. 15.* Alber. de Rosat *in l. Cajus ff. de annuis legat.* Hering. *de fidejussor. cap. 7. num. 195.* Et ad dies vitæ suæ aliis locare Jason. *in l. filiusfam. §. Divi. limit. 12. ff. de legat.*

126

legat. Fusar. *d. n. 17.* Exemplo vasalli, qui licet feudum alienare, vel etiam in eo
usumfructum constituere nequeat, ipsum tamen feudi commoditates ad dies
vitæ locare posse, scribunt Clar. § *feudum. quæst. 31. n. 9.* Fichard. *cons. 46. n. 5. part.
2.* Wesembec. *de feud. cap. 8. n 6.*

XIV. Hinc quoque in bonis fideicommisso familiæ subjectis, non po-
test constitui census, sive reditus annuus, ewiger Gültkauff, Frider. Martin. *de* 127
censib. cap. 4. num. 93. Cum census impositio, sive constitutio, sit species aliena- 128
tionis, & cum ipsa rei alienatione à pari procedat, Guil Redoan. *de reb. Eccles.
non alien. cap. 27.* Tiraquel, *de retract. lignag. § 1. gloss. 6. num. 61.* Fusar. *de fideic.
subst. quæst. 706. num. 3.* & in rebus restitutioni obnoxiis & alienari prohibitis
census sive reditus annuus constitui non possit, Frid. Martin. *d. cap. 4. num. 84*
Fusar. *d. quæst. 706. num. 2.* ubi census ejusmodi constitutionem ipso jure nullam
esse probat. Cui accedit, quod si census constituatur ex certo fundo præstan-
dus, fundus iste pro censu isto sit hypothecatus, Gars. *de expens. & melior. cap.
4. num. 30 & 33.* Thom. Maul. *de emphyteus. tit. 12. num. 2.* Et in contractu censua-
li transfertur omne dominium, tam directum, quam utile, omnisque posses- 129
sio, tam civilis, quam naturalis, ita ut nihil remaneat apud concedentem, ni-
si quod censitus, annuum censum solvere teneatur, Menoch. *lib 3 præsumpt.
106. num. 1.* Valasc. *de jur. emphyt. quæst 32. num. 27.* Berlich. *part. 2. conclus. 47. n. 9.*
Covarruv. *lib 3. var. resol. cap. 7. num. 1.* Tusch. *tit. C. concl. 191. num. 1. & sequentib.*
Idem est, si assignatus sit fundus, ex quo annuus reditus solvatur, is fundus ta- 130
citè pro reditu ist obligatus & hypothecatus censetur, Covarruv. *3. var. resol. c.
7. n. 5. vers. quarto si contractum.* Garsias. *de expens. & melior. cap. 4. num. 33.* Author.
Præjud. Camer. *Imper. apud Gylman. tom. 3. verb. annui reditus.* Thom. Maul. *de em-
phyt. tit. 13. n. 4.*

XV. Si fideicommissi institutor quoad successionis modum nihil dis- 131
posuerit, vel omnes de familia ordine successivo vocaverit, non potest in bo-
nis fideicommisso subjectis primogenitura institui, vel unus ex pluribus in
pari gradu existentibus cæteris præferri, per *l. omnia. 32. §. in fideicommisso. 6.
fin. l. peto. 69. §. fratre. ff. de legat. 2.* Petra. *de fideicommiss. quæst. 8. num. 530.* Ne
quidem inter ipsos, qui sunt de familiâ, quia reliqui agnati jus quæsitum ha-
bent in hisce bonis fideicommissariis, quod ipsis invitis auferri nequit, ut *su-
pra cap. 8. num. 3. & seq* dixi. Neque etiam fideicommissi possessor leges & con-
ditione veteres mutare & novas introducere potest *infra num. 48.* Atque 132
ita etiam vasallum in feudo jus primogenituræ instituere non posse, docent
per *2. feud 8 in princ.* Bart. *in l. ut juris jurandi § si liberi. ff. de oper. libert.* Bolognet.
cons. 17. col. 2. in fin. Pinel. *in l. 1. part. 3. n. 97. C. de bon. matr.* Petra *de fideicommiss. d.
quæst. 8. n. 530.*

Quod

133 Quod si tamen omnes de familia, & illi quorum interest, in hujusmodi constitutionem consenserint, & unanimi consensu in bonis fideicommissariis jus prmogenituræ constituerint, & à testatore, sive fideicommissi institutore aliud non fuerit dispositum, validam esse hujusmodi conventionem nullus dubito, cum hoc ipso nihil alienetur, bona in familia conserventur, eaque splendidior reddatur, & aliâs quoque, si omnes, quorum interest, consentiant; ipsæ res fideicommisso subjectæ alienari possint, *infra n.379* quanto ergò magis jus primogenituræ constituere poterunt.

134 XVI. Bona hæc fideicommissaria non possunt aliis in feudum concedi; qui enim prohibitus est alienare, prohibitus quoque est in feudum dare, Dyn. *in l. Codicillis. §. instituto. & ibi* Bart. *ff. de legat. 2* Romule. *in l. filiusfam. §. divi. n.72. & 85 & seq. ff. de legat. 2.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 701. n. 3.* Quia feudi concessio est alienatio, & per eandem utile dominium ad vasallum transfertur, § *rei autem. 2. feud. 8.* Vultej. *lib. de feud. cap. 10. n. 18.* eoque nomine ipsi datur utilis rei vindicatio, *d. §. rei autem. 2. feud. 8.* Vultej. *de feud. 2. cap. 1. n. 8. & n. 13.* & alia juris remedia, de quibus Vultej. *d. cap. 1. per tot.* & jus rem feudali possidendi, *2. feud. 1. § si vero. 1. & tit. 8. §. fin.* habetque vasallus rerum feudalium usumfructum plenissimum *d. §. rei autem. 2. feud. 8. & §. quamvis tit. 23.* prohibitus autem alienare, non potest utile dominium, nec jus in re alienari prohibita, transferre, *l. fin. C. de reb. alien. non alien.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 21. num. 15.*

135 Quod si tamen res aliqua fideicommissaria solita fuerit dari in feudum, fideicommissarium quoque rem istam in feudum dare posse videtur, & tradit Bart. Romule. *in d. l. filiusfam. §. divi. n. 86. ff. de legat. 1.* Curt. jun. *de feud. quæst. 4. part. 2.* quia hoc casu non dicitur alienatio, ex quo res solita erat dari in feudum, Corne. *cons. 93. col. 2. lib. 1. Romul. d. n. 86.*

136 XVII. Idem est, quoad emphyteuseos perpetuæ concessionem, quia & hæc est alienatio, & alienatione prohibita, emphyteuseos quoque perpetuæ constitutio prohibita intelligitur, *l. fin. C. de reb. alien. non alien. c. nulli. X. de bon. Eccles. non alien. Novel. 7. c. 1. vers. alienationis.* Wehner. *pract. obs. verb.* Verеusserung Romule. *in d. §. divi. n. 85.* Molin. *d. lib. 1. cap. 21. n. 22.* Menoch. *arb.*

137 *jud. cas. 5. n. 4.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 701 n. 5.* Ex quo etiam feudum non potest dari in emphyteusin gloss. *in c. 1. de prohib. feud. alien. per Frider.* Mynsing. *6. obs. 30. n. 1.* Moz. *de amiss. feud. n. 130.* Schrad. *de feud. part. 8. cap. 1. n. 6. ampliat. 3.* Sonsbec *part. 12. n. 82.* Borcholt. *de feud. c. 8. num. 37.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 10. n. 47.* Molina *d. c. 21. n. 32.* Quod tamen non procedit, si res prohibita alienari, solita fuerit in feudum dari, Romule. *in d. § divi. n. 86.* Fusar. *d. quæst. 701. n. 8.*

XVIII.

XVIII. Quæ de emhyteusi dixi, eadem quoque in locatione obti- 138
nent, ita, ut bona fideicommisso subjecta perpetuo locari nequeant; quia
perpetua locatio nihil aliud est, quam emphyteusis, Petra. *de fideicommiss.*
quæst.8.n.82.seq. Imò fideicommissarius ne quidem ad longum tempus res fi- 139
deicommissarias locare potest, Bart. *in l. codicillis.* §. *instituto. & ibi* Castrens.
ff. de legat.2. Grass. *§ fideicommissum. quæst.59.* Petra *de fideicom, quæst. 8. numer. 81.*
seq. & num.101. Peregrin. *de fideicommiss. art.40. num.106. seq. & n.118.* Fusar. *de fidei-*
commiss. substit. quæst. 525. num.1. seq. Quia locatio ad longum tempus est aliena- 140
tio per *l. 1. §. quod autem. ff. de superfic.* Castrens. *in l. fin. num.4.* *C. de reb. alien. non*
alien. Covarruv. *2. var. res. cap.16. num.1.* Molina. *de lib. 1. cap.21. numer. 7.* Valasc.
de jur. emphyt. quæst.29. num.7. Menoch. *2. arbit. jud. cas.5. numer. 3.* cum per eandem
constituatur jus in jure ad favorem conducentis, & sic alienatio est, per *l 1. ff. si*
ager vectig. Petra. *de fideicommiss. quæst.8. num.83.* & utile dominium transferat,
per *l. 1. §. quod autem. ff. de superfic. l. 1. §. qui in perpetuum. ff si ager. vectigal. C. nulli. c.*
ad audientiam. X. de reb. Eccles. non alien. Clem. 1. & ibi gloss. de reb. Eccles. Valasc.
d. quæst.29. numer.2. Tiraquel. *de retract. §.1. gloss.14. numer.79. seq.* Fusar. *d. quæst.*
525. num. 3. uti & naturalem possessionem, Valas. *de jur. emphyt. quæst. 18. numer. 2.*
Nec sit differentia, inter emphyteusin & locationem ad longum tempus, *auth.*
qui rem. & ibi Dec. *in princ. &* Jason. *C. de S.S. Eccles.* Petra *d. numer.83. & seq.* Et 141
sic prohibitus alienare, non potest ad longum tempus locare. Bart. *in l. codicil-*
lis. §. instituto. & ibi Jmol. *num.6.* Castrens. *num.4. ff. de legat.2.* Abbas *in c. nulli. n.*
13. C. de reb. Eccles. non alien. Dec. *cons. 142. num.3.* Boer. *decis.234.* Tiraquel. *de re-*
tract. municip. §.1. gloss.14. n.8. Valasc. *de jur. emphyt. quæst. 29. num. 7. seq.* Menoch. *d.*
cas.5. numer.4. Fusar. *d. quæst.525. n.2.*

Indeque ad longum tempus locari non possunt res majoratus, Molina 142
de Hispan. primogen. lib.1. cap.21. n.15. Pinel. *de in l. 1. part.3. num.65. C. de bon. matern.*
Valasc. *de jur. emphyt. quæst.29. num.11.* nec res Ecclesiæ *Clem.1. verb. locationes. de*
reb. Eccles. Dec. *cons.142. n.3.* Alex. *cons.17. lib.4.* Boer. *decis.234.* Tiraquel. *de retract.*
lignag. §1. gloss 14. num.81. Covar. *2 resol. cap.16. num.1.* Valasc. *d. quæst. 29. numer.8.*
nec res pupillorum & minorum, Alex. *cons.117. lib.3.* Boer. *decis. 232.* Valasc. *d.*
quæst.29. num.9. nec res feudales, Bald. *in c. 1. §. auth si libellario. n.5. quib. mod.*
feud. amit. Curt. *de feud. part. 4. causs. amiss. ult. reg.1. quæst.3.* Clar. *§. feudum. quæst.33.*
Molin. *d. cap 21. n.19.*

Secus verò est, quod locationem & emphyteusin ad tempus aliquod 143
breve vel modicum factam, hæc enim etiam in rebus fideicomisso subjectis
licita est, *l. pen. §. instituto 15. ff. de legat. 2.* Quia hæc nec domininium, nec
possessionem tra Curt. [illegible]asc. *de jur. emphyt. quæst.20. num.9. & quæst.29. num.1.*

ſed ita tamen, ut duret tamdiu, quãdiu durat jus concedentis, ne fideicõmiſsi ſucceſſor locationi iſti ſtare teneatur, *arg. l. ſi quis domum. 9. §. 1. ff. locat. l. fin. §. 3. C. com. de leg. l. ex vectigali 31. ff. de pign.* Pinel. *in l. 1. part. 3. n. 71. C. de bon. matern.* Molin. *de Hiſpan. prim. lib. cap. 21. n. 3.* reſolutio enim jure datoris, reſolvitur etiam jus acceptoris *l. lex vectigalis. ff. de pignor.* Licet contrarium ſentiant & fideicommiſſi ſucceſſores locationi prædeceſſoris ſtare teneri, aſſerant Marzar. *de fideic. quæſt. 39.* Peregrin. *de fideicom. art. 40. n. 92. ſeq.* Fuſar. *de fideic. ſubſtit. quæſt. 526 n. 1. ſeq.* Quo caſu hæredes poſſeſſoris locatoris, ſi tempus locationis nondum finitum, de evictione non tenentur, cum locatio ex naturâ contractus finita ſit, non aliter, quam ſi res locata caſu periiſſet, *l. ſi quis domum 9. § 1. ff. locat.* Quod etiam procedit, ſi conductor in re conducta expenſas fecerit, quaſi toto tempore locationis fruiturus, eas enim ab hæredibus locatoris nõ recuperat, cum cogitare debuiſſet conductor, evenire poſſe, ut ante finitum locationis tempus fideicommiſſi poſſeſſor moreretur, ejusque morte reſolveretur contractus, *d. l. ſi quis domum. 9. §. 1. verſ. idem quærit. ff. locat.* Valaſc. *de jur emphyt. quæſt. 25. num. 35.* Molina *d. cap. 21. n. 9.* ubi *numer. 11* hoc limitat ſi poſſeſſor bona iſta tanquam libera locaverit, quod tunc locatoris hæredes etiã ad inter eſſe teneantur, *d. l. ſi quis domum 9. §. 1 verſ. quid tamen. ff. locat.* Quando verò fideicommiſſi poſſeſſor rem ſimpliciter locavit, nec bona fideicommiſſo ſubjecta, eſſe libera dixit, hæredes locatoris ad intereſſe teneri, tradunt Bald. *in d. l. ſi quis domum. 9. §. 1. ad fin. & ibi* Paul Caſtrens. *num. 6. ff. locat.* Molina *d. cap. 21. n. 12. ſeq.*

145 Dicitur autem locatio ad tempus modicum ſive breve, quæ fit ad triennium, quinquennium, vel etiam ad novennium, Valaſc. *de jur. emphyt. quæſt. 29. n. 1.* Ad longum tempus dicitur locatio, quæ fit quamdiu conductor voluerit Dec. *conſil. 204.* Socin. jun. *conſ. 63 n. 11. lib. 2.* Garſ. *de expenſ. & melior. cap. 14. num. 1.* Pinel. *in l. 1. part 3 num. 63. verſ dicitur. præterea. C. de bon. matern.* Valaſc. *d quæſt. 29. n. 4.* vel etiam quæ fit ad vitam locantis, vel conducentis Boer. *deciſ. 234.* Garſ. *de expens. & melior. cap. 14. num 2.* Valaſc. *d. quæſt. 29. numer. 3.* Molina *d. cap. 21. n. 29.* Pinel. *d. n. 63.* Fuſar. *d. quæſt 525. num. 5. verſ. idem eſſet.* Item quæ ſit ad decennium, vel ultra, gloſ. *in l. 2. in fin. ff. ſi ager vectig.* Bart. *in l. 1. §. quod autem. ff. de ſuperficieb.* Alex. *in l. ſi filiofam. §. ſi vir ff. ſolut. matrim.* Pariſ *conſ. 118 vol. 3* Covarruv. *2 reſol. cap. 16. num...* Valaſc. *d quæſt. 29. numer. 5.* Garſ. *d cap. 14. num. 2.* Molin. *d. num. 21.* Menoch. *arbit. jud. caſ. n. 8.* Fuſar. *d. quæſt. 525. n. 5.* Peregrin. *de fideic. art. 40. n. 9.* Uti etiam quæ fit pro tribus quinquenniis, vel pro tribus novenniis cum pacto renovandi de quinquennio ad quin-

... d. quæſt. 701. quen-

quennium, vel de novennio ad novennium, & similiter, Alex. *cons. 163. n. 3. lib. 2.* Jason. *in l. manumissiones. n. 7. ff de just. & jur.* Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum. n. 87. ff. de constitut.* Valasc. *d. quæst. 29. num. 15.*

Quod si quoque ad modicum tempus locatio facta sit potentiori, à quo res facilè non poterit recuperari, dicitur alienatio, sicuti ea, quæ ad longum tempus facta, atque ideò prohibitus alienare, prohibetur etiam potentiori ad modicum tempus locare, Bald. *in l. manumissiones. & ibi* Angel. Fulgos. *ff. de just. & jur.* Chass. *in consuet. Burg. rubr. 5. §. 8. verb. in alienation. num. 28.* Molina *d. cap. 1. n. 30.* 147

XIX. Integrum quoque non est fideicommissario bona fideicommissaria alteri precariò concedere, cùm per precarium rei possessio ad precario rogantem transeat, *l. 4. §. 1. l. cum precario. 12. §. 1 in fin. l. qui precario. 17. & seq. ff. de precar. l. interdum. 21. in princ. & §. ult. ff. de adquir. vel amit. possess.* & qui precario fundum possidet, eo fundo utitur, ipsiusque commodum percipit, *l. Pomponius. § si is qui precario. ff. de adquir. vel amit. poss. l. 1. in princ. ibi: utendum con. ceditur. ff. de precar.* Unde etiam vasallum feudum alteri precario concedere non posse, concludit Bocer. *de jur. dom. & vasal. lib. 2. c. 6. num. 240. seq.* 148

XX. Fideicommissi possessor non potest antiquas leges veteresque conditiones fideicommissi mutare, aliasque novas adjicere, quia reliquis agnatis & successoribus per primum institutorem jus jam est quæsitum & radicatum, quod ipsis invitis auferri non potest, de quo *supra cap. 8. n. 380. seq.* Et cum fideicommissi successio respectu ultimi possessoris jure sanguinis adquiratur, nihilque successor ab ultimo possessore emolumenti capiat, non poterit is sequentem successorem novis legibus & conditionibus onerare, *l. ab eo. C. de fideicommiss. l. unum ex familiâ. §. si de Falcidia. ff. de legat. 2. l. si arrogator. 22. §. 1. ff. de adoption. l. cum filiusfam. 28. ff. de testam. milit. l. non debet. 74. ff. de R. I.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 8. n. 21.* Et fideicommissarium in præjudicium aliorum successorum onus novum adjicere non posse, tradit Paris. *cons. 12 n. 102. lib. 2.* Tuschus *lit. F. concl. 271. numer. 3. per tot.* Adeò, ut licet nonnulli asserant, Principem posse de plenitudine potestatis suæ substitutiones ac vocationes fideicommissorum & majoratuum in præjudicium successorum mutare & ordinem successionis alterare, jurique succedendi etiam sine causâ præjudicare, uti sunt Felin. *in c. cum olim. X. de re judic. n. 16.* Socin. *cons. 87. numer. 20. lib. 3.* Alb. Brun. *cons. 10. num. 39.* Joh. Licerier. *de primog. lib. 3. quæst. 7. num. 18.* Curt. jun. *cons. 1. n. 18. & 21.* Paris *cons. 1. n. 49. seq.* Ita ut liceat etiam Principi fœminas ex investiturâ à successione exclusas, habiles & capaces reddere, Curt. jun. *de cons. 1. num. 23.* Franc. Curt. *de feud. part. 3. quæst. 1.* 149

Hanc tamen adsertionem improbant, & nec summum quidem prin-
cipem ex plenitudine potestatis jus fideicommissi, majoratus, primogeni-
turæ vel feudi, etiam nondum delatum, in præjudicium agnatorum & suc-
cessorum legitimorum evertere posse, docent *per l. si testamentum. 10. C. de te-
stament. l. si donationem. 5. C. de revoc. donat.* Pinel. *part. 1. rubr. C. de rescind.
vend. cap. 2. numer. 19.* Molina. *de Hispan. primog. cap. 8. n. 31.* Padilla. *in auth. res. quæ
C. commun. de legat.* Vasquius *de success. lib. 1. §. 1. numer. 29.* & constat ex traditis
150 *supra cap. 8. n. 380. & seq.*

Possunt tamen certis quibusdam casibus leges & conditiones veteres
mutari, & novæ adjici, veluti 1. si fideicommissi succesṡio ad ultimum agna-
tum devenerit, nec alius de familiâ successor adsit, cum enim hoc casu bona
hæc apud ultimum possessorem de familiâ liberâ remaneant, isque de iisdem
libere disponere, eademque alienare posṡit, *infra num. 440.* multo magis no-
vas leges adponere, & ad alios, jure fideicommissi, deferre poterit, per *l. ju-
risgentium. 7. §. adeo 6. vers. quod cum est ibi: nam si potest tota res tolli, cur non & re-
151 formari ff. de pact.* sicuti in jure majoratus asserit Molina *d. lib. 1. cap. 8. n. 24.*

2. Si illi, qui de familiâ supersunt, in novas istas conditiones consen-
tiant, per *l. quoties ab omnibus. & ibi* Bart. Bald. & Jason. *C. de fideicommiss.*
Molina *d. cap. 8. num. 26.* quem tamen consensum solum consentientibus, &
non etiam nondum natis nocere, notant Fulgos. *in d. l. quoties ab omnibus. n.
1. & ibid.* Jason. *num. 2. C. de fideicommiss.* Ripa. *in l. filiusfam. §. Divi. n. 17. ff. de le-
152 gat. 1.* Molin. *d. l. n. 27.* infra *n. 385. seq.*

3. Si fideicommissi possessor aliquid ex propriis suis bonis fideicom-
misso adjecerit sive addiderit, tunc enim successor, si bona ista addita obtine-
re velit, novas etiam istas conditiones & leges observare tenetur, *l. filiusfam.
114. §. cum pater. 15. ff. de legat. 1.* & ita de majoratus possessore tene,
Molina *d. cap. 8. num. 35.* ubi id quoque procedere putat, si successor majo-
ratus â possessore quoque hæres fuerit institutus, ita, ut hic hæreditatem vel
153 repudiare, aut novis conditionibus satisfacere teneatur, per *d. l. filiusfamil.
§. cum pater. 15. ff de legat. 1.* Modo novæ conditiones antiquis non sint con-
trariæ, atque ita intelligendum esse contrarium sentientem, Pinell. *de bon. ma-
tern. part. 3. numer. 99* & simul monet *n. 36.* majoratuum possessores, qui ma-
joratui bona aliqua addere volunt, ut ea antiqui majoratus conditionibus
subjiciant, nec novas, maximè antiquis repugnantes adjiciant, ne bona ista,
quæ ipsi unita esse volunt, ex novarum conditionum adjectione, in diversos
154 successores dividantur.

XXI. fideicommissi possessor bona fideicommisso subjecta non tantum
inter

inter vivos alienare nequit, sed nec iisdem per testamentum, vel ultimam voluntatem, disponere, vel alienare potest. De quo tamen, maximè si alienationis prohibitio facta fuerit extra familiam, an fideicommissum inducatur, non tantùm in casum alienationis inter vivos, an verò etiam in casum mortis, atque ita simplex & absolutum fideicommissum sit; an verò tantùm alienatio inter vivos prohibita, & alienatio per mortem, sive testamentum permissa censeatur? cum maxima sit Doctorum altercatio, atque indè illum, qui hunc articulum aggreditur, in maximo juris pelago versari, in eoque Dd. se nimis confusè habuisse, scribit ex Magon. *Lucens. decis. 33 in princ.* Petra *de fideicommiss. quæst. 5. in princ.* Atque ideò, cum hæc quæstio sæpissimè incidat, & in facto quotidiè occurrat, teste Bartol. Romul. *in l. filiusfamiliàs. 114. §. Divi. 14. num. 9. ff. de legat. 1.* operæ pretium erit, de eâ paulò altius disquirere, cum ea, quæ quotidiana sunt, plenius tractanda veniant, *l. 1. princ. ff. de suspect. tutor. l. legavi. 2. ff. de liber. legat. l. item Labeo. 15. §. ait. prætor. 26. ff. de injur.*

Et quidem hoc casu fideicommissum simplex & absolutum etam in casum mortis, sive ultimæ voluntatis, non esse inductum, sed alienationem tantùm inter vivos prohibitam, testamenti verò factionem, seu hæredis, etiam extranei, institutionem permissam censeri, ex sequentibus juribus & 155
rationibus dicendum videtur. Quia 1. appellatione vel prohibitione alienationis non continetur hæredis institutio, *l. ex hoc edicto. 8. §. sed hæredem 3 ff. de alienat. judic. mut.* atque ita prohibitus alienare, non censetur prohibitus hæredem instituere.

2. Quia testandi facultas de jure gentium concessa & omnibus permissa 156
est, Bart *in l. interdum. 29. & ibi Dd. commun. ff. de condict. indebit.* Harpprecht. *ad princ. num. 63. & seq. I. de testam. ordin.* Ea autem, quæ sunt juris gentium, non possunt tolli, ne quidem per Principem, *§. sed & naturalia. I. de jur. natur. gent.* Cum jus gentium non sit subjectum Principatui, Rol à Valle *cons. 9. numer. 4. & seq. lib. 2.* Tusch. *pract. conclus. lit. I. conclus. 591. numer. 1.* multò ergò minus illud tolli poterit per privatum aliquem testatorem. 157

3. Testandi facultas esse debet libera, *l. 1. C. de SS. Eccles.* & testamenti fa- 158
ctio est juris publici *l. 3 qui testam. fac. poss.* juri autem publico ex voluntate privatorum derogari nec potest, nec debet, *l. jus publicum. ff. de pact. l. neque pignus. § ff. de R. I.* Adeò, ut lex iniquum esse reputet, si testandi libera facultas alicui adimatur, *l. non usque adeo. ff. si quis à patr. fuer manum. l. ex facto in in princ. ff. de vulgar. & pupill.* eandemque nec jure municipali sive statuto adimi posse, docent Sixtin. *1. Marp. cons. 14. num. 25. seq.* Besold. *consil. 56. n. 7. & seq.*

& seq. nec eandem restringendam esse, *l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro soc. l. fin. & ibi* Dd C. *de pact.*

159 4. Per *l. cum pater 77. §. cum inter. 28. ff. de legat. 1.* ubi testator prohibuit bona sua alienari extra familiam liberorum, & nihilominus dicitur, quod filius libertæ admittatur, nec testatoris voluntati contraventum esse censetur, licet filius libertæ non fuerit de familiâ libertorum, sicut ipsius mater, ex quo colligitur, quod hæres legitimus ab intestato successurus non obstante prohibitione testatoris, de bonis extra familiam non alienandis hæres institui possit.

160 5. Per *l. pater filium. 38. §. Iulius Agrippa 4. l. Lucius Titius 93. princ. ff. de legat. 3.* in quibus legibus testator bona sua alienari prohibuit, & nihilominus hæredis extranei institutio facta valida esse dicitur.

161 6. Idem colligi videtur ex *l. pater 38. §. fundum 3. ff. de legat. 3.* ubi testator reliquit fundum, & prohibuit illum alienari extra familiam, donec prohibitus viveret, & dicitur, quod si ille prohibitus hæredes instituere extraneos, validam esse institutionem.

162 7. Quibus addi potest & hæc ratio, quod licet testator prohibuerit alienari bona sua extra familiam, seu certum genus personarum, quæ paria sunt, teste Curt. jun. *cons. 121. numer. 1. in fin.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 258.* non tamen censeatur sensisse de illâ alienatione, quæ fit per hæredis institutionem, etiam extranei, quia hæc alienatio necessaria, cum nemo possit semper vivere, & moriendo oporteat ipsum hæredem habere, ut ita concurrat præsumpta testatoris voluntas, per tradita Petræ *d. quæst. 8. numer. 286.* ubi *numer. 264.* addit, quod alienatio hæc, quæ fit in ultimâ voluntate instituendo eum, qui erat ab intestato successurus, cum sit necessaria, non dicatur facta ad hærede, vel fideicommissi possessore vel prohibito, sed à lege, *per l. 3. de illo ff. pro soc. & ibi* Ruin. *& idem* Ruin. *in l. filiusfam. 114. §. Divi. 14. num. 48. ff. de legat. 1.* Petra *d. quæst. 8. numer. 295* Atque ita cum hæredis institutio sit alinatio necessaria, ea in prohibitione alienationis non veniat, Alex. *cons. 55. num. 5. vers. quia illa dicitur alienatio lib. 1.* Tusch. *lit. A. conclus. 263. numer. 2.* confer *infra 453.* Et licet hæc quoque sit alienatio quædam, cum tamen ea sit legis, quæ successiones ab intestato defert *l. 3. ff. pro soc. l. obvenire. ff. de V. S. §. 1. de hæred. qui ab. intest.* Ideò non includi videtur in prohibitione, quæ à testatore in heredis personâ facta, Anchor. *cons. 381. col. 2.* Peregrin. *de fideicom art. 14. numer. 26.* Surd. *decis. 124. num. 14.* Non enim prohibitus facit aliquid, sed solùm permittere videtur bona venire ad eos, quos lex ab intestato

vocat

vocat, quæ permissio non est alienatio ab ipso permittente, sed à lege factâ Petra *d. quæst. 8. numer. 2 2. & 295.*

Unde etiam alienationis prohibitionem non comprehendere successionem ab intestato, legitimi hæredis & alienatione prohibitâ, non esse prohibitam successionem ab intestato, concludunt per *l. pater filium. 38. §. Iulius. Agrippa. ff. de legat. 3. d. l. cum pater. 77. §. cum. inter. 28. ff de legat. ibid.* Bald. Castrens. *& a ii.* Alex. *cons. 56 numer. 6. lib. 1. & cons. 59. numer. 1 . & 14. lib. 3.* Dec. *cons. 377. num. 9.* Mascard. *de probat. conclus. 1243. num. 45. seq.* Hondedæ. *2. cons. 13. numer. 25.* Petra *d. quæst 8. numer. 294. & seq.* Peregrin. *de fideic. art. 14. num. 25. seq. late* Fusar. *d. l. quæst. 711 numer. 1. seq.* Etiamsi is non sit de familiâ, Socin. *in l. filiusfamil. 1 4. §. Divi. 14. numer. 45. in fin. seq. ff. de legat. 1.* Iason. *cons. 95. numer 25 vol. . .* Alex. *cons. 6. num. 7 vol. 1.* Petra *d. quæst. 8. n. 294. seq.* vel alienatio in certum genus personarum prohibita, Bart *in l. si ita quis. §. ea lege n. 7. in fin. & ibi* Alciat. *num. 13.* Aretin. *n. 8. ff. de V. O.* Bart. *in l. peto. §. fratre. numer. 2.* Honded. *d. l. numer. 26.* Quod etiam indè comprobari videtur, quod in dubio pronunciandum sit, non resultare fideicommissum in casum mortis, sicuti tradunt Alban. *cons. 1. numer. 13.* Bursat. *cons. 337. numer. 68. vers. sexto. lib. 4.* 163

Ex quibus, & si quæ sunt similia alia, vulgò concludi solet, quod alienare prohibitus simpliciter, id est, absque familiæ conservandæ respectu, non intelligatur prohibitus de rebus alienari prohibitis hæredem instituere, Bart. *in l. peto. §. fratre ff. de legat. 2.* Iason. *cons. 101. col. fin. lib. 1.* Alex. *cons. 55. num. 3. lib. 3 & cons. 155. vol. 4.* Rol. à Valle *cons. 80. num. 36. lib 3* Ruin. *cons. 1 7. num. 1 lib. 2.* Bald. *in l. eâ lege col. 3. C. de condict. ob caus.* Angel. *cons. 57.* Covarruv. *in c. Raynaldus. in princ. num. 7. X. de testam.* Tusch *lit. A. concl. 263. num. 5.* Hondedæ *2. consil. 13. num 4 & 11.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 712. numer. 13. & ibi alleg.* Et quamvis alienationis prohibitio verbis generalibus facta, non tamen intelligatur includere hæredis institutionem, communem esse opinionem testatur Ant. Gabriel. *de fideicom. conclus. 10. in princ. & num. 2.* Cephal. *cons. 53. numer. 1 . lib. 1.* Bursat. *cons. 37 numer. 3 lib. 3.* Et quod regulariter alienatione prohibitâ, non veniat ea, quæ fit in ultimâ voluntate, scribit Bart. *in l. quemadmodum. num. 5. C. de agric. & censit.* eandem sententiam tenent Paris. *cons. 58. numer. 9. vol. 2.* Gabriel. *commun. opin lib. 4. tit de fideicommiss. conclus. 10. num. 1.* Durant. *de arte testand. tit. 8. caut. 6. numer. 2.* Tiraquel. *de retract. consang. §. 26. gloss. 1. num. 4.* Bero *cons. 93. num. 2. & seq vol. 1.* Alban. *cons. 119. numer. .* Cephal. *cons. 3. numer. 21. & cons. 53. in princ.* Menoch. *cons. 95. numer. 119.* Et quando quis simpliciter fuit prohibitus rem aliquam alienare, 164

non

non prohibeatur eam vel legare, vel extraneo hæredi relinquere, sive prohibitio ista per contractum, sive per legem facta, docent per *l. ex hoc edicto. §. alienare. ff. de alienat. iudic. mat. l 1. ff. de fund. dot.* Bart. *in l. ea lege C. de condict. caus.* Alex. *cons 15. vol.* Jason *cons. 9. vol. 4.* Covarruv. *in c. Raynaldus. in princ. n. 7. X. de testam.* Tusch. *lit. F. conclus. 263. n. 5.*

165 Quod etiam procedere, si bona alienari prohibita fuerint extra familiam, & nec hoc casu fideicommissum simplex & absolutum, & in casum mortis inductum, sed tantùm in casum alienationis & alienationem inter vivos prohibitam, hæredis verò institutionem permissam esse, docent Socin. sen. *cons. 227. col. 4. vers. quibus tamen seq. lib. 2.* Dec. *cons. 280. & 422. numer. 7.* Socin. jun. *cons. 97. numer. 51. lib. 2.* Jason. *cons. 4. vers. quarto de veniendum. & cons. 120. in fin. lib. 1.* Senat. Pedemontan. *decis. 49. numer. 7. seq.* Ripa *in l. filiusfamil. §. Divi. numer. 127. seq. ff. de legat. 1.* Cephal. *cons. 269. numer. 4. lib. 2.* Ruin. *cons. 166. num. 3. lib. 2. & cons. 4. numer. 11. lib 3* Angel. *cons 59 col. 3.* Vinc. Fusar. *de fideic. & substit. quæst. 688. num. 9. & seq. num. 14. vers. ego certè.* Honded. *1. cons. 78. numer. 32.* Peregrin. *de fideicom. art. 14. numer. 0. seq.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 5. tit. 14. numer. 24. seq.* Grass. *§. fideicommissum. quæst. 5. num. 5. in fin.* Etiamsi ratio adjecta sit, quod bona in familiâ permanere debeant, cum ratio adjecta censeatur potius ad roborandum, quam ad augendum fideicommissi effectum sicuti declarant, Cephal. *cons. 137. num 11. lib. 1.* Curt. jun. *cons. 145. numer. 4. & seq. & cons. 167. numer. 2. lib. 2.* Senet. Pedemont. *d. decis. 49 in fin.* Castrens. *in l. qui Romæ. § cohæredes. & ibi* Dec.

199 Corne. Aret. *& alii ff. de V. O.* Hondedæ. *d. cons. 78. nnmer 33.* Et quod prohibitus alienare extra familiam non prohibeatur hæredem instituere illum, qui ab intestato ipsi prohibito est successurus, communis Dd. est conclusio, & tradunt per *d. l. cum pater. 77. § cum inter. & ibi* Bart. *ff. de legat. 2. gloss. in l. paterfilium. §. Iulius Agrippa verb. factum. ff. de legat. 3.* Bart. *in l. peto. § fratre numer. 2. ff. de legat. 2.* Roman. *cons. 437.* Jason. *cons. 31. lib. 3.* Tiraquel. *de retract. §. 26. gloss. 1. num. 4.* Socin. Jun. *cons. 163. num 3. lib. 2.* Covarruv. *in c. Raynaldus. in princ. num. 8. X. de testam.* Alex. *cons. 55. numer. 4. seq.* Tusch. *lit. F. conclus. 263. numer. 12.* Hondedæ. *2. cons. 13. num. 30.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. numer. 261. seq. & numer. 272. seq.* eandemque opinionem communem esse dicunt, Jason. *in l. voluntas. numer. 9. C. de fideicommiss. & in l. filiusfam. §. Divi numer. 101. & 135. & ibi* Ripa *num. 97.* Crot. *numer. 112.* Loaces *num. 182. ff. de legat. 1.* Zas. *in l. si ita quis. §. eâ lege num. 15. ff. de V. O.* Ant. Gabriel. *lib. 4. commun. opin. tit. de fideic. conclus 10. n. 1. seq.* & nullo pacto dubitari posse, quin hæc opinio communi scribentium voto recepta sit, scribit Molina *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 6. n. 34.*

Hinc

Hinc prohibitâ bonorum alienatione extra familiam, ut in familiâ conservetur, nihil ominus gravatum propriam filiam vel sororem instituere posse, responderunt per *l. voluntas. & ibi* Bart. Bald. Salicet. *C. de fideic.* Socin. Sen. *cons. 227. n. 4. seq lib. 2.* Curt Sen. *cons. 64. col. 16.* Ruin. *cons. 153. n. 9 & cons. 103. n. 15. vol. 2.* Dec. *cons. 278. n. 12. & in l. 2. n. 25 ff. de R. I.* Paris *cons 88. n. 2. lib. 2.* Gozadin *cons. 34. n. 14.* Alex. *cons. 56. n. 4. lib. 2.* Socin. jun. *cons. 94. n. 10. lib. 1.* Menoch. *cons. 95. n. 19.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 7 3. n. 1. & ibi alleg.* & de sorore respondit Jason. *cons. 69. n. 2. lib. 4.*

Quæ omnia, & si quæ sunt alia similia, quamvis satis sint speciosa, contrariam tamen sententiam, quod scilicet prohibitus alienare bona extra familiam, vel ut bona in familiâ conserventur, non possit per hæredis iustitutionem bona fideicommissaria alienare, nec etiam illos, hæredes instituere, qui ipsi prohibito ab intestato sunt successuri, non tamen de familiâ testatoris existunt, veriorem esse censeo, eaque ex sequentibus legibus & rationibus firmissimè probatur. Et quidem 1 per textum expressum *in l. peto. 69. §. fratre. 3. ff.* 168
de legat. 2. ubi expresse disponitur, quod prohibitus alienare extra familiam, quia voluit testator bona in familiâ permanere, si alienet vel extraneum hæredem instituat, omnes fideicommissum petere possint, qui sunt de familiâ testatoris, atque ita indistinctè excluduntur hæredes extranei, sive sint legitimi & ab intestato venientes, sive penitus extranei; Nam extranei ibi appellantur, qui non sunt de familiâ & agnatione testatoris. Quamvis enim aliâs extraneus variis modis accipiatur, *l. si extraneus. 6. & ibi* Dd. *ff. de condict. caus. dat.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8 num. 412.* In hâc tamen matriâ nostrâ, ubi agitur de bonis extra familiam non alienandis, sed ut eadem in agnatione & familiâ 169
pro ejusdem perpetuâ conservatione permaneant, extraneorum nomine omnes illi veniunt, qui non sunt de agnatione & familiâ testatoris, sicuti constat ex *d. l. peto. 69. §. prædium. 1. & §. fratre 3. & l. qui solidum. 78. §. prædium. 3. ff. de legat. 2.* Romul. *in l. filiusfam. 114. §. Divi. 14. n. 94. & 97. ff. de legat. 1. & ibi* Ruin. *n. 71. in fin.* Crot. *cons. 48. num. 10.* Petra *de fideicommiss. quæst. 5. num. 114.* Molina *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 6. num. 35. vers. quod ego maximè.*

Idem. 2. patet ex *d. l. peto. 69. §. prædium. 1. ff. de legat. 2.* ubi hæredem exterum sive extraneum institui non posse in prædio extra familiam alienari prohibito, disertis verbis asseritur, nec ulla differentia constituitur, an extraneus sit de venientibus ab intestato, nec ne, Romul. *in d. l. filius familias. §. Div. num. 97. ff. de legat 1.*

Sic 3. mulier quæ ad secundas nuptias transiens fundum dotalem alie-

nare prohibetur, eundem nec per hæredis institutionem sive per testamentum alienare vel in alios transferre potest, *l. si quis prioris. 8. §. certum 3. C. de secund. nupt.*

Eandem sententiam 4. comprobat *l. qui solidum. 78. §. prædium. 3. ff. de legat. 2.* ubi tùm demùm valida est hæredis extranei institutio, quando ultimus possessor moritur sine liberis, & nulli alii de familiâ supersint, quia tùm prohibitæ alienationis ratio cessat, & sic ipsa prohibitio, per tradita *infra. n. 440.* atque ita è contrario, causâ prohibitionis non cessante, sed adhuc durante, durabit etiam ipsa prohibitio, & sic ipsa alienatio & hæredis institutio.

5. Hæc sententia comprobatur ex ipsius testatoris, seu fideicommissum instituentis mente & voluntate, quando enim testator prohibet bona sua extra familiam alienari, id efficere desiderat, & vult, ut bona illa perpetuò in familiâ permaneant, & quamdiu familia durat, ad alios, qui non sunt de familiâ ipsius, non devolvantur, quæ etiam propria natura est horum familiæ fideicommissorum, ut ad extraneos non devolvantur, sed perpetuò in familiâ permaneant, *supra. n. 8.* Huic autem testatoris & institutoris voluntati menti & dispositioni, uti & propriæ fideicommissorum naturæ, manifestò adversatur, si bona ista per testamentum vel ultimam voluntatem ad extraneos, qui non sunt de ipsius institutoris familiâ, transferantur. Voluntatem autem & mentem testatoris pro lege esse observandã, & contra ipsam fideicommissarium nihil quicquã attentare vel disponere posse, dictũ est, *supr. c. 3. n. 2. & seq.*

170 Nec hic facienda aliqua differentia inter hæredem planè extraneum, seu qui ipsi fideicommissi possessori non simul est hæres ab intestato, & hæredem legitimum, seu qui possessori ab intestato est successurus, ita ut hunc quidem alienare prohibitus instituere possit hæredem, non verò illum: cum neuter ex his de testatoris sit familiâ, sed ambo ab illâ familiâ planè alieni & extranei reputentur, & sic utrique planè exclusi censeantur, Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 6. num. 35. vers. quod ego maximè.* Et nec illum hoc casu, ubi favore familiæ alienationis prohibitio, hæredem institui posse, qui ab intestato succederet, asserunt Bald. *in l. si quis prioris. §. certum in princ. C. de secund. nupt.* Castrens. *in l. si quis ita. §. ea lege. ff. de V. O.* Cravet. *cons. 5 4. n. 9.* Alciat. *cons. 581. n. 3.* Menoch. *cons. 197. n. 63.* Hocque tùm maximè procedere, quando testator voluit bona perpetuo in agnatione & familiâ conservari, ita ut extraneus, seu is, qui non est de familiâ, non possit succedere, si etiam aliâs ab intestato succedere possit, docent Cephal. *cons. 153. n. 34.* Menoch. *cons. 95. num. 121. & num. 129.* Ant Gabr. *de fideicommiss. concl. 10. num. 12.* Petra *de fideicom. quæst. 8. n. 274.* Fusar. *d. l. quæst. 712. n. 37. & seq.*

Ad

Ad hæc 6. omnes ferè illi, qui contrariam sententiam tuentur, illam 171
non procedere asserunt, quando alienationis prohibitio facta fuit respectu
certarum & singularum quarundam personarum, sed tùm non tantùm extra-
nei, sive illius, qui ab intestato non est successurus, sed etiam legitimi hæredis
institutionem non valere, per *l. Lucius 88. aliàs, l. codicillis. §. matre 16. ff. de legat.
2.* Dd. *commun. in l. si quis ita. § ea lege. ff. de V. O.* At verò quæ ratio prohibitio-
nis est respectu certarum quarundam & singularum personarum, ea quoque
est respectu generis, seu familiæ alicujus, ubi autem eadem ratio, ibi eadem
quoque juris dispositio, per *l. illud. 32. ff. ad L. Aquil.* & idem operatur prohibi-
tio generalis, quod specialis, *l. si duo. ff. de admin. tut.*

7 Quamdiu locum habet causa testati, atque ita testatoris sive fidei- 172
commissum instituentis dispositio, cessat causa intestati, vel alia dispositio
contraria, *l. quamdiu. 37. de adqir. hared.* & provisio hominis potentior est pro-
visione legis, *l. fin. C. de pact. convent.* At verò testatoris sive fideicommissum
instituentis hæc est voluntas, ut quamdiu familia durat, & aliqui ex eâ super-
sunt, bona ista ad alios, qui non sunt de familiâ, non transferantur, & sic con-
sequens est, bona ista per aliam dispositionem priori contrariam, ad alios ex-
traneos transferri non posse.

8. Qui prohibitus est alienare, non potest aliquem actum facere, per 173
quem ad alienationem & dominii translationem pervenitur, & ipsa aliena-
tio sequitur *supra num. 32.* Cum ergò per hæredis institutionem ad alienatio-
nem & dominii translationem in ipsum hæredem extraneum deveniatur,
consequens est, hanc quoque prohibitam esse.

9. In fideicommissis familiarum Nobilium succeditur ex solo jure 174
sanguinis & ex lege primi institutoris & ad ea illi tantùm admittuntur, qui
sunt ex sanguine, agnatione & familiâ testatoris & ex ejusdem dispositione
vocantur, uti dictum est *supra cap. 8. num. 6. seq.* ubi autem jure sanguinis & ex
certâ lege succeditur, testamentaria dispositio locum obtinet nullum, *supra
cap. 3. num. 22. seq.*

10. Vulgata juris & Doctorum est regula, quod bona restitutioni sub- 175
jecta nullo modo, neque per vivos, neque per ultimam voluntatem, vel quo-
vis alio titulo alienari possint per gravatum, per *l. Marcellus. §. res quæ & ibi
Bart. ff. ad Sctm Trebell. l. pen. C. eod. l. fin. § sed quia. & auth. res quæ. C. commun. de
legat.* Bart. *in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de V. O.* Gail. *2. observ. 137. num. 1.* Philipp.
Matth. *1. Marpurg. consil. 20. num. 43. seq. & consil. 31. n. 38.* Adeò, ut nec ad pias cau-
sas de hujusmodi bonis testari liceat. Nicol. Everhard. *cons. 71. num. 10.* Nec ali-
menta in iisdem constitui possint, Paris. *cons. 98. n. 13. vol. 2.* Et sic quoque in ge-

 nerali

nerali hæredis institutione hæc bona non veniunt, Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 269. & seq.*

11. Ad hæc, fideicommissi possessor dominium quidem rerum fideicommisso subjectarum obtinet, sed illud tamen ad vitam illius restrictum est, eoque moriente statim expirat, nec ad ejus hæredes legitimos, neque etiam extraneos, sed proximos agnatos pertinet, *infra cap. 12. num 77.* Cùm ergò possessoris dominium ad vitam ipsius restrictum sit, consequens est, ipsum dominium hoc nec per alienationem inter vivos, nec per ultimam voluntatem ad
176 alios post mortem suam transferre posse, cùm nemo plus juris in alium transferre possit, quàm ipse habet, *l. nemo. 54. ff. R. I.*

Ex quo etiam illi, qui prohibitum alienare, nihilominus tamen legitimum hæredem instituere posse statuunt, id non procedere asserunt, quando res fideicommisso subjecta est, tunc enim bona ista non posse per hæredis institutionem ad hæredem legitimum transferri, censent Ripa *in l. filiusfam. §. Divi. num. 99. & ibi* Opiz. *num. 172. ff. de legat. 1.* Ant. de Padilla *in l voluntas. num. 15. C. de fideicommiss.* Ruin. *consil. 208. num 19. ad fin. lib. 1.* Molina *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 6. num. 35.*

177 Denique 12. alienationis appellatione venit etiam ea, quæ fit per ultimam voluntatem, & hæredis institutionem, & ipsa hæredis institutio propriè est alienatio, per textus expressos in *l. si quis prioris. 8. § certum 3. C. de secund. nupt. l. codicillis. quæ est l. Lucius. 88. §. matre. 16. l. peto. 69. §. fratre. 3. ff. de legat. 2. l. 1. & 2. C. comm. de legat.* Jason. *in l. si ita quis. 135. §. ea lege. num 9. & 41. ff. de V. O.* Goeddæ. *in l. alienationis. 28. n. 5. ff. de V. S.* Paris *cons. 74. n. 23. lib. 2.* Menoch. *cons. 87. n. 61. lib. 1.* Hondedæ *1. cons. 33. n. 49.* Besold. *cons. 11. n. 125. & cons. 83. n. 166.* Petra
178 *de fideicom. quæst. 8. n. 265.* Peregr. *de fideicom. art. 40. n. 57. & art. 14. n. 4.* Et sic prohibitâ alienatione, prohibita quoque intelligitur hæredis institutio, Natta *cons. 320. in fin.* Petra *de fideicom. quæst. 8. n. 108.* Bart. *in l. peto. §. fratre. ff. de legat. 2.* Dec. *cons. 86. n. 1. ad fin. & cons. 584. n. 10. & cons. 637. n. 11. cons. 660. per tot.* Ruin. *consil. 89. num 24. vol. 2.* Socin. *consil. 251. in princ. vol. 2.* Besold. *consil. 133. num. 27.* Rosacorb. *pract. forens. cap. 83. num. 3.* Covarruv. *in c. Raynaldus. num. 8. vers. quod si hic. X. de testament.* Sicuti è contrario, alienatione permissâ, hæredis quoque institutio permissa intelligitur, per *d. l. si quis prioris. 8. §. certum. & ibi* Bartol. *C. de secund. nupt.* Salicet. *in l. ea lege. C. de condit. ob caus.* Decian. *consil. 78. num. 19. seq.* Alex. *consil. 189. num. 11. lib. 2.* Hondedæ. *1. consil. 33. num. 48. &*
179 *consil. 40. num. 26.* Indeque legatum & fideicommissum sunt actus alienandi, *l. ex hoc. 8. §. alienare. ff. de alienat. judic. mut. l. quædam. 62. de ff. adquir. rer. dom. l. peto. 69. §. fratre. 3. ff. de legat. 2. l. 1. ff. de fun. dot. l. pater filium. §. fundum. ff. de legat.*

legat.3. Covarruv. *in c. Raynaldus. in princ. num.6. & seq. X. de testament.* Cœddæ *ad l. alienationis. 28. num.6. de V.S.* Et qui fuit prohibitus alienare, nec legare, nec fideicommittere potest, Socin. jun. *consil.119. num.18. lib.2.* Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst.714. num.1.*

Atque hæc maxime procedunt, si in prohibitione alienationis dictum sit, quod alienatio fieri non debeat extra familiam, cum enim specialis familiæ expressio facta, alienatio in extraneam familiam, vel personas extraneas nominatim prohibita intelligitur, & consequenter omnis actus, quo res illa extra familiam transfertur, sive id fiat per contractum, sive per ultimam voluntatem & hæredis extranei institutionem, cum hæc sit disponentis voluntas, quod res istæ in familiâ permanere, nec ad extraneos pervenire debeant, quæ meritò observanda *supra cap.3. n. 2.* Unde si quis quærat, an alienatione 110
simpliciter prohibitâ, hæredis quoque institutio prohibita veniat, ei respondendum esse, ut recurrat ad legis, vel testatoris, aut paciscentis alienationem prohibentis causam, rationem & intentionem, tàm tacitam, quàm expressam, scribit Cœddæ. *ad d.l alienationis.28 n.16.ff.de V.S.* Ita, ut ea cessante, cessare dicat prohibitionem, liberumque mansisse, hæredem in eâ re instituere, vel legare, aut mortis causâ donare, *per l. ex hoc edicto, §. alienare.ff de alien. judic.mut. l.pater.38. §.Iulius Agrippa. & ibi* Bart. *ff.de legat.* Sin minus, veluti prohibitum sit, ne res extra familiam alienetur, prohibitam quoque esse hæredis institutionem, legatum, & mortis causâ donationem, quoties iis modis res extra familiam esset perventura, Bart. *in l.peto.69. §.prædium.1. §.fratre.3.n.2.ff.de legat.*
2 Sichard. *in l fin. C. de reb.alien. non alien.* Cœdd. *d.n.26.* ubi ad contraria re- 111
spondet. Hinc etiam, quando testator alienare prohibuit extra familiam vel agnationem, vel ut bona in familiâ remaneant, & conserventur, fœminam etiam aliâs successuram, hæredem institui non posse, concludunt Paris. *consil. 26.n.16.lib.2.* Alciat. *cons.632. in fin.* Hier. Gabriel, *cons.132.quæst.4.num.36.seq. & quæst.9.num.69.lib.1.* Decian. *cons.7.num.46.seq lib.1.* Fusar. *de fideicom.subst. 713.num.6. & ibi alleg. & num.8.*

Ex quibus omnibus rectè concluditur, quod in casu nostro, ubi alienationis prohibitio facta fuit extra familiam, seu ut bona in familiâ permaneant, fideicommissum simplex & absolutum inter omnes de familiâ in infinitum, induci, & prohibitionem alienationis non tantùm inter vivos, sed 112
etiam mortis causâ, sive hæredis institutionem prohibitam esse, concludunt Bartol. *in l. qui Romæ. §. cohæredes. num.3. & ibi* Aretin. *ff. de V.O.* Dec. *consil.23. num. 2. seq. & consil. 481.* Socin. jun. *consil.168. num.78. lib. 2.* Cravet. *consil. 130. num.9. lib.1.* Gozadin, *consil. 102. per tot.* Crot. *consil.13. num.14. lib.1.* Curt.

jun. *consil. 114. num. 16. & consil. 145. num. 4. seq. lib. 2.* Anton. Gabriel. *commun. concluſ. tit. de fideicommissis. concluſ. 9. num. 11. seqq.* Hondedæ *1. consil. 78. num. 4.* Roland. à Valle *consil. 23. lib. 4.* Decian. *consil. 41. num. 121. lib. 1.* Menoch. *consil. 197. num. 23. & consil. 900. num. 9.* Petra *de fideicommiss. quæst. 5. num. 19. 42. seq.* Fachin *4. controv. cap. 49.* Hieron. Cæval. *commun. opin. quæst. 735.* Idque tùm maximè procedere, si ratio adjecta, quod velit bona perpetuò devenire ad maſculos de familiâ & in eâ conſervari, quæ verba cùm infinitatem temporis denotent, magis inducunt fideicommiſſum abſolutum, etiam in caſum mortis, Curt. *in l. filiusfamil. §. Divi. num. 2. & ibi* Crot. *ff. de legat. 1.* Burſat. *consil. 202. num. 16. lib. 2.* Pariſ. *consil. 91. num. 9. lib. 2.* Gabriel. *d. concluſ. 9. num. 12. seq.* Honded. *d. consil. 8. num. 5.* Graſſ. *§. fideicommiſſum. quæst. 5. num 8.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 6. tit. 14. in fin. & lib. 8. tit. 2. num. 18.* Petra *de fideicommiss. quæst. 5. num. 11 seq.* Molina *de Hiſpan. primogen. cap. 5. num. 16.* Fuſar. *d. quæst. 688. num. 17. & seq. & ibi allegat.* Peregrin. *de fideicom. artic. 14. num. 44.* Idemque eſſe, si per modum rationis diſpoſitivè teſtator expreſsè voluit bona remanere & conſervari in familiâ, veluti si dixerit; prohibeo alienationem bonorum, quia volo ea manere in familiâ, ita ut tunc quoque in caſum mortis fideicommiſſum inductum cenſeatur, Caſtrenſ. *in d. §. Divi. num. 10. ff. de legat. 1.* Graſſ. *§. fideicommiſſum quæst. 5. num. 6.* Fach. *4. contr. cap. 49.* & alii allegati per Fuſar. *d. quæst. 688. num. 33. seq.* qui tamen contrarium verius eſſe putat, & pro eo plurimos allegat, *ibid. num. 36.* ubi etiam plures declarationes refert, *per tot.*

Atque ita etiam in fideicommiſſo abſoluto, ubi bona perpetùò manere debent in familiâ, non valere hæredis inſtitutionem, tenent Ruin. *consil. 134. num. 9. vol. 2. & conſ. 168. num. 20. vol. 3.* Menob. *consil. 95. num. 120. in fin. & seq. & conſ. 197. num. 48. vol. 2.* Rube. *conſ. 11. in fin.* Alciat. *conſ. 577. num. 4.* Petra *de fideicom. quæst. 8. n. 274. & 299.* Beſold. *conſ. 133. n. 30.*

183 Idemque eſſe, si prohibitio facta ſit extra certum genus perſonarum, ſeu extra familiam, vel in favorem familiæ, & nec tunc extraneum hæredem inſtitui poſſe, docent per *l. codicillis §. matre. & ibi* Bartol. *ff. de legat. 2.* Ruin. *consil. 38. num. 14. vol. 5.* Rol. à Valle *consil. 98. per tot. vol. 2.* Bartol. *in l. si ita quis. §. ea lege. ff. de V. O.* Dec. *consil. 422.* Socin. jun. *conſ. 97. num. 5. vol. 2.* Jaſon. *consil. 10?. vol. 1.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 125. & 266.* Beſold. *num. 155.* Gœdd. *ad l. alienationis. 28. num. 16. ff. de V. S.* Covarruv. *in c. Raynaldus. in princ. num. 8. X. de teſtament.* Peregrin. *de fideicom. art. 14. num. 30. seq.* Fuſar. *de fideicommiss. ſubſt. quæst. 711. num. 23. seq.* eandemque opinionem communem dicunt, Curt. jun. *conſ. 121. n. 2.* Riminald. jun. *conſ. 28. in princ. & num. 38. vol. 1.* Ferdin. Loazes *in*

l. filius-

l. filius fam. §. Divi. ff. de legat. 1. Chaſſan. *conſ. 19. col. 2* Nec jure quempiam ab eâ re-
cedere poſſe, notant Dec. *conſ. 86.* Covarruv. *d. n. 8.* Etiamſi alienationis prohi-
bitio in contractu facta, nihilominus enim hæredis inſtitutionem prohibi-
tam cenſeri, tradunt Ruin. *conſ. 13. n. 22. lib. 2.* Fuſar. *de ſubſtitut. quæſt 712. n. 28.* Be-
ſold. *d. conſ. 83. num. 159.*

Idem quoque eſſe, & hæredis etiam legitimi inſtitutionem locum non 184
obtinere, ſi alienationis prohibito ſit realis, ſentiunt Ruin. *conſ. 119. n. 7. & conſ.*
147. n. 7. ſeq. & 150. n. 16 ſeq. vol. 2. Rimin. jun. *conſ. 279. n. 3. ſeq.* Petra *d. quæſt. 8. n 285.*
& 302 Beſold. *d. concl. 133. n 32. & ſeq* Tuſch. *lit. A. concl. 263. n. 68.* Fuſar. *de fideicom.*
ſubſt. quæſt. 711. n. 28. Peregrin. *de fideicom. art. 12. n. 82. & art. 14. n. 33.*

Hinc quoque, ſi alienationis prohibitio facta fuerit extra familiam, & ut
bona in familiâ, pro ejusdem conſervatione, maneant, hæredis quoque legi-
timi, ſeu ejus, qui ab inteſtato erat ſucceſſurus, ſi non ſit de familiâ & agnatio-
ne teſtatoris, inſtitutionem locum non habere, nulliusque eſſe momenti, 185
concludunt Bald. *in l. ſi quis prioris. §. certum. & ibi* Salicet. *C. de ſecund. nupt.* So-
cin. *conſ. 41. lib. 3.* Aretin. *in l. ventre. col. 13. §. dicemus ergò. ff. de adquir. hæred.* Petr. de
Bella pertic. *in l. peto. § fratre. & ibi* Bald *de legat. 2.* Grat. *conſ. 68 n. 6. & ſeq. lib 2.*
Crot. *in l. filiusfam. §. Divi. n. 11. ff. de legat 1.* Dec. *conſ. 23. n. 6.* Molina *de Hiſpan. prio*
mog. lib. 1. cap. 6 n. 35. verſ. quod ego maxime. Fuſar. *d. quæſt. 711. n. 5. & n. 26.* Romul. *in*
l. filiusfam. §. Divi. n 93. & ſeq ubi hanc ſententiam veriorem, & non ſolùm di-
ſputando, ſed & legendo, & conſulendo & judicando tenendam eſſe dicit.
Indeque majoratus ſive primogenii jus non poſſe per inſtitutionem hæredis,
etiam legitimi & ab inteſtato aliâs ſucceſſuri, in alios, qui non ſunt de fami- 186
liâ, transferri, ſcribit Molina *d. lib. 1. cap. 6. n. 35.* ubi ait, quod cum ex primoge-
niorum natura bona iiſdem ſubjecta perpetuò in familiâ conſervanda ſint,
primogenitiſque propriæ familiæ in perpetuum deferenda; non poteſt quid-
piam aliud naturæ primogeniorum magis adverſum dici, quàm quod bona
primogenio ſubjecta, poſſint ex inſtitutione deferri ei, qui ex ipsâ familiâ
non ſit, etiamſi alterius familiæ conjunctione ultimo poſſeſſori proximior eſ-
ſet, eique foret ab inteſtato ſucceſſurus: Expiraret namque ex hujusmodi in-
ſtitutione majoratus ſucceſſio, bonaque extra familiam ejus inſtitutoris de-
volverentur, quod contra primogeniorum naturam mentemque inſtituto-
rum futurum eſſet.

Eadem ratione, quod feuda alienari prohibita & ſuâ naturâ alienari 187
non poſſunt, in iiſdem quoque hæredis inſtitutio, & teſtamentaria diſpoſi-
tio planè eſt interdicta, *1. Feud. 8. in princ. & §. donare. 2. Feud. 9.* Laudenſ. *in*
c. 1. princ. n. 5. de his qui feud. dar. poſſ. Schrad. *de feud. part. 7. cap. 2. num. 1.*

We-

Wesembec. *de feud. cap. 6. n. 6.* Borchok. *cap. 8. n. 3.* Vultei. *1. feud. cap. 9. n. 70.* idque de naturâ feudi esse tradit Motz *de subst. aur. feud. n 78.* Adeò ut nec pro animâ vel ad pias causas de feudo aliquid relinquere possit vasallus. *d. §. donare. 2. feud. 9.* Isern *in c. 1. an agnat. vel fil.* ubi ait, vasallum ne quidem unam candelam pro animâ relinquere posse, quod refert & sequitur Afflict. *in c. 1. n. 71. de prohib. alien. per Frider.* Vultei. *d. cap. 9. n. 71.*

188 Quod si quoque testator fideicommissum pro perpetuâ conservatione bonorum in familia constituat, & testandi licentiam concesserit, non posse fideicommissarium extraneum hæredem instituere, sed licentiam illã testandi de illis tantùm, qui sunt de agnatione, intelligendam esse, statuunt Paris. *cons. 44. in fin. & cons. 72. n. 58. & 63. l. 3.* Menoch. *cons. 497. dub. 2. & cons. 1006. n. 16.* Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 548. n. 2.*

189 His ita firmatis, spontè corruunt, quæ supra in contrarium adducta. Nam primi contrarii argumenti imbecillitas, & nullitas deregitur ex decidendi ratione *duodecimâ n. 177.* ubi manifestè demonstratum, quod per alienationis prohibitionem etiam veniat ea, quæ fit hæredis institutionem, ac hæredis institutio sit propriè alienatio & prohibita alienatione, etiam hæredis institutio prohibeatur.

Ad 2. respondetur, quod licet jus naturale & gentium in suo quidem genere, non possit in totum tolli aut mutari, illud tamen ex justâ & certâ aliquâ causâ, in subjectis individuis, si non funditus tolli, minui tamen & tem-
190 perari posse, arguit *l. jus civile 6. in princ. ff. de just. & jur. §. libertas quidem. juncto §. seq. I. de jur. person. l. minimè. ff. de religios. & sumpt. fun. Novel. 89. cap. ult.* Bocer. *de regalib. cap. 1. n. 68.* Atque ita sicut Princeps ex justâ aliquâ causâ quodammodò derogare juri naturali & gentium, ut notant Bart. *in l. fin. & ibi* Dd *comm. C. de constit. Princ.* Ita etiam hoc testatori permissum esse, indicat. *l. peto. 69. §. fratre. 3. ff. de legat. 2.* ubi lex concedit, quod quis non possit hæredem extraneum instituere, quando testatoris prohibitio id impedit.

Ex quo etiam 3. corruit, quamvis enim libera cuivis debeat esse testandi potestas, ita ut nec quis sibi ipsi ex pacto vel promissione de bonis suis testandi facultatem adimere possit *l. si fratres. § idem respondet. ff pro soc. l. illa institutio.*
191 *ff. de hæredib. instit.* quin tamen testator bona sua alicui per testamentum relinquens, hac illis legem adponere possit, ne hæres vel fideicommissarius eadem extra familiam, vel certas quasdem personas alienet, non habet dubiũ, & probant *l. qui filium 74. in pr. ff. ad SCt. Trebel. l. peto. 69. §. prædium 1. & §. fratre. 3.*
192 *ff. de legat. 2. & similib.* Liberum enim est testatori, bonis suis propriis legem quamcunque imponere, liberumque ipsi hæredi vel fideicommissario, bona

ista sub annexâ istâ conditione recipere, vel repudiare, & potuit ipse testator bona ista non relinquere, cur non ergò etiam hæredis potestatem limitare poterit? *l. videamus. §. pen. ff. de in lit. jur.*

Adhæc ipsi fideicommissario non planè adimitur testandi facultas, quia habere potest & alia bona propria libera, de quibus, ut & de fructibus ex bonis fideicommissariis perceptis, liberè testari potest, & sic sufficiat aliquem habere testandi facultatem in genere, licet ad certa bona, vel certas personas facultas ea non extendatur, *arg. l. cum ita legatum. 62. ff. de condit. & demonstr.* Atque ita testandi facultatem in universum quidem non tolli, in partem tamen restringi posse, tradit & exemplis illustrat Zasius *in l. stipulatio hoc modo. num. 20. & 34. ff. de V.O.* Ita etiam testator disponere potest, ne res sua ad piam causam deveniat *c. verum. X. de condit. apposit.* vel ne in Ecclesiam alinetur, ut notatur in *l. fin. C. de jur. emphyt.* Ripa *in l. ex facto. §. si quis rogatus. n. 38. ff. ad Sct. Trebell.* Vultei. *1. Marpurg. cons. 29. num. 38.*

Major difficultas & totum contrariæ opinionis fundamentum in 4. ar- 193
gumento ex *l. cum pater. 77. §. cum inter 28. ff. de legat. 1.* consistere videtur, ad quam Dd. variè respondent, ut videre licet apud Bart. Romule. *in l. filiusfam. 114. §. Divi. 1. num. 99. & seq.* Sed si lex ista rectè consideretur, contrariam sententiam nihil quicquam juvat, cum in eâ non agatur de fideicommisso pro familiæ seu agnationis conservatione relicto, seu quatenus familia sumitur pro agnatione, seu ratione sanguinis, sed quatenus familia in lata & generali significatione accipitur, & non tantùm masculos & illos tantùm, qui sunt de agnatione, sed quatenus etiam fœminas, cognatos & alios, qui non sunt de agnatione testatoris comprehendit, de quo *supra cap. 1. n. 27. seq.* quod ex ipso. *§. cum inter.* satis apertè constat, ubi mater ipsa liberta ad partem istius prædii fuit admissa, cum tamen nec fœminæ, ne ipsarum filii adhæc nostra, de quibus hic agimus, fideicommissa admittantur, ut dictum est supra *c. 8. n. 127. seq. & num. 239. seq.* Atque indè etiam hanc Jurisconsulti decisionem non esse admittendam, quando prohibitio facta, ut agnationi & generi consulatur, ait Covarruv. *in l. Raynaldus. n. 11. vers. nec huic. in fin. X. de testament.* Idemque innuit Cuman. *post. gloss. in d. §. cum inter.* dum ait, quod licet filii libertæ, propriè non sint de familiâ, latè tamen sumpto vocabulo de familiâ dicantur, quia vocabulum familiæ latè positum continet etiam affines, propinquos, fœminas, &c. *l. fin. C. de V. S.*

Ad 5. respondetur, ideo in istis legibus extranei hæredis institutionem 194
validam fuisse, quod præceptum testatoris de non alienando fuit nudum & absque causâ adjectum, ut ibidem asseritur, nuda autem alienationis prohi-

bitio non teneat, & alienationem non impediat, ut dictum est *supra cap.6.n.349.seq* Ex quo colligitur, si prohibitio non fuisset nuda, sed causa adjecta, hæredis quoque extranei institutio non fuisset licita, prout infert Crot. *in l.filiusf.§.Divi 14.& ibid.*Romule.*num.97.ff.de legat.1.*

195 Pariter 6. non contrariatur *d.l. pater.38.§.fundum.3.ff.de legat.3.* Nam ideò valida fuit hæredis extranei institutio, quod prohibitio ista non fuit perpetua, sed temporalis, & ad vitam tantùm filii hæredis restricta, ex quo apparet, quod quando prohibitio alienationis extra familiam, est perpetua, hæredis extranei institutionem non esse admittendam.

196 Ad 7. respondetur, hæredis institutionem non esse alienationem necessariam, sed planè voluntariam, quia hæredis institutio est actus proveniens ex liberâ testatoris voluntate, & sic quoque actus voluntarius, non autem necessarius judicandus est, uti concludit ipse Petra *d.quæst.8.num.270.vers.tertia quoque.* Liberum enim est ipsi testatori testamentum facere & hæredem aliquem instituere, vel ab intestato decedere & hæreditatem hæredibus ab intestato venientibus, & iis, ad quos bona de jure pertinent, relinquere. Nec obstat, quod *supra n.163.* dictum est, alienationis prohibitionem non comprehendere successionem ab intestato hæredis legitimi. Siquidem alii contrarium, & alienatione prohibitâ, successionem quoque ab intestato, & hæredis extranei institutionem prohibitam censeri, etiamsi prohibitio personalis sit, docent Bald. *in l.peto.§.fratre.& ibi* Imol. Cuman. *ff.de legat.2.* Ripa. *in lib. filiusfamil. §. Divi. num.98. vers. secundo ista. & ibi* Crot. Alciat Romul. *num.93. ff.de leg.1.*

Nec procedere istam traditionem, quando prohibitio fuit realis, vel respectu certarum personarum, vel in favorem familiæ & agnationis, & pro bonis in familiâ conservandis facta, ex præcedentibus *num.183.seq.* constat.

197 Ex his facili negotio colligitur, quid de Doctorum contrarium sentientium opinionibus sentiendum sit; cùm enim absque certis fundamentis & rationibus solidis loquantur, eorum quoque opiniones & authoritates non sunt attendendæ, *per l.1.§. sed neque. 6.C. de vet. jur. enucl.* iisque rationes & leges supra allegatas & deductas aliasque authoritates opponimus. Ubi etiam observandum venit, quod plerique contrarium sententientes, & alienationis prohibitionem, alienationem tantùm inter vivos, & non etiam eam, quæ fit mortis causâ, vel per hæredis institutionem, comprehendere, statuentes, de simplici alienationis prohibitione, & quæ non fit respectu familiæ & agnationis conservandæ, loquantur, quo casu hæredis institutionem & suc-

cessionem

cessionem ab intestato prohibitam non censeri, plerisque sentiunt, secus autem erit, si fideicommissum pro familiæ & agnationis conservatione constitutum; & alienatio extra familiam, & ut bona perpetuò in familiâ permaneant, fieri prohibita sit, tum enim fideicommissum simplex & absolutum inductum, & non tantùm alienationem inter vivos, sed etiam hæredis institutionem, aliamque quamcunque prohibitam esse, ex præcedentibus satis liquido constat, & sic etiam distinguit post alios *in l. cum ita. §. in fideicommisso artic. 14. num. 7. & 18. ff. de legat. 2.* Besold. *consil. 133. numero 9.* Et quando alienationis prohibitio pro conservandis bonis in familiâ facta, gravatum nec sororem, nec filiam instituere posse, tradunt Bartol. *consil. 68. num. 15. seq. lib. 2.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 14. num. 37.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 5. cap. 5. num. 1. & num. 69.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 711. num. 5.* confer *supra num. 181.*

Adeò porrò in fideicommissis familiarum Nobilium testamenti factio 199 inhibita censetur, ut ejusdem possessor nec proximè sequentem in familiâ in bonis fideicommisso subjectis hæredem instituere possit, siquidem supervacua foret hæc institutio, cum nihil à possessore in sequentem transferatur, & fideicommissi successor à primo institutore institutus sit, & sic facultas necessariæ electionis, non est propriæ liberalitatis beneficium, nihilque est, quod de suo videatur reliquisse, qui quod relinquit, omninò reddere debuit, ut ait JCtus Papinianus in *l. unum ex familia. 67. §. si Falcidia. 1. ff. de legat. 2.* Et cùm fideicommissum secundum modum & formam primi instituentis ad omnes descendentes devolvatur, *l. omnia. aliàs l. cum ita. 32. §. fin. l. peto. 69. §. fratr. 3. ff. de legat. 2.* non opus est alterius institutione, sed prior sufficit *l. si te. 27. §. 1. ff. de hæred. instit.* Quamdiu enim primi instituentis dispositio durat, tamdiu alterius testandi cessat facultas, *l. quamdiu. 39. ff. de adquir. hæred.* Quod si ergò per ipsum primum testatorem ad fideicommissum vocatus, à possessore hæres instituatur, inutilis est institutio, *d. l. unum ex familia. 67. §. 1. ff. de legat. 2.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 108.* & 200 potius est fideicommissi refutatio, quàm institutio, Petra *d. num. 108.* sicuti in materiâ feudali respondit, Cephal. *consil. 27.* Socin. jun. *consil. 72. num. 40. lib. 1.* Curt. jun. *de feud. part. 4. reg. 1. quæst. penult.* Clar. *§. feudum. quæst. 40.* talisque adquirens non dicitur de novo adquirere, sed adquisitum capere, per *l. si servo. 64. ff. de hæred. institut.* Senat. Pedemont. *decis. 161. num. 11.* Petra *d. num. 108.*

Unde quoque majoratus possessorem non posse, etiam sequentem suc- 201 cessorem in majoratu, in quo ex primi institutoris dispositione successurus

est, hæredem instituere, ejusque institutionem nullius momenti esse, tradunt Peralta *in l. servus. 3. qui fideicommissu. 3. num. 36. & seq. ff. de hæred. instit.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 8. num. 20.* Cùm enim in eo successor jure sanguinis, & non hæreditario succedat, nullum effectum sortiri poterit ea hæredis institutio, facta de eo, quod necessariò exprimi institutoris dispositione, ad sequentem absque novâ institutione deferendum esset. Molina *d. num. 20.*

Quod si tamen fideicommissi institutor bona extra familiam simpliciter alienare prohibuerit, nec certum ordinem succedendi præscripserit, poterit pater filios ex partibus inæqualibus instituere, & uni ex filiis bona hæc
202 prælegare, quia verum est ipsum in familiâ reliquisse bona, licet uni reliquisset, ut ait Jctus Marcianus *in l. filiusfamilias. 114. §. sed si omnes. 17. ff. de legat. 1.* Aretin. *consil. 73. num. 41. & seq.* Tuschus *lit. F. conclus. 283. num. 85.* Secus verò est, si institutus certum succedendi ordinem præscripserit, vel proximiores vocaverit, Aretin. *consil. 73. num. 49. seq.* Tuschus *d. l. num. 90.* Confer *infra num. 45. seq.* Quo casu nec exhæredationem valere dictum est *supra cap. 8. num. 17.*

203 XXII. Adeò porrò bona hæc fideicommisso subjecta alienari prohibita censentur, ut ea nec cultui divino dedicari possint. Quandoque enim bona simpliciter extra familiam alienari prohibentur, nec eadem sacra vel religiosa facere, vel aliter ad pios usus destinare, non esse permissum, tradunt Jason. *in l. filiusfamil. 114. §. Divi. 14. num. 128. ff. de legat. 1.* Bald. *in l. voluntas. 4. num. 5. vers. sed an possit. fideicommiss.* Matth. Coler. *decis. 15. num. 26. seq. part. 1.* Berlich. *part. 2. conclus. 13. num. 50.* Nicol. Everhard. *consil. 71. num. 10.* Philipp.
204 Matth. *1. Marpurg. consil. 20. num. 44.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 491.* Quia de re alienâ non potest fieri eelemosyna salutifera *c. sicut dignum. §. eos. X. de homicid. c. eam te X. de jurejur. c. 2. & ibi* gloss. *c. eleemosynam. caus. 14. quæst. 5.* Menoch. *2. arbit. jud. cas. 182. numero 44.* Et alienatione in genere prohibitâ, prohibita quoque intelligitur ea, quæ fit in Ecclesiam & locum pium, Alex. *consil. 120. col. 1. in fin. vers. non obstat. lib. 1.* Tuschus *lit. A. conclus. 26. numero 26. & lit. F. conclus. 283. numero 6.* Quemadmodum etiam nec de feudo ad piam causam vel pro animæ salute quicquam legare licere, dictum est *supra num. 87.*

XXIII. Ex quibus etiam colligitur, quod bona hæc fideicommisso subjecta & alienari prohibita, per ingressum in monasterium alienari, vel in monasterium transferri non possint. Qui enim prohibitus est alienare, non potest etiam bona per ingressum Religionis in monasterium transferre, ut docent

docent Imola *in l. si quis ita. §. ea lege. ff. de V.O.* Bero. *cons. 94. n. 9. vol. 1.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. n. 516.* Decian. *cons. 82. n. 9. lib. 4.* Ruin. *cons. 143. n. 17. lib. 3.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 700. n. 2.* Idque tùm maximè, quando de mente testatoris constat, quod monasterium excludere voluerit, veluti quod bona in familia conservari & remanere debeant, ut latè tradit, Dec. *cons. 259.* Petra *d. quæst. 8. n. 516. vers. declaratur modo.* Fusar. *d. l. num. 3.*

De successione monachorum in his fideicommissis, vide *supra cap. 8. num. 62. seq.*

XXIV. Nec alienari posse hæc bona fideicommissi ob causam militiæ, 206
vel ut filio gravato aliqua dignitas ematur, docent Castrens. *in auth. res quæ. num. 13. & ibi* Jason. *col. ult. vers. undecimo limita.* Padilla. *num. 88.* Angel. *num. 5. C. commun. de legat.* Petra. *de fideicommiss. quæst. 8. num. 486.* Menoch. *4. præs. 191. num. 22.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 42. num. 93.* Intriglol. *de substit. cent. 3. quæst. 73. n. 144.* Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 539* cum nec pater impensam præstare teneatur, ut filio dignitatem emat, *l. fin. C. de petit. hæred.* Bald. *in auth. ex testamento. C. de collat.* Bart. *in l. 1. §. nec Castrense. n. 6. ff. de collat.*

XXV. Multo minus alienari possunt hæc bona, ex causa remunera- 207
tionis à defuncto fideicommittente proveniente, uti sentit Curt. jun. *in auth. res quæ. col. fin. num. 55. C. commun. de legat.* Quia obligatio remuneratoria obligationem duntaxat antidotalem, non verò ad agendum efficacem importat, sicuti in causa dotis, ad quam pater ipso jure tenetur, & officio judicis compelli potest, quod secus est in donatione remuneratoria, quæ ex voluntate liberâ dependet. Licet contrarium sentiant Bartol. *in l. jubemus. 19. C. de SS. Eccles. & in l. ambitiosa. 4. num. 2. ff. de decret. ob. ord. fin.* Petra. *de fideicom. quæst. 8. num. 542.* Schrader. *de feud. part. 3. cap. 2. num. 39.* Vinc. Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 538.*

XXVI. Quamvis etiam sint, qui asserant, validam esse alienationem, 208
si fideicommissi possessor, sive is, qui alienare est prohibitus extra familiam, aliis de familiâ denunciet, se rem fideicommisso subjectam venditurum, & hi emere recusent, prout statuunt per *l. Romæ. 122. §. cohæredes. 3. & ibi* Bart. Bald. Angel. Socin. *& alii ff. de verb. obligat.* Castrens. *consil. 448. in princ. lib. 1.* Socin. *cons. 227. circa fin. vers. secundo fortius lib. 2.* Tuschus *lit. F. concl. 283. n. 147.* Curt. jun. *cons. 114. col. 2.* Petra. *de fideicommiss. quæst. 8. num. 536.* Ant. Gabr. *de fideicom. conclus. 9. num. 35.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. num. 114.* Menoch. *arb. jud. cas. 17. num. 2. & 3.*

Contraria tamen opinio verior est, & quod bona extra familiam alienari prohibita, ut perpetuò in familia pro ejusdem perpetua conservatione,

permanere debeant, nec hoc casu, ubi aliis alienatio est denunciata, hique emere recusent, in extraneos alienari possit, tradunt Dec. *cons. 38. col. 3.* Castr. *in l. filiusfam. §. Divi. n. 10. & ibi* Jason. *n. 15. &* Romul. *n. 57. seq. ff. de legat. 1.* Ruin. *consil. 134. col. pen. in fin. vol. 3.* Petra *de fideicom quæst. 7. num. 10. vers. sed si testator. & quæst. 8. n. 536. vers. sed contrarium.* Jason. *in d. l. qui Romæ, §. cohæredes. ff. de legat. 2.* Alex. *in l. ab omnibus, & ibi* Cyn. Salicet. *C. de fideicom.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 722. num. . & 3. seq.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 7. num. 9.* Schrader. *de feud. part. 8. cap. 5. num. 12. & 18.* Romule. *in l. filiusfam. §. divi. n. 6. seq. ff. de legat. 1.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. concl. 78. num. 2. & ibi in not. lit. c.*

209 Cujus ratio inde est evidens, quod in bonis istis fideicommissariis omnibus de familia, non solum in rerum natura existentibus, sed etiam nascituris, jus in spe acquisitum & radicatum est, atque ideò requisitio & emendi recusatio facta ipsis præjudicium afferre non debet, per *tradita supra cap. 8. n. 380. seq.* maximè cum reliqui agnati fideicommissi illud jus non habeant ex jure possessoris, sed à primo testatore & fideicommissi institutore, qui sic disposuit, & bona in familia remanere voluit, & ideo tolli nequit, *per l. emancipatum. §. fin. ff. de senat l. adoptivum. §. fin. ff de in jus voc.*

210 Imò iniquum foret, quod alii agnati jus illud, quod ipsis in spe radicata adquisitum, & quod paulo post, alienatore decedente, gratis accipere possent, emere tenerentur, *per l. nec emere. C. de jur. delib. l. invitum. C. de contrah. empt.* vel si propter egestatem fortè emere non possent, propter factam interpellationem jus illud suum perderent, Romul. *d. §. Divi. n. 57.* Neque etiam fideicommissarius præsumitur emptionem recusasse, quod voluerit fideicommisso renunciare, sed sub spe mortis, & quod tunc bona ista absque ullo pretio ad ipsum pertineant, Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 222. n. 3. in fin.*

211 Ex quo etiam jure feudali receptum est, ut si agnatis virtute antiquæ investituræ jus fuerit adquisitum, etiamsi ipsi fuerint requisiti an emere velint, & recusaverint, alienatio tamen in præjudicium ipsorum fieri non possit, Bald. *in c. 1. de alien. patern feud.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 7. n. 6. seq. & quæst. 12. n. 46. seq.* Schrader. *de feud part. 8. cap. 5. n. 11. & seq.*

212 Quibus non adversatur *d. l. qui Romæ. 122. § cohæredes. 3. ff. de V. O.* Siquidem ibidem non agitur de re perpetuò fideicommisso subjecta, sed de prædio quodam inter cohæredes communi, hoc pacto, ut si quis eorum partem suam alienare voluisset, eam vel cohæredi suo vel ejus successoribus, certo pretio venderet, quo casu si reliqui cohæredes, vel eorum successores emere nolint, alienatio erit permissa, cum cuilibet data fuerit potestas partem suam venden-

vendendi, licet cohæredibus suis certo pretio vendere fuerit obligatus, quod secus est in casu nostro, ubi res fideicommisso perpetuò subjecta absolutè & indistinctè alienari fuit prohibita, & sic denunciatio ista, an illi de familia emere velint, nihil operatur, nec in extraneos alienandi licentiam concedit, cum alienatore mortuo, ad alios gratis perveniat, confer Romule. *d. §. divi n. 57. ff. de legat. 1.* Schrader *de feud. part. 8. cap. 5. n. 18.* Et sic loquitur *d. §. cohæredes.* de istis rebus, in quibus quis nihil aliud, quàm jus protimiseos, sive retractus habet, ubi eo, qui hoc jus habet, recusante emere, res istas vendere potest, secus verò in iis rebus, in quibus possessor jus tantum pro tempore vitæ suæ habet, & possessore mortuo ad alium indistinctè, & sine ullo pretio devolvuntur, sicuti respondent Schrader. *de feud. part. 5. cap. 5. n. 18.* Rosenth, *de feud. cap. 9. concl. 78. in not. lit. c.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 2. n. 60. & 63.*

Neque in contrarium facit, *l. fin. C. de jur. emphyt.* siquidem in emphyteuta ita specialiter est constitutum, ut si rem emphyteuticam alienare velit, domino an emere velit, id denunciare teneatur, & si ipse emere nolit, licitè eam extraneo vendere possit, quod secus est in casu nostro & fideicommisso familiæ perpetuo, cujus alienatio indistinctè & simpliciter est prohibita, Romule. *d. §. divi n. 57. ff. de legat. 1.* 213

Hinc quoque si testator prohibeat alienari bona extra familiam sine consensu eorum, qui sunt de familia, vendendi potestatem concessam intelligi, si illi de familia fuerint requisiti & emere nolint, tradit Romul. *d. l. n. 58* quo tamen casu emere nolẽtibus nihilominus jus retractus competere, tradit Hart. Pistor. *lib. 2. quæst. 7. n. 9.* Rosenthal. *de feud. cap. 6. concl. 91. n. 5. & 9.* Et quando testator dixit, non posse alienari bona, nisi requisitis filiis vel fratribus, vel aliis de familia, tunc in eorum aliquem fieri posse alienationem, nullâ factâ requisitione, an emere velint, decidit Mantica *decis. 96. n. 1.* 214

XXVII. Non posse quoque Principem concedere, ut res fideicommisso subjecta & alienari prohibita, extra familiam alienetur, pluribus demonstrat Bart. Romule. *in filiusfam. 114. §. divi 14. n. 227. & seq.* & satis aperte constat ex traditis *supra c. 8. n. 380.* 215

Sunt tamen certi nonnulli casus & causæ, ex quibus bona fideicommisso familiæ subjecta alienari possunt; veluti 1. ex causa æris alieni ab ipso fideicommissi institutore conflati, ad hujus enim solutionem bona hæc fideicommissaria alienari posse constat, ex *l. filius familias. 114. § Divi. 14. de ff. legat. 1. l. peto. 69. § prædium. 1. ff. de legat. 2. l. pater filium. 38. in princ. ff. de leg. 3. l. cum fidei. 9.* 216

ff. de

ff de fideicommiſſ.libertat.l.cum hæreditas.36.ff.ad SC.Trebell.l. alienationes.13.ff.fa-
mil.erciſc. Bart.in l.pater filium. & ibi Alber.ff.de legat.3. Bald in c.quoniam fre-
quenter.§.in aliis 5.X.utile non conteſt.Alex.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalibus.n.6.ſeq.ff.
de damn.infect.Petr.Peralta in l.3.§.fideicommiſſam.n.106.ſeq.ff.de hæred.inſtit. Natta
conſ.110.n.13.& conſ.145.n.22. Socin.conſ.28.n.3.vol.2. Petr. Peckius de teſtament.
cònjug.lib.4.cap.9.n.2.Petra.de fideicomm.quæſt.8.num.315.& ſeq.quæſt.15.n. 2. & ſeq.
Gail.2.obſ.137.n.4.& 7.Molina de Hiſp.primog.lib.1 cap.10.n.2.ſeq.& lib.4. cap.6.n.
1.Peguer.deciſ.106.n.2.& ſeq.Romul.in l.filiusfam.114.§.divi.14.n 139.ff. de legat. 1.
Peregrin.de fideicommiſſ.art.40 n.18.& 22.Bened.Carpzov.jurisprud.forens.part.
3.conſt.8.defin.34.per tot.Honded conſ.58.n 25.lib.1.Mantic.de conject.ult.vol.lib.9.
tit.8.n.11.Graſs.§.fideicommiſſum.quæſt.5 .n.1.Vinc. Fuſar.de fideicom. ſubſtit. quæſt.
541.n.1 Intrigliol.de ſubſtit.cent.3.quæſt.73.n.417. Non enim teſtator creditoribus
217 jus ſuum intervertere, ſupra cap.6.n.270.nec prohibere poteſt, quin bona ven-
dantur, vel alienentur, ut creditoribus ſatis fiat per d.l. filiusfam. 114. §. divi.
14. & ibi Jaſon.n. 14.de legat. 1.Peck. d.cap.9. n.2. Natta conſ. 145. n. 22. Me-
noch.conſ.245.n. 2.Fuſar.de fideic.ſubſt.quæſt. 541.n.9. & alienatione prohibitâ,
non cenſetur prohibita neceſſaria alienatio & illa, quæ ex cauſa & facto teſta-
toris venit, infra n.453.ſiquidem de hac teſtator nihil ſenſiſſe videtur, d. l.fidei-
commiſſ.libertat.Gail 2.obſ.137 num.4. Idemque eſt ſi pro funere ipſius teſtato-
ris, vel pro legatis ab ipſo relictis ſolvendis alienatio fiat, Peregrin.d.art. 40.
218 n.18.Unde etiam fideicommiſſo gravatum deducere poſſe, id quod ſibi à te-
ſtatore debetur, etiamſi hæreditatis additione actiones ſint confuſæ, vide infra
cap.12.n.128.

Idque ſi fideicommiſſum in univerſa hæreditate, ſive bonis univerſis ip-
ſius teſtatoris inſtitutum ſit, cum fideicommiſſi univerſalis ſucceſſor defun-
ctum repræſentet, quoad univerſum patrimonium, Molina de Hiſpan. primog.
lib.1.cap.10.num.3.& ſic ad ipſius æs alienum exſolvendum tenetur, cum hoc
univerſum patrimonium ſpectet , l.ſi fideicommiſſum §. tractatum.3.ff.de jud.
219 l.hæreditas.ff.de R.I. Et actiones activè & paſſivè tranſeant in eum, in quem
univerſum patrimonium & omnia bona tranſeunt, l. nam quod. 14. §.fin. &
lib. ſeq. lib. cogi 16. ff. ad SC. Trebell.princeps bona. & ibi Bart. & Dd. comm. ff de
V. S. lib.3. in princ. ff. de bon. poſſeſſ. Peralta in lib. 3. §. fideicommiſſam. n. 146. ff. de
220 hæred.inſtit. Ac fideicommiſſum intelligitur deducto ære alieno, & æs alie-
num non cadit ſub fideicommiſſo, l. Papinianus. §. quarta autem ff. de in offic.
teſt. l. patnr. filium. & ibi Bart. ff. de legat. 3. l. æris alieni.C.de donat.l.ſucceſſo-
res.

res. & ibi Bald. *C. ad L. Falcid.* Tusch. *lit. F. conclus. 276. num. 1. & per tot.* Nec refert an creditor ipse sit hæres gravatus, nihilominus enim ipse solutionem ex rebus fideicommissariis petere potest, nec gravatus tenetur hujusmodi æs alienum ex fideicommissi fructibus solvere, sed gravatus de ipso fideicommisso deducere per quod testator sibi debet *infra cap. 12. num. 128.* nisi aliud ab institutore fideicommissi dispositum reperiatur *supra cap. 5. num. 90.*

Si verò fideicommissum in certâ aliquâ hæreditatis parte vel quota institutum, tunc fideicommissi possessor ad debita institutoris pro ratâ istius portionis exsolvenda tenetur, *l. ad eum. 2. C. ad Sct. Trebell. l. si quis servum. 8. §. fin. ff. de legat. 2.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 10. num. 6.* cum etiam legatarius partis hæreditatis habeatur loco hæredis, in eamque onera activa & passiva transeant, *l. 1. in princ. juncta l. mulier. §. fin. ff. ad Sct. Trebell. l. fin. C. eod.* Castr. *in l. si quis servum. 8. §. fin. n. 3. ff. de legat. 2.* Molin. *d. c. 8. n. 7.* 221

Quod si tamen reliqua bona libera & alienari non prohibita sufficiant, pro solutione debiti testatoris, non poterunt alienari res particulares alienari prohibitæ, sed de reliquis istis bonis solutio facienda, per *l. pater filium. in princip. vers. idem quæsit. ff. de legat. 3.* Bartol. *in l. pater filium. in fin. princ. ff. de legat. 3.* Jason. *in l. filiusfamilias. §. divi. num. 25. & ibi* Socin. jun. *num. 32.* Romule. *num. 139. ff. de legat. 1.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 40. num. 28.* Fusar. *d. quæst. 541. num. 19.* 222

Quod si fideicommissum in re aliqua particulari, veluti fundo, domo, vel alia aliqua re certa & singulari constitutum, tunc actio personalis adversus fideicommissarium institui nequit, cum hæc singularem possessorem nunquam sequatur, *l. 1. §. si hæres præcepto. 16. ff. ad Sct. Trebell. l. fideicommissum. §. tractatum. ff. de legat. 2. l. quoties 13. C. de hæred. instit. l. fin. C. de hæred. act.* Fusar. *de fidecommiss. subst. quæst. 665. num. 4.* Peregrin. *de fideicom. artic. 35. num. 23. in fin.* Secus verò est, quoad actionem realem, sive hypothecariam, quia hæc etiam adversus singularem possessorem competit, *l. 1. & 2. C. si unus ex plur. hæred. l. 1. C. de hæred. act.* Molina *d. cap. 10. n. 12.* Is autem, qui dicit æs alienum à testatore contractum extitisse, id probare tenetur, Natta *consil. 352. num. 3. seq.* Felin. *in rubr. de probat. n. 3.* Menoch. *consil. 207. n. 1. seq.* Peregrin. *de fideicom. art. 40. n. 22.* Quod si quoque fideicommissi institutor legata reliqit, ea quoque, si alia bona libera non adsint, de fideicommissi bonis solvenda, & deducenda veniunt, *l. 2. l. fin. C. ad Sct. Trebell. l. in imponenda. l. irritum. C. ad L. Falcid.* Crayet. *cons. 316. n. 4. vers. septimo.* Menoch. *cons. 183. n. 34. 44. seq.* Peregrin. *de fideicom. art. 34. n. 9.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 667. num. 1. & ibi alleg.* Etiamsi hæres inventarium non fecerit, *infra cap. 12. num. 128.* 223 224 225 226

226 Sed quid si fideicommissi possessor æs alienum ipsius institutoris de propriis suis rebus solvat, an bona ista fideicommissaria pro ære isto alieno obli-
227 gata, pro eadem quantitate vicissim obligare poterit? Et validam esse istam obligationem, apertè probatur per *l. pater filium. 38. princ. ff. de legat. 3.* ubi bona fideicommisso subjecta & pro debito institutoris obligata, primo debito soluto, novis creditoribus obligari & hypothecari posse asseritur. Cum enim bona ista fideicommissi à principio & ante fideicommissi constitutionem pro debito ab institutore procedente hypothecam essent, mirum non est, si pro eadem quantitate soluta prima, denuo hypothecæ subjici possint, cum non ex novâ aliqua, sed antiquâ illa causâ necessaria fiat, nihilque in præjudicium successorum agatur, Bartol. *in d. l. pater filium 38. num. 1. ff. de legat. 3.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 10. num. 25.* Et quemadmodum in prohibitione alienandi, alienatio necessaria non continetur, ita nec hypothecæ datio, quæ alie-
228 nationis speciem continet, *supra num. 54.* Hinc majoratus successorem, qui redimit annuum reditum bonis majoratus impositum, alium annuum reditum ejusdem quantitatis in bonis istis constituere posse, tradit Molina *d. cap. 10. num. 26.* Quod autem gravatus pro debitis testatoris solvit, id ex bonis fideicommissi deducere potest, *l. emptor. ff. de rei vind. l. filiusfamil. §. divi. & ibi* Dd. *ff. de legat. 1.* Menoch. *consil. 183. dub. 2.* Decian. *consil. 57. num. 15.* Petra *de fideicom. quæst. 15. num. 6. in fin. & num. 7.* Peregrin. *de fideicom. artic. 35. num. 1.* Fusar.
229 *de fideicom. substit. quæst. 666. num. 1. seq.* Quod si quoque fideicommissi bona pro debito testatoris solvenda fuerunt alienata, fideicommissarius non potest ea revocare pretio emptori oblato, Castrens. *in auth. res quæ num. 5. & ibi* Jason. *num. 11. C. commun. de legat.* Marzar. *de fideicommiss. quæst. 48.* Intrigliol. *de substit. cent. 3 quæst. 73. num. 420.* Peregrin. *de fideicom. art. 40. num. 27. & art. 42. num. 24.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 541. num. 10.*

230 Æs alienum a fideicommissi possessore contractum quod attinet, ad ejus solutionem successor non tenetur; Cum enim debitum hoc sit personale, nec fideicommissi utilitatem concernat, de eo quoque successor non obligatur per *l. peto. 69. §. prædium. 1. ff. de legat. 2.* ubi deciditur, quo alienatio ob æs alienum ipsius hæredis tamdiu saltem valeat, quamdiu res alienari prohibita apud ipsum hæredem est permansura, postea verò revocatur, Jason. *in l. Marcellus. §. res quæ num. 3. ff. ad Sct. Trebell.* Bened. Carpzov. *iurisprud. for. part 3. constit. 8. defin 35.* Petra *de fideicom. quæst. 8. num. 315.* Peguer. *decis. 106 num. 4.* Gail. *2 observ. 137. n. 4.* Et sic debita & credita facta per gravatum seu illum, qui restituere tenetur, ad fideicommissarium non transeunt, *l. cum hæreditas 36 ff. ad Sct. Trebell.* Crav. *consil. 19. n. 17.* Corne. *consil. 140. in fin. lib. 2.* Tusch. *lit. F. concl. 269. n. 9.* Atque

ita licet bona fideicommisso subjecta pro solvendo ære alieno gravati & alienare prohibiti alienari posse, asserant per *l. filiusfam.* §. *divi. ff. de legat. 1 l. peto.* §. *prædium. & ibi* Dd. *ff. de legat. 2.* Peregrin. *de fideic. art. 40. n. 20.* Grass. §. *fideicommissum. quæst. 58.* Petra *de fideic. quæst. 8. n. 316. & n. 319.* Fusar. *de fideic. substit. quæst. 542. n. 1. & 2.* rectius tamen id negant, Grat *cons. 106. n. 40. lib. 2.* Decian. *cons. 120. n. 6. lib. 3.* Et hanc negativam sententiam tùm maximè procedere, quando alienatio prohibita, ut bona perpetuò in familia permaneant, & conserventur, & sic in bonis quæ pro familiæ conservatione sunt relicta, tradunt Ruin. *cons. 89. n. 25.* Peregrin. *cons. 47. & cons. 49. n. 8. seq. lib. 3. & cons. 50. n. 5. seq. lib. 4. & de fideic. art. 40. n. 20. circa med.* Fusar. *de quæst. 542. num. 7. & seq.*

Tenetur tamen fideicommissi successor ad debita possessoris exsolvenda. 1. quæ pro ejusdem necessaria sustentatione sunt contracta: Exemplo Prælati, quem ad talia antecessoris debita solvenda teneri, tradunt Panormit. *in c. ex præsentium. n. 5. X. de pignor.* Abbas. *in c. si quorundam. n. 2. ff. de solut.* Et successoris in majoratu, qui itidem ad debita illa, quæ pro sustentatione possessoris defuncti sunt contracta tenetur, Padilla *in l. unum ex familia.* §. *si de Falcidia. n. 11. ff. de legat. 2.* Molina *de Hispan. primog. lib. . cap. 10. n. 32.* 231

Idem est 2. quoad funeris impensas pro ultimo possessore factas; quas itidem successorem persolvere teneri, si alia bona libera non adsint, ipsa æquitas postulat, sicuti de majoratus possessore tradit Molina *d. cap. n. 33.* Padilla, *d. n. 1.* Et de feudi possessore, tenet Matth. de Afflict. *c. 1. n. 15. an agnat. vel fil.* Ne dum defunctus insepultus manet, injuriâ afficiatur ipsa familia, *arg. l. quod si nulla. 28. ff. de religios. & sumpt. fun.* 232

Uti & 3. in debitis parvis ultimi possessoris conscientiæ exonerationem concernentibus, quæ à successore exsolvenda esse, naturalis ratio & religionis fides dictitat, quod etiam in feudi successore docet Isern. *in d. c. un. col. fin. an agnat. vel fil.* & de majoratus successore tradit Padilla *in d. l. unum ex familia.* §. *si de Falcidia. n. 10. ff. de legat. 2.* 233

II. Alienari possunt bona restitutioni & fideicommisso familiæ subjecta, ex causa dotis, *l. mulier. 22.* §. *cum proponeretur. 4. ff. ad SCt. Trebell. auth. res quæ. C. commun. de legat. Novel. 39. cap. 1.* Bald. *in l. voluntas. C. de fideicommiss.* Bart. *in l. si tibi homo.* §. *Divi Severi. ff. de legat. 1.* Socin. *de reg. jur. reg. alienari. 6. in princ.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 61. n. 4.* Gail. *2. obs. 37. num. 17.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 330. & seq. & 336. seq.* Jac. Rickius *de union. prol. cap. 7. num. 159.* Peguer. *decis. 106. n. 7. & decis. 116. n. 1. seq.* 234

Menoch. *4. præsumpt. 189. n. 1. & seq. & per tot.* Grass. §. *fideicommissum. quæst. 59. princ.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 42. in princ. & per tot.* Besold *part. 3. cons. 133. n. 56. seq.* Tusch. *lit. F. conclus. 284 n. 4. & per tot.* Molin. *de Hispan primog. lib. 4. cap. 6. n. 7.* Joseph. Ludov. *Luc. decis. 28. n. 76. seq.* Vinc. Fusar. *de fideic. substit quæst. 531. n. 1. seq. & ibi allegat.* Est enim hæc alienatio, quæ fit ex causa dotis, necessaria, *l. qui*
235 *liberos ff. de rit. nupt.* Riminald. *jun. cons. 147. n. 18. seq. vol. 2.* Petra *d. quæst. 8. n. 330. & 336.* Menoch. *arbit. jud. cas. 128. n. 66.* Et mulieris pudicitiæ parentumque voto convenit, *l. mulier. 22. §. cum proponeretur. 4. ff.* ad *Sct. Trebell.* & ex præsumpta instituentis patris defuncti voluntate descendit, quæ oritur ex necessitate dotandi liberos, vel pro ipsis donationes propter nuptias faciendi, quâ pater
236 adstringebatur, dum vivebat, vel si adhuc viveret, adstringeretur à lege, cum parentum officium sit dotare, sive dotem, vel ante nuptias donationem pro suâ progenie dare, *l. fin. C. de dot. promiss. l. qui liberos. ff. de rit. nupt. l. dedit dotem. ff. de collat. bon. l. à filia. ff. ad Sct. Trebell.* Castrens. *in d. l. mulier. 22. §. cum proponeretur.*
237 *4. num. 2. ff. ad Sct. Trebell.* ubi ait, quod onus dotandi filias, neptes & omnes in infinitum descendentes pertineat ad testatorem fideicommittentem, si viveret & constat ex *l cum servus. vers. nam quod ipse vivus. ff. de condit. & de monstr.* Bart. *in l. si cum dotem. §. transgrediamur. n. 4. & seq. ff. solut. matr.* & hanc esse rationem istius *auth. res quæ. C. commun. de legat.* quod scilicet parentum sit officium dotare filias, docent Castrens. *cons. 80. vers. sed hoc non obstante part. 1.* Socin. *cons. 23. vol. 3.* Dec. *cons. 376. n. 2.* Et quod ista sit principialis ratio istius authenticæ, quod pater gravans & fideicommittens teneatur ad dotandum, & dotem restituendum, vel donationem propter nuptias faciendum, firmat Curt. *in d. auth. res quæ. n. 12. & seq. C. comm. de legat.* Petra *d. quæst. 8. n. 337. seq.* Et hanc constitutionem, quod bona fideicommissi ex causa dotem constituendi alienari possint, fundatam esse in præsumpta mente & voluntate testatoris, tradunt, *per l. mulier. §. cum proponeretur. ibi. & patris voto congruebat. ff. ad Sct. Trebell.* Menoch. *4. præs. 189. n. 5. & ibi alleg.* Decian. *cons. 376. n. 2.* Petra *de fideic. quæst. 8. n. 338.* Vinc. Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 531. n. 6. & ibi alleg.*
238 Cui accedit, quod dos habeatur loco æris alieni ab institutore, qui dotare tenetur, constat, *l. à filia in princ. ff. ad Sct. Trebell.* Ripa. *in l. filiusfam. §. divi. n. 37. in fin.* Guid. Pap. *decis. 96. n. 1. ad fin.* Petra. *d. quæst. 8. n. 340.* Menoch. *d præs. 189. n. 99.* & loco legitimæ, *l. quoniam novella. C. de in offic. test.* Menoch. *arb. jud. cas. 149. n. 19.* Thesaur. *decis. 228. n. 1.* Hartm. Pistor *2 quæst. 38. n. 32.* Gail. *2. obs. 122. num. 13. & de pac. publ. cap. 16. num. 19.* Mynsing. *6. obs. 62. num. 2.* ac reipubl. interfit fœminas non esse indotatas, *l. 1. ff. solut. matrim.*
Et

Et ita quæ communiter omnibus prosunt, his, quæ specialiter quibusdam utilia sunt, meritò præponimus, *de auth res. quæ. C. commun. de legat. & ibi* Jason. Peguer. *decis. 116. num. 1.* Unde etiam sub fideicommisso generali causâ dotis non continetur, *l. Lucius 78. §. maritus. 14. ff. ad SCt. Trebell.* Sicuti nec dispositio generaliter concepta dotis casum includit, *l. fin. & ibi* Salicet. *C. de jur dot.* Jason. *in auth. res quæ. n. 25. in fin. C. commun. de legat.* Ripa. *in l. filiusfamil. §. Divi. n. 70. vers. & ultra. ff. de legat. 1.*

Hinc quoque pro dotis constitutione alienari posse emphyteusin, docent Jason. *in auth. res quæ. num. 32. vers. 17. extende.* Petra *de fideicomm. quæst. 8. num. 479.* Menoch. *4. præsumpt. 189. num. 163. & seq.* bona feudalia, si bona libera non adsint, *Isern. in c. Imperialem. num. 3. in fin & num. 13. de prohib. feud. alien. per Frider.* Afflict. *in c. 1. §. donare. num. 8. qualit. olim feud. alien* Menoch. *4. præsumpt. 189. num. 173.* Vultei. *de feud. lib. 1. cap. 9. num. 57.* & bona majoratus sive primogenituræ Tiraquel. *de primogen. quæst. 61. & 62.* Covarruv. *3. var. resol. cap. 6. num. 10.* Padilla *in auth. res quæ. num. 53. & 78. C. commun. de legat.* Petra *de fideicom. quæst. 8. n. 500.* Menoch. *d. præs. 189. n. 175. seq.* Molina *de Hispan. primogenitur. lib. 4. cap. 6. numer. 2. & seq.* Pereg. *de fideicommiss. art. 42. num. 54.* Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 571. num. 60.* 240

Quæ tamen ita procedunt, ut bona fideicommisso subjecta pro dote alienari possint, tantùm in subsidium, quando scilicet alia bona libera non adsunt, aliàs secus est, *de auth. res quæ. & ibi* Corne. *num. 9.* Curt. jun. *numer. 15. C. comm. de legat.* Curt. sen. *cons. 63. num. 29. vers. sexto.* Menoch. *d. præsumpt. 189. num. 8. de fideicom. quæst. 8. num. 459.* Peregr. *de fideicom. art. 42. n. 1. & n. 66.* Marz. *de fideic. quæst. 48.* Besold. *cons. 153. numer. 59.* Jason. *cons. 89. num. 4. vol. 1. & cons. 231. n. 4. v. 2. & in auth. res quæ num. 32. C. commun. de legat.* Paris. *cons. 63. num. 49. vol. 2.* Menoch. *4. præs. 189. num. 8.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 7. num. 1. & 2.* Tiraquel *de primogen. quæst. 61. num. 7.* Vinc Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 531. num. 121. seq. & quæst. 532. n. 33.* Etiamsi testator ipse dixerit, quod fœminæ dotari debeant ex fideicommisso, nihilominus enim est remedium subsidiarium, & tum demum pro dote alienari possunt, si alia bona libera non adsint, Marzar. *de fideicomm. quæst. 48.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 7. num. 2.* Menoch. *de præs. 89. n. 2. & consil. 704. num. 16. & cons. 736. num. 20.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 494.* Peregrin. *de fideicomm. art. 42. n. 76.* Prat. *de interpret. ult. vol. fol. 437. num. 14. 16. seq.* Rota Roman. *decis. 76. part. 1.* Vinc Fusar *de fideicommiss. substit. quæst. 531. num. 129.* ubi secundum hanc sententiam se sæpius consuluisse scribit, & rationem addit, quod testator ita disponendo id voluisse 241

luisse censeatur, quod leges disponunt: sicut ergò lex vult in subsidium dotari fœminas, id quoque testator hoc casu sensisse, & juris dispositione se accommodare voluisse censeatur. Et sic hoc modo constituendæ essent dotes singulis fœminis descendentibus, facilè fideicommissum destrueretur, & progressu temporis omnia fideicommissi bona converterentur, uti animadvertit Menoch. *de cons. 704. numer. 17.* Contrariam sententiam probant Decian. *cons. 10. num. 8. seq. lib. 2.* Menoch. *cons. 88. numer. 50. cons. 151. cons. 183. cons. 247. num. 3. seq.* Honded. *cons. 50. num. 21. lib. 1.*

243 Atque hæc etiam procedere 1. in causâ donationis propter nuptias, tradunt Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 355. seq.* Berlich. *part. 2. conclus. 13. numer. 46. seq.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 6. numer. 7.* Gail. *2 obs. 137. num. 17.* Peregrin. *de fideic. artic. 40. n. 37. vers. 7. & art. 42. n. 96. & 98.* Fusar. *d. l. quæst. 533. num. 1. & ibi alleg.* quod apertè probatur ex *d. auth. res quæ. C. commun.*
244 *de legat. Novel. 39. cap. 1.* Et patrem teneri ad donationem propter nuptias nurui pro filio, constat ex *l. fin. C. de dot. promiss.* Cùm donatio propter nuptias doti æquiparetur, *l. cum multa. 20. in princ. ibi: si igitur & nomine & substantiâ nihil differt à dote donatio propter nuptias. l. Ex morte 9. & auth. æqualitas. C. de pact. convert. Novel. 22. cap. 20. 23. Novel. 97. cap. 1. eademque pacta recipiat, quæ dos, Novel. 97. cap. 1.* Ant. Thessaur. *decis. 45. num. 2. & decis. 46. n. 2.* Hering. *de fidejuss. cap. 6. num. 34.*

245 Idem est 2. quoad dotis restitutionem, nam etiam pro dote restituenda bona fideicommisso subjecta alienari posse, si alia libera non adsint, docent Castrens. *cons. 80. lib. 1.* Alex. *cons. 67. numer. 4. lib. 4.* Joh. de Anan. *cons. 61.* Menoch. *cons. 33. num. 27. lib. 1. & 4. præsumpt. 190. num. 1. & aliquot seqq. & de arbitr. jud. cas. 182. num. 69.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 349. seq.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 6. num. 7.* Marzar. *in epit. fideic. quæst. 48. vers. contrariam.* Padilla *in auth. res quæ num. 119. C. commun. de legat. & in l. n. 163. ff. solut. matr.* Decian. *cons. 81 num. 26. lib. 2.* Covarruv. *3. var. resol. cap. 6. num. 10.* Menoch. *arbit. jud. cas. 182. num. 69.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 42. num. 1. 3. & 81.* Jos. Ludov. *Luc. decis. 28. num. 76. & seq.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 532. num. 1. seq.* & hanc sententiam communem esse testatur Dec. *cons. 376. & cons. 519.* Paris. *cons. 52. num. 33. vol. 2.* Rube. *cons. 78. num. 1.* Covarruv. *d. l. num. 19. vers. 14 non tantùm.* Quæ probatur *ex d. Novel. 39. in princ. vers. moriente.* ubi mulieris querela erat de dotis restitutione, fratris verò de fideicommisso sibi ex fratris dispositione restituendo, auditis hinc inde querelis Imper. Justinianus controversiam definit, & dotis causam fideicommisso præferendam esse statuit; quam vis igitur Justiniani Imper. definitio solùm videatur.

videatur esse de dotis constitutione, casum tamen quoque restitutionis continet, quia responsio & determinatio à præcedenti interrogatione declarari solet, *l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrogat. act. §. præterea. I. de inutil. stipul.* Menoch. *d. præsumpt. 190. num. 3.* & rescriptum declaratur à præcedentibus precibus. *c. inter dilectos. & ibi* Felin. *num. 14. de fide instrument.* Paris. *consil. 3. num. 56. lib. 4.* Menoch. *d. l. num. 4.* Idem etiam probatur *ex l. Novell 39. c. 1. §. sancimus*, ubi in genere dotis causa à fideicommissi restitutione eximitur, ibidemque de dotis restitutione agitur, quod colligitur ex verbis, *nuptialia documenta*, quæ præteriti sunt temporis, & jam contractum matrimonium denotant, Menoch. *d. præsumpt. 190. num. 7.*

Adhæc eædem rationes, quæ in constitutione dotis obtinent, locum quoque habent in ejusdem restitutione, cum contingat mulieres & secundo & tertio nubere, quæ sanè nuptiæ impedirentur, si ab hæredibus viri præmortui dotem recipere non possent, Menoch. *d. præs. 190. num. 9.* Fusar. *d. quæst. 532. num. 2.* Imò major ratio & favor videtur militare in dotis restitutione, quàm ejusdem constitutione: In dotis enim constitutione agit mulier quodammodo de lucro captando, cum jacturâ eorum, quibus in hæc fideicommissa succedendi jus est, quando verò de dote restituendâ agitur, de damno vitando mulier agit, cùm solùm quærat, ut sibi restituatur, quod suum erat, & ex re suâ propriâ marito attulerat, atque ita, cum bona fideicommisso subjecta pro constitutione dotis alienari possint, magis erit ipsa quoque pro ejusdem restitutione alienari posse, Menoch. *d. præs. 190. num. 10.* cùm major sit favor & longè melior conditio ejus, qui de damno vitando, quàm qui de lucro captando sollicitus est, *l. scimus. 22. §. sin vero creditores. C. de jur. delib. l. 3. §. si debitor. ff. de cond. caus. dat. l. fin. C. de condict. indeb. l. non debet. §. 1. & ibi gloss. ff. de R. I.* Vultei. *1. Marpurg. consil. 13. num. 48.* 246 247

Præterea, juris præsumptio est, testatorem velle hæredem suum facere id, quod ipse, si vixisset, facturus fuisset, *l. cum servus. vers. nam quod. ff. de cond. & demonstr.* sicuti de patre dictum est *infra num. 280.* Atqui si pater fideicommittens, vel restitutionem injungens viveret, sine dubio consentiret, ut bona sua pro restitutione dotis filii sui essent obligata, cum si spontè consentire nollet, compelli ad id posset, ut ait Bartol. *in l. si cum dotem. §. transgrediamur. num. 7. ff. solut. matrim.* Fusar. *d. quæst. 532. num 2.* Atque indè etiam primogenituræ bona pro dotis restitutione alienari posse, tradunt Menoch. *consil. 1127. n. 20.* Peregrin. *cons. 102. num 33. lib. 4.* Fusar. *d. quæst. 532. num. 17.* 248 249

Et quamvis contrariam sententiam, quod nimirum bona fideicommisso subjecta pro dotis restitutione alienari nequeant, defendant Jason. *in* 250

auth.

auth. res quæ num. 29. C. commun. de legat. Alciat. *in l. 1. num. 65. ff. de solut. matrim.* Socin. jun. *consil. 119. num. 7.* Fachin. *4. controvers. 47.* Ad horum tamen rationes & argumenta respodet Menoch. *d. lib. 4. præsumpt. 190. numero 17. & seqq.*

251 Ne refert an fideicommissi gravamen dotis constitutionem præcedat, necne, nam & adhuc bona ista pro dotis restitutione alienari posse, sentiunt Padilla *in auth. res quæ. num. 48. & ibi* Bartol. *quæst. 2.* Angel. *num. 1.* Castrens. *num. 4.* Salicet. *num. 4.* Jason. *num. 19. C. commun. de legat.* Menoch. *consil. 33. & de arbitr. jud. cas. 182. in fin. & 4. præs. 190.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 42. num. 81.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 352. & 383.* Joh. Ludov. Lucen. *de-*

252 *cis. 28. num. 9.* Fusar. *d. quæst 532 num. 5.* Idemque procedere, si tempore dotis datæ bona alia libera adsint, quæ postea tempore restitutionis consumpta sunt, Castrens. *in d. auth. res quæ. num. 1. & ibi* Jason. *col. ult. vers. decimo quarto limitat. C. commun. de legat.* Roland. à Valle *consil. 58. num. 44. lib. 1.* Menoch. *consil. 33. num 38. vers. secundus est casus.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 352. & num.*

253 *457. vers. secundo casu.* Fusar. *d. quæst. 532. num 7. & seq. & ibi alleg.* Et hoc tantum procedere, ut licet testator expresse prohibuerit bona alienari ex causâ dotis, nihilominus tamen eadem pro dotis restitutione alienari posse, scribunt Surd. *decis. 262.* Jason. *consil. 262. num. 5. & 6. lib. 3.* Fusar. *d quæst 532. num. 21. per tradita infra num. 258.*

254 Hæc quoque sententia procedit 3. quando maritus dedit fidejussores de dote ipsâ restituendâ, nihilominus enim mulierem bona fideicommissaria pro dote retinere vel distrahere posse, docent Jason. *in d. auth. res quæ. num. 32. vers. decimoquinto. & ibid.* Padilla *num. 49. & 50. C. commun. de legat.* Castrens. *consil. 80. in fin. lib. 1.* Ruin. *consil. 199. num. 11. lib. 2.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 351.* Peregrin. *de fideicom. artic. 42. num. 74. seq.* Fusar. *d. quæst. 532. num. 3.* Quod aliquot rationibus confirmat, & ad contraria respondet Menoch. 4. *præsumpt. 190. num. 29. & seqq.*

255 Secus autem esse videtur in dote confessatâ, ita ut pro hujus restitutione bona fideicommisso subjecta alienari nequeant, Padilla *in auth. res quæ numero 119. C. commun. de legat.* Ripa *in l. filiusfamil. §. Divi. numero 77. ff. de legat. 1.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 380.* Menoch. *d. præsumpt. 190. numero 50. & 51.* Fusar. *d. quæst. 532. numero 23. & ibi allegat.* Cùm dos confessata non sit verè dos, ut probat Baldus *in l. assiduis. numero 9. C. qui pot. in pignor.* Et ne sit in potestate gravatorum confessionibus hisce dotalibus fideicommissorum jura subvertere & agnatis reliquis præjudicare, Paris. *consil. 52. col. ult.*

4. Pro-

4. Procedit hæc sententia, & bona restitutioni subjecta ex causâ dotis alienari possint, non solùm quando tacitè, sed etiam quando expressè & generaliter alienationis prohibitio facta fuit, Bald. *in auth. res quæ. num. 1. & ibi* 256
Jason. *n. 24. C. comm. de legat.* Salicet. *in l. volunta. C. d. fideic.* Alex. *cons. 56. n. 3. lib. 1. & cons. 23. lib. 2.* Dec. *cons. 519* Crotus *in l. filiusfam. §. Divi. n. 44. & ibi* Loazes *num. 341. ff. de legat. 1.* Covarruv. *3. var. resol. cap. 6. num. 10. vers. 2.* Padilla *in auth. res quæ. num. 52. C. comm. de legat.* Molina *de Hispan primogenit. lib. 4. cap. 6. num. 10.* Petra *de fideicom quæst. 8. num. 425.* Menoch. *4. præs. 189. num. 96. seq.* Marzar. *de fideicom. quæst. 48. in princ.* Peregrin. *de fideicom. art. 42. num. 6. vers. contra.* Grass. *§. fideicommissum. quæst. 57. num. 2.* Boër. *decis. 110 n. 5.* Tiraquel *de retract. lignag. §. 1. gloss. 14. num. 9 fin. in fin.* Vinc. Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 531. num. 74. & seq. & ibi alleg.* quam sententiam communem dicunt Curt. jun. *in auth. res quæ. num. 35. C. commun. de legat. & fideicom.* Ruin. *cons. 118. num. 6. lib. 2.* Jason. *cons. 157. num 2. lib. 2* Ripa *in l. filiusfamil. §. Divi. num. 70. vers. & ista opinio. ff. de legat. 1.* Molina *d. num. 10.* Covarruv. *dict. cap. 6. num. 10. vers. secundo.* Quia etiam hoc casu, & in expressâ alienationis prohibitione, rationes supra allegatæ locum obtinent, quod scilicet congruat hæc alienatio mulieris pudicitiæ & parentis voto, parentisque officium sit, dotare filias, & ea, quæ communiter omnibus prosunt, præferantur his, quæ privatis utilia sunt, *supra num. 238.* Et 257
alias quoque taciti & expressi eadem est ratio, eademque operandi virtus, *l. cum quid. 3. ff. si cert. pet.* Ac dispositio generaliter concepta non includit causam dotis, *l. fin. & ibi* Salicet *C. de jur. dot.* Jason. *in l. 1. num. 9. ff. solut. matr.* Contrariam opinionem tuentur Bald. *in c. 1. §. donare. qualit. olim feud. pot. alien.* Curt. sen. *cons. 46. in fin.* Ruin. *cons. 23 num. 12. lib. 2.* Quorum argumenta refellit Menoch. *4. præs. 189. n. 108. & seq.*

5. Supra dicta conclusio, quod fideicommissi bona ex causâ dotis alie- 258
nari possint, procedit quoque, si testator expressè prohibuerit bona ista ex causâ dotis alienare, sicuti docent Bart. *in l. filiusfamilias. §. Divi. quæst. 2. & ibi* Jason. *lect. 1. & 2.* Ripa *num. 33.* Socin. jun. *num. 115.* Romul. *num. 116. ff. de legat. 1.* Castrens. *cons. 80. lib. 1.* Jason. *in auth. res quæ. col. ult. vers. decimotertio limita. & ibi* Padilla *num. 117. C. commun. de legat.* Dec. *cons. 519. num. 3. & 5.* Bellon. *cons. 83. num. 6. vers. quod adeò.* Bald. Novellus *tract. de dot. part. 6. privil. 13. num. 2.* Marzar. *in epit. fideic. quæst. 48. vers. contrarium tamen.* Peguer. *decis. 116. num. 2.* Menoch. *4. præsumpt. 189. num. 116. & seq.* Fachin. *4. contr. 48.* Boër. *decis. 129. num. 5.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 61. num. 7. & 8.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 436.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 42. num. 6. & seq.*

Guid. Papa *quæst.96.* Surd. *decis.62.* Jos. Ludov. *Lucens. decis. 28. num. 78. seq.* Vinc. Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 531. num. 71.* & secundum hanc sententiam decisum fuisse in curiâ Delphinatus, testatur Guid. Pap. *decis. 96.* Quæ sententia fundamentum habet 1. in *d. Novel. 39. cap. 1. vers. sancimus.* ubi mulieri in dote impedimentum fieri per restitutionem bonorum expressè prohibetur, & non obstante testatoris prohibitione de non alienando, nihilominus tamen bona illa ex dotis causâ alienari posse & dotis ac donationis propter nuptias causam potiorem esse fideicommisso, sancitur, *ubi nihil quantum in illis rebus restitutione valente, & si mulier restitutione gravetur, non impedimentum ad dotis oblationem fieri*, hac additâ ratione & his verbis: *ea enim quæ communiter omnibus prosunt, iis, quæ specialiter quibusdam utilia sunt, præponimus, sitque hoc nuptialibus donationibus & harum exactionibus privilegium.* Quæ ratio, cum etiam in expressâ alienationis prohibitione ex causâ dotis locum habeat, idem quoque in hac jus operatur.

259 2. Quia ut *supra num. 236.* dictum est, paternum est officium dotare liberos, adeò, ut si pater dotem filiabus constituere nolit, ad id judicis officio compelli possit, Dyn. *in l. si cum dotem. §. transgrediamur, ff. solut. matrim.* Bart. *in auth. res quæ, quæst. 3. C. commun. de legat.* Menoch. *4. præsumpt. 189. numer. 24. 103. & 116.* cùm lex jubeat patrem dotare, *l. dedit dotem. ff. de collat. bon. l. fin. §. pen. C. de dot. promiss. l. qui liberos. ff. de rit.* Menoch. *arbit. jud. cas. 182. n. 66.* atque ita non sit in potestate patris alienationem dotis causâ prohibere, Fusar. *d. quæst. 531. n. 71. vers. ad contraria.*

260 Quia 3 dos & dotis constitutio jure publico introducta est *l. 1. ff. solut. matrim.* testator autem disponere non potest, quod leges in testamento suo locum non habeant *l. nemo potest. ff. de legat. 1.* & jus publicum privatorum pactis tolli nequit, *l. jus publicum. 37. ff. de pact. l. quod de bonis §. 1. ff. ad L. Falcid.* ne quidem juramento accedente. *c. si diligenti. & ibi Dd. X. de for. compet.*

261 4. Quia dos habetur loco æris alieni, & loco legitimæ, *suprà num. 238.* certum autem est, testatorem nullo modo posse prohibere ne bona sua ob æs alienum à se conflatum alienentur, *supra num. 217.* Nec posse testatorem legitimam liberis debitam prohibere, vel eidem gravamen aliquod imponere, constat ex traditis *infra n. 309. & supra cap. 5. n. 151. seq.*

262 Ad hæc 5. prohibitio hæc ne bona ex causâ dotis alienentur, est contra bonos mores; cum per eam filiæ indotatæ remanerent, & verisimiliter innuptæ, quod dicendum & honestum non esse, scribit Peguer. *decis. 116. num. 2.* Ea autem, quæ sunt contra bonos mores, pietatem & honestatem, facere

non

non licet, talesque conditiones pro nullis & non scriptis habentur, *l. conditiones. 14. l. filius. 15 ff. de condit. instit.*

Ex quo etiam 6. non valere conditionem, ne quis parentibus vel patro- 264
no alimenta præstet, quia est contra bonos mores, decisum est in *l. conditiones. 9. ff. de condit. institut.* Quod idem quoque statuendum esse, de conditione, ne bona pro dotibus constituendis alienentur, indè concluditur, quod dotes, circa distractionem rerum alienari prohibitarum, ipsis alimentis sint adæquatæ, gloss. *in l. ob æs. C. de præd. minor.* Peguer. *d. decis. 116. num. 2. vers. & quamvis.*

Et hanc sententiam procedere, si alia bona libera non adsint, docent, 265
& hoc ipso contrarias sententias conciliari posse, censent Peguer. *decis. 116. num. 2. vers. & quamvis* Marzar. *in epit. fideicom. quæst. 48. num. 72. vers. est tamen advertendum.* Molinæ. *in consuet. Paris. §. 120.* Bero. *quæst. 110.* Guid. Pap. *d. decis 96. num. 3. vers. unde in casu simili.*

Contrarium, & quando testator nominatim & expressè prohibuit bo- 266
na ex causâ dotis alienare, non valere alienationem, sentiunt Paris. *consil. 52. num. 37. lib. 2.* Curt. sen. *consil. 64. vers. sexto dubitari.* Roland. à Valle *consil. 85. num. 23. lib. 1.* Socin. sen. *consil. 75. num. 6. lib. 2.* Rota Roman. *decis. 526. num. 1. part. 1.* Alex. *consil. 56. num. 3. lib. 1.* Crot. *in l. filiusfamil. §. Divi. num. 59. & ibi* Loazes. *num. 306.* Romule. *num. 120. ff. de legat. 1.* Curt. jun. *in auth. res quæ. num. 36. C. commun. de legat.* Covarruv. *3. var. resol. cap. 6. num. 10. vers. tertio, ut quibusdam.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 6. num. 11. & seq.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 531. & num. 432. seq.* Idque potissimum hac ratione, quod constitutio *d. auth. res quæ. C. commun. de legat.* fundata sit in præsumptâ & conjecturatâ testatoris voluntate, *l. mulier. 22. §. cum proponeretur. 4. ff. ad SCt. Trebell.* quæ hoc casu cesset, cum de mente testatoris contrariâ clarè appareat & constet, eaque pro lege observandâ veniat, atque ita pater legitimâ portione filiis relictâ, in his, quæ ultra eam supersunt, liberè quodcunque gravamen filiis injungere, sicut extraneis possit, Covarruv. *d. vers. tertio, ut quibusdam.*

Verùm hæc ratio ex præcedentibus facilè corruit, quamvis enim hoc 267
casu clara sit testatoris voluntas, cum tamen ipsa dispositio & voluntas hæc, juris, sive legis dispositioni sit contraria, utpote quæ expressè dotis causam excipit, & contrariam dispositionem annullat, voluntas hæc non est attendenda, cum demum testatoris voluntas pro lege observanda veniat, si ipsa juris dispositioni non sit contraria, *§. ult. I. de legat. Novell. 22. cap. 2. in princ. vers. disponat. ibi: ut dignum est. l. nemo potest. ff. de legat. 1.* & legitima

sit, *l. cum quæstio. in fin. C. de legat.* ac toties secundum voluntatem quis facere tenetur, quoties contra legem nihil est futurum, *l. si quis eum. 37. & ibi* Bar-
268 tol. Socin. sen. & alii, *ff. de condit. & demonstrat.* Nec enim privata testatoris dispositio generalem legis vel canonis constitutionem immutare potest, *c requisisti. X. de testament.* Bald. *in l. precibus. num. 44. in fin ff. de impub. & aliis subst.* Covarruv. *in c. tua nos. num. 7. & 8. X. de testam.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 3. num. 16.*

269 6. Procedit porrò superior conclusio, & bona hæc fideicommissaria pro dote alienari possunt, etiamsi pacto vel contractu alienationis prohibitio fuerit facta; Quamvis enim hoc negent, glossa *in l. nulla. in fin. & ibi* Cyn. & Bald. *C. de jur. dot.* Jason. *in auth. res quæ limit. 4. & ibid.* Curt. *num. 35. C. commun. de legat.* Petra *de fideicommiss quæst. 8. num. 440. & seqq.* Boer. *decis. 129. num. 5. vers. sed quando in contractu.* Socin. jun. *consil. 119. num. 5. vol. 2.* Tiraquel. *de primogen. quæst. 61. num. 9.* Menoch. *. præsumpt. 189. num. 186.* Peregrin. *de fideicommiss artic. 42. num. 58.* Fusar *d. quæst. 531. num. 80.* Ex eo, quod ratio finalis *d. auth.* sit præsumpta mens testatoris, quæ cesset in casu pacti sive contractus, cum contrahens cum patre, nullam habeat actionem, nec obligationem erga descendentes patris, & sic alia ratio reformat pactum, ut inquit Ripa *in l. filiusfamil. 114. §. Divi. 14. n. 70. in fin. ff. de legat. 1.* Et contractus strictè interpretandi, & in iis inspicitur id tantum, quod dictum est *l. veteribus. ff. de pact. l. quicquid astringendæ ff. de V. O.* Unde etiam in contractibus & statutis filiorum appellatione non venire nepotes, sicuti in ultimis voluntatibus allegatum est supra *cap. 7. num. 117.*

270 Verior tamen est affirmantium opinio, quam tuentur Castrens. *in d. res quæ. circa princ. & ibi.* Jason. *limit. 4. C. commun. de legat.* Opizo *in d. filiusfamil. 119. §. Divi. 14. num. 141. vers. & pondera unum. & ibi* Romule. *num. 121. & seq. ff. de legat. 1* confer Fusar. *d. quæst. 531. num. 81. seq.* Quia prohibitio legis, testatoris & contrahentium parificatur, *l. fin. C. de reb. alien. non alienand.* & ratio *d. auth. res quæ. supra num. 234. seq.* allegata, etiam in contractibus & pactis locum obtinet, & sic quoque idem jus, *l. illud. ff. ad L. Aquil. c. translato. X. de constitut.*

Et pro hâc sententiâ maximè facit, quod fortior sit alienationis prohibitio per ultimam voluntatem, quàm quæ fit per pactum, sive contractum; cùm prohibitio, quæ fit per ultimam voluntatem, alienationem ipso jure nullam reddat, quod secus esse in prohibitione per pactum vel contractum, dictum est *supra num. 14. seq.* si ergò in prohibitione per ultimam voluntatem casus dotis semper intelligitur exceptus idem etiam in pactis & contractibus dicen-

dicendum erit, cum utrobique eadem subsit ratio, & validum sit argumentum de contractibus ad ultimam voluntatem, & viceversa, ab ultima voluntate ad contractus, quando eadem subest ratio, *l. servum filii. §. eum qui chirographum. ff. de legat. 2. l. pactum inter haredem. & ibi* Bart. *ff. de pact. l. in jure civili. ff. de condit. & demonstr.* Nicol. Everhard, *in loc. à contract. ult. vol. 36. n 2.* Cui accedit, quod cui licet, quod plus est, ipsi quoque utique liceat, quod minus est, Everhard. *in loc. à minori. 15. num. 2.*

Nec ratio in contrarium ex præsumpta mente testatoris adducta, adversatur, cum præsumptio ista sit legis & non minus in contractibus, quam ultimis voluntatibus militet, utrobique enim dotis favor & necessitas subest, & ubi sumus in præsumptione legis generalis, ea omnes casus continet. Et cum hæc sententia dotibus faveat, ea omninò erit amplectenda, per *l. in ambiguis. 70. ff. de jur. dot.* 272

Idem est, si per statutum alienatio fuerit prohibita, ut nihilominus ex causa dotis alienatio fieri possit, Ripa. *in l. filiusfamil. l. 114. §. divi. 14. num. 71. & seq. ff. de legat. 1.* Roman. *consil. 407.* Curt sen. *consil. 27. num. 8. 11. & seq.* Petra *de fideicom. quæst. 8. num. 444.* Quia dispositio generaliter loquens non comprehendit causam dotis, Natta *consil. 5 . num. 14. & seq.* & hujusmodi statuta potius ultimis voluntibus, quam contractibus accedunt, Petra. *d. num. 444.* Atque inde etiam, si statutum bona in forenses alienare prohibeat, ex causa dotis tamen licitam esse alienationem, probat Opizo *in d. l. filiusfam. §. Divi. num. 138. & ibi* Loaz. *num. 135. & seq ff. de legat. 1.* 273

8. Validam quoque esse ex causa dotis alienationem in fideicommisso tàm particulari, quàm universali tenent, Ruin. *cons. 199. n. 6. in fin. vol. 2.* Padilla *in auth. res quæ. num. 108. & ibi* Bald. *num. 6.* Jason. *num. 33. C. commun. de legat.* Peregrin. *de fideic. art. 42. n. 54.* quia utrobique militat ratio *supra n. 235. & seq. allegata*, & sic idem jus. A quibus tamen dissentit Petra *d. cap. 8. n. 410. & 493. & 494.* Propterea, quod de re particulariter alienari prohibita non possit deduci Trebellianica, nec Falcidia, *auth. sed & in ea. C. ad L. Falcid.* nec etiam legitima, Castrens. *cons. 247 n. 1. part. 1.* Quæ tamen ratio hoc loco non procedit cum Trebellianica, Falcidia & legitima de reliquis bonis testatoris alienari non prohibitis, deduci possit, quod hoc nostro casu secus est, ubi possessor alia bona non habet, nec de aliis bonis dos constitui potest. 274

9. Idem quoque procedere etiamsi omnia bona fideicommisso subjecta 275
pro dote sint alienanda ex generalitate *d. auth. res quæ. C. commun. de legat.* docent ibidem Bald. *n. 4.* Paul. Castr. *n 5.* Padilla *n. 109.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 6. n. 16.* Rol. à Valle, *consil. 85. num. 3. lib. 1.* Peregrin. *consil. 39. in*

fin.lib.5.& de fideicommiss. art. 42.n. 26. Petra.*de fideic.quæst.8.n. 465.vers.secundo qualitatem.* Vinc. Fusar.*de fideic.substit.quæst.53.n.54.*

276 10. Sed quid si filius fideicommisso gravatus post mortem patris fideicommissum instituentis uxorem ducat, an pro dotis restitutione bona hæc fideicommissaria obligare poterit? Et licet hoc negent Angel. *in Novel. de restit. & ea. quæ par. 39. cap. 1. in princ. n. 4.* Jason. *cons. 231. num. 3. vol. 2. & in auth. res quæ. num. 29. in princ. & limit. 1. & ibi* Bald. *quæst. 3.* Corne. *col. 2. C. commun. de de legat.* Paris. *cons. 52. n. 34.* Alciat. *cons. 740. in fin.* Ruin. *cons. 133. n. 13.* Quia patre mortuo extincta sit obligatio dotis constituendæ, vel dotis aut donationis propter nuptias restituendæ, cum mors omnia solvat, *Novel. 22. cap. 20. in princ.*

277 Contrarium tamen, & filium quoque post mortem patris fideicommittentis bona fideicommisso subjecta pro dotis restitutione & donatione propter nuptias obligare posse, docent Bart. *in d. auth. res quæ. n. 4. in fin. & ibi* Curt jun. *n. 7.* Castrens, *n. 7. & seq.* Corne, *n. 5. & 12 C. com. de legat.* Joan. de Ana. *cons. 61.* Natta *cons. 61. col. 1. & 2.* Covarruv. *var. resol. lib. 3. cap. 6. n. 10. vers. quarto.* Villalob. *com. opin. vers. alienari prohibita n. 79. & 80* Rol. à Valle. *cons. 85. n. 29 seq. vol. 1.* Gozadin. *cons. 95. n. 1.* Alex. *cons. 67. ad fin. vol. 4.* Et hanc communem opinionem esse, testantur Socin. *cons. 23. vol. 3.* Curt jun. *cons 59. n. 2.* Cephal. *cons. 177. n. 17.* Et ita per omnes Advocatos Florentinos judicatum fuisse, refert Dec. *cons. 376. & cons. 519.* Quia & hoc quoque casu ratio *d. auth. res quæ.* locum obtinet, & sic ipsa dispositio.

278 Atque ita etiam mortuo patre fideicommittente filiam se ipsam posse dotare de bonis fideicommisso subjectis, & quæ gravata est restituere, tradit
279 Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 383.* Menoch. *4 præs. 189. num. 44. & seq.* Non enim videtur esse in fideicommisso, quod ipse debet dare pro dotis constitutione, *l. mulier. §. cum præponeretur. ff. ad Sct. Trebell.* nisi ex bonis istis fructus, qui ad dotem sufficiant, perceperit, tum enim cessare dotis aliam constitutionem & fideicommissi alienationem, tenent Roman. *cons. 322. num. fin.* Riminald. *cons. 115. num. 7. & seq. vol. 1.* Angel. *in d. l. mulier. §. cum proponeretur. & ibi* Castrens. *n. 6. & 7.* Alex. *n. 3. ff. ad Sct. Trebell.* Molina. *de Hispan. primog. lib. 4. c. 6. n. 15.* modo fructus isti non sint consumpti, sed adhuc extent, Menoch. *4. præs. 189. n. 161. & seq.*

Nec pro contrariâ sententiâ facit ratio supra allegata, quamvis enim per mortem patris obligatio personalis sit extincta, & pater amplius dotare vel pro dotis restitutione bona obligare nequeat, quo minus tamen filius id

possit,

possit, si alia bona non habeat, nihil obstare video, cum, ut dictum, ratio *d. auth. res quæ. C. commun. de leg. & Novel. 39. cap. 1.* hoc quoque casu militet, & nulla ibidem distinctio inveniatur, imò ipse quoque pater hujusmodi obligationem & alienationem & ea facere permisisse intelligatur, quæ ipse aliâs, si viveret, verisimiliter fuisset facturus, *l. cum servus. vers. nam quod. ff. de condit. & demonstr.* Castrens. *in l. mulier. §. cum proponeretur. in princ. ff. ad Sct. Trebell.* Et quod filius possit pro donatione propter nuptias & dotis restitutione, omnia bona hæreditaria patris obligare, etiam alienari, prohibita, quia pater etiam ad idem tenebatur, & censeatur voluisse, quod filius idem faciat, concludit Castrens. *cons. 80. in fin. part. 1. & in auth. res quæ. numer. 10. C. commun. de legat.* 280

II. Eadem hæc procedunt, & bona fideicommisso subjecta ex causâ dotis alienari possunt, quando ea Ecclesiæ vel alii pio loco restituenda veniunt, ut sentiunt Jason. *in auth. res quæ. n. 32. vers. duodecimo extende. & ibi* Corne. *n. 7. in fin.* Padil. *n. 94. & 110. C. commun. de legat.* Roman. *cons. 267.* Tiraquel. *de privil. piæ caus. privil. 102.* Petra. *de fideicommiss. quæst. 8. num. 445.* Menoch. *4. præs. 189. n. 120. seq.* Peregrin. *de fideic. art. 42. n. 56.* Petra. *de fideic. quæst. 8. n. 445.* Vinc. Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 3. n. 34.* Licet contrarium sentiant, Ferd. Loazes *in l. filiusfamilias. §. divi num. 98. ff. de legat. 1.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 6. n. 23. & seq.* 282

Idque hisce potissimum rationibus. 1. quia fortior præsumitur esse pietas paterna erga liberos, quam piam causam, nec exhæredandi sunt liberi ut Ecclesia instituatur, *c. ult. caus. 7. quæst. 4.* 282

2. Quia utrumque est pietas, quod pater relinquit liberis, *l. nam etsi parentibus. ff. de in offic. test.* & quod relinquit piæ causæ, *l. si quis Titio. ff. de legat. 2.* & sic utraque causa est privilegiata: Quoties autem duo privilegiati concurrunt, is præfertur, qui de damno vitando tractat, Bart. *in auth. quas actiones. n. 3. vers. siquidem unus. C. de SS. Eccles.* Dec. *in l. non debet actori. §. in re obscura. ff. de R. I.* Marsil. *sing. 99.* Sfort. Oddo *de restit. in integr. quæst. 18. n. 33.* Cùm ergò filia hoc loco, quo sibi dos debita est, de damno evitando agat, *l. qui liberos. ff. de rit. nupt.* ejus quoque causa meritò præfertur piæ causæ & Ecclesiæ, cui testator nihil relinquere tenetur, maximè cum pro liberis concurrat votum parentum, & ratio naturalis, & sic duæ causæ, pro Ecclesia vero una tantum, votũ scilicet testatoris, juxta *c. defunctor. caus. 13. quæst. 2.* & sic liberorũ 283

causa dupli::i ratione suffulta prævalere debet; *auth. itaque. C. commun. de succ-ess.* cum & regulariter, & ultra legitimam leges magis faveant liberis, quam

284 piæ causæ, Dec *in l. licet. num. 5. in fin. C. de pact.*

Cui accedit 3. quod licet Ecclesia habeatur loco liberorum, ubicunque tamen Ecclesia concurrit cum liberis, non habetur loco liberorum, sed liberi præferuntur, Barbat. *in l. cum acutissimi. n. 1. vers. 7. faciat. C. de fideicommiss.* Salicet, *in auth. si qua mulier. C. de SS. Eccles.*

4. Quando testator hæredem instituit filium, & ipsum gravat Ecclesiæ restituere, demonstrat se velle prius providere filiis suis, & post eos Ecclesiæ, &

286 sic filii Ecclesiæ præferuntur Menoch. *4. præs. 189. n. 29.* Quemadmodum autem filii præferuntur, ita etiam reliqui eorum descendentes, & sicuti testator filium prædilexit, ita etiam omnem ejus posteritatem prædilexisse dicitur, *gloss. in l. cum acutissimi. C. de fideic.* Bald. *in l. cum avus. & ibi* Socin. *n. 42. vers. adducit etiam. ff. de condit. & demonstr.* magisque recepta est opinio, quod leges magis faveant filiis, eorumque descendentibus, ut eorum succedant parentibus, quam Ecclesiæ, Socin. jun. *cons. pen. n. 76. & ibi alleg. lib. 2.* Et hanc opinionem fortius procedere in eo casu, quando testator prius substituit agnatos vel cognatos, & deinde ultimo loco Ecclesiam, tunc urgentem esse præsumptionem, testatorem voluisse prius filiam dotari & deinde residuum Ecclesiæ restitui, scribit Menoch. *4. præs. 189. n. 38.*

287 Quamvis autem contrariam sententiam tueantur, Curt. jun. *in de auth. res quæ. n. 37. C. commun. de legat.* Curt. Sen. *cons. 46. ad fin.* Loaz. *in repet. l. filiusfam. §. divi. n. 98. ff. de legat. 1.* Molin *de Hispan. primog. lib. 4. cap. 6. n. 23.* hac ratione, quod publica utilitas, quæ respicit favorem Ecclesiæ, præferatur utilitati publicæ, quæ circa dotem mulieris versatur, secundum doctrinam Bart. *in l. 1. n. 26. ff. solut. matrim. & ibi* Ripa. *n. 110. seq.* hanc tamen doctrinam istam opinionem firmiter stabilire, sed potiorem hoc casu liberorum & dotis esse causam, ex præcedentibus satis constat.

288 12. Procedere videtur sententia hæc non tantum in matrimonio seculari, sed etiam spirituali, ita ut fideicommissaria hæc bona alienari quoque possint pro constituenda dote filiæ, vel nepti, quæ religionem ingreditur & monialis efficitur, sicuti sentiunt Bart. *in d. auth. res quæ. n. 7. & ibi* Bald. *n. 13.* Jason. *n. 18.* Curt. jun. *num. 26.* Padilla. *n. 54.* Angel. *n. 4. C. commun. de legat.* Crot. *in l. filiusfam. §. divi. n. 62. & ibi* Loaz. *n. 133. in fin. ff. de legat. 1.* Petra *d. quæst. 8. n. 418.* Menoch. *4. præs. 189 n. 89. seq.* Gail. *2 obs. 137. numer. 17.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 42. num. 57.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 531. n. 28.*

Quia

Quia idem iudicatur de matrimonio spirituali, quod de temporali *auth. nisi rogati. C. ad Sct. Trebell.* Bart. *d. n. 7.* Atque ita quemadmodum pater tenetur dotem dare pro matrimonio temporali, ita etiam pro spirituali, Bald. *in l. fin.* 289
col. 2. C. de dot. promiss. & in d. auth. nisi regati in princ. C. ad Sct. Trebell. Everhard.
in loc. à matrimon. carn. ad spirit. 76. n. 3. Unde etiam, si pater relinquat filiæ cen- 290
tum, si nubat, & quinquaginta tantum, si monasterium ingrediatur, hoc non valere scripserunt Bart *in l. 2. num. 5. & ibi* Socin. *n. 3. ff. de his, quæ pœn. nom.* Felin. *in c. in præsentia. n. 20. X. de probat. & ibi* Dec. *n. 59.* Jason. *in auth. si qua mulier. n. 9. C. de SS. Ecclesf.* Ripa. *in l. 1. n. 63. ff. solut. matr.* Ne scilicet mulier retrahatur à vita contemplativa, quæ melior activa esse credatur, *c. nuptiæ. consf. 32. quæst. 1. clem exivi. de V. S.*

13. Quod si quoque pater filiæ ita tenuem constituerit dotem, ut ipsa 291
propter ejus tenuitatem nubere non possit, pro augenda dote posse hæc fideicommissa alienari, tradunt Cravet. *cons. 291. num. 4. vers. sed mutata.* Marzar. *in epitom. fideic. quæst. 48. vers. an verò si. n. 76.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. n. 456.* Menoch. *4. præs. 189. n. 156.* Quia augmentum regulatur secundum naturam sui 292
principialis, eidemque æquiparari dicitur, *l. etiam. C. de jur. dot. l. fin. C. de donat. ante nupt.* Quemadmodum ergò dos principialis ex bonis fideicommissi constitui, ita etiam augeri potest. Et dubium non est, quin si pater eo tempore viveret, quo filia elocanda, & propter dotis tenuitatem virum non inveniret, bona hæc alienaret, & dotem congruam constituerer, suæque obligationi satis faceret, juxta *l. qui liberos ff. de rit. nupt.* Secus verò erit, si pater filiæ dotem sa- 293
tis congruam reliquerit, qua nubere commodè possit, tùm enim ex fideicommissi bonis dos augeri nequit, Curt. jun, *in d. auth. res quæ. n. 45. C. commun. de leget.* Ruin. *cons. 199. n. 8. lib. 2.* Menoch. *d. cas. 189. 159.* Petra. *d. quæst. 8. n. 456.* Peregrin. *de fideic. art. 42. n. 40.*

14. Eadem hæc procedunt, si filia jam matrimonio collocata, ipsi ta- 294
men nulla dos fuerit data vel promissa, ita ut nihilominus ex bonis fideicommisso subjectis dotari possit, prout tenent Bald. *in auth. res quæ. & ibi* Angel. Castrens. Jason. *num. 14.* Curt. jun. *num. 25. C. commun. de legat.* Petra *d. quæst. 8. num. 454.* Menoch. *4. præsump. 189. num. 52. & seq.* Ripa *in l. 1. n. 55. ff. solut. matrim.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 16. num. 7.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 42. num. 39.* Fusar. *de quæst. 531. numer. 17.* Quia pater filiæ etiam jam nuptæ dotem dare tenetur, per tradita Menoch. *d. præs. 189 num. 52. & seq.* Quamvis enim filia jam sit nupta, æquitas tamen suadet, ut dos ei detur, ne à marito

contemnatur, vel male tractetur, vel domo expellatur, *l. fin. C. ad SCt. Vellei. l. si ita stipulatus. §. si tibi nupsero. ff. de V. O.* Ripa. *in l. 1. num. 56. ff. solut. matrim.* Me-
295 noch. *d. præs. 189. n. 56. & 65.* Et pater erga filiam ad duo tenetur, eam scilicet matrimonio collocare, & dotem constituere, *l. qui liberos. ff de rit. nupt.* Atque ita quando filia jam nupta est, pater ab una oneris parte levatus est, non autem ab altera, sive dotandi onere, & sic etiam ipsi dotem dare tenetur, Peregrin. *d. art. 42. num. 39.* & per consequens, si alia bona non suppetant, ob hanc causam fideicommissi bona alienare poterit, Menoch. *d. præs. 189. n. 73.* qui *n. 56. & seq.* plures casus distinguit, an & quatenus pater filiæ nuptæ dotem constituere teneatur.

296 15. Procedit porrò hæc sententia, quod bona fideicommissaria alienari possint, non tantum pro constitutione dotis filiarum, sed etiam neptum & aliarum omnium ab ipso fideicommissi institutore descendentium, sicuti sentiunt Angel. *in d. auth. res quæ. in princ. C. commun. de legat. & in l. mulier. §. cum proponeretur. n. 2. ff. ad SCt. Trebell.* Petra. *de fideicommiss. quæst. 8. num. 394. seq.* Molina *de Hispan. primog. lib. 4. cap. 6. num. 4.* Menoch. *4. præsumpt. 189. n. 11. & 15. & seq.* Besold. *cons. 133. num. 62.* Vinc. Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 531. numer. 7. & ibi alleg.* Quia 1 ratio dotandi quæ militat in patre, eadem quoque in avo, proavo & aliis ascendentibus obtinet, de qua *supra. numer. 234. sequent.*

297 Idque 2. *ex d. auth. res quæ. C. commun. de legat.* evincitur, ubi liberorum dotandorum fit mentio, quo nomine omnes descendentes in infinitum venire constat, ex *l. liberorum. 220. in princ. ff. de V. S. l. sed si hac. §. fin. ff. de in jus voc.* Menoch. *d. præs. 189. n. 14.* Sicuti etiam filiorum appellatione omnes liberi intelliguntur, *l. filii 84. ff. de V. S.* & qui ex nobis descendunt, *d. l. liberorum. 220. in fin. ff. de V. S.*

298 Et 4. aliâs quoque communis Doctorum est conclusio, quod quando pater non habet bona, ex quibus filiæ dotem constituere possit, avus nepti dotem dare teneatur, per *lib. profectitias. §. si filiusfam. 8. ff. de jur. dot. l. dotem 6. ff. de collat. bon. lib. & ideo. 7. §. fin. ff. de in rem. vers.* Bald. *in auth. res quæ. num. 12. C. commun. de legat.* Salicet. *in l. fin. C. de dot. promiss.* Dec. *66. in fin.* Menoch. *4. præsumpt. 189. num. 12.* Quam opinionem adeò veram esse, ut ab ea dissentiat nemo, scribit Socin. Jun. *in lib. 1. numer. 190. vers. & ex ista. ff. solut. matrim.*

Atque

Atque ita principalis conclusio locum habet in omnibus descendentibus, ita ut omnes illi ex bonis fideicommissi dotari possint, non tantum quos ipse testator, sive fideicommissi institutor, si viveret, dotare teneretur, sicuti voluit Paul. Castrens. *consil. 80. num. 1. & 2. lib. 1.* Jason. *in l. filiusfam. 114. §. Divi. 14. numero 7. ff. de legat. 1. & in auth. res quæ. numero 33. vers. decimotertio limita. & ibi* Padilla. *numero 117. C. commun. de legat.* Vel etiam si ad id adstrictus non esset, sed verisimiliter illis dotem, vel donationem propter nuptias si viveret constituisset, per tradita Molinæ. *d. cap. 6. num. 4. vers. cæterum. & numero 5.* Quod enim testator ipse vivus facturus erat, ab hæredibus suis fieri jussisse intelligitur, *l. cum servus. 82. ff. de condit. & demonstr.* 299

Neque etiam refert an neptis, vel aliæ fœminæ descendentes conceptæ & natæ sint avo vivo, vel mortuo, prout sentit Curt. jun. *in d. auth. res quæ. num. 18. vers. retenta tamen.* Simon. de Præt. *de interpret. ult. volunt. artic. 438. num. 29.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 400. seq.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 2. cap 15. num. 57.* Menoch. *4. præs. 189. num. 15.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 42. num. 37.* Fusar. *d. quæst. 531. num. 9. sequentib.* Cum enim privilegium *de auth. res quæ.* comprehendat liberos & sic omnes descendentes, consequens est, quod etiam natos, & conceptos post ejus mortem complectatur, impossibile siquidem est, quod omnes descendentes concepti sint vivo eo, qui nepotes, pronepotes & alios deinceps descendentes est habiturus, Petra *d. num. 405. vers. veruntamen.* 300

Secus verò se hæc habent, quando pater habet, unde ipse filias dotare valeat, tunc enim clarum esse bona fideicommissi avi alienari non posse pro hujus dotis constitutione, tradunt Bald. *in d. auth. res quæ. num. 12. & ibi* Curt. jun. *num. 16.* Jason. *limit. 2. C. commun. de legat.* Menoch. *4. præs. 189. num. 22.* Besold. *consil. 1 3. num. 65.* 301

16. Quamvis etiam regulariter frater non teneatur dotare sororem, quando ea habet aliundè, ex quo se ipsam dotet, Ripa. *in l. 1. num. 83. ff. solut. matrimon.* Bartol. *in l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admin. tut.* Secus tamen sit, si soror inops & nihil habeat, unde dotem sibi constituat, & honestè nubere possit, & tunc eam frater dotare teneatur, Bartol. & Ripa *d. ll.* Socin. sen. *consil. 17. numero 10. lib. 1. & consil. 57. numero 4. lib. 4.* Boer. *decis. 129. num. 7.* Tiraquell. *de jur. primogen. quæst. 62. num. 1.* Francus, *decis. 241. num. 1. part. 2.* Coras. *in l. qui liberos. 117. ff. de rit. nupt.* Petra *de fideicommiss.* 302 303

quæst. 8. num. 412. Tessaur. *decis. 192. num. 7.* Ita etiam hoc casu, ubi soror inops, eandem à fratre ex bonis fideicommisso subjectis dotari posse, concludunt, Curt. jun. *d. auth. res quæ. num. 13. C. commun. de legat.* Menoch. *4. præsumpt. 180. num. 42.* Prout fratrem quoque dotare sororem teneri, quando ea per statutum, masculis extantibus, à successione excluditur, respondit Socin. sen. *consil. 57. num. 5. lib. 4.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 42. num. 50.* Quod quoad sororem, ex fideicommissi institutore descendentem tantum procedere, & ita intelligendos esse Doctores asserentes, quod bona fideicommisso subjecta frater pro sorore dotandâ alienare possit, si frater & soror ex primo testatore seu fideicommissi institutore descendant, scribit Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 6. num. 6.* ubi hoc ita intellexisse addit, Bartol. *in d. auth. res quæ. num. 4. C. commun. de legat.*

304 Et hæc tantum procedere in sorore consanguinea, vel utrinque conjunctâ, non verò in uterina verius videtur, cum frater sororem uterinam quantumvis inopem dotare non teneatur, per *l. cum plures. §. cum tutor. ff. de administrat. tut.* Jason. *in d. auth. res quæ. num. 11. C. commun. de legat.* Bald. *Novell. de dote part. 6. privil. 16.* Boer. *d. quæst. 129. num. 8.* ex quo consequens est, bona fideicommissi à frate hoc casu alienari non posse, sicuti annotarunt Jason. *in d. l. auth. res quæ. num. 11.* Angel. *in l. à filia. & ibi* Alex. *ff. ad SC. Trebell.* Boer. *d. quæst. 129. n. 8. & 9.* Menoch. *d. præs. 189. num. 43.*

305 Ex quibus facilè intelligitur, quod bona hæc fideicommissaria alienari possint tantum pro constitutione & restitutione dotis liberorum à primo fideicommissi institutore descendentium, non verò extraneorum vel etiam transversalium, sicuti opinantur Bald. *in d. auth. res quæ. num. 20. & ibi* Castrens. *num. 4.* Angel. *col. 2.* Jason. *num. 33.* Curt. jun. *num. 18.* Padilla. *num. 114. C. commun. de legat.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 6. num. 3.* Anton. Gomez, *in l. 40. Tauri. num. 87.* Grass. *§. fideicommissum. quæst. 57. num. 5.* Peregrin. *de fidecom. artic. 42. num. 52.* eandemque communem sententiam esse dicunt Bald. Castrens. Jason, Angel. & Curt. *dd. ll.* Alex. *in l. filiusfam. §. divi. num. 10. & ibi* Loaz. *num. 135. ff. de legat. 1.* Covarruv. *var. resol. lib. 3. cap. 6. num. 10.* Quamvis dissentiat gloss. *in Novell. 39. c. quamobrem. 1. verb. sufficeret in fin. & ibi* Jacob. de Belvis, Romule. *in filiusfamil. §. divi. num. 125.* Eo quod ratio *d. auth. res quæ.* sit generalis & in extraneis quoque locum habeat, & si dispositio ista indistinctè non procederet inter quascunque personas, etiam extraneas, sequeretur, quod nulla esset provisio Imperatoris specialis, & nihil de novo induceret,

ret, cum in parentibus & descendentibus jam ante jure communi dispositum fuerit, eosdem ad descendentium dotes constituendas teneri. Verùm hæc ratiocinatio contrariam sententiam non firmat, cum diversa sit ratio descendentium & extraneorum, parentes siquidem de jure communi quoque descendentes liberos dotare tenentur, nemo autem extraneos & à se non descentes dotare obligatus est. Hoc autem de novo *in d. l. Novell. 39. c. 1. & d. auth. res quæ. C. commun de legat.* inducitur, quod etiam bona fideicommisso subjecta & alienari prohibita ex causâ dotis alienare liceat, quod antea nullibi dispositum erat.

Quo si tamen à fratre fideicommissum sit institutum, bona quoque hæc fideicommissaria pro sororis inopis dote alienari posse, tradunt Bart. *in auth. res quæ. & ibi* Angel. *col. 1.* Curt. jun. *num. 18.* Padill. *num. 62. & 114. C. commun. de legat.* Castrens. *in l. filiusfamil. §. Divi. num. 4. & ibi* Alex. *num. 10.* Loazes. *num. 141.* Crot. *num. 66. ff. de legat. 1.* Hondedæ *consil. 76. num. 10. lib. 1.* Covarruv. *3. var. resol. cap. 6. num. 10. vers. ad primum.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 412.* Grass. *§. fideicommissum. quæst. 57. num. 5.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 42. num. 49.* Jos. Ludov. Lucens. *decis. 28. num. 90.* Vinc. Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 531. num. 93. seq.* Neque etiam pro dote filiarum naturalium fideicommissa hæc alienari possunt, Bald. *in d. auth. res quæ. C. commun. de legat.* Licet dissentiat Peregrin. *d. art. 42. num. 38.* 306

Permittitur porrò alienatio fideicommissi non solùm pro ipso dotis capitali, sed etiam pro festivitatibus, & nuptiis fieri solitis, quia sunt de appenditiis & connexis, & sic concessa intelliguntur, per *l. ad rem mobilem. l. ad legatum. ff. de procurat. l. oratio. ff. de sponsal. l. quæ religiosis. ff. de rei vindic.* Salicet. *in auth. res quæ. C. commun. de legat.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 42. num. 80.* 307

Posse quoque in bonis fideicommissariis ex causâ dotis constituendæ vel restituendæ annuos reditus constitui, ita ut bona ipsa fideicommissaria ipsi creditori obligata sint, tàm pro capitali, quàm pro reditibus annuis, indè dicendum videtur, quod qui potest alienare, possit quoque obligare sub usuris, *l. magis puto. §. item prætor. ff. de reb. cor.* & privilegium hypothecæ conventionalis pro sorte, prosit etiam pro usuris conventis. *l. Lucius. ff. qui potior. in pign.* confer Peregrin. *d. art. 42. num. 96.* 308

III. Porrò bona fideicommissaria & restitutioni subjecta alienari possunt ex causâ legitimæ, si nimirum à fideicommissi institutore liberis reli- 309

quis legitima non sit relicta, *Novell. 39. cap. 1. auth. res quæ. C. commun. de legat.* Simon. de Præt. *de interpret. ult. vol. artic. 365. numero 14.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 549. vers. trigesimus nonus casus.* Tuschus *lit. F. conclus. 283. num 22.* Bald. *in l. filium quem vers. ulterius quæritur. C. famil. ercisc.* Alex. *consil. 178. lib. 5.* Parisf. *consil. 17. & 18. lib. 2.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 39. num. 2. & 3.* Fusar. *de fideicommiss. quæst. 543. num. 1. & ibi alleg.* de quo plura diximus *supra cap. 6. num. 148. seq.* ubi etiam *num. 171. & seq.* probavimus, quod fideicommissarius ex fideicommisso jam constituto sororibus, vel aliis fratribus & liberis, in id non succedentibus, & quibus ab ipso institutore legitima non debetur, ad legitimam non teneatur: Ex quo consequens est, ipsum quoque fideicommissi possessorem hoc nomine bona fideicommissaria alienare non posse.

310 IV. Eadem hæc procedunt in alimentis, ita ut si liberis fideicommissum instituentis alimenta non sint constituta vel deficiant, pro eorundem constitutione bona hæc alienari possint, per *auth. contra cum rogatus in fin. C. ad SCt. Trebell.* Bartol. *in auth. res quæ. num. 9. & ibi* gloss. & Salicet. *C. commun. de legat. & ibi* Castrensf. *num. 13.* Jason. *num. 31.* Curt. jun. *num. 30.* Padilla. *num. 78.* Angel. *num. 6.* Fulgos. *num. 7.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 480.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 6. num. 8.* Menoch. *4. præs. 19. num. 1. & seq.* Grass. *§. fideicommissum. quæst. 57. num. 6.* Romule. *in l. filiusfam. §. Divi num. 131. seq. ff. de legat. 1.* Alex. *in l. si divortio. ff. solut. matrim.* Cravet. *consil. 25. num. 31. lib. 1.* Surdus *de aliment. tit. 1. quæst. 27. num. 4. tit. 4. quæst. 9. num. 38. & quæst. 37. num. 19. & tit. 8. privil. 19. num. 1.* Nicol. Everhard. *in loc. à dote ad aliment. 71. num. 2.* Honded. *consil. 72. num. 7. lib. 1.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 42. num. 86* Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 536. num. 1.* quam sententiam communem dicunt Curt. Jun. *in d. auth. res quæ num. 30. C. comm. de legat.* Ruin. *consil. 199. num. 8. vol. 2.* Romule. *in d. §. Divi. num. 131. & seq. ff. de legat. 1.* & magis communem esse asserit Alex. *in auth. res quæ. num. 2. C. commun. de legat.*

311 Eandemque sententiam procedere non tantùm in liberis ipsius institutoris non gravatis, sed etiam in ipso gravato, ita ut hic quoque pro alendo se & liberis suis, quos alere aliàs tenetur, hujusmodi fideicommissi bona alienare possit, Alex. *in l. Marcellus. res quæ. ff. ad SCt. Trebell. in princip.* Tusch. *lit. F. conclus. 283. num. 15.* Socin. *reg. 57. limit. 4.* Molin. *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 6. numero 8.* Peguer. *decis. 106. num. 6.* Surd. *de aliment. tit. 4. quæst. 9. numero 39.*

312 Imò etiam pro alimentis nurus, & aliorum de familiâ, sine quâ pater familiâs

familiàs ipse stare non potest, Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 19 num. 4.* Padilla
in d. auth res quæ. num. 86. C. commun. de legat. Menoch. *de præsumpt. 191. num. 7.*
Fusar. *d. quæst. 536. num. 3.* Quod etiam ad filios spurios alendos extendunt.
Surd. *de aliment. tit. 8. privil. 19. nu. 9.* Alex. Raudens. *Pisan. decis. 31. num. 270.* Fusar.
d. quæst. 536. num. 4. Quia in alimentis præstandis eadem militat ratio, quæ in
causâ dotis, Menoch. *4. præs. 91. num. 3.* ac dos & alimenta æquiparantur, gloss. 313
in l. ob æs. C. de præd. minor. Nicol. Everhard. *in loc. à dote ad aliment. 7. num. 1.* Si-
cuti enim pater tenetur dotem constituere filiæ, *qui liberos. ff. de rit. nupt. l.*
fin. C. de dot. promiss. supra num. 236. ita etiam eandem alere paternum est offici- 314
um, *l. si quis à liberis. §. 1. ff. de lib. agnosc. & ibi* Bart. gloss. *in l. ob æs. C. de præd.*
minor. Romul. *in l. filiusfamil. §. Divi. n. 132.* ubi validum esse argumentum di-
cit, ut ille qui tenetur dotare, teneatur alere, secundum Bart. *in d. l. auth. res*
quæ. C. commun. de legat. & naturalis stimulus ad alimentorum præstationem
parentes adhortatur, *l. unic. §. taceat. 5. C. de rei uxor. act. l. 1. §. penult. ff. de just. &*
jur. cum necare videatur, qui alimenta negat, *l. necare. 4. ff. de agnoscend. & a-* 315
lend. lib. l. de pecoribus. C. de L Aquil. Et sic ratio *l. mulier. 22. §. cum proponeretur.*
4. ff. ad Sct. Trebell. convenire scilicet voto patris, qui alioqui compelli poterat
præstare alimenta, hoc quoque casû militat; & sic idem jus. Imò fortior & fa-
vorabilior esse censetur causa alimentorum, quàm dotis, Petra *de fideicommiss.*
quæst. 8. n. 480. Ita enim â sententiâ super alimentis latâ non appellatur, *l. fin. C.*
de appellat. recip. Surd *de aliment. tit. 8. privil. 60. num. 5. & ibi alleg.* licet appelletur in
causâ dotis Petra *d. quæst. 8. n. 481.*

Sic pro necessitate, ne quis fame pereat, multa contra juris regulas per- 316
missa & facta sunt, Romule. *in d. §. Divi. num. 113.* David in casu necessitatis
cum fame premeretur, pascitur panibus propositionis, quos non licebat
manducare, nisi solis sacerdotibus *1. Samuel. 21. vers. 6.* & parenti licitum
est, ne fame pereat, filium vendere, *lib. 1. & 2. C. de patr. qui liber. distrax.*
excusatur quis à furto *cap. 3. X. de furt. c. discipulos. in fin. de consecrat.* & pro ali-
mentis pauperum res Ecclesiæ alienari possunt, *c. aurum. 70. caus. 12. quæst. 2.*
l. sancimus. 21. C. de SS. Eccles. Sicque causa alimentorum summaria est, &
die etiam feriato expediri potest, ne quis fame pereat, *l. 1. & 2. ff. de feriis. & ibi*
gloss. *& Dd. com.* Et aliàs necessitas non habet legem; & cum ex causâ necessa-
riâ hæc bona alienari possint, *infra n. 412.* Ex hâc quoque alimentorum causâ 317
eadem alienari posse consequitur, cum alimentorum causa summè sit necessa-
ria, Padilla *in auth. res quæ. num. 79 C. comm. de legat.* Surd. *de aliment. tit. 8. privi-*
leg. 19,

leg. 19. num. 2. & magis privilegiata & necessaria, quàm causâ dotis *per lib. 1. & 2. C. de patrib. qui filios distrax.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 42. num. 87.* & inter necessitatem primum locum sibi vindicet fames, ejusque remedium alimenta, Tiraquel. *de pœn. tempest. caus. 33. num. 8.* Et sic testator alienationem prohibens, de alimentis id sensisse non intelligitur, & sævus foret, si hoc non permisisset, & necare diceretur per *d. lib. necare. 4. ff. de agnosc. & alend. lib.*

318 Atque hæc sententia comprobatur ex *Novel. 108. cap. si verò contigerit. 2. in verbis: si verò contigerit neque ipsum habere ea aliquibus causis unde faciat expensas, ex tali restitutione has facere damus ei licentiam, &c.* ubi Angel. verbum illud: *expensas* rectè de alimentis interpretatur, referente Menoch. *d. præs. 191. n. 6.* Quibus etiam accedunt ea, quæ *supra cap. 6. n. 208. & seq.* de alendis secundogenitis diximus.

Nec huic assertioni contrariatur, quod dispositio *d. auth. res quæ.* de dote duntaxat loquatur, & de alimentis hoc nullibi cautum reperiatur, atque ita cum dispositio illa sit exorbitans à juris communis regulis, & correctoria, quod scilicet testatoris prohibitio de non alienando valida sit, ipsâ extendenda non erit, per *l. quod verò. 14. l. jus singulare. 16. ff. de legib.* cùm in cor-
319 rectoriis extensio non fiat, *l. præcipimus, C. de appell.* etiamsi eadem subsit ratio, per notata *in auth. quas actiones. & ibi* Bart. *C. de SS. Eccles.* Cùm enim hæc dispositio causam contineat favorabilem, ne scilicet homines fame pereant, idque communiter etiam utile sit; & sicut Reipubl. interest, fœminas esse dotatas, quo maritos inveniant, & Reipubl. liberis repleant, *lib. 1. ff solut. matr.* Ita etiam Reipubl. intersit homines conservare, eosque fame non interire, cum absque conservatione Reipubl. procreatio non prodesset, consequens indè est, quod licita quoque hoc casu sit extensio, cùm in correctoriis quoque legibus ex largâ & amplâ ratione in aliis causis, casibus & personis obtinent, ad eos quoque casus, causas & personas extensio fieri soleat, in quibus eadem ratio obtinet, sicuti demonstrat, Helfric. Ulricus Hunnius *in tract. de author. & interpret. jur. cap. 13. per tot.*

320 Non tamen procedit hæc sententia, quando filius fideicommisso gravatus habuit legitimam vel Trebellianicam, quam malè utendo consumpsit; tum enim fideicommissi bona ipsum alienare non posse, ut alimenta consequatur, docent Jason. *in auth. res quæ. vers. decimo tertio. limita. & ibi* Castrens. *& Curt. jun. num. 31. C. commun. de legat.* Bald. *in auth. contra cum rogatus. n. 7.*

C. ad

C. ad SCt. Trebell. Menoch. *d. præs. 91. num. 8.* Perrgrin. *de fideic. art. 42. num. 87. in fin. & seq.*

V. Valida quoque judicatur alienatio bonorum fideicommisso subjectorum ex causâ studiorum pro filio ejus, qui fideicommissum instituit; Quamvis enim hoc negent, Jason. *in auth. res quæ. vers. decimo limita. C. commun. de legat. & ibi* Angel. *num. 5.* Padilla. *num. 87.* Petra. *de fideicommiss. quæst. 8. num. 488.* Graff. §. *fideicommissum. quæst. 57. numer. 7.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 42. num. 93.* Alii verò tum procedere putent, quando pater fideicommissum instituens vivus filium studiis destinavit, & suâ voluntate filius studia aggressus, cùm præsumendum sit, quod si pater esset superstes, bona hæc ipse alienaret & filio succurreret, per *l. Macedoniani. 5. C. ad SCt. Macedon.* Menoch. *4. præsumpt. 191. num. 12. vers. primus est.* Imo quod pater, si viveret, compelli posset, erogare hanc impensam, ex quo jam suâ voluntate studia inchoavit, sicuti scribunt gloss. *in d. l. Macedoniani. 5. C. ad SCt. Maced. & ibid.* Bald. *&* Castr. Salicet. *in l. filiæ. n. 13. C. de collat.* Menoch. *d. præs. 191. n. 12. vers. altera.* 321

Verùm affirmativam sententiam tuentur, & pro studiis filiorum ipsius testatoris, bona hæc alienari posse, etiamsi post mortem patris ea inchoaverit, concludunt Curt. jun. *in auth. res quæ. num. 13. C. commun. de legat.* Romule. *in d. filiusfam. §. Divi. numer. 136. seq. ff. de legat. 1.* Menoch. *d. præs. 191. num. 12. vers. secundus est casus.* Intrigliol. *de subst. cent. 3. quæst. 73. num. 402. seq.* Menoch. *4. præsumpt. 191. num. 12.* Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 540. num. 2. seq.* Paleot. *de noth. & spur. cap. 47.* Quia 1. præsumptio est, quod si pater adhuc vixisset, & filium studiis addictum vidisset, omnem impensam fecisset, quâ ipse eadem conficere potuisset, & sic quoque ratio *d. l. mulier. 22. §. cùm proponeretur. 4. ff. ad SCt. Trebell.* in præsumptâ testatoris voluntate fundata, hic locum obtinet, Menoch. *d. præsumpt. 191. num. 12. vers. secundus est casus.* 322

2. Quia pater si viveret, ipse compelli posset erogare filio impensas studiorum, sicuti asserunt Bald. *in auth. ex testamento. num. 5. C. de collat.* Bolognet. *in auth. habita. num. 334. in fin. C. ne fil. pro patr.* Imol. *in l. quidam cum filium. in fin. ff. de V. O.* Castrens. *in l. Iulianus. § quanquam. ff. ad SCt. Macedon.* 323

Quorum assertio indè probatur, quod tutor teneatur impensam studiorum erogare, quâ pupillus erudiatur, *l. de bonis. §. non solum. C. de Carbon. edict. l. fin. C. de aliment. pupill. præst. l. cum plures. §. cum tutor. ff. de admin. tut. l.* 324

filium. ff. ubi pupill. educ. deb. cùm ergò tutor ad impensas studiorum pupillo teneatur, quanto ergò magis ipse pater, Bald. *in d. auth. ex testamento. num. 5. C. de collat.*

Ad hæc pater non solùm tenetur alere filium de præsenti, *l. si quis à liberis. ff. de agnosc. & alend. l.* sed etiam ea facere, quibus se ipsum in futurum alere & tueri possit *l. Stichus. ff. de legat. 3.* Studia autem literarum sunt
325 illa media, quibus homo se alere & tueri potest, sicuti de legibus, quod neminem in paupertate vivere, vel anxietate mori permittant, scribit Imper. Justinianus in *Novel. 1. in epil. in fin.* Unde etiam alimentorum legatorum nomine impensam studiorum contineri, si testator id verisimiliter senserit, scribit per *l. legatis. 6. in fin. & nisi aliud. 7. ff. de alim. & cib. legat.* Menoch. *4. præsumpt. 157. num. 30.* ubi addit, satis credi testatorem voluisse studii & disciplinæ impensam præstari, quando sanguinis charitas & affectio id suaderet; veluti si testator legavit alimenta filio suo naturali, vel simili, cui aliàs judicis officio alimenta præstare tenetur, Bart *in d. l. legatis. num. 1. ff. de aliment. & cib. leg.*

Neque hæc tantum in ipsis filiis testatoris, sed etiam in aliis liberis & descendentibus procedere puto, qui ex charitate sanguinis & naturali ratione
326 alimenta præstare tenentur, ut in fratre, avo paterno, & aliis enumeratis in *l. si quis à liberis. ff. de agnosc. & alend. lib.* Fusar. *d. quæst. 540. num. 4.* Nam & hos quoque impensas studiorum causâ præstare teneri, scribunt per *d. l. qui filium. in fin. ff. ubi pupill. educ. & ibi* Bald. Bart. *in d. l. si quis à liberis. §. non solum. ff. de agnosc. & alend. lib.* Jason. *in l. cum. hi. §. qui transigit. in fin. ff. de transact.* & per consequens bona hæc fideicommissi ob hanc impensam alienari poterunt, secundum Menoch. *d. præs. 191. n. 19.*

Quam sententiam etiam probat ratio *de auth. res quæ. C. commun. de legat.* quod scilicet ea, quæ communiter omnibus prosunt, his, quæ specialiter
327 quibusdam utilia sunt, præponimus, & indè alienatio permittitur, quanto ergò magis ex causâ studiorum, quibus totus illuminatur mundus *auth. habita. C. ne fil. pro patr.* Et ex causâ studiorum non tantùm toti familiæ & generi major honos & splendor accrescit, sed etiam ex studiis & virtutibus eruditorum ipsa patria, totaque provincia juvari ac illustrari potest, *d. auth. habita. & §. fin. proem Institut.*

Hinc duæ sunt alæ, quibus omni tempore Nobilitas se à contemptu
328 vindicare, & è sordibus ad excelsa honorum fastigia eluctari potuit, literæ nempè & arma, quarum illas non inscitè, neque invenustè quispiam in Princi-

cipi-

cipibus viris gemmas, in Nobilibus aurum & argentum, in privatis & plebeis plumbum esse dixit, quod quo altius ea ornamenta collocentur, eo magis splendorem, pulchritudinem, utilitatemque suam demonstrent & exerant, scribit Nicolaus Betsius *de pact. famil. illustr. cap. 10. fol. 721.*

Quam necessaria autem sint Nobilibus literarum studia, dixi ego *in tract. de ord. Equestr. jur. & privil. lib. 1. cap. 12.* 329

Atque hæc etiam extendunt ad filios naturales, ut pro ipsorum studiis bona fideicommissaria alienari possint, Paleot. *de noth. & spur. cap. 47.* Intrigliol. *d. cent. 3. quæst. 73. num. 403.* Menoch. *d. præs. 191. num. 20.* Fusar. *d. quæst. 540. numero 5.* 330

Tum demùm autem pro impensis studiorum fideicommissi bona alienari poterunt, si alia bona libera non adsint, secus verò erit, si alia bona supersint, tunc enim patrem ad hujusmodi impensas non teneri, tradunt per *l. fin. ff. de petit. hæred. l. Nesennius. ff. de negoc. gest. & ibi* Bartol. *num. 5.* Bald. *in d. auth. ex testamento. num. 5. C. de collat.* Castrens. *in l. quæ pater. ff. famil. ercifcund.* Ripa. *in l. 1. num. 141. ff. solut. matr.* Menoch. *d. præsumpt. 191. num. 21.* 331

VI. Alienari possunt hæc bona fideicommissaria pro redimendo filio gravato ab hostibus barbaris & infidelibus capto, Bartol. *in auth. res quæ. num. 10. & ibi* Castrens. *num. 13.* Jason. *num. 22.* Padilla *num. 94. C. commun. de legat.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 6. num. 9.* Socin. *in l. Marcellus. §. res quæ. num. 6. ff. ad SCt. Trebell.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 485.* Menoch. *4. præsumpt. 192. num. 1. & seq.* Socin. *reg. 57. limit. 6.* Boër. *decis. 128. num. 2. vers. tertia conclusio.* Tusch. *lit. F. conclus. 283. num. 36. & 77.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 42. num. 90.* Vinc. Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 534. num. 1.* quam sententiam communem dicit Curt. jun. *in d. auth. res quæ. num. 31. in fin.* Quia ex hâc causâ etiam res Ecclesiæ & sacras vendere & alienare permittitur, *c. sacrorum. 15. c. aurum. 70. caus. 12. quæst. 2. l. sancimus. 21. C. de SS. Eccles.* Rittershus. *in exposit. Novell. part. 1. cap. 8. num. 34. seq.* quanto ergò magis res prophanæ, à privato alienari prohibitæ, alienari poterunt. 332 333

Unde etiam quartæ Trebellianicæ diminutio ex causâ redemptionis captivorum permittitur, *auth. contra cum rogatus. C. ad SCt. Trebell. Novell. 108. cap. 1. in fin.* Ad hæc omnes rationes, quibus permissum est res fideicommissarias ex causâ dotis & alimentorum alienare, in filii quoque captivi redemptione locum obtinent, præsumitur enim, si parens scivisset filium ab hostibus capi, quod ipse expressè disposuisset, bona sua quæcunque pro ipsius liberatione alienari debere, Fusar. *d. quæst. 534. num. 1. vers. rationes.*

 Idque

Idque etiam publicæ utilitatis, & pietatis christianæ ratio suadet; cum publicè intersit, cives nostros ab exteris & barbaris gentibus esse redemptos, maximumque sit pietatis opus & beneficium, si captus ab hostibus redimatur, anima ejus conservetur, ac fidelium & sacramentorum communioni restituatur, Padilla *d. num. 94.* Fusar. *d. vers. rationes.*

334 Idem quoque dicendum videtur, si filius fideicommittentis, vel ejus nepos ab hostibus Christianis fuerit captus, cum & hoc quoque casu publicæ utilitatis causa locum obtineat, ut scilicet civis suæ civitati restituatur, & ne ab hisce hostibus carcere vel tormentis malè tractetur, nec minus præsumpta testatoris voluntas hic versatur, qui si credidisset filium vel nepotem ab hisce hostibus capi, utique bona hæc pro ipsius redemptione alienari permisisset, Padilla *in d. auth. res quæ. num. 97. C. commun. de legat.* Menoch. *præs. 192. num. 7. vers. cæterum.*

335 Quod magis quoque procedit, si gravatus sit captus pro ære alieno ab ipso institutore conflato, nam hoc casu pro ipsius liberatione bona fideicommissi alienari posse, tradunt Covarruv. *2. var. resolut. cap. 16. vers. fateor tamen.* Castrens. *consil. 80. in fin. lib. 1.* Menoh. *d. præsumpt. 192. num. 11. & arbit. jud. cas. 182. num. 62.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 535. num. 7.* & constat ex dictis *supra num. 216. seq.*

336 Verùm si gravatus ex causa æris alieni à se conflati, vel propter delictum proprium fuerit incarceratus, anne tunc pro liberatione suâ bona hæc fideicommisso subjecta, si alia non habeat, alienare possit, major est dubitatio? Quod affirmant Raph. Fulgos. *in auth. res quæ. C. commun. de legat.* Socin. *regul. 57. limit. 7.*

337 Alii certos casus distinguunt, veluti primo, si quis suâ culpâ ad actum ordinatâ & præmeditatâ, in æs alienum, vel delictum incidat, & hoc casu non posse pro redemptione ipsius fideicommissum vel feudum alienari, affirmant per *Novell. 108. c. nobis vero 1. ibi: & forsitan ex studio intervertendi fideicommissi causa.* Dec. *in c. quæ in Ecclesiarum. num. 30. vers. secundus casus. & ibi* Marc. Mantua. *num. 64. X. de constitut.* Castrens. *in l. etiam. §. fin. ff. solut. matrim.* Jason. *in l. non tantùm. in fin. ff. de jud.* Covarruv. *2. var. resol. cap. 16. num. 9. vers. secundo illud est.* Cacheran. *decis. 168. num. 8. & 9.* Menoch. *d. præsumpt. 192. num. 9. & arbitr. jud. cas. 182. num. 39.* Fusar. *d. quæst. 535. num. 14.*

338 Secundus casus est, cum filius consumpsit bona sua culpâ non præmeditatâ, nec ordinatâ ad casum; veluti si quis juvenili calore non cogitans de crastino, multa luxu & aleâ profudit, credens alia sibi superesse debere, tandem vixit plures annos & multam prolem suscepit, indeque factum, ut ære alieno grava-

gravatus nihil habeat, unde vivat, nisi bona fideicommisso subjecta alienet & se à carcere liberet, & hoc casu succurrendum ipsi esse ex his bonis tantum per modum eleemosynæ & auxilii gratuiti, censent Dec. *d.c.quæ in Ecclesiarum. n. 30. vers. tertius & ultimus. X. de constitut.* Covarruv. *d. cap.16. n.9. vers. contrariam.* Menoch. *d.præs. 192. n.10. vers. primum. & de cas. 182. n. 41. & seq.* Peregrin. *de fideicom. art. 42. n. 92.* Fusar. *d. quæst. 535. n. 21.* Ita ut hic bona hæc inalienabilia sub hoc prætextu ipse non alienare, sed à superiore tantùm petere possit, ut de his sibi succurratur, Menoch. *d. cas. 182. num. 44.* Non verò hanc justam 339 esse causam, ut gravatus hic bona fideicommissaria liberè & absolutè alienare, & indè se à carcere liberare possit, docent Curt. jun. *in d. auth. res quæ. num. 31. & ib.* Jason. *num. 20. C. commun. de legat.* Felin. *in d.c. quæ in Ecclesiarum. num. 67. & ibi* Mantua *num. 64.* Covarruv. *d. num. 9. vers. tertio in eadem.* Menoch. *d. cas. 182. num. 45. & d. præs. 192. n. 10. vers. secundum.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 42. num. 91.* Fusar. *d. quæst. 535. num. 10.*

Dum enim 1. filius gravatus vel alius fideicommissi possessor non pos- 340 sit alienare contrahendo, *supra num. 1. seq.* nec delinquendo poterit alienare, *l. Imperator. de fideicommiss. libert.* & sic nec actum facere, ex quo alienatio sequatur, *supra num. 30. seq.*

Cui accedit 2. quod delinquens non mereatur, sed perdat privilegium 341 sibi indultum, *l. sed etsi ex parte. §. quanquam. ff. quod cum eo. l. relegatorum. in fin. ff. de interdict. & releg. l. auxilium. in princ. ff. de minor.* Quantò ergò magis perdet ex delicto privilegium, quod non habet, & adquirere nequit, atque ita quanto magis ex hoc facto suo culposo, ipsi facultas alienandi aliâs non alienabilia denegabitur, sicuti argumentatur Menoch. *arbit. jud. d. cas. 182. num. 47.*

Ad hæc 3. culpa unius non debet alteri nocere, *infra cap. 16. numero 316. &* 342 *seq.* Atque ita factum ipsius fideicommissi possessoris reliquis fideicommissariis, qui jus quæsitum in bonis fideicommisso subjectis habent, nocere, iniquum foret.

Et porro 4. clara est juris dispositio, quod malè meriti egestate laborare debeant, *l. bona fides. in princ. ff. deposit.* Bald. *in auth. contra cum rogatus. n. 5. C. ad SCt. Trebell.* Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum. n. 67 X. de constitut.* & imputan- 343 dum est illi, qui se suo facto in necessitate posuit, *l. si fide jussor. §. sine necessaria. ff. qui satis d. cogant. l. 2. §. si quis tamen. ff. si quis caut. l. Papinianus. ff. de minor. l. si dictum. §. si compromisero. ff. de evict. c. intelleximus. X. de judic.* Cravet. *in respons. pro gener. num. 44. 87. & seq.*

344 Pro qua sententia 5. etiam in simili facit, quod si pater filio in testamento legitimam adsignavit, isque eam postea male consumpsit, alteram ipsi legitimam adsignare non teneatur, nec mortuo patre alteram legitimam ex bonis fideicommisso subjectis derrahere filius po sit, ut scribit Bald. *in l. scimus in princ. num. 11. & ibi* Jason. *num. 6. C. de in offic. test.* Socin. *in d. l. Marcellus. §. res quæ. n. 3. ff. ad Sct. Trebell.* sicuti etiam filiam, si dotem semel acceptam malè consumpsit, pater denuò dotare non tenetur, sicuti asserunt, Bart. *in l. si cum dotem. §. 1. & ibi* Alex. *ff. solut. matr.* Boer. *quæst. 131. n. 5.* Coras. *in l. qui liberos n. 94. ff. de rit. nupt.* Atque ita filium sua culpa ad naturalem necessitatem redactum, non posse alienare bona fideicommisso supposita, docent Socin. *in l. Marcellus. § res quæ, num. 3. ff. ad Sct. Trebell.* Curt. jun. *in d. auth. res. quæ num 31. C. commun. de legat.* Menoch. *d. cas. 182. n. 54. & de præs. 192. num. 10. vers. secundum.*

345 Ex his & aliis fundamentis fideicommissarium ob delictum incarceratum pro sua liberatione bona fideicommissaria alienare non posse, concludunt Castrens. *in auth. res quæ. n. 13.* Jason. *num. 29.* Padil. *n. 98. & seq.* Salicet. *num. 4. C. commun. de legat.* Covarruv. *2. var. resol. cap. 16. num. 9. vers. tertio.* Marzar. *de fideicommiss. quæst. 40.* Grass. *§ fideicommissum. quæst. 58. n. 2.* Petra *de fideic. quæst. 8. n 483. seq.* Menoch. *4. præs. 192. n. 8. seq.* Fusar. *de fideic. substit. quæst. 535. num. 1. & ibi alleg.* Menoch. *arb. jud. cas. 182. n. 45. seq.* Quod tamen non procedere in descendentibus testatoris, iisque succurrendum esse ex his bonis, si casu delictum commissum, tenent Menoch. *d. cas. 182. n. 64.* Petra *de quæst. 8. n. 484. in fin.* Fusar. *de quæst. 535. n. 3* Sicuti nec tunc, si ageretur de restituendo carceratum pro delicto, ex quo sequeretur mors, vel membri mutilatio, sicuti scripsit Fulgos. *in auth. res quæ. & ibi* Socin. *n. 3. C. commun. de legat.* Peregrin. *de fid ic. art. 42. num. 92.* eo quod pater sive fideicommissi iustitutor vivens sic fieri voluisse credendum sit per *l. cum servus. ff. de condit. & demonstr.* Et hanc optimam voluntatis defunctorum interpretationem esse, per *l. quoniam desideria. C. de natural. lib.* & ideò hoc casu rectè dici posse, non videri in fideicommissi eversionem factum, quod saluti filii & patris voto congruebat, scribit per *l. isti quidem. ff. quod met. caus.* Peregrin. *d. art. 42. n. 92.*

346 VII. Licita quoque est alienatio rei fideicommissariæ quæ fit vel pro conservatione vel recuperatione, reliquarum rerum fideicommisso suppositarum, quam alienationem necessariam & irrevocabilem esse tenent gloss. *& Dd. in l. Marcellus. § res quæ. ff. ad Sct. Trebell.* Petra. *de fideic. quæst. 8. n. 538.*

VIII.

VIII. Idem est, quoad refectionem necessariam bonorum fideicommissi, ita ut si alia bona libera non adsint, vel fructus non sufficiant, pro reficiendis & reparandis hisce bonis fideicommissariis obligatio, vel alienatio licita sit, maximè si res reparandæ sint magis preciosæ Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 549.* Magon. *Luc. decis. 33. numer. 8. seq.* Fusar. *de quæst. 544. numer. 7.* Quia ex causa necessaria bona hæc alienari posse dicetur *infra numer. 453.* Hanc autem refectionis & reparationis causam maximè esse necessariam per se constat, cum ex ea bona familiæ conserventur, quæ aliâs omnino corruerent. 347

Ex quo etiam is, qui pro reficienda navi, domo vel aliis rebus pecuniam credit, tacitam hypothecam in bonis istis consequitur, & reliquis creditoribus omnibus, etiamsi tempore sint priores, præfertur, *l. interdum. 5. l. hujus enim. 9. ff. qui pot. in pign.* Beuther. *de jur. Prælat. lib. 1. cap. 20. per tot.* Nec refert, an prior creditor hypothecarius sit generalis, sive specialis, sive tacitus, sive expressus per *l. licet. C. qui pot. in pign.* Beuth. *d. l.* Idque ex hac potissimum ratione, quod per hujusmodi pecuniam totius pignoris causa salva sit facta, *d. l. hujus enim. ff. qui pot. in pign.* 348

Atque hoc etiam ex ipsius fideicommissi institutoris mente colligitur, non enim credendum est fideicommissi institutorem, & qui bona ista alienare prohibuit, ut perpetuo in familia conserventur, dispositionem facere voluisse, ex qua bona ista corruant & destruantur, sed potius intelligendus est permisisse, quædam ex istis in hanc causam hypothecari vel alienari, quo reliqua salva permaneant, illud autem pro disposito habendum esse, quod fideicommissi institutor verisimiliter sensisse intelligitur, dictum est supra *c. 8. numer. 74.*

Hinc etiam marito impensarum pro rerum dotalium restauratione ad perpetuam utilitatem factarum, conceditur repetitio, *l. fructus. §. impendi. 16. ff. solut. matr. l. vel si vites. 3. §. 1 ff. de impens. in res dot.* Atque ita etiam bona majoratus pro reparatione & refectione reliquorum alienari posse, si alia bona libera non adsint, vel fructus non sufficiant, & reparatio necessaria sit, & perpetuam utilitatem concernat, probat Molina *de Hispan. primogen l. 1. cap 10. num. 18. & seq. & lib. 4. cap. 6 n. 28.* Et faciunt huc ea, quæ de meliorationibus deducendis dixi *infra. cap. 12. n. 130. & seq.* 349

IX. Alie-

351 IX. Alienari quoque possunt bona fideicommissaria pro comparandis rebus ad salutem corporis, & pro recuperanda valetudine necessariis, veluti pro medicis, pharmacis, & similibus. Bald. *cons. 20. lib. 2.* Romule. *ad. l. filiusfam. §. divi. n. 141. & seq. ff. de legat. 1.* Quia medicinæ quoque inter necessaria
352 alimentorum legatorum continentur, Bart. *in l. liberis, §. 1. ff. de aliment. vel cib. legat. & in tract. de aliment. num. 4.* Dec. *in l. de alimentis. num. 3. C. de transact.* Simon de Præt. *de interpr. ult. vol. lib. 4. dubit. 41. num. 37. & 38.* Menoch. *4. præsumpt. 157. num. 29.* Et maritus, qui uxori medicum non adhibuit, lucro dotis priva-
353 tur, gloss. *in l. si ab hostibus. 10. § si vir. in verb. lucrifacere. ff. solut. matrim.* Roman. *cons. 517. col. 1.* Dec. *cons. 430. lib. 3.* Alex. *cons. 123. lib. 7.* Et quod etiã filius privandus omni lucro & commodo dotis maternæ ex delicto parentis negligentis medicamenta præstare uxori necessaria, tradit Ruin. *cons. 34. lib. 4.* Ripa *de peste. quæst. 33.* ubi dicit, quod si maritus tempore pestis uxorem derelinquat, & medicos aliaque necessaria non adhibeat, omni lucro dotis & donationis propter nuptias privandus sit, sive ex dispositione legis, sive juris muncipialis, sive ex pacto dotis lucrum aliâ competat, Bald. *in l. si tibi C. de donat. ante nupt.* & ita in hisce terminis superioribus annis se consuluisse dicit, Romule. *in d. l. filiusfam. §. divi. n. 142. ff. de legat. 1* Ex quibus apparet, quod adhibere medicum & alia necessaria, in infirmitate ad vitam hominis conservandam respiciant, adeò ut si quis ea omittat, necare videatur, *l. necare. 4 ff. de agnosc. & alend. lib.* Atque ita, cum pro alimentis, & sic vitâ hominis res fideicommissariæ obligari & alienari possint, idem quoque hoc casu dicendum erit, cum eadem videatur esse ratio, sicut in alimentis, cum & hæc fiant propter necessitatem corporis, & ad vitam hominis, Romule. *d. n. 142.* Et cum reipubl. etiam intersit, membra ejusdem esse salva & illæsa, ideò etiam, quæ de alimentis dicta, hic quoque locum invenient.

354 Si alienatio fuerit prohibita ad certum tempus, tempore isto elapso, alienatio licita & permissa censetur, *l. Imperator. ff. de postul. l. pater filium. 38. §. fundum à filio 3. ff. de legat. 3. & ibi* Bart. & Dd. *alii.* Decian. *cons. 27. num. 13. vers. secundo præsuppono. lib. 3.* Alex. *cons. 55. lib. 3.* Mascard. *de probat. 1243. num. 79.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 3. Tit. 17. num. 11.* Fusar. *de fideic. subst. quæst. 680. num. 1. & ibi alleg. & num. 7. seq. & ibi alleg.* Siquidem prohibitio limitata ultra limites non extenditur, Bart. *in l. filiusfam. §. Divi. col. fin. ff. de legat. 1.* Alex. *cons. 16. col. pen. lib. 3.* Bald. *cons. 304. lib. 5.* Quod tamen non procedit, si ratio adjecta sit generalis, veluti si filii prohibiti sint alienare ad vigesimũ annum, & postea ratio adjecta, quia volo bona perpetuò in familiâ permanere, nam tunc prohibitio temporalis ob vim rationis perpetua efficitur, uti sentiunt Bart. *in l.*

pater

pater filium. §. fundum. ff. de legat. 3. Menoch. cons. 486. num. 6. lib. 5. Paris. cons. 32. num. 37. lib. 1. Petra de fideicommiss. quæst. 5. num. 13. & n. 54. Mantic. de conject. ult vol. lib. 6. tit. 14. num. 21. Fusar. d. quæst. 680. n. 4. & ibi alleg. confer. infra cap. 16. numer. 183.

XI. Sicuti etiam si alienatio prohibita sit certis personis, vel in certas 356 personas, reliquis & in alios non prohibitos valida erit alienatio, Craveta cons. 774. num. 2. in fin. & seq. Mantica. de tacit. & ambig. conv. lib. 23. tit. 19. num. 47. uti &, si alienandi facultas concessa in unam personam, in aliam prohibita intelligitur, gloss. in c. Imperialem. in princ. verb. sine permissione. de prohib. feud. alien. per Frider. Dec. cons. 395. num. 2.

XII. Si fideicommissum sub conditione relictum sit, pendente conditione alienari potest, donec conditio veniat, quâ adveniente, alienatio revocatur & nulla efficitur l. fin. §. sin autem 3. C. commun. de legat. l. servo legato. 69. §. 1. ff. de legat. 1. l. si hæres. 70 §. 1. ff. ad SCt. Trebell. Bald. cons. 73. lib. 4. & cons. 118. num. 3. vers. super tert. lib. 5. Angel. cons. 26. num. 2. & 3. Iason. in l. filiusfam. §. Divi. num. 83. & ibi Ripa n. 57. ff. de legat. 1. Tusch. lit. F. concl. 283. num. 43. & seq Bart. in l. Marcellus. §. res quæ num. 1. & ibi Angel. num. 1. ff. ad SCt. Trebell. Iason. in auth. res quæ. num 13. C. commun. de legat. Peregrin. de fideicom. art. 40. num. 7. & seq. Hondedæ. 2. cons. 69. num. 81. Gail. 2. obs. 137. num. 5. & seq. & resolutionem hoc casu fieri ex nunc, & realiter dominium transferri in fideicommissarium, scribit Ruin. cons. 163. num. 8. lib. 3. Rol. à Valle cons. 70. ad fin. lib. 3. Et conditione adveniente substitutum fideicommissarium bona fideicommissaria alienata revocare posse, docent per d. l. fin. §. sin autem. 3. C. comm. de legat. Alex. cons. 184. in princ. lib. 2. Ruin. cons. 117. num. 26. in fin. lib. 2. Dec. cons. 386. num. 6. vers. tertio respondetur. Honded. d. l. num. 82. Et sic pendente conditione valet alienatio & dominium transfertur, siquidem ante conditionis eventum & restitutionem hæreditatis, fideicommissario nullum jus competit, nec ulla actio, l. cedere diem. ff. de V. S. l. si servus furtivus. in princ. ff. de condict. furt. Gail. d. obs. 137. num. 5. sed rei dominium penes hæredem permanet, idque conditione pendente in alium transferri potest, quando verò conditio extitit, dominium ipso jure, absque ulla verbali vel reali restitutione in fideicommissarium transfertur, ipsique rei vindicatio contra possidentem, non obstante usucapione vel præscriptione, competit d. l. fin. §. sin autem. 3. C. comm. de legat. l. peto. 69. §. prædium 1. ff. de legat. 2. Gail. d. num. 6.

XIII. Fideicommissi valet alienatio quando facta est ab hærede vel 358 possessore ignorante, emptori vel adquirenti ignoranti, ita ut fideicommis-

ſarius rem alienatam vindicare, ſed ad pretium tantum agere, idque ab alienante petere & conſequi poſſit, per textum expreſſum *in l. fin. §. fin. ff. de legat. 2.* Jaſon. *in l. fin. §. ſed quia limit. 4. C. commun. de legat.* Caſtrenſ. *conſ. 94. in princ. & conſ. 301. in princ. lib. 2.* Peguer. *deciſ. 102. num. 1.* Tuſch. *lit. F. concl. 2 3. num. 99.* Ripa *in l. filiusfam. §. Divi. num. 11. ff. de legat. 1.* Graſſ. *§. fideicommiſſum. quæſt. 56. num. 4.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 40. num. 38. & art. 45. numer. 24.* Intrigliol. *de ſubſt. cent. 3. quæſt. 73. n. 7.* Magon. *deciſ. 102. numer. 12.* Joſeph. Ludov. *Peruſ. deciſ. 29. num. 30. part. 1.* Petra. *de fideicommiſſ. quæſt. 3. num. 36. & quæſt. 14. n. 308.* Vinc. Fuſar. *de fideicom. ſubſtit. quæſt. 556. num. 1. ſeq.* Et hoc caſu fideicommiſſi ſucceſſores poſſe contra alienantem ad precium rei alienatæ agere docent *per l. quidam ita. 25. §. ſi quis. 2. ff. ad Sct. Trebell. d. l. fin. §. fin. ff. de legat. 2. & ibi* Bald. Bart. Imol. Caſtr. *& alii.* Burſat. *conſ. 13. num. 75. lib. 1.* Cephal. *conſ. 367. num. 167. lib. 3.* Ruin. *conſ. 110. num. 14. lib. 2.* Maſcard. *de probat. concluſ. 780. n. 3.* Peregrin. *d. num. 38.* Graſſ. *§. fideicommiſſum. quæſt. 56. numer. 4.* Petra. *d. quæſt. 3. n. 37.* Peregrin. *d. art. 40. numer. 39.* Intrigliol. *de ſubſt. cent. 3. quæſt. 73. n. 7* Fuſar. *d. quæſt. 556. numer. 22.* Ita ut hæres alienans non tantum teneatur ad precium receptum, ſed etiam id, quo res valet tempore petitionis & fideicommiſſi cogniti, Peregrin. *d. num. 39. verſ. dubium eſt.* Petra *d. quæſt. 3. num. 37.* Fuſar. *d. quæſt. 556. numer. 23.* ne factum hæredis gravati fideicommiſſario damnum inferat. *d. l. cum ita. 25. §. ſi quis. 2. ff. ad Sct. Trebell.*

359 Ad hoc autem, ut fideicommiſſarius rem alienatam vindicare nequeat, ſed ad pretium tantum agere poſſit, non ſufficit unius ignorantia fideicommiſſi, ſed utriusque tam alienantis, quam adquirentis requiritur, Curt. jun. *conſ. 58. num. 5.* Corne. *conſ. 294. numer. 5. lib. 3.* Socin. jun. *conſ. 157. in princ. num. 4. lib. 1.* Gabriel. *conſ. 188. in princ. lib. 5.* Bertrand. *conſ. 23. num. 67. lib. 2. part. 1.* Rol à Valle *conſ. 81. num. 22. lib. 2.* Et hanc communem eſſe ſententiam. ſcribit Hippol. de Marſil. *ſingul. 31.* licet, quod ſufficiat ſcientia hæredis alienantis, ad hoc, ut fideicommiſſarius rem alienatam vindicare poſſit, doceant Dec. *conſ. 235. n. 13.* Alex. *conſ. 3. num. 3. verſ. ſed ita eſt. lib. 3.* Tuſch. *lit. F. concl. 283. numer. 104. & ſeq.* Ac quod probata ſcientia vel alienantis, vel ementis ſive adquirentis, ad recuperationem bonorum agi poſſit, teneant Maſcard. *de probat. concl. 780. num. 4.* Peguer. *deciſ. 102. num. 2. in fin.*

360 Et quamvis hanc concluſionem tantum procedere in fideicommiſſo univerſali, ita ut hoc tantum, ſi ab ignoranti fuerit alienatum, revocari non poſſit, ſecus autem eſſe in fideicommiſſo particulari, ut hoc poſſit vindicari, licet alienatio facta ab ignorante ignoranti, aſſerant Imol. *in l. Marcellus. § res*

quæ

quæ. num. 4. ff. ad SCt. Trebell. Alex. *in auth. res quæ. num. 4. C. commun. de legat.* Grat. *cons. 66. num. 16. seq. lib. 2.* Hieron. Gabriel. *consil. 118. num. 2. lib. 1.* Magon. Luc. *decis. 33. n. 23.* Et è contra, quod non in universali, sed particulari tantùm fideicommisso locum habeat, teneant per *d. l. fin. §. fin. ff. de legat. 2.* Alex. *consil. 3. num. 3. vers. sed ita est. lib. 3.* Osasch. *decis. Pedemont. 73. num. 4.* Gabriel. *consil. 118. num. 3. lib. 1* Alex. *in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad SCt. Trebell.* Contrarium tamen, & hoc procedere in fideicommisso tàm particulari, quàm universali, sentiunt, Castrens. *consil. 94. in princ. lib. 2. & in l. fin. §. sed quia. num. 5. C. commun. de legat.* Socin. *in l. Marcellus. §. res quæ. num. 8. ff. ad SCt. Trebell.* Ruin. *consil. 66. col. 3. lib. 2.* Fachin. *lib. 5. controv. 28. vers. secundo notandum.* Padill. *in auth. res quæ num. 7. C. commun. de legat.* Petra *de fideicommiss. quæst. 3. num. 40. in fin.* Peregrin. *de fideicommiss. artic. 40. num. 39. vers. cum autem.* Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 556. num. 10.* ubi rationem hanc adsignat, quia quod valeat alienatio irrevocabiliter tribuitur ignorantiæ contrahentium, quæ locum habet in fideicommisso tàm universali, quàm particulari. Et quamvis in *d. l. fin. §. fin. ff. de legat. 2* proponatur exemplum de fideicommisso particulari, id tamen non debet restringere legem ad tale fideicommissum, cum ubi eadem ratio, ibidem quoque jus statuendum sit, *l. adigere. §. quamvis. de jur. patronat. l. illud. ff. ad L. Aquil.*

Licet quoque vulgò dispositionem *d. l. fin. §. fin. ff. de legat. 2.* locum 361
tantum habere in fideicommisso conditionali, non etiam quando res purè, vel ad diem certum restitutioni subjecta, asserant per *l. fin. §. sed quia. 2. & §. sin autem. 3. C. commun. de legat. ibi* Castrens. *num. 4.* Alex. *in l. Marcellus. §. res quæ. num. 4. ff. ad SCt. Trebell.* Gabriel. *consil. 118. num. 8. lib. 1.* Tusch. *lit. F. conclus. 283. num. 136.* Fachin. *5. controv. 28. vers. tertiò notandum.* Petra *de fideicommiss. quæst. 3. num. 40.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 40. num. 39.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 556. num. 11.* Non tamen diversitatis rationem video, nec *d. l. fin. §. sed quia. 2. & sequent.* de hoc nostro casu, sed in genere de fideicommisso puro non alienando loquitur, & quod fideicommissum conditionale pendente conditione etiam à sciente alienari possit, dictum est *supra num. 357.* Atque inde priorem sententiam etiam locum habere in fideicommisso puro, tenet Ruin. *consil. 118. num. 14. lib. 2.*

Procedere quoque prædictam dispositionem non tantum si tacita, sed 362
etiam si expressa hominis prohibitio de non alienando adsit, sentiunt Socin. *in l. Marcellus. §. res quæ, & ibi* Ruin. *num. 5. ff. ad SCt. Trebell. idem* Ruin. *in l. filiusfamil. §. Divi. num. 55. vers. nec obstat. ff. de legat. 1. & consil. 118. num. 4. lib. 2.* Aretin. *consil. 20. in princ. num. 8. & sequentib.* Magon. Florent. *decis. 102. num. 12*

à quibus tamen dissentiunt, & quando præter tacitam, etiam hominis prohibitio expressa adest, non valere alienationem ab ignorante ignoranti factam, sed eam revocari, & fideicommissarium rem alienatam vindicare posse, docent gloss. *in l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. 2.* Corne. *consil. 294. num. 5. & num. 8. lib. 3.* Gabriel. *d. consil. 118. num. 3. lib. 1.* Curt. *consil. 58. in fin.* Roland. à Valle *consil. 81. num. 17. lib. 2.* Riminald. jun. *consil. 371. num. 91. lib. 4.* Alex. *in l. Marcellus. §. res quæ. num. 4. ff. ad SC. Treb.* Ripa *in l. filiusfam. §. Divi, num. 2. & ibi* Jason. *num. 69. ff. legat. 1.* Rota Roman. *decis. noviss. 21. & 22.* Tusch. *lit. F. conclus. 283. num. 116. seq.* Fach. *5. controv. 28. vers. quarto notandum.* Mascard. *de probat. conclus. 780. num. 2.* Grass. *§. fideicommissum. quæst. 56. num. 6.* Petra *de fideicom. quæst. 4. n. 311.* Peregrin. *d. art. 40. n. 39. vers. rursus textus.* Intrigliol. *de subsstit. cent. 3. quæst. 73. num. 10.* Magon. *Lucens. decis. 33. num. 23.* Fusar. *d. quæst. 556. num. 15. & ibi alleg.* & ita decrevit Senatus Pedemontanus *decis. 73. in fin.* Peguer. *d. decis. 102. num. 2* ubi ita in regiâ audientiâ conclusum esse refert, & Rota Roman. *in noviss. decis. 12. & decis. 22. part. 1. & decis. 49. num. 4. seq. part. 2.* Farinac. *part. 2. decis. 268.* Ac quando concurrit prohibitio expressa legis & hominis, non habere locum, *d. l. fin. §. fin. ff. de legat. 2.* declarat Ruin. *cons. 109. num. 22. lib. 2.* Tusch. *d. concl. 283. num. 116.* quia hoc casu alienatio est ipso jure nulla, & fideicommissi successor statim rem fideicommissariam vindicare potest, per tradita *infra cap. 13. num. 28.*

363 Non quoque procedere superiorem conclusionem, quando fideicommissum relictum, ut remaneat in familiâ, ita ut tunc alienatio non sustineatur, licet facta sit ab ignorante ignoranti, tradunt Bolognet. *in l. filiusfamilias. §. Divi. n. 81. ff. de legat. 2.* Alciat. *in l. fin. n. 7. ff. de legat. 2.* Fusar. *d. quæst. 556. n. 25.* vel quando testator expressè ordinavit, bona in familia conservari debere, Surd *cons. 443. n. 51. seq.* Fusar. *d. n. 25. vers. limitatur nono.*

364 Quod si quoque is, qui fideicommissum ignorans alienat, vel hæres ipsius non sit solvendo, & fideicommissarius successor pretium ab ipso consequi nequeat, non valere alienationem, sed fideicommissarium rem alienatam in subsidium vindicare posse, docent *arg. l. plan. 94. §. qui rogatus. 1. & ibi* Castr. *ff. de legat. 1.* Jason. *in auth. res quæ. n. & tibi* Alex. Curt. *num. 51.* Padill. *num. 13. C. commun. de legat.* Castrens. *cons. 94. num. 1. lib. 2.* Bursat. *cons. 48. num. 19. lib. 1.* Alex. *in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad SC. Trebell.* Grass. *§. fideicommissum. quæst. 56. numer. 5. vers. sed quæro.* Tusch. *d. conclus. 283. numer. 121. & 127.* Mascard. *d. concl. 780. numer. 6.* Petra. *de fideicommiss. quæst. 3. numer. 46. & quæst. 14. num. 313.* Peregrin. *de fideicom. art. 40. num. 39. vers. prior.* Intriglio l. *de subst.*

cent.

cent. 3. quæst. 73. num. 8. Fusar. *d. quæst. 556. num. 20.* ne gravato fideicommissarii factum noceat, *l. quidam ita §. si quis. 2. ff. ad SCt. Trebell.*

Quod etiam procedit, si fideicommissarius rem alienatam possideat, 365 quia tum non datur actio adversus eum, ut restituat bona emptori, & precium recipiat, Ang. Aretin. *cons. 18. num. 12. & 13. vers. septimo allegat.* Tusch. *de concl. 283. num. 133.*

Indeque non procedere priorem opinionem in alienatione per titulum 366 lucrativum, ita ut tunc res alienata revocari possit, non obstante utriusque ignorantiâ, tenent Castr. *cons. 94. lib. 2.* Padilla. *in auth. res quæ. num. 12. C. comm. de legat.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 40. num. 39. vers. præterea.* Fusar. *d. quæst. 556. num. 13.*

Hactenus dicta procedunt, si ignorantia sit probabilis & justa, veluti 367 si facti sit alieni, & non juris, vel supina & crassa Tusch. *d. conclus. 283. num. 120.* Fusar. *d. quæst. 556. num. 25.* Et licet istam ignorantiam, ad eam, quæ ex facto testatoris descendit, qui codicillos aperiri prohibuit, restringant per *d. l. fin. §. fin. ff. de legat. 2 post* Bald. *in auth. res quæ. & ibi* Castrens. *C. commun. de legat.* Cuman. *in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad SCt. Trebell.* Contrarium tamen, 368 nec discrimen admittunt, sive ignorantia ex facto testatoris, sive hæredis descendat, modo justa sit, asserunt Alex. *in l. fin. §. fin. & ibi* Castrens. *C. commun. de legat.* Socin. *in l. Marcellus. §. res quæ. num. 11. ff. ad SCt. Trebell.* Tusch. *d. conclus. 283. num. 119.* Fachin. *5. controv. 28. vers. sexto non procedit.* Grass. §. *fideicommissum. quæst. 56. numer. 4. in fin.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 40. num. 39.* Fusar. *d. quæst. 556. num. 3.* eandemque opinionem communem dicit Grass. *d. quæst. 56. n. 4.* Quamvis enim *d. l. fin. §. fin. ff. de legat. 2.* loquatur in eâ specie, quâ ignorantia hæredis circa fideicommissum ex facto testatoris provenit, nihil tamen proponitur, cur non idem sit juris, quoties justa & probabilis est ignorantia, licet ex alterius facto, quàm testatoris proveniat. Fachin. *5. cont. 28. in fin.* quia lex non imposita est verbis, sed rebus. *l. 2. C. comm. de legat.*

Quis autem probare teneatur fideicommissi ignorantiam, non satis 369 constat, & emptorem, qui excipit de alienatione facta ab ignorante ignoranti, teneri ignorantiam probare, volunt Dec. *cons. 230. num. 8* Raudens. *cons. 24. num. 13. lib. 2.* Petra *de fideicommiss. quæst. 14. num. 310.* Sed contrarium & ignorantiam præsumi, atque ideò fieicommissarium agentem teneri probare scientiam, tradunt, Menoch. *cons. 213. num. 78.* Ripa *in l. filiusfamil. §. Divi. num. 11. in fin. ff. de legat. 1.* Surd. *cons. 443. num. 50.* Petra *de fideicomm.*

quæst.3.art.42.seq. Mascard. *de probat.concl 780.* Jos. Ludov. *concl.1 .illat.91.* Honded. *cons.42.num.48.lib 2.* Fusar. *d quæst 556.num.26.* Et fideicommissi scientiam non præsumi, sed allegantem eandem probare debere, probant Rimin.jun. *cons.204.n.68.in fin.* Surd. *cons.67.n.49.lib.1.* Fusar. *d quæst.594.n.26.*

370 Generaliter autem probatur ignorantia, quod non probetur scientia *c.præsumitur. X. de R. I. late* Mascard. *de probat. conclus. 880 num 1. & seq. per tot.*

371 Et quamvis filius eadem dicatur esse persona cum patre, nihilominus tamen dicitur ignorare factum patris, & testamentum à patre conditum, Bald. *cons. 392. lib.1.* Menoch. *6. præsumpt.23. num. 57. & seq.* Mascard. *de probat. conclus.850. num.1.seq.* Vinc.Fusar. *de fideicommiss. substit quæst. 595.num.1.seq.* & quando sumus in descendentibus, præsumi ignorantiam tàm alienantis fideicommissarii, quàm ementis, nisi probetur scientia, tradunt Alex. *consil 184. in fin. lib. 2.* Angel. Aret. *consil.20.num.9.seq.* Gail. *2 observat.137. num.11.* Fusar. *d.quæst.*

372 *595.num. .* ubi id limitat & declarat, quod secus est in hærede extraneo, qui fideicommissum in testamento, in quo hæres institutus, relictum scire præsumitur, per *l. sed si de sua. ff. de adquir. hæred.* Bartol. *in l. ejus, qui in provincia. num. 29. ff. si cert. pet.* Alex. *in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad SCt. Trebell.* Gail. *d. num.11.* Castrens. *consil. 94. lib.2.* Bertrand *consil. 23. num.68. lib.2.part.1.* Tusch. *lit. F.conclus.283.num.137.* Mascard. *de probat.concl.781.num.4. & concl.851. num.1. & seq.* Petra *de fideicom. quæst.3.num. 4.* Fusar. *d.quæst.556. num.28. & quæst.595. num.34.seq.* Fach. *6. controv. cap.48.*

373 Quod si quoque communis vox & fama sit, bona esse fideicommisso subjecta, ignorantia non præsumitur, sed potius scientia, Socin. *cons.49. num.12. lib.1.* Tusch. *d.conclus.283. num.139.* Petra *de fideicommiss. quæst.14. num.109.* Mascard. *de probat. conclus.781. num.11.* Peregrin. *de fideicom artic.52.num.104. vers. quintus.* Fusar. *d. quæst. 595. num.23.* quando enim de facto aliquo communis est vox & fama, ejus ignorantia non præsumitur Bart. *in l. is potest. ff. de adquir. hæred.* Bald. *in l.quæcunque. num.2. C. de serv. fugit.* Capic. *decis.69.num.18.* Menoch. *6. præs.23. num.70.* Mascard. *d. conclus. 850. num.7.*

374 Nec quoque hæres testamenti ignorantiam allegare potest, quando ex eo legatum, vel aliud quid solvit Bartol. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 13. ff. de V.O.* Grat. *consil.126.num.42.lib.2.* Socin. *consil.75.num.16. lib. .* Tusch. *d. conclus. 283 num.142.* Menoch. *d. præs. 23. num. 61.* Mascard. *d. conclus.850. num. 12. seq.* Fusar. *d. quæst. 595. num.25. & ibi alleg.* Idem est, si hæres testamenti men-

375 tionem fecerit, Rolan. à Valle *consil.81.n.16.lib.2.* Bertrand. *consil.23.num.68. & seq.lib.2.part.1.* Fusar. *d.quæst.595.num.10.* Vel testamentum apud ipsum reperiatur, Aretin. *in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 12. & ibi* Ripa *num.56.* Menoch.

noch.*d. præsumpt.23.num.64.* Fusàr.*d.quæst.59*5.*num.3.* Mascard. *de probat. con-*
clus.781.num.8. Vel ejusdem copiam habeat Peregrin.*art.52.n.104.vers.octavus.*
Intrigl *de subst.cent.3.quæst.94.n.1* Fusàr.*d quæst.*595.*n.6 & ibi alleg.* Vel quando 376
hæres fatetur se ex testamento esse hæredem, Fusàr. *d. quæst. 595. num.11. & ibi*
*alleg.*Honded.*cons.33.num.28.lib.1.*Grass. §.*fideicommissum.quæst.64.n.2.* Mascard.
*d.conclus.781.n.1.*Peregrin *d art.52.n 104.vers.primus.*

Emptorem rei fideicommissariæ quod attinet, in eo semper ignoranti- 377
am præsumi, probant Pedemont.*decis 73.col.1.in fin.* Tusch.*d.conclus.283.n.144.*
Quia alieni facti ignorantia præsumitur, non verò scientia, *l.verius.ff.de pro-* 378
bat.l. hoc autem. ff. de admin. tut l. fin. in fin. ff. pro suo. l. super servis. C. qui milit.
*non poss.*Mascard.*conclus.1220.num.50* Dyn.*in c.præsumitur.de* R.I.*in 6.*Maranta *in*
*l.is potest.n.224.ff.de adquir.hæred.*Menoch.*6.præs.23.n.51.* ubi addit, quod is, qui
scientiam facti alieni allegat, eam probare debeat, Bart.*in l.quicunque. n. 2. in*
fin.C.de serv.fugit.

XIV. Valida quoque perhibetur fideicommissi alienatio, si omnes de 379
familiâ in alienationem consentiant, sicuti apertè decisum est in *l. nihil pro-*
poni 120.§.omnibus.1.ff.de legat.1. l.quotiens ab omnibus.1.C. de fideicommiss. Novel.
*159.in princ.& cap.3.*Bart.*in l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de V.O.*Socin.*regul.57.limit.*
5. Tusch.*lit.F.concl.283.numer.41.* Petra *de fideicommiss.quæst.8.num.324.* Honde-
dæ.*2.cons.42.num.9.*Romule.*in l.filiusfam. §.Divi.numer.203.ff. de legat.1.* Mantica *de tacit.& ambig.conv.lib.23.tit.20.num.23.*Peregrin.*de fideicommiss.art.40.num.*
*67.*Tiraquel.*de retract lignag.§.1.gloss.9.num.137.*Gail.*2.obs.139.num.10.* Intrigliol.
*de substit.cent.3.quæst.73.num.131.*Fusàr.*de fideicomm.substit.quæst.560.num.1.seq.* atque illum, qui rei alienari prohibitæ alienationi consentit, sibi ipsi præjudicare, talique consensu jus suum remittere, nec alienata revocare posse, tradunt per dictas leges, Bart.*in l. filiusfam.§. Divi. num. 20.*Castrens.*num.10.* Romul.
*num.199.*Ripa *n.14.* Alciat.*num.26. ff.de legat.1.* Paris.*cons.81.num.45.& cons.82.*
*num.16.lib.2.*Peregrin.*de fideicom art.40.num.82.*Magon *Luc.decis.59.n.23.* Petra *de fideicom.quæst.14.num.9.* Fusàr.*de fideic.subst.quæst.*519.*num.1.& ibi alleg.* absurdum enim visum est, eos in re alienatâ quicquam ex voluntate testatoris petere, qui ipsi voluntati non paruerunt, *l.cum pater filios.77.§.libertis.27.ff.de legat.2.*Et regulariter is, qui consentit alienationi rei suæ, vel in quâ jus habet, sibi præjudicat, & semetipsum efficaciter obligatum facit illi, in quem alienatio facta est, nec pœnitere potest, *l.si debitor.4.§.1.l.sicut.8 si voluntate.6.§.venditionis.11.ff.quib.mod.pign.vel hypot.solv.l.si servus.§ 1.ff de donat.inter vir.& uxor.l.2.C.si advers.don.l.in ædibus.§.pen.ff.de donat.* Bart. *in l. quæ dotis, n.15.ff.solut.matr.*
& quod

& quod consentiens rei, quæ casu aliquo ad ipsum venire poterat, sibi omnino præjudicet, scribunt Hartman. Pistor. *lib. 2. quæst. 48. num. 31.* Ro-
381 senthal. *de feud. cap. 9. concl. 39. in not. lit. b.* & qui consentit, habetur, ac si ipse alienasset, Bald. *in l. si ut proponis. C. de serv. fugit. dat. manum.* Fusar. *de quæst. 560. n. 1.*

382 Hinc quando vasallus, consentientibus agnatis, feudum alienavit penitus extraneo, tàm vasallus, quàm agnati consentientes, omne jus, quod in feudo isto habuerunt, amittunt, & ad repetendum illud nullo modo regressum habent, *c. 1. §. præterea. Quib. mod. feud. amitt. 1. feud. 17. §. Titios filios. Si de feud. defunct. cont. 2. feud. 26. & c. 1. in princ. de alien. patern. feud. 2. feud. 39. & ibi* gloss *in verb. consentientibus.* Afflict. *num. 1.* Schenk. *num. 1.* Zas. *part. 9. num. 23. & 30.* Hartm. Pistor. *part. 1. quæst. 6. num. 60. & seq. & n. 71.* Schrad. *de feud. part. 8. cap. 5. num. 2* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 10. num. 72. & cap. 11. num. 102.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. n. 2. & ibi in not. lit. a. & ibi alleg.*

383 Nec refert, an consensus ille præcedat, an sequatur, & postea ratum habeant agnati, *d. cap. 1. ibi: vel postea ratum non habentibus. de alien. patern. feud. 2. feud. 39. & ibi* Dd. *commun.* Alvarot. *num. 4.* Schenk. *numer. 4.* Rosenthal. *d. conclus. 7. num. 3. in not. lib. b.* Peregrin. *d. fideicommiss. art. 40. num. 67. & art. 51.*
384 *num. 45.* Fusar. *d. quæst. 560. num. 3.* Et an consensus sit tacitus vel expressus, Schrader. *d. part. 8. cap. 5. num. 4.* Zas. *cons. 13. num. 112. lib. 2.* Fichard. *cons. 23. num. 8. tom. 2.* Rosenthal. *d. conclus. 77. num. 5.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 10. num. 64.* Fusar. *d. quæst. 719. num. 2.* Menoch. *3. præs. 116.* Veluti si præsentes actui non contradixerint, quem impedire potuissent, per *l. sæp. ff. de re judic. l. fidejussor. 26. §. pater. ff. de pignor.* Hartm. Pistor. *lib. 2. cap. 7. n. 4.* Rosenthal. *d. conclus. 77. n. 7. in not. lit. F.*

Atque etiam in fideicommissi alienatione procedere, idque si agnati & illi de familiâ, quorum interest, alienationi præsentes non contradicant, consentire videantur, scribunt per *l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. 2. l. quoties ab omnibus. C. de fideicommiss. & ibi* Bald. Petra. *de fideicommiss. quæst. 8. num. 534.* Menoch. *3. præsumpt. 110.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 560. n. 22. seq. & quæst. 719. num. 2. seq.* Romule. *in d. l. filiusfam. §. Divi. num. 204. ff de legat. 1.* ubi etiam *num. 205.* singularem notat casum, in quo quis consensum præstare videatur, ut omninò excludatur exceptio ad revocationem bonorum alienari prohibitorum, videlicet, si ille de familiâ intercessisset fide jussor in bonis contra testatoris prohibitionem venditis, quia cum tali causâ promitteret de evictione excluderetur à fideicommisso, vel à petitione revocationis bonorum prohibitorum, & alienatorum, & ita voluisse refert Crotum *per l. exceptione. 11.*

ptione.11.C.de evict. Indeque colligi posse optimam cautelam sive remedium, ut quis posset emere bona prohibita alienari extra familiam, si scilicet procuraret, ut venditor daret fidejussorem sibi illum de familiâ, ad quem jus revocandi spectaret; nam si intercessisset fidejussor omninò excluderetur à revocatione, quia opponeretur sibi de fidejussione evictionis rei, per *d. l. exceptione.11.C.de evict.*

Quod verò reliquos fideicommissi successores attinet, qui non consen- 385
serunt alienationi, ipsis jus suum salvum & integrum remanere, ipsosque bona alienata revocare posse, non videtur habere dubium, gloss. *in l. quoties.& ibi* Jason *num.2.* Fulgos.*num.1.C.de fideicom.*Ripa *in l. filiusfamil. §. Divi. num.116.ff.de legat.1.*Paris.*cons.23.num.203.lib.1.*Tiraquel.*de retract.lignag.§.1.gloss. 9.num.86* Lud.Molin.*de Hispan.primogen.lib.1.cap.8.num.27.& lib.4.cap.9.num.31. in fin.*Petra *de fideicommiss.quæst 11 num 595.*Peregrin. *de fideicommiss. art.52.num. 94.*Intrigliol.*de subst. cent.3.quæst.73.num.131.*Fusar *d.quæst.560.n.28.*

Sed an hoc casu agnatorum consensus & alienatio ipsorum hæredibus & liberis obsit, ut hi alienationem revocare nequeant, dubio non caret? Et 386
hoc casu consensum & ratificationem agnatorum, eorum quoque hæredibus & filiis obstare indè dicendum videtur, quod majorum facta quis observare teneatur, & contrarium postulans non sit audiendus, *l. 1. & 2. si advers.* 387
vendit. Et si ea impugnet, commodum ex iis habere non debeat, & nilominus ad observantiam teneatur *c. cum olim. X. de censib. c. ex eo. de R. I. in 6.* Et 388
recepta juris sit regula, quod hæres factum defuncti omninò ratum habere & approbare teneatur, nec contra id venire possit, *l. cum à matre. 14. C. de rei vind. l. si ab eo. C. de negoc. gest. l. successores. C. de solut. l. ex qua persona. 149. ff. de R. I. l. venditrici.3. C.de reb.alien.non alien.* Decian. *resp.55.num. 99. & seq. vol.3.* Hartman. Pistor.*lib. 2. quæst. 9. num. 1.* Tusch. *lit. F. conclus.53.num.1.& per tot.* Idque non solùm in allodialibus, sed etiam in feudis à vasallo alienatis locum habere, docet Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 11. num.93 seq.* Eò quod filius cum patre, & hæres cum defuncto eadem dicatur esse persona, & obligatio in personâ defuncti orta, ad hæredes transeat, *Novel. 48. in princ. l. fin. C. de impub. & aliis subst.* hæresque adeundo hæreditatem, dicatur quasi 389
contrahere, eoque se obligare ad implendum omnia, quæ defunctus implere tenebatur, *§. hæres quoque. I. de oblig. quæ ex quasi contr. l. apud. Julianum. in fin. ff. ex quib. caus. in poss. l. ex maleficiis. §. hæres. ff. de O. & A.* Menoch. *cons. 315.n.59.vol.2.*

Indeque receptam apud omnes esse sententiam, quod hæres factum de-

functi, etiamſi hoc jus illi debeatur aliundè, quàm ab ipſo defuncto, ejusque hæreditate & ſic jure proprio, ratum habere teneatur; ſcribunt per d.l.cum matre.& ibi gloſſ. & Dd.C.de rei vind.l.ſi fundum.5.l.ſi venditrici 3.C.de reb.alien. non alien.Molin.in conſuet.Pariſ.§.8.gloſſ.3.numer 22.Hartm.Piſtor.lib.2.quæſt.9.num. 8.Pinel.ad l.1.part.3.num 82.verſ.infertur ſecundò C.de bon. matern. Roſenthal. de feud cap.9.concl.69.num 5.in not.lit.1.& concl.70.num.22.Graſſus §.hæreditas. quæſt. 12. num.7. Et quod hæres non poſſit venire contra factum defuncti, etiamſi hic alienaſſet rem hæredis, vel fideicommiſſum ad hæredem ſpectans, nominatim tenent Cephal.conſ.392.numer.26.ſeq Caſtrenſ.conſ.370.numer.2.lib.2. Fulgoſ.conſ.67.Alex.conſ.3.in princ.& conſ.23 in fin.& conſ 32.in fin.lib.3.Dec.conſ.38.n. 5.& conſ.597.num.3.Pariſ.conſ.33.num 15.lib.1.Roſenthal. de feud. cap.9. concluſ.70. num.12. Hartm. Piſtor.lib.2.quæſt.9.num.8.& ſeq. Tiraquel.de retract.lignag.§.1. gloſſ.9.num 47.& ſeq.Menoch.conſ.89.num.34.& ſeq. & per tot. Tuſch. lit. F. concl. 53.num.31.Joſeph.Ludov concluſ.16.illat.82.ampl.2 & deciſ.Luc 64.num. 25. Marzar.de fideicomm.quæſt.40.Petra de fideicommiſſ. quæſt. 4. num. 315.ſeq. & num. 323. ſeq.Peregrin de fideicommiſſ.art 33.num.1.ſeq. Fachin.5. controv.cap.19. Vinc.Fuſar.de fideicommiſſ.ſubſt.quæſt.557.num.1.ſeq. & ibi alleg. Atque etiam procedere in hærede hæredis, ita ut nec hic bona fideicommiſſi alienata revocare poſſit, volunt Rol. à Valle conſ.30. & 71. numer. 14. lib. 4. Decian. conſ. 55. lib. 3. Menoch conſ.89. num. 126. Boër. deciſ. 231. num. 20. Peregrin. de fideicommiſſ.
371 art.33. num.15. Fuſar.d.quæſt.557.num.5. Etiamſi fideicommiſſum expreſsè alienari fuerit prohibitum Cephal.d.conſ.392.n.22.ſeq. Decian. conſ.55. num. 87. & ſeq.lib.3.Tiraquel.d.gloſſ.9.num.94.Tuſch.d.concl.53 n.33.& ſeq Peregrin.d.art. 33.n.1.ſeq.Molina de Hiſpan.primog.lib.4.cap.1.num.16.Pinel.in l.part.3.num.81.C. de bon matern.

Et quod in feudis quoque hæredes vaſalli defuncti factum præſtare teneantur, & feudum à vaſallo alienatum revocare nequeant, vulgata eſt Dd.
392 concluſio, idque de filio hærede, quod ipſe feudi alienationem à patre factam revocare non poſſit, tradunt gloſſ. in c.1. §. hoc quoque. in verb. inveſtiri. de ſucceſſ. feud. & ibi Iſern. num.6.& 7.Bald.num.20.Alvarotn.1.& 15.Laudens. num.30.Præpoſ.num.8.Afflict.n.20.Schenk.n.5.& 8. Zaſ. de feud.part. 8.n.62. Roſenthal.de feud.cap 9.concl.69.n.1.lit.a. Vultej.de feud.lib.1.c.1.num.86. Idque in omni caſu & quocunque feudo, ſive hæreditario, ſive ex pacto & providentiâ, ſive antiquo, ſive novo procedere, & filium jus revocandi feudum à patre alienatum non habere ſcribit Vultej.d.l.num.88.Fuſar de fideic.ſubſt.quæſt.557. num.4.Et de aliis vaſallis agnatis, quod nec hi feudum à defuncto, ſi ipſius hæ-

redes

redes sint, alienatum revocare valeant, docent Isern. *in c. 1. in princ. n. 1.* Alva-
rot. *num. 7.* Præpos. *n. 3.* Schenk. *n. 6. de alien. pater. feud.* Zas. *de feud part. 9. num. 28.*
Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 6. in fin. & quæst. 9. num. 11.* Tiraquel. *de retract. 1. gloss. 9.*
§. 1. n. 49. Pinel. *in l. 1. part. 3. num. 81. C. de bon. matern.* Vultej *d. cap. 11. n. 93.* Ro-
senthal. *d. concl. 69. n. 2. lit. b.* sive feudum sit hæreditarium, in quo hoc maximè
procedere & minus dubii habere scribunt Laudens. *in c. Titius filios. numero. 15. si*
de feud. defunct. controv. Zas. *part. 8. num. 61.* Dec. *cons. 185. num. 2.* Afflict. *decis.*
240. num. 11. Rosenthal. *d. concl. 69. in not. lit. a. circa fin.* sive ex pacto & pro-
videntiâ, Curt. jun. *de feud. part. 4. num. 148. & 152.* Zas. *part. 9. num. 28.* Clar. *§.*
feudum. quæst. 42. num. 14. Hartman. Pistor. *lib. 2. quæst. 9. num. 12.* Vultej. *d.*
cap. 11. num. 93. Rosenthal. *d. conclus. 69. num. 5. lit. g. & ibi alleg.* & sive hæres
inventarium fecerit, sive non, per tradita Vultej. *d. cap. 11. n. 94. & seq.* Idem 393
in bonis primogenituræ procedere, nec filium hæredem alienantis, qui in pri-
mogeniturâ succedit, alienata revocare posse, tradunt Molina *de Hispan. primog.*
lib. 4. c. 1. n. 21. seq. Menoch. *cons. 1196. n. 11. & cons. 1204. n. 14.*

Verum his & similibus non attentis, contrarium, consensum hunc
vel alienationem patris, vel agnatorum non obstare ipsorum filiis & hæredi- 394
bus aliis agnatis verius mihi videtur, & si res aliqua fideicommisso familiæ
subjecta, omnibus de familiâ consentientibus alienetur, filios postea susce-
ptos & natos, vel ex ipso alienatore, vel ex illis, qui alienationi consense-
runt, rem alienatam repetere & vindicare nihilominus posse, docent per
l. peto 69. §. fratre 3. ff. de legat. 2. Jason. *in l. quoties 11. & ibi* Fulgos. Corne. *C. de*
fideic. Joan. de Ana. *cons. 47.* Crot *in l. filiusfam. §. Divi. 14. & ibi* Alciat. *circa.*
fin. ff. de legat. 1. Dec. *cons. 498. n. 20.* Paris. *cons. 23 num. 203. lib. 1.* Honden. *cons. 72.*
n. 32. lib. 1. Natta *cons. 470. n. 12. vers. nec dicatur.* Cravet. *cons. 200. n. 7. vers. rursus*
illa regula. Alex. *cons. 84. n. 7. in fin.* Schurff. *2. cons. 82. n. 5.* Schrad. *de feud. part. 8.*
c. 7. n. 13. Hartm. Pist. *lib. 2. quæst. 6. n. 38.* Mantica *de tacit. & ambig. convent. lib. 23.*
tit. 20. n. 23. Vinc. Fusar. *de fideic. substitut. quæst. 318. n. 113 seq. & quæst 719. n. 11.* Et
quando res alienari fuit prohibita, quod tunc hæres possit contravenire &
rem alienatam revocare, tradunt Ruin. *cons. 220. lib. 1.* Natta. *cons. 470. n. n. 13. 16. seq.*
Cravet. *cons. ult. part. 1.* Cephal. *cons. 282. & cons. 393. n. 25. 128. seq.* Castr. *in l. filius-*
fam. § Divi. ff. de leg. 1. Tiraquel. *de retract lignag. § 1. gloss. 9 n. 58.* Marzar. *de fideic.*
quæst. 46. vers. postremo. Fusar. *d. quæst. 557. n. 8.* Et quod hæres possit recuperare fi-
deicommissum alienatum per patrem suum, cui est hæres, tenent Alex. *cons. 94.*
n. 7. Jason. *cons. 56. lib. 3.* Natta *cons. 470. n. 12.* Alciat. *in filiusf. § Divi. ad fin. ff. de*
legat. 1. Peregrin. *cons. 29. n. 13. lib. 4.* Pinel. *in l. 1. part. 3. n. 82. vers. infertur undecimo.*
C. de bon. mater. Pedemont. *decis. 180. per tot. & ibi alleg.*

395 Idque etiam de filiis & agnatis post alienationem natis, eosdem alienata revocare posse, docent Ripa *in l. filiusfamilias. §. Divi. num. 17. ff. de legat. 1.* Natta *consil. 675. num. 6.* Cravet. *consil. 51. num. 12.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 10. num. 44.* Petra *de fideicommiss. quæst. 11. num. 584. & seq.* Menoch. *4. præsumpt. 93. in fin.* Peregrin. *de fideicommiss artic. 22. num. 75.* Boër. *quæst. 12. num. 4.* Magon. *decis. 91.* Fusar. *de fideicommiss substit. 318. num. 107.* Non enim est inconveniens, quod res in suspenso maneat, donec spes subest, aliquos esse nascituros, *l. si duobus. in princ. ff. de legat. 1.* Fusar. *d. l. num. 108.* Etsi postea nati non admitterentur, hoc inde sequeretur inconveniens, quod prohibitus ante nativitatem vocatorum ad libitum alienare, & sic testatoris voluntatem deludere posset, quod tamen fieri non debere constat *ex l. si id quod ff. de liberat. legat. l. cætera. ff. de legat. 1. c. si civitas. de sent. excom. num. 6.* Peregrin. *de art. 22. num. 75.* Fusar. *d. l. num. 110.*

Cujus ratio hæc est evidens, quod fideicommissi institutor ipsa bona fideicommissaria perpetuò in familiâ permanere & ad omnes de familiâ in infinitum, & qui unquam sunt exituri, pervenire voluit, atque ita ex ipsius institutoris intentione omnibus de familiâ, quandocunque ad ipsos successionis ordo pervenerit, jus in bonis istis quæsitum est, hoc autem ipsis invitis auferri non posse, demonstratum est *supra cap. 3. numero 22. & cap. 8. numer. 380. seq.*

396 Ex quo etiam patrem filiis in feudo non posse præjudicare, si id sit ex pacto & providentia antiquum, docent Alex. *cons. 106. num. 8. & cons. 107. n. 1. lib. 4.* Dec. *cons. 239. numer. 6.* Afflict. *in tit. de success. feud. pater num. 12.* Valasc. *de jur. emphyt. quæst. 49. num. 6. vers. sed quantum ego.* ubi id etiam in emphyteusi procedere probat, & non posse patrem in præjudicium filiorum vel reliquorum de familiâ pacta & tractatus facere, per quos à jure successionis excludantur, tradunt Wesembec. *cons. 41. num. 105.* Gylman. *tom. 1. symph. part. 2. tit. 8. vol. 2. num. 13. seq.* Tileman. de Benign *syntag. 3. decad. 3. vot. 5. num. 153.* Et si de facto feudum paternum vel antiquum alienaverit, filii tamen, etiamsi hæredes sint, illud revocare possint, *c. un. in fin. princ. de success. feud. 1. feud. 8. c. un. in fin. per quos fiat invest.* Zas. *de feud. part. 9. num. 30.* Wesembec. *de feud. cap. 11. num. 17.* Schrader. *de feud part. 8. num. 41.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. conclus. 71. num. 1. seq.* Myns. *4. obs. 85. num. 3.* Bened. Carpzov. *in jurisprud. part. 2.*
397 *const. 48. defin. 9.* adeò, ut pater feudum ex pacto & providentiâ antiquum, nec uni filiorum prælegare possit Alex. *cons. 89. num. 9. & cons. 104. vol. 4.* Socin. jun. *cons. 72. numer. 40. vol. 1. & cons. 160. num. 44. vol. 4.* Zas. *part. 8. num. 60.*

Rosen-

Rosenth. *de feud. cap. 7. quæst. 3. num. 4. in not. lit. e.* Schrader. *d. feud. part. 7. cap. 2. num. 3.* Vultej. *1. feud. cap. 9. num. 79.* etiamsi domini consensus accesserit, Menoch. *cons. 101 num. 1. vol. 2.* nec disponere possit, ut filii inæqualiter in feudo succedant, Zas. *de feud. part. 8. numer. 10.* Sonsbec. *part. 9. numer. 5.* Schrader. *de feud. part. 7. cap. 2. num. 3. vers. quinimo.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. concl. 3. num. 2. in not. lit. g.* Et patris alienationem rei feudalis non nocere filiis vel aliis 398
agnatis alienatoris, licet nati & concepti fuerint post alienationē factam, tradunt Isern. *in c. 1. §. hoc quoque & ibi* Landens. *n. 9.* Alvarot. *n. 6.* Præpos. *n. 7.* Schenk. *num. 2. de success. feud.* Schurff. *2. cons. 16. & cons. 82. num. 2.* Schrader. *de feud. part. 18. cap. 7. numer. 12.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 6. num. 37. sequent.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. conclus. 79. numer. 1. & seq.* Vultei. *lib. 1. de feud. cap. 11. num. 97.*

Atque hinc etiam renunciationem fideicommissi à patre factam, filio 399
post patrem ordine successivo vocato, non nocere, tradunt Decian. *cons. 33. numer. 18. & cons. 52. n. 20. lib. 1.* Alciat. *resp. 577. num. 3.* Cavalcan. *decis. 36. num. 28. part. 1.* Menoch. *3. præs. 15. n. 19.* Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 593. num. 165.* Sed renunciatio valet tantum in præjudicium renunciantis, non verò sequentium, Ruin. *cons. 13. num. 10 lib 2.* Alciat *resp. 561. in fin* Menoch. *3. præs. 115. num. 59. & cons. 545. num. 7.* cum nemo alieno juri renunciare, nec pactionibus privatis jus alterius lædi possit, *l. Imperatores. 3. ff. de transact. l. si unus 27. §. pacta. 4. in fin. ff. de pact. l. 1. & seq. C. res inter alios acta.* Bart. *in l. pen. C. de pact.* Mynsing. *5. obs. 63. num. 10.* Tiraquel. *in l. si unquam in pr. num. 88. C. de revoc. don.* Etiamsi alter à renunciante causam non habeat, *per l. quod bonis.* 400
15. § fin. ff. ad L. Falcid. l. pen. C. ut in possess. legat. Bart. *in l. hac edictali. in fin. princ. C. de secund. nupt.* vel juramentum intervenerit Bart. *d. l.* Myns. *d. obs. 63. numer. 11.* vel jus alteri tantum in spe competat, *l. in diem. 9. §. fin. ff. de aqu. pluv. arc.* Tiraquel. *de retr. conv. §. 1. gloss. 7. num. 20.* Ac hæredem per actus voluntarios non posse præjudicare fideicommissariis & substitutis, tradunt Bart. *in d. l. in diem. numer. 11. ff. de aqu. pluv. arc.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 52. num. 81.*

Atque inde etiam primum fideicommissarium non posse repudiare fi- 401
deicommissum in præjudicium reliquorum, tradit Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 588.* Et renunciationem fideicommissi à primo substituto factam, 402
non nocere secundo vocatis & reliquis, docent Ripa. *in l. qui Romæ. §. duo fratres numer. 101 ff. de V. O.* Decian. *cons. 33. num. 108. seq. lib. 1.* Menoch. *3. præs. 115. n. 59. & præs. 147. num. 15.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 52. num. 81. seq.* Fusar. *d.*

403 *l. quæst 597. n. 1. seq. & ibi alleg.* Sicuti nec filii renunciationem nocere ne-
poti, si hic proprio jure veniat, scribit Bart. *in l. qui superstites. ff. de adquir. hæ-*
404 *red.* Alex. *cons. 75. vol. 1* Ex quo renunciationem primogeniti, licet ipsi renun-
cianti noceat, non tamen ejus successoribus in majoratu à majoribus pro-
veniente, quicquam præjudicare, tradit Tiraquel *de primogen. quæst. 21. n. 7.
& quæst. 26. n. 5. & quæst. 40. n. 87.* Pinel. *in l. 1. part. 3. num. 49. vers. infertur e-
tiam. C. de bon. mater.*

Nec his jura in contrarium allegata adversantur, quia illa loquuntur
de hæredibus ipsius alienantis, vel consentientis, seu qui ab ipso alienatore,
vel consentiente beneficium, sive hæreditatem consequntur, hi enim defun-
cti factum præstare tenentur, secus verò se res habet, si hæreditas vel benefi-
cium, sive bona non ab ipso alienatore, vel consentiente, sed ab alio quodam
testatore, vel disponente proveniant, prout hæc fideicommissa à primo te-
statore sive institutore originem trahunt, & principaliter proveniunt, & in
his non succeditur ipsi fideicommissario defuncto, sed primo institutori, ut
dictum est *supra cap. 8. n. 77.* Quoties autem filius vel hæres beneficium, hæ-
reditatem, vel bona non habet à patre suo, vel alio defuncto. tunc contra fa-
ctum ejus venire potest, Menoch. *cons. 104. num. 54. lib. 1.* Hier. Schurff. *cent. 2.
cons. 82. num. 3.* Cravet. *cons. 200. n. 5. seq.* Castrens. *cons. 448. in fin. lib. 2.* Gram-
405 mat. *decis. 93.* Et generaliter hæredem defuncti factum impugnare posse,
quotiescunque non aliquo hæreditario, sed proprio jure nititur, docent per
l. Sejæ. 73. ff. de evict. l. si tibi. l. fin. C. eod. Castrens. *in l.* Lucius *in fin. ff. solut.
matrim.* Dec. *cons. 185. num. 5. in fin. & cons. 445. num. 55.* Alex. *cons. 18. num. 12. vol. 5.*
Tiraquel. *de retract. §. 1. gloss. 9. num. 53.* Alciat. *in l. filiusfam. §. Divi ad fin. ff. de*
406 *legat. 1.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 9. num. 46.* Et quando filius bona non à pa-
tre, sed aliundè, à patruo habet, quod patris testamento contravenientis
factum filio non noceat, scribunt Natta *cons. 470. num. 24. vers. circa tertium* Me-
noch. *1255. num. 38. in fin. seq.* ac quotiescunque hæres ex propria persona ve-
nit, & non ex personâ ejus, cui hæres est, ipsum contra factum defuncti ve-
nire posse, tenent, *arg. l. fin. C. de evict. l. defuncto. C. si in fraud. patr.* Dec. *cons.
185. & cons. 445. num. 55.* Castrens. *cons. 199. per tot. lib. 1.* Tiraquel. *de retract. lig-
nag. §. 1. gloss. 9 num. 134.* Petra. *de fideicommiss. quæst. 14. n. 320. & num. 301. in fin.*
Peregrin. *de fideicom. art. 52. num. 91. seq.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 560. num. 11. &
num. 18. & quæst. 597. n. 3.* Quia consentiens & renuncians censetur renunciare
juri in suum favorem introducto, non autem juri ad hæredem ex propriâ
personâ spectanti, gloss. *in l. jubemus. §. scientes. verb. renunciant. C. de S. S. Eccles.*
Natta *cons. 470. n. 12. seq.* Decian. *cons. 33. n. 109. lib. 1.* Fusar. *d. quæst. 560. n. 12.*

Ac

Ac vulgò regulam illam, quod hæres non potest venire contra factum defuncti, limitari, ut locum quidem habeat, quoad portionem, pro qua est hæres, non autem respectu alterius portionis, pro quâ hæres non est, & pro hac ipsum contravenire posse, docent gloss. *in leg. cum à matre. C. de rei vindic.* Cagnol. *in l. ex qua persona. num. 1. ff. de R. I.* Pinel. *in l. 1. part. 3. num. 80. vers. limitatur undecimo. C. de bon. matern.* Vultej. *1. Marpurg. cons. 11. num. 147.* quia hæres repræsentat personam defuncti pro eâ tantum parte, pro qua hæres est, quoad alias verò partes dicitur extraneus, gloss. *&* Bart. *in l. 2. in fin. ff. de prætor. stipul.* Tiraquel. *de retract. consang. §. 32. gloss. 1. num. 50.* Fusar. *de fideicomm. substit. quæst. 557. num. 21.* 407

Hinc hæredem posse retrahere rem à defuncto alienatam, quoties aliundè, quàm à defuncto ipsi in ea jus est adquisitum, tradunt Dd. *com. in l. defuncta, & ibi* Castrens. *C. si in fraud. patron.* Nicol. Everhard. *in loc. de tanquam seu respectivis. 116. num. 29.* Vultej. *4. Marpurg. cons. 20. num. 107.* Siquidem hoc non facit ut hæres defuncti, sed tanqaam proximior de genere & familiâ, Everhard. *d. num. 29.* 408

Neque etiam tenetur hæres approbare factum defuncti in iis, de quibus liberè disponere non potuit, Cravet. *cons. 200. num. 7.* Vel quæ defunctus tenebatur omninò relinquere ipsi hæredi, Cravet. *d. cons. 200. n. 5. seq.* Castrens. *cons. 448. in fin. lib. 2.* Menoch. *cons. 104. num. 54. lib. 1.*

Quando quoque factum defuncti est contra legis præcepta, atque adeò vel ipso jure, vel per modum exceptionis invalidum, hæres id ratum habere non tenetur per *l. fin. C. de his quæ pœn. nom. l. dotale. §. fin. ff. de fund. dot.* Bald. *in c. 1. de probib. feud. alien. per Frider.* Bart. *in l. post contractum. vers. sed. an venditor. ff. de donat.* Paris. *cons. 33. n. 97. vol. 3.* Natta *cons. 289. n. 6. vol. 2.* Joseph. Ludov. *concl. 16. vers. hæc revera est realis.* Afflict. *decis. 240. vers. item quia filius.* Pinel. *in l. 1. part. 3. n. 83. vers. limitatur nono.* Grassus *§. hæreditas. quæst. 12. n. 2.* Vultej. *2. Marpurg. cons. 25. n. 117. & 3. cons. 34. n. 199.* Tuschus *lit. F. concl. 264. n. 30. & seq. & lit. H. concl. 53. n. 41.* Et quod hæres valido tantum, non autem invalido defuncti facto stare teneatur, commune esse dogma, attestatur Cravet. *cons. 200. numer. 85.* Rol. à Valle. *cons. 71. numer. 38. vol. 2.* Paris. *cons. 34. lib. 2.* Grassus *§. hæreditas. quæst. 12. vers. stat ergo firma conclusio.* ubi ita omnes teneri *in l. cum à matre. C. de rei vind.* asserit, & quod prædicta conclusio, quod hæres facto defuncti stare teneatur, omnium confessione de obligationibus & factis, quæ jure consistunt, intelligatur, scribit Marzar. *cons. 65. numer. 3. & cons. 67. numer. 11.* 409

Ac

Ac quando actus est nullus, quod hæres facto defuncti contravenire possit, infinitos allegat, Surd *cons.196.num.54.& seq.* Tusch.*l. H. concl. 53. numer. 41.* Quando autem fideicommissum expresse alienari est prohibitum, vel alienationis prohibitio per ultimam voluntatem, vel à lege facta, alienationem
410 ipso jure nullam & invalidam esse, dictum est *supra. num.13* Quo casu non solum hæres alienantis, sed & ipse alienans pœnitere, proprio facto contravenire, & rem alienatam revocare possunt, Bald. *in l.1. C. de revoc. don.* Cravet. *d. cons 200.num.7.* Natta *cons.470.num. 12 lib.2.* Tusch.*lit. H. conclus.53. num. 22. & lit. F. conclus.264. num.36.* Vultej.*4 Marpurg.cons.11.num. 144.* Tiraquel. *de retract. lignag.§. 27. gloss.2 num. 6.* Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 717. num. 2. & ibi alleg.* contra factum enim proprium quisque venire potest, quando id ipso jure nullum est & inane, *l. post mortem. & ibi* gloss. Bart. *ff de adopt. l. 2. & ibi* gloss. *C. si advers. rem judic. c. nosti. X. de elect.* Fusar. *d. quæst. 717. num. 3.* exemplo Prælati, qui rem Ecclesiæ nulliter & sine solemnitatibus alienans, eandem à possessore revocare potest gloss. *in l.1.§. & cum lex. & ibi* Cyn. *C. de rei uxor. act.* Fusar. *d.l.num 4. & 9.* Et ipsum patrem alienantem nomine filii, tanquam legitimum administratorem, alienata revocare posse, sentiunt Bald. *in l. cum à matre.num.4.ff de rei vin.* Pinel *in l.1.part.3.num.73.C. de bon. mater.* Tiraquel. *de retract.lignag.§.1.gloss.9.num.75.* Magon *decis.92.num.35.* Fusar *d. quæst. 717.num.8.* Et sic hæres non tenetur approbare factum defuncti jure reprobatum, & quod ipsemet, qui fecit, retractare posset, Afflict. *decis.240. num.7. & 8.* Tusch. *d.numer.22.* Cravet. *cons.200.numer.7.vol.1.* Vultej. *4. Marpurg. cons.20. num. 61. & cons.11.num.145.*

Neque etiam contrariantur ea, quæ de feudi alienatione à vasallo facta, & quod eandem filii & vasalli hæredes impugnare nequeant, dicta sunt; quamvis enim ita Dd. nonnulli teneant, alii tamen contrarium sentiunt. Dec.
411 *cons.145.num.56.* Jason. *cons.56.vol.3.* Natta *cons.470.num.15.sequentib.vol.2.* Et vulgò distingui solet, inter alienationem à patre & feudi possessore licitè vel illicitè factam, ita ut si licitè feudi alienatio sit facta, eam vasalli hæredes retractare non possint, secus verò quoad alienationem illicitè factam, Schrader. *de feud.part.7.cap.2.num.48. & 49.* Rosenthal. *de feud.cap.9.concl.69.n.7. & 9. & ibi in not.lit.K. & N. & ibi alleg.*

412 Nec quoque hoc casu hæres defuncti facto contravenire videtur, quoniam defunctus alienans de jure tantum suo, non verò alieno in dubio consensisse & jus tantum, quod in re ista habuit, concessisse, nec ultra hoc sibi, vel hæredi suo præjudicare voluisse, intelligitur, *c. pastoralis. & ibi* Ant. Butr. *X. de donat. l. prædia 5. & ibi* Bart. *C. de locat. præd. fisc.* Angel. *in l. si domus.74. §. fin.*

§. fin. & ibi Alex. *num. 3. &* Jason, *num. 11. ff. de legat. 1.* quemadmodum pater renuncians feudo, illi tantum juri renunciasse intelligitur, quod ipse in feudo pro tempore vitæ suæ habet, non autem juri filiorum, Bald. *in l. qui se patris. C. unde lib.* Aretin. *in l. apud Iulianum. 41. §. si quis alicui. col. fin. ff. de legat. 1.* Idemque esse, si vasallus feudum vendat ei, qui scit eam rem feudalem esse, 413
& tunc similiter intelligi ipsum alteri tantum vendidisse, vel concessisse hoc jus, quod ipse in feudo isto habet, nec credi illum hæredi suo vel juri hæredis sui præjudicare voluisse, tradunt per *l. quisabernas. 32. & ibi* gloss. Bald. *ff. de contr. empt.* Dec. *cons. 208. num. 9.* Alex. *in l. si domus. §. fin. num. 4. & ibi* Jason. *n. 24. ff. de legat. 1* Schrader. *de feud. part. 8. cap. 8. n. 6.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. concl. 80 n. 9. seq.*

Et quamvis nonnulli statuant, quando alienantes vel alienationi consentientes hæredum quoque mentionem fecerunt, & horum quoque nomine alienationi consenserunt, quod tunc hæredes quoque ex facto defuncti obligentur, & alienationem fideicommissi vel feudi revocare nequeant, Curt. *de feud. part. 4. n. 150.* Zas. *de feud part. 9. n. 27.* Rosenth. *de feud. cap. 9. concl. 79. n. 10. & ibi in not. lit. P.* Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 560. n. 13.* 414

Hoc tamen in fideicommissis familiarum non obtinere censeo, cum hæc promissio sit accessoria ad principalem contractum vel obligationem, & sic secundum naturam ejus intelligenda veniat, *l. damni infecti. 18. in princ. ff. de damn. infect. l. si stipulatus 4. ff. de usur.* Bald. *in l. si familiæ. 14. & ibi* Bart. *famil. ercisc.* Schrader. *d. cap. 8. num. 7.* Et fideicommissi possessor, sive pater, sive agnatus sit, filiis & reliquis agnatis in fideicommisso nihil quicquam, nec tacitè, nec expressè præjudicare, nec Princeps ex plenitudine potestatis jus hoc cognatis quibuscunque in bonis hisce adquisitum auferre possit, per tradita *supra cap. 3. n. 22. & cap. 8. n. 380.*

Nec dici poterit, quod filiorum & hæredum hujusmodi revocatio & 415
improbatio contractuum, à patre defuncto initorum, honori, pietati & reverentiæ parentibus & defunctis debitæ repugnet, & pietas exigat, ne ea, quæ pater ipsorum gessit, & contraxit, cum dedecore ipsius in irritum revocent, sed potius ut ea, quæ ipsi placuerunt, pro debita reverentia, rata habeant, & suo etiam consensu approbent, ut scribit Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 13. num. 61.* Resp. cum enim jura civilia nos doceant & permittant bona adventitia, materna, avita & pro familiæ conservatione, perpetuò relicta, alienari non posse, sed à parentibus alienata licitè revocari & vindicari, *l. 1. C. de bon. mater. l. cum oportet. §. non autem. l. fin. §. ipsum autem. C. de bon. quæ lib. l. filiusfam. 114. §. Divi. 14. ff. de legat. 1. & simil.* non possum mihi persuadere, hæc impia esse.

Imò parentes ab impietatis labe vix excusari videntur, qui scientes res liberorum alienant, intervertunt & dissipant, cum ipsorum sit liberis thesaurizare, ut loquitur Rosenthal. *de feud. cap. 9. concl. 71. num. 15.*

416 Quamvis autem consentiens fideicommissi alienationi, sibi præjudicet, nec rem alienatam revocare possit, ipsi tamen in pretio non esse præjudicatum, sed ipsum illud ab alienante nihilominus consequi posse, sentiunt per *l. mater tua. 3. & ibi* Bart *&* Bald. Castrens. *C. de rei vind.* Jason *in l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 115. & ibi* Ripa *n. 84.* Aliat *num. 31. ff. de verb. oblig.* Hier. Gabr. *cons. 125 n. 18. lib. 1.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 40. num. 76. seq.* Fusar. *d. l. quæst. 560. n. 31.* Satis enim est, quod ex consensu validus redditur contractus, nec id trahi debet ad pretii remissionem, cum donatio in dubio non præsumatur, *l. cum de in debito. ff. de probat.* & in universalibus pretium rei loco succedat, *l. si rem & pretium. ff. de petit. hæred.* Fusar. *d. l. n. 32. vers. prima opinio.*

417 XV. Fideicommissa hæc familiarum Nobilium, & bona alienari extra familiam prohibita, possunt quoque alienari in illos, qui sunt de familia, & qui in illis aliâs sunt successuri, per *l. filiusfam. 114. §. cum pater. 15. §. sed etsi. 16. §. sed si omnes. 17. ff. de legat. 1. l. unum ex familia. 67. §. 1. & seq. ff. de legat. 2. l. pater filium. 38. quindecim. 5. l. is qui complures. 94. ff. de legat. 3.* Bald. *in l. voluntas. C. de fideicommiss.* Jason *in lib. 3. num. 114. & 116. C. de jur. emphyt.* Decian. *cons. 31. num. 107. & seq. lib. 1.* Tusch. *lit. F. concl. 283. num. 72. & 79.* Hondedæ. *2. cons. 42. num. 35. seq.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst 6. num. 18.* Besold. *cons. 11. num. 35. & cons. 83.*
418 *num. 8.* Fusar. *de substitut. quæst. 916. num. 1. seq.* Georg. Everhard. *2. cons. 7. num. 12. seq.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 103. & 530.* Exemplo feudi, quod licet aliâs sine consensu domini & agnatorum alienari nequeat, subsistit tamen alienatio facta in agnatum, qui aliâs erat successurus, & in investitura comprehensus *c. 1. §. 1. per quos fiat investit. c. 1. in verb. agnatos. de alien. patern. feud.* Bart. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de V. O.* Bald. *in l. voluntas. C. de fideicommiss.* Jason. *cons. 64. num. 3. lib. 3.* Hartm. Pistor. *d. quæst. 6. num. 11. seq.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 10. numer. 87.*

419 Et hæc sententia dubio caret, si alienatio fiat in filios aliâs in hoc fideicommisso successuros, quia alienatione prohibita, nunquam prohibita censetur illa, quæ fit in filios, Bald. *in l. cum pater. §. cum inter. ff. de legat. 2. & cons. 358. num. 3. lib. 1.* Riminald. *jun. cons. 15. num. 10. & num. 49. seq. lib. 1.* Honded. *cons. 42. num. 31. lib. 2.* Fusar. *de fideic. subst. quæst. 715. num. 1. seq.* Etiamsi verbis quantumcunque generalibus alienatio interdicta reperiatur,

Ruin.

Ruin. *in l. filiusfam.* §. *Divi. col. 31. vers. vel est speciale. ff. de legat. 1.* Socin.
jun. *cons. 18. n. 35. lib. 3.* Honded *d. numer. 31.* Fusar. *d. l. num. 2.* Quia quando 420
res aliqua devenit ad aliquem, promiscuus usus censetur concessus etiam filiis
& in horum personis dominium potius dicitur continuari, quam de novo
adquiri, & in illis censetur cessare verisimiliter odium & causa prohibitionis
*arg. l. in suis. ff. de liber. & posthum. l. 1. C. qui ante apert. tab. l. cum ratio ff. de
bon. damnat.* Imò causa quoque finalis, ut scilicet bona in familia permaneant, & familia inde splendidior reddatur, etiam in filio obtinet, & adimpletur.

Atque inde etiam bona hæc fideicommissaria alienari posse in proximio- 421
rem successorem tenent per *l. peto. 69. §. fratre. ff. de legat. 2.* Bologner. *cons.
6. num. 37. & seq.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 282.* Fusar. *d. quæst.
717. num. 1. & seq.* Quia per hoc nullius juri præjudicatur, & hæc potius
est cessio quædam, sive renunciatio juris competentis, quàm alienatio, cujusmodi cessionem & renunciationem licitam esse, dicetur *infra cap. 16.
num. 119. seq.* Imò licitum esse fideicommissi possessori, si plures extent 422
ejusdem gradus, in unum ex illis, qui placuerit, vel etiam in alium remotioris gradus, de familiâ alienare, docent per *d. l. filiusfamilias. 114. §. sed
si omnes. 17. ff. de legat. 1.* Georg. Everhard. *2. cons. 7. num. 12.* Paris. *cons. 1.
num. 46. vol. 1. & cons. 72. n. 12. vol. 2.* Ruin. *cons. 166. num. 3. lib. 2.*
Dec. *cons. 287. num. 11.* Hier. Gabriel. *cons. 132. num. 70. quæst. 9. lib. 1.* Corne. *cons.
86. lib. 4.* Surd *cons. 11. num. 6. lib. 1.* Menoch. *cons. 327. num. 104. lib. 4.* Honded.
1. cons. 78. numer. 34. & 2. cons. 42. numero 33. & seq. Raph. Cuman. *in d. l. omnia.
32. §. in fideicommisso. numer. 2. ff. de legat. 2.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8.
tit. 12. num. 15.* Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 380. numero. 17. seq. & quæst.
716. numer. 3 sequentib.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 14 numer. 7.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. numer. 503.* Quia testatoris voluntas ex hac alienatione non
offenditur, per *l. voluntas. 4. & ibi* Dd. C. *de fideicommiss.* Dec. *d. cons. 287. numer.
11. vers. non obstat.* Et sufficit, quod apud unum remaneat fideicommissum, 423
nec opus est remanere apud omnes, *l. unum ex familia. 67. §. itaque si 2. ibi:
satis erit uni reliquisse. ff. de legat. 2.* Paris. *cons. 109. numer. 18. lib. 3.* Cephal. *cons.
694. num. 30. lib. 5.* verum est enim in familia reliquisse, licet uni reliquisset.
d. l. filiusfam. 114. §. sed si omnes. 17. in fin. ff. de legat. 1. & familiæ vocabulum
genericum continet sub se singulos de familiâ, & factâ alienatione in unum
ex his, licet remotiorem, bona non possunt dici extra familiam alienata, Fusar.
d. quæst. 716. numer. 6. in fin.

424 Hinc quoque feudum in agnatos etiam remotiores alienari posse, concludunt per *c. vers. & licet. de alien. feud. pater. c. 1. §. sed etiam res per quos fiat investit. c. 1. §. si vero cum domini. de alien. feud.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 6. n. 11. seq.* Jul. Clar. §. *feudum. quæst. 42. n. 13.* Sixtin. *2. Marpurpg. consil. 9. n. 176. seq.* Et si pater feudum uni liberorum adsignaverit, id alios filios hæredes non posse impedire, tradit Sonsbec. *de feud. part. 13. n. 179.*

425 Verum superior hæc conclusio non procedit, & alienatio in remotiores non valet. 1. quando certus succedendi modus & forma præscripta ab ipsius fideicommissi institutore, hanc enim præcisè servandam esse, constat ex dictis *supra cap. 9. n. seq.*

426 2. Quod idem est, si institutor proximiorem vocaverit, tunc enim alienatio in remotiores fieri nequit. Paris. *consil. 90. n. 36. & 37. vol. 2.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 12. n. 15.*

427 Procedere quoque prædictam conclusionem tantummodo in fideicommisso, ubi in casum duntaxat alienationis prohibitio facta, ita ut in hoc prohibitus alienare extra familiam, in unum de familia, cui voluerit, id alienare possit, & de hoc casu leges *supra n. 117* allegata, loqui, secus vero esse in fideicommisso simplici & absoluto etiam in casu mortis, in quo prohibitus non habeat hanc alienandi facultatem in remotiores, sed quilibet succedit, prout est proximimior. *l. cum ita. 32. §. in fideicommisso ff. de legat. 3.* asserentibus Ruin. *consil. 101. n. 14. seq.* Natta *consil. 110. n. 11.* Menoch. *consil. 317. numer. 105.* Rol. à Valle *consil. 98. n. 15. vol. 2.* Petra *de fideicommiss. quæst. 7. n. 3. & sequentibus.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. concl. 81. in not. lit. g.* Tiraquel. *de retract. lib. 1. tit. 9. §. 11. gloss. 6. n. 14.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 14. n. 7.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 12. n. 15.* Vinc. Fusar. *de fideicommiss. subst. 380. n. 18. seq. & quæst. 716. n. 11. & ibi allegat.* Cephal. *consil. 624. n. 22. & sequent. vol. 5.* ubi concludit, quod quando testator expressè prohibuit alienationem cum clausula, quod bona deveniant in descendentes & posteros in infinitum, quod tunc inductum dicatur fideicommissum absolutum, & dicatur interdicta alienatio; etiam necessaria, sed oporteat, quod res prohibita alienari transeat ordine successivo ad proximiores, eosdemque æqualiter, *l. cum ita ailas. l. omnia. 32. §. in fideicommisso. 6. ff. de legat. 2.* Socin. *consil. 227. col. 1. in fin. vol. 2.* Alciat. *consil. 484. col. 1.* Petra *de fideicommiss. quæst. 7. numer. 3. & seq.* ubi *n. 6.* dicit, hanc conclusionem in tantum veram esse, ut in casu fideicommissi absoluti non possit fieri alienatio in remotiorem in gradu, vel etiam in unum tantum in gradu proximiori, ubi sumus in fideicommisso absoluto, per *d. l. omnia*

omnia. 32. §. *in fideicommisso.* 6. *ff. de legat.* 2. & ita se abunde scripsisse in unâ Placentinâ de Todischis de *anno* 1574 ad differentiam in casu alienationis tantùm, addit. Quando enim fideicommissum in casum mortis inter plures constitutum est nomine collectivo vocatos, ordine successivo inductum censetur, & gradatim vocati intelliguntur, nec permissum est gravato ordinem hunc succedendi intervertere, & remotiorem eligere, *d. l. cum ita.* §. *in fideicommisso. ff. de legat.* 2. Fusar. *d. quæst.* 380. *n.* 19. Peregr. *cons.* 71. *n.* 4 *lib.* 5. 428

Et quod etiam in eo casu, in quo aliquid familiæ pro ejus conservatione est relictum, hæres non possit eligere remotiorem, sed proximiores gradatim vocatos esse, concludunt per *l. cum ita* 32. §. *in fideicommisso. ff. de legat.* 2. *& ibi* Alciat. *num.* 3 Tiraquel. *de retract.* §. 11. *gloss.* 6. *num.* 15 *&* 16. Menoch. *cons.* 97. *num.* 32 Peregrin. *cons.* 53. *num.* 2. *lib.* 1. *& de fideicommiss. art.* 14. *num.* 7. Mantic. *de conject. ult. vol. lib.* 8. *tit.* 12 *num.* 15. Fusar. *de fideicomm. substit. quæst.* 380. *num.* 1 *seq. & ibi alleg.* Testator enim fideicommissum instituendo omnibus agnatis descendentibus, sed tamen ordine successivo, prospexisse intelligitur, ita ut quivis in gradu proximior, ad fideicommissum admittatur, idque donec vivit, obtineat, uti demonstratum est *supra cap.* 9. *num.* 1. *seq.* Quod jus ex primâ institutione agnatis reliquis etiam remotioribus partum, agnatus possessor ipsis invitis auferre nequit, ne quidem per Principem, *supra cap.* 3. *num.* 22. *& cap.* 8. *num.* 380. Exemplo feudi, ad cujus successionem à possessore remotiorem non posse eligi, docent Bald. *in c.* 1. *de vasal. qui contra constitut. Lothar.* Ruin. *cons.* 8. *per tot. lib.* 1. Menoch. *cons.* 277. *n.* 32. *seq.* Tiraquel. *de retract. consang.* §. *gloss.* 7. *in princ.* Fusar. *d. quæst.* 380. *num.* 22. *vers. tertio.* 429 430

Dicendum videtur, quod valida sit quidem alienatio facta in illos, qui sunt de familia, & quidem si in filios, vel alios agnatos proximiores ipsi alienatori immediatè successuros facta, ea ab aliis nondum successuris vel remotioribus revocari nequeat, per tradita *supra num.* 47. *seq.* 431

Si verò alienatio in remotiores facta, & fideicommissario nominatim non fuit permissum, rem fideicommissariam uni alicui, cui voluerit, de familia relinquere, si fideicommissum fuerit simplex & absolutum, valida quidem hæc sit alienatio quoad vitam alienatoris, ut revocatio ipso vivo non detur, post mortem verò ipsius, ejusque filiorum descendentium, proximiores, qui tunc, si alienatio non esset facta, essent successuri, alienationem istam revocare possint, Surd. *cons.* 96. *num.* 26. Peregrin. *cons.* 71. *n.* 5. *lib.* 5. Alciat. *cons.* 36. *num.* 13. *lib.* 5. Fusar. *d. quæst.* 380. *num.* 21. Cum enim fideicom-

deicommissi possessor ad vitam tantùm dominium & usumfructum habeat jus illud, quod in re istâ habuit, morte ejus expirat atque ita nihil refert, an agnato remotiori, vel extraneo alienaverit, sed utroque casu jure auctoris per mortem extincto, jus quoque acceptoris resolvitur, & ad proximiores successores defertur, *l. lex vectigali. ff. de pignor. c. 1. §. rursus. quib. mod. feud. amitt.* & cum hoc casu, agnatis proximioribus jus in fideicommisso in casum mortis possessoris ex prima institutione quæsitum sit, hoc ipsis invitis, per alienationem in remotiorem factam, auferri nequit; Voluit enim primus institutor fideicommissum ad omnes agnatos pertinere & pervenire, non tamen simul & promiscuè, sed ordine successivo, ita ut post mortem demum unius ad alterum, qui in gradu est proximior, devolvatur, & proximiores excludant remotiores, ut probatum est *supra cap. 9. numer. 1. & seq.* Idque probari videtur per *l. pet. 69. §. prædium. 1 ff. de legat. 2.* ubi prædium familiæ relictum à possessore alienatum, interim quamdiu alienator vivit, apud emptorem permanet, eo verò mortuo à successore revocari potest, Hartman. Pistor. *lib. 2. quæst. 6. num. 59. vers. opitulatur.* Quod tamen quomodo intelli-
432 gendum sit, vide *infra cap. 16. num. 370 seq. & num. 387. seq.* Exemplo feudi, ubi quando proximiores in alienationem consenserunt, remotiores non consentientes fundum alienatum revocare & vindicare possunt, sive in extraneum, sive remotiorem alienatio sit facta, per *d. c. Titius. 2. feud. 26. & ibi Feudistæ. comm.* Fachin. *7. controv. 10.* Vultej. *lib. 1. de feud. cap. 11. numer. 96.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 6. num. 20.* Peregrin. *cons. 21. in fin. vol. 3.* Fusar. *d. quæst. 380. num. 22. & seq.*

433 Quando etiam plures sunt proximiores, & in unum, vel plures tantùm ex illis, non tamen omnes, alienatio fuit facta, cæteros, qui ejusdem sunt gradus, pro ratâ id revocare posse, communiori Dd. calculo receptum est, Præpos. *in d. c. Titius. & ibi* Laudens. *2. feud. 26.* Zas. *de feud. part. 9. num. 25.* Pistor. *d. quæst. 6. num. 30. seq.* Schrad. *de feud. part. 8. cap. 6. n. 8.* Vultej. *d. cap. 11. n. 97.*

434 Quod quoque procedit, si alienatio fuerit facta in agnatum remotiorem, proximioribus quidem agnatis consentientibus, mediis verò agnatis dissentientibus, non enim alienatio hæc in præjudicium intermediorum agnatorum, qui non consenserunt, facta valet, sed hi eandem revocare possunt, *d. §. Titius. & ibi* Præpos. *si de feud. defunct. contr.* Schurff. *cons. 68. num. 14. lib. 2.* Schrad. *d. cap. 6. num. 7.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. conclus. 81. n. 3. & seq. & in not. lit. g. & ibi alleg.*

Ne-

Neque ad hoc, ut jus revocandi competat, requiritur, ut revocans tem- 435
pore alienationis factæ proximior fuerit, sed satis est, si tempore revocatio-
nis nemo ipsum antecedat; nam si is, qui tempore alienationis erat pro-
ximior, jure suo non utatur, vel moriatur, alter, qui remotior erat, fit
proximior, & ex eo jus revocandi habet, per *l. cum pater §. libertus. ff. de
legat. 2.* Afflict. *in d. §. Titius. num. 6. si de feud. defunct. contr.* Pistor. *d. quæst. 6.
num. 35. seq.* Zas. *d. part. 9. num. 32.* Vultej. *d. cap. 11. num. 98.* Ex quo etiam re-
vocationem & vindicationem concedit illis, qui tempore alienationis non-
dum concepti vel nati sunt, dictum est *supra num 395.* ubi quoque *num. 396.*
dictum est, patrem non posse filiis in feudo præjudicare, neque id uni eorum
adsignare.

Hinc quoque licet feudum in agnatos, in investiturâ comprehensos, do- 436
mino non requisito alienari possit, tàm in remotiores, quàm proximiores, re-
spectu domini, Alvarot. *in c. 1. in princ. num. 5. & ibi* Præpos. *num. 2. de alien. pa-
tern. feud* Afflict. *in c. 1. n. 38. de prohib. feud. alien. per Lothar.* Sonsbec. *de feud. part. 13.
n. 116.* Vultej. *d. cap. 11 n. 87.* respectu tamen agnatorum, id aliter fieri non posse,
nisi in proximiores, ad quos feudum, vasallo defuncto, protinus est perven-
turum, tradunt, per *c. 1. §. sed etiam. 1. & ibi* gloss. *in verb. proximiori. per quos fiat
invest.* Tiraquel. *de retract. in præfat. n. 52.* Clar. *§ feudum. quæst. 42. num 2.* Mynsi.
resp. 92. num. 41. Borch. *de feud. cap. 8. n. 74.* Et ita omnes interpretes docere *in c. 1.
§. Titius. si de feud. defun. contr.* respondit Menoch. *cons. 507. n. 10. vol. 6.* Et hanc sen-
tentiam communiter esse receptam dubium non esse, scribit Vultej. *d. num. 87.*
Hancque alienationem magis esse refutationem in consortem, quam aliena-
tionem, dicit Rol. à Val *cons. 60. num. 17. vol. 1.*

Nec adversatur, quod *supra num. 422.* dictum est, licitum esse possessori fi-
deicommissum uni alicui ex filiis vel de familiâ adsignare: Nam id saltem
procedere in fideicommisso in casum tantùm alienationis concesso, & quan-
do fideicommissum ita relictum, ut uni in familia relinquat, ita ut tum hæ-
res vel fideicommissi possessor unum eligere possit, quem voluerit, secus verò
in fideicommisso simplici & absoluto, & quod pro familiæ conservatione
perpetuâ relictum est, tunc enim ordinem successivum observandum esse, di-
ctum est, *ibid. num. 427.*

Ex his facilè colligitur decisio illius quæstionis, an si res fideicommis- 437
saria extra familiam alienari prohibita, inter illos de familiâ alienetur,
ea fiat alienabilis, & postea in alios extraneos alienari possit? Quam-
vis enim res fideicommisso subjecta semel licitè alienata, imposte-

rum

rum fiat alienabilis, per *l. pater filium. 38. §. quindecim. 5. ff. de legat. 3. & quæ dicuntur infra num. 496.* & ideò nonnulli remedii loco, ut res imposterum alienari possit in extraneos, tradant, ut res in unum aliquem de familiâ alienetur, ut videre licet apud Bart. *Romul. in l. filiusfamil. 14. §. Divi. 14. num. 226. ff. de legat. 1.*

Hoc tamen in casu nostro non procedit, quia alienatio in illos de familiâ facta, non aliter procedit, quàm ut si in remotiores fiat, proximioribus, revocatio & vindicatio detur, vel si proximiori fiat, hæc magis juris competentis sit cessio & refutatio, quàm alienatio. Et jura *infra d. numer. 496.* relata, in eo tantum casu procedunt, ubi alienatio in extraneos ex causâ necessariâ & licitâ facta. Nec contrariatur *d. § quindecim. 5.* Siquidem is tantùm de personali alienationis prohibitione loquitur, ubi alienatio prohibita erat extra certas liberorum personas & quidem partes suas duobus colliberris ex eodem corpore vendiderunt, qui postea extraneum hæredem reliquerunt, & quæsitum, an partes istæ ad extraneum hæredem pertineant, & respondetur, quod sic, quia personalis ista erat prohibitio, secus autem erit, si prohibitio sit realis, ut in fideicommisso familiæ perpetuo relicto, sicuti declarant Bart. *in l. peto. § fratre. ff. de legat. 2.* Castr. *in l. voluntas. C. de fideicommiss.* Bart. Romul. *in d. l. filiusfam. § Divi. n. 146. & n. 226.*

438 Quod si tamen testator fideicommisso gravatis inter sese, vel descendentes alienandi licentiam dederit, possessorem etiam in remotiorem alienare posse, scribunt Socin. sen. *consf. 227.* Menoch. *consf. 277. num. 24.* Magon. *decis. Flor. 72.* Petra *de fideicommiss. 5. num. 117. seq.* Vinc. Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 380. numer. 3.* Quando enim alienatio inter aliquos permissa, non datur ordo successivus, sed alienatio etiam in remotiorem fieri potest, *l. voluntas. & ibi* Bart. *C. de fideicom.* Ruin. *consf. 116. n. 13. lib. 2.* Fusar. *d. quæst. 380. num. 5.*

439 Multò minus autem hujusmodi fideicommissi alienatio in fœminas, quæ sunt de familiâ, fieri potest. Quamvis enim hoc affirmet per *l. voluntas. 4. C. de fideicommiss.* Mascard. *de probat. conclus. 1243. num. 42.* Contrarium tamen satis apertè colligitur ex traditis *supra cap. 8. n. 127. seq.* Nec *d. l. voluntas.* adversatur, siquidem familiæ vocabulum ibidem non pro agnatione, sed in generali significatione sumitur, de qua *supra cap. 1. num. 36.*

440 XVI. Quando omnes de familiâ, quibus fideicommissum relictum, extincti sunt masculi, tunc ultimus fideicommissi possessor bona ista fideicommissaria licitè & liberè in extraneos tàm per ultimam voluntatem, quàm inter vi-

ter vivos alienare potest, sicuti probant *l. cum pater. 77. §. libertis. 27. in fin. l. qui solidum. 78. §. prædium 3. ff. de legat. 2. l. quoties ab omnibus. C. de fideicomm.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 512.* Bald. *in l. quoties & ibi* Castrens. *C. de fideicommiss.* Jason. *cons. 164. lib. 4. & in l. filiusfamil. §. Divi n. 82. ff. de legat.* Dec. *cons. 182. num. 1.* Natta *cons. 470. num. 3. & 5. lib. 2.* Peralt. *in l. 1. §. qui fideicommissum. num. 55. ff. de hæred. petit.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 3. num. 1. & cap. 8. num. 24.* Tusch. *lit. F. conclus. 233. num. 38. & num. 70.* Intrigliol. *de substit. cent. 3. quæst. 73. in fin.* Tiraquel. *de retract. consang. §. 26. gloss. 1. num. 8. in fin.* Peregrin. *de fideicomm. art. 14. num. 50. & art. 52. num. 2.* Fusar. *de fideic. subst. quæst. 551. num. 1.* & quod licita sit alienatio bonorum alienari prohibitorum, quando non superest persona, cujus favore alienatio prohibita fuit, docent Bart. *in l. cum pater. §. libertis. & ibi* Bald. Castrens. *ff. de legat. 2.* Decian. *cons. 9. num. 61. seq. lib. 4.* Honded. *cons. 38. num. 16. & cons. 72. numer. 19. lib. 1.* Tiraquel. *de retract. consang. §. 1. gloss. 9. num. 86. & §. 26. gloss. 1. num. 10.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 512.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 35. num. 1. seq.* Quia quando ultimus de familiâ alienare prohibitorum alienat, non superest persona, quæ secundum mentem testatoris sive institutoris alienationem revocare possit, Rol. à Valle. *cons. 25. num. 19. lib. 1.* Tiraquel. *de retract. consang. §. 26. gloss. 1. numer. 8.* Et hic ratio prohibitionis cessat, familiæ scilicet conservatio, & sic ipsa prohibitio, per *dicta infra cap. 16. numer. 18.* siquidem obligare prohibitus non obligatur, cum nullus superest eorum, quorum contemplatione fuit prohibitus, Menoch. *cons. 1272. numer. 20. & 21.*

Ac quod liceat alienare bona fideicommissaria & ita etiam hæredem ab intestato habere, vel ex testamento, quando nemo superest, cujus contemplatione & favore prohibita est alienatio, ita ut nec alienans ipse alienationem à se factam revocare possit, vel si persona supersit, quæ tamen fideicommissi sit incapax, quod partem suam contra testatoris præceptum alienavit, tradit Vinc. Fusar. *tract. de substit. quæst. 35.* Quodque in re fideicommisso subjectâ ultimo loco succedens, liberè succedat, & fideicommissi bona ad quemcunque hæredem tàm universalem, quàm particularem deveniant, evincunt per *l. 2. C. quando dies legat. ced. ibidem* Bald. Johan. de Castill. *quotid. controv. lib. 2. cap. 22. num. 45. & lib. ult. cap. 9. num. 1.*

XVII. Licita quoque est alienatio rei fideicommissariæ, si utilitas id exigat, & pretium in alias res utiliores & fideicommissario magis commodas & proficuas vertatur, *l. Divus. 5. ibi: ne utilitates alias impediat. ff. de petit. hæ-* 441

tit. hær. l. Titius. 54. ff. ad SCt. Trebell. l. Imperator. 71. §. cum autem. 3. ff. de legat. 2.
Peregrin. de fideicom. art. 40. num. 32. Tuſch. lit. F. concl. 283. num. 84. Afflict.
deciſ. 336. num. 3. Hondedæ. 1. conſ. 58. num. 33. Bened. Carpzov. jurisprud. forenſ.
part. 3. conſt. 8. defin. 33. per tot. Ex qua cauſa res fideicommiſſarias etiam per-
mutari poſſe, diximus ſupra num. 69. Et hoc caſu alienans bona fideicommiſ-
442 ſo ſubjecta, & alia bona emens ex pretio indè redacto, talia bona empta lo-
co fideicommiſſi alienati ſurrogare dicitur, l. Imperator. 71. §. fin. ff. de leg. 2.
l. ſi rem & pretium. ff. de pet. hæred. Imola in l. mulier. §. ff. ad cum proponeretur. SCt.
Trebell. Socin. jun. conſ. 58. lib. 2. Tiraquel. de retract. lignag. §. 32. gloſſ. 1 num. 27. De-
cian. conſ. 27. num. 7. lib. 1. Cravet. conſ. 295. & conſ. 609. in princ. Tuſch. lit. S. concl.
757. num. 25. & concluſ. 58. num. 1. ſeq per tot. & lit. F. concluſ. 25?. num. 36. Et quod bo-
na ſubrogata ſint loco bonorum fideicommiſſo ſubjectorum, ſcribit Bart. in
l. Imperator. 71. §. cum autem. ff. de legat. 2. Anchor. conſ. 36. & conſ. 42. lib. 3. &
443 ſic quoque fideicommiſſi ſucceſſori reſtituenda ſunt, l. Imperator. §. fin. & l. ſeq.
ff. de legat. 2. l. Imperator. ff. ad SCt. Trebell. Jaſon conſ. 231. num. 1. vol. 2. Alciat. conſ.
66. numer. 19. ſeq. lib. 9. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 40. num. 44. & art. 44. num. 29. in
fin. Mantica de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 8. num. 21. confer ſupra num. 76. ſeq. ita ut ſi
hæres vel poſſeſſor alienans ſciat bona fideicommiſſo eſſe ſubjecta, in ele-
ctione fideicommiſſarii ſit vel rem emptam, vel pretium petere, per l. ſi hæres
inſtitutus §. 1. ff. ad SCt. Trebell. l. 1. ff. de fideicomm. hæred. Bart. in l. Imperator. §. fin.
num. 2. verſ. aut ſciebat. ff. de legat. 2. Mantic. de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 8. num. 22.
Peregrin. de fideicom. art. 39. num. 12. & art. 44. num. 29. Fuſar. de ſubſtit. fideicomm.
quæſt. 627. num. 45. Si verò alienans ignoret fideicommiſſum, pretium reſti-
tuendum veniat, l. ſed eſi. §. 1. ff. de petit. hær. l. fin. §. fin. ff. de legat. 2. Fuſar.
d. l. n. 48.

444 Quod etiam in pecuniâ, argentis, maſſaritiis & aliis rebus in hæredita-
te, vel fideicommiſſo repertis procedere, ita, ut ſi vendantur, & ex pretio,
vel ex iisdem rebus bona emantur, hæc fideicommiſſo ſupponantur, quan-
do gravatus fideicommiſſum ſcivit, vel quando ignoravit, & bona tempo-
re conditionis penes gravatum reperiantur, quia in univerſalibus pretium
ſuccedit loco rei, & ſic hoc, quando fideicommiſſum eſt univerſale, tenent
Caſtrenſ. conſ. 286. lib. 2. & conſ. 488. verſ. reſpondeo quantum. lib. 1. Jaſon. conſ. 43.
lib. 3. Alciat. conſ. 110. Ruin. conſ. 97. num. 12. lib. 5. Simon de Præt. de interpr.
ult. vol. lib. 3. ſolut. 1. num. 4. confer. Fuſar. de fideic. ſubſt. quæſt. 627. num. 8. ſeq.
Sicuti etiam prædium ex pretio bonorum fideicommiſſo ſubjectorum fidei-
com-

comissarium efficitur, Jason. *cons. 231. lib. 2.* Socin. jun. *cons. 28. num. 5. lib. 2.* Menoch. *cons. 70. num. 80.* Alex. *cons. 49. num. 4. lib. 3. & cons. 124. num. 9. lib. 4.* Simon. de Præt. *d. num. 4.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 4. §. 2. vers. sed pone, quod alter.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 32. gloss. 1. num. 26. seq.* quia surrogatum sapit naturam ejus, in cujus locum surrogatur, *supra cap. 11. n. 77.*

Hinc XVIII. alienari possunt res fideicommissariæ, quæ modici sunt fructus, & parvo tempore inutiles remansuræ, Roman. *in l. Marcellus. §. res quæ. num 7. ff. ad. SCt. Trebell.* Franc. Becc. *cons. 100. num. 20.* Hondedæ. *1 cons. 58. numer. 32.* Gail. *2. observ 137. num. 12.* & hoc casu alienationem quodammodo necessariam & permissam censeri, probat Phil. Port. *cons. 38. n. 20. seq. 27. 32. seq.* 445

XIX. Res steriles, & quæ servando servari non possunt, *arg. l. & si fine. §. districtæ. l. verum. § si locupleti. ff. de minor. l. Divus. l. non solum. ff. de petit. hær. l. Aristo. l. ait. Prætor. ff. de jur. delib. l. mulier. § sed etenim. l. ubi purè. §. qui in detrahendis. ff. ad SCt. Trebell. auth. si quas actiones. C. de SS. Eccles. l. lex, quæ tutores. C. de admin. tut.* gloss. *in d. l. Marcellus. §. qui Romæ. ff. ad. SCt. Trebell.* Socin. *reg. 57. reg. 57. vers. secundò fallit.* Peguer. *decis. 106. num. 5.* Jason. *in l. divortio. §. interdum. num. 4. ff. solut. matr.* Petra *de fideic. quæst. 8. n. 538.* Grass. *§. fideicom. quæst. 58. n. 3.* Aretin. *in c. prælatorum. n. 10. X. de accusat.* Gail *2. obs. 137. n. 12.* Intrigliol. *de subst. cent. 3. quæst. 73. n. 433.* Peregrin. *de fideic. art. 40. n. 37.* Fusar. *d. l. quæst. 541. num. 1. seq. & quæst. 734. n. 5.* Quia culpa imputari posset fideicommissario, si res illas, quæ servando servari nequeunt, non distraheret, & perire permitteret, per *l. mulier. 22. sed. enim. 3. ff. ad SCt. Trebell.* Peguer. *d. num. 5.* Grass. *d. num. 3.* Peregrin. *d. art. 40. num. 37.* Fusar. *d. quæst. 544. num. 2.* Et ita quoque res Ecclesiæ vendi possunt, quæ servando servari nequeunt, vel quæ magis oneri, quàm emolumento sunt Ecclesiæ, *c. ad aures, 7. X. de reb. Eccles. non alien.* Bruning. *de var. univers. spec. concl. 83. lit. b.* 446

XX. Si favor, & utilitas publica id requirat, bona hæc fideicommisso subjecta, alienari prohibita, alienari possunt, *auth. res quæ. ibi: ea enim, quæ communiter omnibus prosunt, his, quæ specialiter quibusdam utilia, præponimus. C. comm. de legat. Novel. 39. cap. 1.* favor enim publicus privatæ utilitati præferendus, *d. auth. res quæ. C. comm. de legat. c. Imperialem. in princ. de feud. alien. prohib. per Lothar. 2. feud. 52. l. si quis grave. §. uttum. ff. ad SCt. Syllan. l. utilitas 3. C. de primipil. l. unum. §. fin. C. d. caduc. toll.* Bart. *in l. quemadmodum. numero. 4. C. de agric. & cens.* Jason. *in l. cætera. §. sed etsi quis num. 2. ff. de legat. 1.* Ac publicæ utilitatis causâ à juris communis regulis receditur, multaque permittuntur, quæ aliàs prohibita & interdicta sunt *l. ita vulneratus. vers.* 447 448

multa.ff. ad. L. Aquil. c. Abbate. §. *fin verſ. præſertim. de ſentent. & re judic. in 6.* Hippol. de Marſil. *in pract. crim.* §. *aggredior. n. 61. ſeq.* Huſan. *de homin. propr. cap. 8. num. 122. & ſeq.*

449 XXI. Si ex mente teſtatoris colligi & conjecturari poſſit, ipſum in caſu aliquo alienationem veriſimiliter eſſe permiſſurum, ſi de eo cogitaſſet, Honded. *conſ. 42 num. 39. & conſ. 58. num. 15. & 31. lib. 2.* Fuſar. *de fideicom. ſubſt. quæſt. 734. num. 4.* ſiquidem ſola mens teſtatoris in fideicommiſſis dominatur, & pro lege, & illud pro diſpoſito habetur, quod, ſi teſtator de eo cogitaſſet, veriſimiliter diſpoſuiſſet, *ſupra cap. 3. num. 1. & ſeq.* Et quod in materiâ prohibitæ alienationis potiſſimum inſpici debeat ratio & mens teſtatoris, adeò, quod ſi fiat alienatio, per quam non læditur ratio & mens eiuſdem, ea valere debeat, quamvis contra prohibitionis verba fiat, tradunt Angel. *conſ. 169.* Jaſon. *in l. filiusfam.* §. *Divi. num. 78. ff. de legat. 1.* Dec. *conſ. 511. num. 6. verſ. poſtremò.* Ruin. *89. num. 25.* Maſcard. *de probat. concluſ. 1243. num. 85.*

450 XXII. Fideicommiſſi poſſeſſor fructus & commoditates ex fideicommiſſo natas alienare & obligare poteſt, per *l. Lucius Titius. 88.* §. *Inſtituto. 15. ff. de legat. 2.* Quia fructus ad ipſum fideicommiſſi poſſeſſorem pertinent, nec is eoſdem ſucceſſori reſtituere tenetur, & ſic eoſdem obligare & alienare poteſt, per tradita *ſupra cap. 10. num. 31. & ſeq. cap. 11. num. 125.* ubi pluribus demonſtravimus, an & quatenus fructus ad hæredem vel fideicommiſſarium ſpectent, & quomodo inter ſucceſſorem & defuncti hæredes

451 dividantur. Et facit, quod vaſallus fructus & commoditates feudi, pro libitu obligare & alienare poſſit Bald. *in c. 1.* §. *donare. qualit. olim feud alien. pot.* Iſern. *in c. 1. in princ. & ibi* Afflict. *num. 3. de prohib. feud. alien. per Frid.* Roſenthal. *de feud. cap. 9. concl. 10.*

452 XXIII. Prohibitus alienare non cenſetur prohibitus perſonaliter ſe obligare, Bart. *in l. pen.* §. *inſtituto. 15. ff. de legat. 2.* Petra *de fideicomm. quæſt. 8. num. 531.*

453 XXIV. Prohibitâ alienatione, ſive tacitè, ſive expreſsè, non cenſetur prohibita alienatio neceſſaria, ſeu quæ fit ex causâ neceſſariâ, *l. alienationes. 13. ff. famil. erciſcund. l. 1. in fin. ff. de fund. dot. l. cum fidei. 9. l. rogo. 21. in fin. ff. de fideicommiſſ. libert. l. peto 69.* §. *prædium 1. ff. de legat. 2. l. Divus. 5. pr. ff. de hæred. petit. l. non ſolum.* §. *1. ff. de alien. judic. mut. cauſ.* Bart. *in l. Marcellus.* §. *res. quæ. in princ. ff. ad Sct. Trebell.* Jaſon. *in l. fin. numero. 48. ſeq. C. de jur. emph.* Petra *de fideicommiſſ. quæſt. 8. numero 311. & 549. verſ. unum autem* Tiraquel. *de re-*

tract.

tract. lignag. §. *1. gloss. 14. n. 1.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 10. num. 20.* Tusch *lit. A. concl. 262. num. 1 seq. & lit. N. conclus. 18. num. 1. & seq. n. 18.* Mascard. *de probat. concl. 1243. num. 43.* Gail *2. obs. 137. num. 4.* Menoch. *4. præs. 189 numer. 106.* Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 727. num. 1.* in omni enim dispositione generali vel universali exceptus præsumitur actus, qui fit ex causa necessariâ *d. l. alienationes. 13. ff. famil. ercisc. l. 1. ff. de fund. dot.* Castrens. *cons. 183. ad fin. lib. 1.* Cravet *cons. 6. num. 9* Sixtin. *3. Marpurg. cons. 11. num. 49.* Et generalis est conclu- 454
sio, quod in alienationis prohibitione, non comprehendatur alienatio, quæ fit ex legis dispositione, cum sit necessaria, *l. pater filium. §. Iulius Agrippa. ff. de legat. 3.* Petra *de fideicom. quæst. 8. num. 256.* Indeque statutum alienationem prohibens, non comprehendit necessariam, Ruin. *cons. 27. num. 4. in princ. vol. 4.* Petra *d. num. 256.* & loquens de alienatione accipi debet de eâ, quæ fit sponte, non verò necessitate cogente Roman. *cons. 107. & 208.* Angel. *cons. 243. in princ.* Jason. *in l. si unus. §. pactus ne peteret. num. 29. ff. de pact.* Tiraquel. *de leg. connub. gloss. 6. verb. de son mary. quæst. 22.* actusque ex necessitate factus non comprehenditur sub lege actum fieri prohibente, Roman. *cons. 219. numer. 9.* Tusch. *lit. A. concl. 22 num. 4.*

Est enim necessitatis ingens telum, & non habet necessitas legem, sed 455
lex subjacet necessitati, & legem facit *l. item. 10. §. 1. ff commun. div. c. remissionem vers. sed notandum. caus. 1. quæst. 1. c. sicut. 11. c. quando de consecrat. dist. 1. l. 1. ff. de offic. consul.* Gail. *de pac. publ. lib. 2 cap. 2. num. 3.* Tusch. *lit. N. concl. 19. num. 1. & seq.* facit licitum de illicito *l. per diversas. C. mandat. l. fin. in fin. C. de litigios. c. quod non est. X. de R. I. l. qui propter necessitatem. ff. eod.* quodque necessitate urgente fit, non est culpabile, *c. ad limina. caus. 30. quæst. 1.* & pro necessitate temporis etiam leges, multis vigiliis & subtilitate inventæ, exceptiones patiuntur, *Nov. 69. cap. 4. §. 1.* ac neccessitas etiam canones sibi sub- 456
jicit, *c. nemo de R. I. in 6. c. consilium X. de obs. jejun. C. ult. X. de feriis c. non minus X. de immun. Eccles.* Imò propter necessitatem etiam ea conceduntur, quæ quodamodo natura negavit, per notata Zasii *in parat. ff. commun. div.* ac in foro quoque poli necessitas excusationem meretur, *Eccles. 42. in fin. c. quod non est licitum. 4. X de R. I.* abominandæque necessitatis amarissimæ sunt leges, & truculentissima imperia, ut inquit Valer. Max. *lib. 7. cap. 6.*

Hinc extremâ necessitate urgente Princeps & Respublica res sacras a- 457
lienare, & vendere potest *l. sancimus. 21. C. de SS. Eccles. cum aurum caus. 12. quæst. 2.* sicuti fecit Asa Judæ Rex, qui ad hostis oppressionem templi donaria alienavit *1. Regum. 15. vers. 18.* Fur in casu necessitatis & famis extremæ rem

auferens furtum non committit, nec furti tenetur, *supra num.* 316. cum necessitatis tempore omnes res censeantur esse communes, & velut propriæ, non alienæ, *arg. l.* 2. §. 2. *vers. itidem agitatum. ff. ad L. Rhod. de jact. c. sicut ii.* 8. *Dist.* 47. & *ibi* gloss. *in verb. commune.* Jacob de Bello visu. *in pract. crim. lib.* 1. *cap.* 8. *numer.*
459 47. Hinc quoque necessitate urgente alienari posse bona feudalia, tenet Tusch. *lit. N. concl.* 18. *n.* 15. uti & emphyteutica Aretin. *cons.* 28. *n.* 15. *vers. quarto hoc determinat.* Tusch. *d. concl.* 18. *n.* 22. fundum dotalem, si non caveatur de damno infecto, *l.* 1. *ff. de fund. dot* Aret. *d. cons.* 28. *n.* 24. *vers. tertiò* res religiosas Aretin. *d. l. n.* 11. *vers. tertio.* Tusch. *d. concl.* 18. *n.* 12.

Indeque si fideicommissi possessor litigare teneatur, & ex sententia judi-
460 cis res fideicommissaria auferatur, propter hanc necessitatem res ista alienata non dicitur, Ripa *in l. filiusfam.* §. *Divi. num.* 25. & *n.* 58. *ff. de legat.* 1. Jason. *cons.* 31. *col.* 2. *lib.* 3. Alciat. *cons.* 506. *num.* 5. Nicol. Betsius *de pact. famil. illustr. cap* 8. *fol.* 482.

461 Observandum tamen hic est, quod necessitas variè partiri soleat, nec propter omnem necessitatem fideicommissum, & alia bona inalienabilia alienari possent, alii enim necessitatem dividunt in præcisam, causativam & honestatis causâ, aliis necessitas alia dicitur famis, alia belli, alia casus aversi, ut videre licet apud Menoch. *arbit. jud. cas.* 182. 18. *seq.* Vulgo necessitas alia dicitur 1. fatalis, 2. alia naturalis, 3. alia culpabilis, 4. alia legalis, Menoch. *d. l. n.* 21. *seq.*

462 Fatalis necessitas illa dicitur, quæ ex fato & casu fortuito evenit, veluti si quis fortuito in latrones incidat, quæ cum humano consilio prævideri & provideri nequeat, *l.* 2. §. *si eo tempore. ff. de admin. rer. ad civit. pertin. l. quæ fortuitis. C. de pignor. act.* Hanc justam causam alienandi fideicommissum vel feudum præstare, docent per *l. divus.* §. *causa in fin. ff. de petit. hær. l. sancimus nemini. in fin. C. de SS. Eccles. c. aurum. cons.* 12. *quæst.* 2. *auth. si captivi.* C. *de Episc. & cler. auth contra rogatus. C. ad Sct. Trebell* Bald. *cons.* 20. *lib.* 2. Socin. jun. *in l. Marcellus.* §. *res quæ ff. ad Sct. Trebell.* Tiraquel. *de legib. connub. gloss.* 6. *n.* 277. Menoch. *d. cas.* 182. *n.* 23 *seq.*

463 Naturalis necessitas illa dicitur, quæ à naturâ ipsâ causatur, ut edere, bibere, vestibus indui, domum ruinosam reparare, agros colere, collectas, gabellas & tributa solvere, Socin. *in d.* §. *res quæ num.* 2. *ff. ad Sct. Trebell.* Cravet. *in respons. pro Genero. in corol. numer.* 94. Et hanc quoque justam causam præbere alienandi fideicommissum, vel alia bona aliâs inalienabilia, tradunt per *Novel.* 108. *auth. contra cum rogatus, in fin.* & *ibi* gloss. *C. ad Sct. Trebell.* Socin.

& Cravet.

& Cravet. *d. l.* Bart. *in auth. res quæ. C. commun. de legat.* Menoch. *d. cas. 182. n. 26. seq.* modo tantum duntaxat alienetur, quantum necessitas requirit, *infra num. 487.*

Culpabilis necessitas, quæ etiam datâ operâ dicitur, illa est, cum quis lautè & prodigaliter vivendo omnia profundit & evertit, indeque inops & pauper factus in necessitatem conjicitur, & cum hoc casu sit imputandum illi, qui in eam se conjecit, excusabilis non est, *l. fidejussor. § si necessaria. ff. qui satis dar. cogant.* Menoch. *d. cas. 182. n. 38.* Atque ideò ex hac causa fideicommissum non posse alienari, dictum est *supra num. 336. seq.* 464

Legalis necessitas est, quæ à legis dispositione oritur, & præcisa dicitur à Cravet *d. resp. pro genero. in corol num. 4.* Cacher. *decis. 167. num. 4.* veluti quando lex jubet patrem filiam dotare *l. fin. §. pen. C. de dot. promiss. l. qui liberos. ff. de rit. nupt.* Menoch. *d. cas. 182. num. 66.* vel liberis alimenta præstare, *l. si quis à liberis. 5. in princ. §. 1. sequentib. ff. de agnosc. & alend. lib. & similib.* vel legitimam relinquere, *Novel 18. c. 1.* & ex hujusmodi necessitate fideicommissum alienari posse, constat ex traditis *supra numer. 234 & sequentib. & numer. 309. sequentib.* 465

Quamvis autem vulgò Dd. asserere videantur, quod quando alienationis prohibitio verbis generalibus facta, veluti si addita fuerint in alienationis prohibitione verba, *quomodo libet, quocunque modo, nullo modo, nullo unquam tempore, continuè,* vel similia, etiam in casibus specialibus aliâs permissis & necessariis alienatio fieri non possit, per *Novell. 120. cap. sanctissimas. 9.* Gozadin. *cons. 25. numer. 9. & cons. 71. numer. 4.* Cravet. *cons. 201. numer. 42.* Rol. à Valle *cons. 2. numer. 24. seq. & caus. 27 per tot. vol. 4.* Mascard. *de probat. concl. 1243. num. 86. seq.* Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 535. numer. 18. & 20.* Aliud tamen ex præcedentibus, & in casibus alias permissis licitam esse alienationem, concludunt, Bart. Romule. *in l. filiusfam. §. Divi. numer. 144. ff. de legat. 1.* Rol. à Valle *cons. 80. numer. 37. lib. 3.* Paris. *cons. 25. numer. 18. lit. 1.* Hondedæ. *cons. 58. numer. 46. lib. 1.* Fusar. *d. quæst. 535. num. 20.* Et quod nec tunc alienatio ex causa necessitatis prohibita censeatur, sentiunt Ruin. *cons. 109. num. 21. lib. 2.* Cravet. *cons. 6. numer. 91.* Cephal. *cons. 261. numer. 34. lib. 2.* Adeò ut licet testator vel disponens alienationem ex causa necessitatis prohibuisset, nihilominus tamen necessitate extrema urgente permissa intelligatur, secundum Cuman. *in l. peto. §. prædium. numer. 7. ff. de legat. 2.* 466

Petra

Petra *de fideicommiss. quæst. 8. n 31. vers. declaratur*. Sicuti de dote probavimus *supra n. 58.* & de reliquis alienationis permissæ speciebus ex præcedentibus satis apertè colligere licet Licet contrarium sentiant, ac si bona alienari prohibita sine etiam ex causa necessitatis, à testatoris voluntare recedendum non esse, asserant, Petra *de fideicommiss quæst. 8. num. 313* Fusar *d. quæst. 735. n 17.*

467 Quamvis etiam necessitatem alienandi adfuisse præsumi, velint Alex. *cons. 168. n. 5. lib. 6.* Honded. *cons. 61. n. 22. lib.* . Petra. *de fideic. quæst. 8. n. 312.* Alii tamen contrarium, & necessitatem non adfuisse, sed potius culpam & animum intervertendi fideicommissum, præsumi, censent Castrens. *in l. Titius. n. 1. in fin. ad SCt. Trebell.* Natta *cons. 115. n. 8. lib. 1.* Cravet. *in consil. pro genero, in condim. num. 53.* Menoch. *arb. jud. cas. 182. n. 40.* Qui enim dicit vel asserit aliquid, id probare tenetur, *l. cum qui ff. de probat* Fusar. *de quæst. 535. n. 29.*

468 Quod si fideicommissi institutor fideicommissario pro suis necessitatibus alienandi facultatem dederit, illa tantum alienatio permissa intelligitur, quæ non fit data opera, & animo fideicommissum intervertendi, Petra *de fideicom. quæst. 8. num. 321. seq.* Jos. Ludov. *concl. 14. illat. 4.* Peregrin. *de fideicomm. art. 40. num. 47. seq.* Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 537 n. 1.* Præt. *de interpret. ult. vol. fol. 72. n. 7.* ubi ait, quinque requiri ad hoc, ut valida sit alienatio, quod scilicet necessitas sit evidens, quod fiat eo modo, prout permissa est, quod non sit superflua in quantitate, quod respectu loci, & temporis adsit oportunitas, & quod cesset omnis suspicio fraudis, Senat. Pedemont. *decis. 71. num. 14.* Alex. Raudens. *decis. Pisan. 29 n. 184.* Et hoc casu probandum esse alia bona libera non adesse, volunt Hier. Gabriel. *cons. 118. col. 3. lib. 1.* Alex. Raudens *d. decis. 29. n. 179.* Peregrin. *d. art. 40. n. 22.* Fusar. *d. quæst 537. n. 2.*

469 XXV. Si fideicommisso gravatus jussus sit restituere, quod superesit, fideicommissi bona liberè, & pro suo arbitrio alienare poterit, usque ad dodrantem, ita ut quarta pars fideicommissario relinquatur, *auth. contra rogatus. & ibi* Bald. *num. 7. C. ad SCt. Trebell.* Bart. *in l. pen. & ibi* Angel. & Alber. *ff. ad SCt. Trebell.* Hier. Gabriel. *cons. 99. numer. 20. lib. 2.* Menoch. *cons. 1091. n. 1. & 4. præs. 188. num. 11. seq.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 10. tit. 4. in fin.* Grass. §. *fideicommissum. quæst. 54. in fin.* Peregrin. *art. 40. num. 42. & 44.* Intrigliol. *de subst. cent. 3. quæst 71. num. 45. & quæst. 73. num. 21. & 27* Fachin. *5. contr. cap. 53* Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 545. n. 1.* modò alienatio fiat bonâ fide, ex justâ causâ, & non animo intervertendi fideicommissum, per *l. Titius 54. & ibi* Castr. *ff. ad SCt. Trebell* Ruin. *cons. 109. n. 11. lib. 2.* Menoch *cons 226. n. 26. & seq* Surd. *decis. 93 n. 23.* Viv. *decis. 18. n. 19.*

Quando

Quando autem animo intervertendi fideicommiſſum alienatio facta
dicatur, aliquot conjecturas refert, Fuſar. d. quæſt. 545. num. 6. ſeq. veluti 1. quan-
do ſine aliqua ſua utilitate gravatus alienet, ut ſi nihil ex pretio emat, vel ſimi-
le quid faciat, Bart. in l. Imperator. §. fin. ff. de legat. 2. Menoch. conſ. 226. num. 19.
Intrigliol. cent. 3. quæſt. 71. num. 47. Fuſar. d. l. n. 8. 2. Quando alienatio facta non
urgente neceſſitate, vel ſine juſta cauſâ, Menoch. d. conſ. 226. n. 166. Natta conſ.
115. n. 8. Intrigliol. d. quæſt. 71. n. 43. Fuſar. d. l. n. 9. 3. Quando in articulo mortis fa-
cta eſſet donatio, vel alienatio, cum confeſſione de pretio recepto, Menoch.
d. conſ. 226. n. 28. Peregrin. de fideicom. art. 40. n. 50. Joſ. Ludov. concl. 14. illat. 4. Fu-
ſar. d. l. num. 14. 4. Quando in contractu inſolita fuerunt obſervata Menoch.
conſ. 334. n. 50. Fuſar d. l. n. 12.

An autem is, qui rogatus reſtituere, quod ſupererit, alienare pote- 471
rit usque ad quartam, per viam teſtamenti, non ſatis convenit, & affirmati-
vam tenent, Bald. in d. auth. contra rogatus num. 9. & 10. C. ad SCt. Trebell. Pariſ.
conſ. 25. num. 22. & 23. lib. 2. Surd. conſ. 10. num. 20. Jaſon. conſ. 130. n. 4. lib. 4. Con-
trarium tamen probat per l. Titius. ff. ad SCt. Trebell. Hier. Gabriel. conſ. 99.
num. 21. lib. 2. Decian. conſ. 27. num. 39. in fin. Menoch. 4. præſ. 188. n. 17. Peregrin.
conſ. 45. num. 6. lib. 4. & de fideic. art. 49. num. 43. Intrigliol. de ſubſt. cent. 3. quæſt. 73.
num. 29 Fuſar. d. quæſt. 545. num. 2 Quia tempore mortis gravati bona iſta dicun-
tur extare non alienata invita, & ſic in fideicommiſſo venient, Alex in d. l.
Titius. ff. ad SCt. Trebell Peregrin. de conſ 45. num. 3. verſ. quare lib. 4. per teſtamen-
tùm enim bona alienantur invitâ, ſed poſt mortem, & ita facultas alienandi
in vita, non tribuit facultatem alienandi per teſtamentum, Pariſ. conſ. 33. num.
53. lib. 2. Ruin. conſ. 197. num. 2. lib. 2. Theſaur. deciſ. 209. Fuſar. d. quæſt. 545. n. 42. verſ.
confirmatur.

Secus tamen eſſe videtur, ſi gravato licentia bona fideicommiſſi alie- 472
nandi conceſſa, tùm enim non tantum alienatio inter vivos, ſed etiam per
ultimam voluntatem permiſſa intelligitur, & quidem inter vivos tam titulo
oneroſo, quam lucrativo, ut ſentiunt Hier. Gabriel conſ. 99. num. 35. lib. 2. De-
cian. conſ. 27. num. 20. verſ. tertia concluſio & conſ. 30 lib 3. Intrigliol. de ſubſt. cent. 3.
quæſt. 73. num. 16. Menoch. 4. præſ. 188. n. 10. Fuſar. de fideicom. ſubſt. quæſt. 549. num. 1.
Et de alienatione per ultimam voluntatem id docent Bart. in l. peto. §. fratre.
& ibi Dd ff. de legat. 2. Pariſ. conſ. 25. num. 22. & 25. & conſ. 74. in fin. lib. 2. Hier.
Gabriel. conſ. 125. num. 15. & 16. Decian. conſ. 58. num. 33. & 38. lib. 2. Surd. conſ. 10. &
conſ. 71. num. 12. & ſeq. lib. 2. Menoch. 4. præſ. 188. n. 8. Honded. conſ. 33. n. 48. lib. 1. Pe-
regrin. de fideic. art. 40 n. 57. Surd. de aliment. tit. 8. priv. 38. n. 11. Boer. deciſ. 204. Fu-
ſar. de fideic. ſubſt. quæſt. 549. n. 2. Niſi alienatio reſtricta ſit ad aliquam ſpeciem

alienationis inter vivos, veluti venditionis, donationis, permutationis, quia tunc non liceret per testamentum alienare *l. pater filium.* §. *fundum. ff. de legat. 3.* Hier. Gabriel. *cons. 83. n. 59. seq. lib. 1.* Surd. *decis. 124* Fusar. *d. quæst. 549. n. 5. vers. si verò.* Idem est, si licentia alienandi in vita concessa, quia nec tunc alienatio per testamentum permissa erit Clar. § *donatio. quæst. 19* Peregrin. *cons. 45. n. 5. lib. 4. & de fideic. art. 10. n. 43. 45. & n. 62.* Fusar. *d quæst. 549. n. 10.*

473 Secus verò est, si disponendi facultas concessa, nam hæc intelligitur tàm inter vivos, quàm ultima voluntate, Menoch. *cons. 210* Hier. Gabr. *cons. 125. n. 16. & 16. lib. 1.* Decian. *resp. 78. n. 48. lib. 3.* Fusar. *d. quæst. 549. n. 12.* ubi rationem addit, quod verbum disponere, comprehendat alienationem tàm inter vivos, quam per ultimam voluntatem §. *ult. I. quib alien. lic. vel non. Novel. 22. cap. 2 versic. disponat. l. fin. C. de curat. fur. l. de creationibus. in med. C. de Episc. aud.* Menoch. *130. num. 6.* Alciat. *resp. 778. n. 2.*

474 Observandum autem hic venit, quod si alienatio quidem facta, pretium tamen nondum solutum sit, quod hoc ad fideicommissarium pertineat, Castrens. *in l. Titius & ibi* Bald. *in fin. ff. ad SCt. Trebell.* Menoch. *cons. 334. n. 54.* Alciat. *resp. 521. n. 14.* Fusar. *de fideic. subst. quæst. 545. n. 43.* Idem est, si ex pretio rerum alienatarum aliæ sint comparatæ, nam hæ quoque in fideicommissi restitutionem veniant, *supra n. 76. & seq. & n. 442. seq.*

475 Quod si quoque gravatus fideicommissi bona alienaverit, & postea ea iterum adquirat, hæc quoque in fideicommissi restitutionem veniunt, Bart. *in l. Titius col. 5. ff. ad SCt. Treb.* Peregrin. *de fideic. art. 42. n. 21. cira med.* Fusar. *d. quæst. 545. n. 45.*

476 Cui autem alienandi facultas simpliciter concessa, an is totum fideicommissum alienare possit, an verò quartam fideicommissario reservare teneatur, non convenit? Et ipsum quartam partem reservare teneri asserant, per *auth. contra rogatus. C. ad SCt. Trebell.* Alex. *cons. 157. col. 4. vers. non obstat. lib. 2.* Paris. *cons. 25. n. 35. lib. 2.* Alciat. *cons. 136. n. 3. lib. 9.* Contrarium tamen, & quod totum alienari possit, sentiunt Jas. *cons. 232. lib. 2.* Hier. Gabr. *cons. 99. n. 21. 23. & 25. lib. 2.* Menoch. *cons. 947. n. 5. & 4. præs. 188. n. 5. & 6.* Intrigliol. *de subst. cent. 3. quæst. 73. n. 14.* Fusar. *de fideic. subst. quæst. 546. n. 1.* Idque maximè procedere, quando libera & absoluta alienandi potestas concessa, tenent Gabr. *d. cons. 99. n. 33 lib. 2.* Menoch. *cons. 1006. n. 34. & seq. & 4. præs. 188. n. 8.* Intrigliol. *d. quæst. 73. n. 15.* Fusar. *d quæst. 546. n. 3.*

477 Quæ tamen tùm demùm procedunt, quando justa alienandi causa subest, non verò si in fraudem & eversionem fideicommissi alienatio fiat, hæc enim permissa non erit, per *l. Titius ff. ad SCt. Trebell.* Alex. *cons. 58. col. ult. lib. 3.* Paris. *cons. 25. n. 25. lib. 2.* Alciat. *cons. 52. n. 13.* Peregr. *de fideic. art. 49. 50. & 51.* Jos.

Lu-

Ludov. *concl 14. illat. 4.* Petra *d. fideic. quæſt. 8. numer. 321. ſeq.* Fuſar. *d. quæſt. 546. numer. 7.*

Hiſ autẽ caſibus tùm demùm licita eſt alienatio 1. ſi alia bona libera non 478
adſint, *l. pat r filium. 38. in fin. princ. ibi: ſi non erat aliud in hæreditate; unde debitum exſolviſſet. ff. de legat. 3. auth. res quæ. ibi: ſed ſi liberis portio legitima non ſufficiat. C. comm. de legat. & ibi* Dd. *comm.* Peralta *in l. 3. §. qui fideicommiſſum. 118. ff. de hæred. inſtit.* Molina *de Hiſp. primog. lib. 1. cap. 10. n. 4. & lib. 4. cap. 7. num. 2.* Ant. de Padilla *in l. unum ex familiâ. §. ſi de Falcidiâ. n. 7. ff. de legat. 2.* Peguer. *deciſ. 06. n. 3.* Eſt enim hoc remedium ſubſidiarium, quod non datur, niſi aliis bonis deficientibus, Menoch. *4. præſ. 189. n. 8.* Peguer. *deciſ. 116. num. 3.* Marzar. *in epit. fideicom. quæſt. 48 n. 74.* Et ita dotis causâ non aliter, qàm ſi alia bona libera non adſint, fideicommiſſum alienari poſſe dictum eſt *ſupra n. 241.*

Quis autem hoc caſu probare teneatur bona libera non adeſſe? Et quam- 479
vis onus probandi incumbere fideicommiſſi ſucceſſori, ſive ei, qui libera bona adeſſe contendit, aſſerant per *l. fin §. licentia 10. & ibi* Bart. *n.* . *C. de jur. delib.* Dec. *conſ. 59. n. 7.* Socin. *conſ. 104 n. 11. lib. 3.* Curt. Sen. *conſ. 27. n. 17.* Cagnol. *in l. fin. num. 373. C. d. pact.* Curt. jun. *in auth. res quæ. num. 46. C. comm. de legat.* Loaz. *in l. filiusfam. §. Divi. num. 70. & 18. ff. de legat. 1.* Petra *de fideicommiſſ. quæſt. 8. num. 460. in fin.* Menoch. *4. præſ. 189. n. 9.* Contrarium tamen, & quod creditori, ſive illi, qui dicit alia bona libera non extare, & qui fideicommiſſum evertere conatur, onus probandi incumbat, tradunt Pariſ. *conſ. 119. num. 7. & 8. lib. 1.* Corne *conſ. 3. n. 3. lib. 3.* Cravet. *conſ. 77 num. 4.* Natta *conſ. 238. num. 6. verſ. & ſi dicatur.* Marzar. *in epit. fideic. quæſt. 48 num. 74. verſ. ſed quod imò.* Molina *de Hiſpan primog. lib. 4. cap. 7. n. 34.* Peguer. *deciſ. 116. n. 3.* Peregrin. *de fideicom. art. 40. num. 22.* Beſold. *conſ. 133. num. 60.* Quia fideicommiſſarius ex fideicommiſſo fundatam habet intentionem, quod bona fideicomiſſaria non aliter, quam in ſubſidium, & ſi alia bona libera non extent, alienari poſſint, Peregrin. *d. num. 22.* Vinc. Fuſar. *de fideicomuiſſ. ſubſtit. quæſt 531. num. 124.* Atque ita, qui bona hæc alienari poſſe aſſerit, is probare tenetur, alia bona libera non eſſe, Peguer. *d. deciſ. 116. num. 3.* ubi ait: hinc ergò infertur, quod ſi Sempronius aſſerit, bona fideicommiſſo ſubjecta, quæ ipſe pro dote filiæ obligavit, potuiſſe obligari, & replicetur ei de regula prohibitiva, quod res ſubjectæ reſtitutioni non poſſunt alienari, nec obligari, & ipſe Sempronius iterum replicet de *auth. res quæ.* conſtituta in ſubſidium, hoc eſt, quando alia bona libera non exiſtunt, in hoc caſu incumbit Sempronio fideicommiſſum diminuere volenti onus probandi, alia bona libera, præter ea, quæ ſunt fideicommiſſi, non extare, ſeu non extitiſſe. Et alienatorem

probare teneri alia bona libera non ad esse, scribunt Jason. *in l. comodis. num. 4. ff. de re judic.* Paris. *cons. 119. num. 8. lib. 1.* Peregrin. *de fideic. art. 40. n. 22.*

Nec obstat *d. l. fin. §. licentia. 10. D. de jur. delib.* quia locum tantum habet in hærede qui solemne inventarium fecit, quo casu tanta est præsumptio pro inventario, ut transferat onus probandi in adversarium, secus autem ubi inventarium confectum non est, Molina *d. cap. 7. num 35.* ubi *n. 36.* id limitandum esse censet, nisi jam res fideicommissi vel majoratus alienata fuerit, creditorque in ejus sit possessione, successor autem infringere velit successionem, asserens tempore alienationis alia libera bona adfuisse, tunc enim ipsi onus probandi incumbere, ex eo, quod sit fundamentum suæ intentionis, & præsumptio pro possessore, Curt. Sen. *cons. 27.* Loaz. *in d. l. filiusfam. §. Divi num. 138. ff. de legat. 1.*

480 Sed quid si tempore alienationis quidem bona libera non adfuerint, postea tamen supervenerint, an alienatio revocari possit? Et licet hoc affirmandum videatur ex eo, quod vulgò traditum sit, si princeps justa subsistente causa rem alicui abstulerit, postea causa cessante, eam restituere debeat, Socin. *cons. 164. num. 10. lib. 2.* Innocent. *in c. quia plerique. X. de immun. Eccles.* Afflict. *decis. 361. num. 28.* Tiraqel. *tract. cessant. caus. part. 1. num. 20.* Boer. *decis. 38. num. 7.* Et quamvis ob famis necessitatem furtum toleretur, supervenientibus tamen divitiis, furtum restituendum sit, Abbas *in c. si quis X. de furt.*

Verius tamen esse videtur, alienationem rerum fideicomissariarum validam esse, & semel justè factam revocari non posse, *per c. factum legitime. de R. I. in 6.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 7. num. 13. vers. sed verius.* gloss. *in auth. res quæ. verb. obligationem. C. commun. de legat.* ubi ait, quod si dos pro quâ assignandâ alienata fuerunt bona fideicommissi, restituta fuerit ante fideicommissi restitutionem, non veniet ipsa dos in restituionem fideicommissi, à quo semel detracta fuit. Cum enim alienatio hæc à principio perfecta & consummata fuit, ex defectu causæ retractari non debet, quando enim aliquid semel legitimè factum non retractatur, etiamsi deveniat ad casum, à quo incipere non potuit, *infra. n. 497.* Ita etiam, si uxori dos propter inopiam viri sit restituta, non erit reddenda viro, etiamsi postea dives efficiatur, gloss. *in l. ubi adhuc. verb. abutatur. C. de jur. dot.* Et quando uxori quarta de quâ agitur *in auth. præterea. C. unde vir & ux.* semel ob paupertatem assignata fuit, ea non est ipsi auferenda, etiamsi maritus postea dives efficiatur, Dec. *in d. auth. præterea. num. 23. C. unde vir & ux. & cons. 24. num. 2. seq.* Hoc tamen casu alienatorem bona hæc alienata redimere teneri, respondit Ruin. *cons. 137. in fin. vol. 2.* Petra *de fideic. quæst. 8. n. 461.*

Quod

Quod si quoque tempore alienationis bona quædam libera extiterint, 481
non tamen sufficientia, an hoc casu alienatio in totum sit nulla, an verò
quoad quantitatem & valorem tantùm liberorum bonorum, quoad residuum
verò valida existat? ubi primâ quidem facie dicendum videtur, eandem in
totum nullam esse, cum forma & conditio alienationis permissæ non sit ob-
servata, formâ autem non observatâ, actus efficiatur nullus, *c. quia pro-*
pter X. de elect. in summa c. sine exceptione. caus. 12. quæst. 2. c. fin. de sent. & re 482
judic. Adeo, ut formâ in parte minimâ neglectâ, totus actus concidat, & nul-
lus sit, Dec *cons. 5 2. numer. 5.* Vultej *3. Marpurg. cons. 29. num. 139.* Cothm.
2. respons. 5. num. 28. Hering. *de fidejuss. cap. 11. n 23.* Sed verius est, alienationem
hanc ad valorem tantùm bonorum liberorum vitiari, in residuo autem vali-
dam esse, sicuti de majoratus alienatione probat Molina. *d. lib. 4. cap. 7. n. 6.*
Quod in alienatione horum bonorum semper hæc conditio subintelligi- 483
tur, nisi bona adsint libera, eaque ad causam istam necessariam non sufficiant.
de auth. res quæ. C. commun. de legat. l. pater filium. 38. in fin. princ. ff. de legat. 3.
Ideoque in casu, quo bona quidem libera extant, sed non sufficiunt, con-
ditio hæc subintellecta existit, nullitatem tamen actus non operatur, sed ad
concurrentem tantum quantitatem revocat, per *l. mulier. 22. §. cum propone-*
retur, 4. ibi: dotem decedere, ac si, quod superfuisset, rogata esset restituere. ff. ad
Sct. Trebell. d. auth. res quæ ibi. sed si liberis portio legitima non sufficiat, ad dotis vel
donationis propter nuptias obligationem, permittitur res prædictas in eam alienare. C.
comm. de legat. Et sic cum alienatio pro parte ista semel legitimè sit facta, po-
stea non potest penitus annullari, *l. factum legitime. 73. de R. I. in R. I. in 6. in*
ambiguis. 85. §. . ff. de R. I. Et aliâs quoque vulgata juris est regula, quod utile
non debeat vitiari per inutile, *c. utile 37. de R. I. in 6.*
Valida quoque tùm demum est rerum fideicommisso subjectarum aliena- 484
tio, si fructus rerum fideicommissariarum non sufficiant, quamdiu enim ex
fructibus causis hujusmodi necessariis succurri, & indè dotes, alimenta & si-
milia, exsolvi possunt, ad rerum ipsarum fideicommisso subjectarum aliena-
tionem perveniri nequit, *l. mulier. §. cum proponeretur. 4. ibi. potius ex fructibus*
hoc expensum ferendum, quàm fideicommisso. ff. ad Sct. Trebell. & ibi. Raph. Cuman.
ad fin. Castrens. *numer. 6 & 7.* Alex. *numer. 3.* Molina. *de Hispan. primog.*
lib. 4. cap. 6. n. 15. Petra. *de fideicommiss. quæst. 8. n. 384. 460. & 489.* Bald. *in auth.*
res. quæ num. 1. & ibi Castrens. *num. 5.* Curt. jun. *n. 49.* Padil. *num. 109. C. comm. de*
legat. Menoch. *4. præs. 189. n. 161.* Peregrin. *de fideic. art. 42. n. 21.* Vinc. Fusar.
de fideic. subst quæst. 153. n. 119. seq.
Alienari debent primùm res steriles, & quæ servando servari nequeunt, 485

Petra *de fideicommiss. quæst. 15. num. 226.* Gras. *de expens. & meliorat. cap. 16. numer. 7.* confer *supra n. 445.*

486 IV. Alienandæ prius sunt res mobiles antequam ad immobilia fideicommissi bona perveniatur, *arg. l. à Divo Pio. 15. §. in venditione. 2. ff. de re judic.* Garsias *d. cap. 16. n. 7.*

487 V. Requiritur, ut alienatio fiat tantùm pro quantitate debiti, & non magis, quàm necessitas requirit, alienetur, per *l. fin. in princ. ibi: quam ad eam esset necessaria. ff. de exercit. act. l. adipiscendæ. 40. ibi: quatenus dignitati supplendæ opus est. ff. de donat. inter vir. & uxor.* Bald. *cons. 332. lib. 1.* Jas. *in l. creditor. num. 3. limit. 3. ff. si cert. pet. & in l. Romæ. §. duo fratres. num. 37. ff. de V. O.* Cravet. *cons. 241. col. 11. vers. secundo respondeo. & in respons. pro Genero. num. 194.* Menoch. *arbit. jud. cas. 182. num. 32. seq.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 311.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 535. num. 22.* Peregrin. *de fideicom. art. 40. num. 26.* Ita etiam executores testamentarii non possunt rem magni valoris distrahere, ut testatoris dispositioni de re levi satisfaciant, *l. pen. & ibi* gloss. & Bald. *C. quand. decret. opus non est.* Bart. *in l. alio. n. 13. ff. de alim. & cib. legat.* Nec curatores magnam pupilli possessionem pro ære alieno modico exsolvendo distrahere possunt, *l. magis puto. 5. §. idem Prætor. 10. ff. de reb. eor. qui sub. tut.* Menoch. *d. cas. 182. num. 35.*

488 VI. Ut agnatis & reliquis fideicommissi successoribus salvum sit res alienatas retrahere & redimere. Quamvis enim res fideicommissarias ex dotis, vel aliâ justâ causâ licitè alienatas, fideicommissi successori pretio refuso redimere non licere asserant Jason *in auth. res quæ. col. 11. C. comm. de legat. & ibi* Castrens. *n. 5.* Ruin *cons. 137. n. 9.* Marzar. *de fideic. quæst. 48.* Peregrin. *de fideic. art. 40. n. 27. & artic. 42. num. 24.* Contrarium tamen sæpè judicatum fuisse in fideicommissis perpetuis familiæ favore ordinatis, refert Peregrin. *d. art. 42. n. 23.* Cum enim testator sive fideicommissi institutor velit, ut bona hæc perpetuò in familiâ permaneant, ipse quoque voluisse censetur, ut hoc casu agnatis, qui sunt de familiâ, redemptio, sive jus retractus, vulgò der Näher kauff / Einstandt / Außlosung / concedatur, *arg. l. 2. ff. de jurisdict. & simil.*

489 Et ita in bonis avitis, paternis & gentilitiis, vulgò Stammgütter / jus retractus locum habere, tradit Theod. Reinking. *de retract. consang. quæst. 3. n. 10. seq.*

490 Atque indè, ut bona in familiâ permaneant, & ipsa Nobilitas in suo statu & dignitate salva & illæsa conservetur, Ordo Equestris liber Sueviæ, Franconiæ & ad tractum Rhenanum jus Retractus inter se constituit, idque postea Cæsareis privilegiis confirmatum est, ita ut si quis ex Nobilitate liberâ & Imperio immediatè subjectus, bona sua Nobilia & libera, arces, civitates, pagos, villas, census, decimas, reditus & proventus annuos, aliaq; jura, sit venditurus,

ea

ea primùm offerat proximioribus suis agnatis, & si hi emere nolint, aliis Nobilitatis liberæ membris, & si partes inter se de pretio nō poterunt convenire, pretium illud & æstimatio à Directoribus & Deputatis loci, sive Quaternionis sub quâ bona sita sunt, constituatur. Si venditor hæc non observaverit, & aliquid extraneo Statui potentiori, majori, medio vel minori sub Nobilitatis liberæ corpore non comprehenso, vendiderit, jus Retractus competat venditoris agnatis & cognatis, juxta gradus prærogativam proximioribus, his verò deficientibus vel retrahere nolentibus, singulis de Nobilitate, & si ex singulis nemo retrahere velit, jus illud toti collegio sive corpori Nobilitatis, sine cujusque impedimento & inquietudine, & cum expressâ derogatione omnium privilegiorum, exemptionum, ordinationum, consuetudinum, observantiarum & statutorum, ordinationi huic, & privilegio Cæsareo contrariorum, sub pœnâ sexaginta Marcarum auri puri, &c. Sicuti hoc latius demonstravi *in tract. de ord. Equest. jur, & privil. lib. 3. cap. 9. per tot.*

Quod idem quoque obtinet in bonis feudalibus, ita ut si hæc licitè & consensu domini vendantur, proximiores agnati eadem retrahere & redimere possint, *C. Titius. si de feud. defunct. cont. 2. feud. 29. §. nec etiam. Per quos fiat invest. 2. feud. 3.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. concl. 87. n. 1. in not. lit. a.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 11. num. 8. seq.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 5. num. 16. seq. & quæst. 2. per tot.* Schrader. *de feud. part. 8. cap. 7. num. 9. seq. & ab his alleg.* Uti & in bonis emphyteuticis, ubi domino redemptio conceditur, *l. fin. C. de jur. emphyt.* Berlich. *part. 2. concl. 39. num. 3.* Reinking. *d. quæst. 3. num. 73* Et hoc casu retrahens pretium conventum emptori solvere tenetur, *infra cap. 13. num. 69.* 491 492

VII. Quamvis etiam verum sit ex supra dictis causis necessariis rerum fideicommisso subjectarum factam alienationem, etiam absque judicis, sive superioris decreto validam esse, *l. peto. 69. §. prædium. 1. ff. de legat. 2. l. pater filium. 38. ff. de legat. 3.* Et sufficere, alia bona libera non extitisse, & pretium in solutionem creditorum vel alias causas necessarias supra relatas, versum esse, Bald. *in l. ult. §. si præfatam. C. de jur. deliber.* Peregrin. *d. fideic. art. 10. n. 23. & seq. & art. 42. n. 94.* exemplo patris, qui legitimus administrator bonorum filii adventitiorum ea ex causâ legitimâ alienare potest, absq; decreto, *per l. fin. §. sin autem. C. de bon. quæ lib.* Pinel. *in l. 1. part. 3. n. 46. C. de bon. matern.* Peregr. *d. art. 42. n. 95.* Quia tamen decretum solemniter & præviâ causæ cognitione interpositum, onus probandi, alia non extitisse bona libera, in fideicommissarium alienationem impugnantē transfert; & causam probabilē & necessariam alienationis extitisse, præsumptionem facit, cum pro decreto judiciali præsumatur, Dd. *in l. sciendum. ff. de V. O.* & decretum emptorem justū possessorē constitu-

493

stituat *l. justè possideri. 12. & ibi* Dd. *ff. de adquir. possess.* utile esse, si superioris decretum & authoritas interponatur, nemo est qui dubitat, & sentit Bened. Carpzov *jurisprud forens. part. 3. constit. 8. defin. 36. n. 4. seq.* sicuti etiam in alienatione rerum minorum & Ecclesiarum decretum requiritur, *l. magis puto. §. nec passim ff. de reb. eor. qui sub. hoc jus porrectum. C. de SS. Eccles.*

494 Hinc VIII. in alienatione hujusmodi bonorum consultum & necessarium erit, ut certis quibusdam pactis & conditionibus fiat, veluti 1. ut alienatio ista fiat cum consilio & consensu agnatorum, 2. ne bona in potentiorem, à quo difficile recuperari queant, transferantur, 3. ut alienatio fiat cum pacto de retrovendendo, 4. ut vera & numerata pretii quantitas sincerè, & sine omni fraude instrumento alienationis inseratur, & ut omnia pacta evitentur, quæ retrovenditioni difficultatem aliquam adferre possint, contra quæ, si quid factum fuerit, id omne irritum & nullum habeatur.

495 Quod si quoque ex præcedentibus causis legitimis & permissis res fideicommissaria fuerit alienata, & alienator postea alias res liberas adquirat, ex adquisitis istis fideicommissario successori satisfacere ipsum teneri, tenent Ruin. *cons. 37. ad fin. lib. 2.* Præt. *de interpret. ult. vol. fol. 345. n. 8.* Fusar. *de fideic. substit. quæst. 535. n. 2.*

496 Illud hoc loco observandum venit, quod res fideicommissaria, vel alia alienari prohibita, si semel legitimè & licitè fuerit alienata, seu alienabilis facta, ea postea perpetuò maneat alienabilis, & tanquam res libera vendi & in quosvis, etiam extraneos, quocunque alio pacto alienari, & transferri possit, per *l. pater filium. 38. § quindecim. 5. & ibi* Bart. *ff. de legat. 3.* Jason. *in l. filiusfamil. 114. §. Divi. 14. num. 76. ff. de legat. 1.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 22. gloss. 1. num. 6. & 8.* Decian. *resp. 9. num. 73. vol. 3. & resp. 33. n. 42. vol.* Berlich. *part. 2. conclus. 13. num. 14.* Schrader. *de feud. part. 7. cap. 2. num. 30.* Goedd. *4. Marpurg. cons. 50. n. 60.* Menoch. *1. arbit. quæst. 54. num. 24.* Tusch. *lit. R. conclus. 246. num. 1. & seq. per*

497 *tot.* Petr. Surd. *cons. 15. num. 2. lib. 1.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 721. n. 1. seq.* Quia semel legitimè facta valent, & retractari non debent, licet ille casus extiterit, à quo initium capere non potuerunt, *l. in ambiguis. 85. §. 1. ff. de R. I. c. factum legitime. 73. eod. in 6. arg. §. præterea. 1. vers. furiosi. I. quib. non est permiss. test. fac.* & aliàs tanta facti est authoritas, ut interdum quid prohibeatur fieri, factum tamen teneat & validum existat, *l. 1. §. biduum. 5. quando appell.* Quando enim semel res prohibitionem evasit, semper libera manet, ut ait Menoch. *1. arbitr. quæst. 54. num. 24.*

498 Hinc licet prædium minoris absque judicis decreto, causæ cognitione & tutoris auctoritate, alienari non possit, semel tamen legitimè alienatum, semper

ſemper manet alienabile, & in alios quovis modo transferri poteſt, *l. 1. §. ſi com-
munis. l. ſi pupillorum. 7. §. ſi pupillus. ff. de reb. eor. qui ſub tut. l. 2. C. ſi adverſ.
vendit. pign. l. 2. C. de præd. & aliis. reb. min.* Schrader *d. part. 7. num. 33.* Surd. *d.
conſ. 105. n. 19.* Idem eſt, quoad res Eccleſiæ, quæ licet ſine certâ ſolemnitate
vendi vel alienari nequeant, ſemel tamen legitimè alienata, perpetuo aliena-
bilia permanent, Bart. *in d. l. ſi pupillorum. 7. §. ſi pupillu. & ibi* Bald. *ff. de reb. eor.*
Schrad. *d. n. 33.* Et bona in forenſes alienari prohibita, ſemel tamen alienata,
ſemper in forenſes tranſeunt, Surd. *d. conſ. 105. n. 12. lib. 1.* Tuſch. *d. concl. 246. n. 23.*

Sic illud, quod regulariter delegari nequit: veluti cauſæ meri & mixti
Imperii: ſemel legitimè delegatum, indiſtinctè à delegato ſubdelegari
poteſt, gloſſ. *in l. 1. & ibi* Bart. & Bald. & Jaſon. *ff. de offic. ejus cui mand. juriſdict.*
Menoch. *1. arbit. jud. quæſt. 54. num. 23.* Tuſch. *lit. R. concl. 246. num. 13.* Et illud,
quod alioquin regulariter ad hæredes legitimè tranſmiſſum poſtea indiſtin-
ctè tranſmitti poteſt, *l. videamus. 17. ff. quod met. cauſ.* Bart. *in l. ſi ipſa res 18. ff.
quod met.* Schrad. *d. l. n. 31.*

Et quamvis *d. l. pater filium. 38. §. quindecim. 5. ff. de legat. 3.* de fideicom- 499
miſſo perſonali loqui, ſeu quod ibi alienationis prohibitio fuerit perſonalis,
ita ut eo caſu alienatione ſemel factâ res iſta fiat alienabilis, ſecus autem eſſe
in prohibitione reali, aſſerant Caſtrenſ. *conſ. 247. col. pen. in princ. lib. 1.* Tuſch.
d. lit. R. concluſ. 246. numer. 4. & 9. Bart. *in d. § quindecim.* Jaſon. *in filiusfam.
§. Divi. n. 95 ff. de legat. 1.* Alciat. *reſp. 136. num. 2.* Menoch. *4. præſumpt. 189. nu-
mer. 192. verſ. verum.* Fuſar. *de fideicommiſſ. ſubſtit. quæſt. 721. num. 4.* Contra-
rium tamen, ac in prohibitione quoque reali hoc obtinere, ut res alienari
prohibita ſemel legitimè alienata, perpetuò alienabilis fiat, ex præcedenti-
bus, & quidem exemplis rerum Eccleſiæ & pupillorum conſtat, & docent
Petr. Surd. *conſ. 105. num. 12. circa fin. lib. 1.*

Et hæc quidem in alienatione licitè & legitimè facta procedunt, ſe- 500
cus verò erit, ſi alienatio illicita & illegitimè fuerit facta, tum enim a-
lienabilis non efficitur, quæ enim ab initio vitioſa ſunt, tractu temporis non
firmantur *l. quod ab initio. 29. l. quæ ab initio 210. ff. d. R. I. c. non firmatur. 18. eod. in 6.*
Et cum aliquid prohibetur, prohibentur omnia, quæ eo ſequuntur *c. cum
quid. 39. de R. I. in 6.*

Sed anne facultas alienandi vel diſponendi inter ſeſe, tollat fideicom- 501
miſſum præcedens, ex ſubſtitutione vel alienationis prohibitione reſultans,
veluti ſi teſtator fecit fideicommiſſum inter deſcendentes reciprocum, vel
bona alienari prohibuit, ut maneant in deſcendentibus, poſtea autem ipſis
inter ſeſe alienationem permiſit, an ex hac causâ præcedens fideicommiſ-

sum tollatur alienatione secutâ, ut portio in unum alienata, semper permaneat alienabilis, & postea liberè alienari possit, dubitatur? Et quod possit, probant per *l. cum pater. §. quindecim. ff. de legat. 3.* gloss. *in l. voluntas & ibi* Jason. *numer. 11. C. de fideicommiss.* Natta *cons. 522.* Menoch. *arbit. jud. cas. 54. num. 24.*

A quibus tamen non sine ratione dissentiunt, & quod præcedens substitutio non sit revocata, sed bona alienata à fideicommissaris revocari posse, & sic per alienationem semel factam non permanere semper alienabilia, statuunt Castrens. *cons. 263. col. pen. lib. 2.* Ruin. *cons. 117. n. 26. lib. 2.* Paris. *cons. 31. num. 35. seq. lib. 2.* Vinc. Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 736. numer. 2.* Quia prohibitio expressa regulari debet à fideicommisso præcedenti, cui adjecta
502 fuit, Cephal. *cons. 544. num. 13. seq. lib. 4.* Dec. *cons. 636.* Et cum prohibitio apposita sit ad augendum & conservandum fideicommissum in familiâ, non debet contrarium operari effectum, Ruin. *d. cons. 117. num. 27. lib. 2* Peregrin. *cons. 38. num. 35 lib.* Fusar. *3. d. quæst. 736. num. 2.* Et cum alienatio tantùm inter ipsos fideicommissarios substitutos permissa, consequens est, quod ex voluntate testatoris alienatio in extraneos interdicta sit, confer latè de hâc quæstione Fusar. *d. quæst. 736. per tot. & quæst. 653.*

CAPUT XII.

De Oneribus, quæ fideicommissi possessori incumbunt.

Summaria.

1. *Fideicommissum quamvis sit quædam donatio, onus tamen & incommodum quoddam intrinsecus continet.*
2. *Res transit cum suo onere & incommodo.*
3. *Onera realia prædiis inhærent, & possessores sequuntur, sicut lepra corpus.*
4. *Res transit cum omni suo vitio.*
5. *Res hypothecata cum onere hypothecæ transit.*
6. *Pactum non valet, ne res transeat cum onere.*

7. *Ecclesia & fiscus ad onera realia tenentur.*
8. *1. Fideicom. missi possessor rerum fideicommisso subjectarum inventarium conficere tenetur.*
9. *Qui rationem reddere tenetur, ad inventarii confectionem obligatur.*
10. *Majoratus possessor inventarium conficere tenetur.*
11. *Et omnes, qui ad restitutionem obligati sunt.*
12. *Solemne inventarium non requiritur, sed talis bonorum descriptio sufficit, ex quâ de bonorum qualitate constare potest.*
13. *Inventarii quoque confectio ab institutore remitti potest.*
14. *Sicuti etiam tutoribus.*
15. *Et usufructuario.*
16. *Quando à testatore inventarii confectio remissa, descriptio tamen bonorum remissa non censetur.*
17. *Exemplo tutoris.*
18. *Contra fideicommissarium, qui solemne inventarium non fecit, in litem non juratur.*
19. *Secus quoad tutorem.*
20. *Uti & fideicommissi successor bonorum subtractionem timens à judice petat, & possessor ad judicis praeceptum inventarium facere detrectet, ex contumaciâ contra ipsum in litem juratur.*
21. *II. Fdeicommissi possessor de bonis fideicommissi sartis tectisque conservandis & restituendis cautionem praestare tenetur.*
22. *Idque sive dissipet, sive non.*
23. *Ita ut si hoc non fiat, substitutus ante conditionem in possessionem mittatur.*
24. *Majoratus possessor cautionem praestare tenetur.*
25. *Cautio haec peti potest tam à successoribus proximioribus, quàm remotioribus.*
26. *Cautio haec est satisdatio, & fidejussoria esse debet.*

27. *Satisdatio fit fidejussoribus.*
28. *Si propter rei magnitudinem idoneè satisdare nequeat, talis cautio præstanda est, qualis præstari potest.*
29. *Cautio hæc duo comprehendere debet 1. rem fideicommissariam sartam tectamque conservari. 2. dolum malum abesse debere.*
30. *Cautio hæc à fideicommissi institutore remitti potest.*
31. *Idque quoad primum membrum cautionis, non verò quoad secundum, scilicet dolum malum abesse debere.*
32. *Dispositio bonorum absque dolo malo fieri potest.*
33. *Qui satisdationem exigere non potest, nihilominus bonorum descriptionem petere potest.*
34. *Quando satisdatione remissâ fideicommissi possessor bona dilapidat, nihilominus successor judicis officium implorare potest, ne dissipatio fiat.*
35. *Cautio quando semel facta, propter dilapidationem alia non erit præstanda.*
36. *Nisi primi fidejussores ex novâ causâ non solvendo sint facti.*
37. *Si ab initio cautio non fuerit exacta, ea quocunque tempore exigi poterit.*
38. *Petere hanc cautionem possunt proximiores successores.*
39. *Nisi hi sint absentes, vel in petendo negligentes.*
40. *Si plures sint successores in eodem gradu, omnibus satisfaciendum est.*
41. *Filii testatoris satisdare non tenentur.*
42. *Secus verò est, quoad nepotes & alios descendentes.*
43. *Filius quoque ad bonorum descriptionem tenetur.*
44. *III. Fideicommissi possessor tenetur pensiones, census, collectas, tributa, & alia onera realia fideicommissi solvere.*
45. *Exemplo usufructuari.*
46. *Etiam pro tempore præterito.*
47. *Hoc tamen, quod ita solvit, à prædecessorum hæredibus repetere potest.*

48. Ex-

48. Exemplo emphyteutæ.
49. Territorii inter plures communis onera possessor domus gentilitiæ præstare tenetur, sed ita, ut à consortibus partes viriles repetere possit.
50. Inter hæredem gravatum & fideicommißarium onera pro rata, aut quota bonorum compartiuntur.
51. In jure primogenituræ, ubi reliquis fratribus alimentorum loco aliquid tantum assignatum, fratres ad onera realia & tributa non tenentur.
52. IV. Fideicommissi possessor tenetur lites fideicommissi nomine motas suscipere, & earundem impensas ex fructibus sufferre.
53. Quod distinctione declaratur, si possessoris utilitatem concernat, secus verò si perpetua sit utilitas, ubi modicas tantum sufferre tenetur possessor impensas.
54. Quod secus est in patre quoad bona adventitia.
55. V Fideicommissi possessor bona fideicommissaria sarta, tecta & integra conservare tenetur.
56. Et præcavere, ne ea præscribantur, vel servitus ipsis debita amittatur.
57. Rem fideicommissariam læsam vel corruptam, etiam propriis sumptibus reparare tenetur.
58. Tenetur agrum proscindere, vites subserere, fundi seminarium renovare, ædes fideicommissarias reficere, sartas tectasque conservare.
59. Vasallus tenetur rem meliorem facere, nec pati eam fieri deteriorem.
60. VI. Si quid culpa fideicommissi possessoris deterioratum, restituere tenetur.
61. Exemplo Prælati & majoratus possessoris.
62. Maximè si dolo & culpa lata id fiat.
63. Idem videtur de levi culpa.
64. Quod etiam in vasallo obtinet.

65. De casu fortuito fideicommissarius non tenetur, veluti si res fideicommissaria chasmate, incendio, terræ motu, &c. pereat.
66. Vel belli calamitate bona ab hostibus desolentur.
67. Casum fortuitum nemo præstare tenetur.
68. Sub omni casu fortuito casus insolitus non continetur.
69. In rebus restitutioni subjectis casus fortuitus non præstatur.
70. Idem est, si res fideicommissaria naturaliter pereat.
71. VII. Fideicommissi possessor, vel ejus hæres post mortem possessoris, bona fideicommissaria proximo successori restituere tenetur, in eo statu, quo possessor accepit.
72. Propriè res reddita non censetur, quæ deterior redditur.
73. Res feudalis in eo statu restituenda, quo ab initio data fuit.
74. Idem est in re emphyteutica, usufructuariâ & Commenda Ecclesiæ.
75. In re cum pacto reluitionis venditâ, & antichrisi.
76. In re dotali.
77. Qui certo modo dominus est, & dominium ad vitam habet, de re ista liberè disponere nequit, & de deterioratione tenetur.
78. Ultimus fideicommissi possessor culpam & damnum prædecessorum suorum præstare non tenetur.
79. Hæres vasalli excusatur, si rem feudalem in eo statu restituat, quo tempore apertura fuit.
80. Idem in rebus restitutioni subjectis, dotalibus & similibus.
81. In restitutionem fideicommissi veniunt 1. res ipsæ fideicommisso à primo institutore subjectæ, & ipsius instituentis propriæ fuerunt.
82. 2. In restitutionem venit ipsius rei augmentum & meliorationes.
83. De augmento idem judicatur, quod de principali, & augmentum regulatur secundum naturam ejus, cui accedit.
84. Augmentum naturale quid?
85. Industriale quid?
86. Civile quid?
87. Separabile augmentum quid?

88. *Inseparabile quid?*
89. *Inseparabile augmentum rei fideicommissariæ cedit.*
90. *Idem est in augmento naturali.*
91. *3. Restituenda venit successori servitus realis.*
92. *4. Ædificium in solo fideicommissario extructum.*
93. *Quicquid solo inædificatur, solo cedit.*
94. *Ædificium in solo feudali extractum feudale efficitur.*
95. *In re fideicommissaria ædificans tempore restitutionis impensas repetit.*
96. *5. Quando usufructus cum proprietate consolidatur, hic quoque ad fideicommissi possessorem pertinet.*
97. *6. Restituenda sunt fideicommissi successori ea, quæ rei fideicommissariæ per alluvionem accreverunt.*
98. *7. Restituuntur, quæ per præscriptionem adjecta sunt.*
99. *8. Bona sub pacto de redimendo vendita, à fideicommissario redempta, restituenda.*
100. *9. Quando fideicommissi bona vendita, & ex pretio alia empta, successori restituenda sunt.*
101. *10. Idem est, quod bona permutata.*
102. *11. Et servitutes prædiis adquisitas.*
103. *Non veniunt in restitutionem, 1. bona, quæ fideicommisso non sunt subjecta, & qui fideicommissario aliundè, quam ex substantia & judicio testatoris obvenerunt.*
104. *Vel licet ex substantia testatoris pervenerint, non tamen in vim fideicommissi concessa.*
105. *Nemo dare potest, quod ipse non habet.*
106. *2. Prælegata non veniunt in restitutionem.*
107. *Hæreditatis nomine non veniunt legata.*
108. *Nec refert an primò relicta sint legata, & postea rogatus sit restituere.*
109. *3. Augmenta separabilia non restituuntur.*
110. *Nec refert an res addita sit principialiter, an verò accessoriè.*

111. Infeudis augumentum rei feudalis separabile ad vasalli hæredes allodiales pertinet.
112. Iurisdictio castro fideicommissario adquisita fideicommisso non cedit, nec successori restituitur.
113. Quod etiam in feudis & majoratibus obtinet.
114. Idem est in fundo empto & fideicommisso unito.
115. Unio non mutat bonorum separatorum naturam.
116. Nisi aliud expressè actum sit.
117. Destinatio rei naturam non mutat.
118. 4. In fideicommissi restitutionem non veniunt machinæ & munitiones bellicæ, à fideicommissi possessore comparatæ.
119. Nisi ad perpetuam ejus utilitatem sint destinatæ.
120. 5. Feudum in fideicommissi restitutionem non venit.
121. 6. Nec emphyteusis.
122. 7. Nec dos matris, quæ ad filium gravatum pervenit.
123. 8. Sicuti nec dotis prælegatum.
124. 9. Quod hæres vel fideicommissi possessor ex contractu, vel aliunde adquisivit.
125. Etiamsi res ex fideicommissi fructibus comparata.
126. 10. Nec bona patris inter filios ante fideicommissi institutionem distributa.
127. 11. Fructus fideicommissi in restitutionem non veniunt.
128. Non veniunt in restitutionem ea, quæ ipse testator fideicommissario debebat.
129. Nec ex fructibus ea solvere tenetur.
130. Quando meliorationes & augmenta fideicommissi successori restituenda sunt, successor pretium & impensas in ea factas solvere tenetur.
131. Exemplo feudi, emphyteusis, & rei dotalis, &c.
132. Qui dominium ad tempus habent, expensas ad perpetuam rei utilitatem factas repetunt.
133. Sicuti & alius quilibet bonæ fidei possessor.

130. Ne-

134. Nemo cum alterius damno locupletari debet.
135. Impensa necessaria quaenam sint?
136. Utiles quaenam?
137. Voluptariae quaenam?
138. Impensae perpetuam rei utilitatem quaenam concernant?
139. Quaenam fructuum percipiendorum causa facta dicantur?
140. Ut impensae repeti possint, requiritur 1. quod sint factae, & ab haerede probentur?
141. 2. Ut res inde melior sit facta?
142. 3. Perpetuam rei utilitatem concernant.
143. Solvendae sunt fideicommissi possessori, vel ipsius haeredibus impensae 1. quae ad perpetuam rei fideicommissariae utilitatem factae.
144. Exemplo vasalli emphyteutae, conductoris, &c.
145. 2. Impensae necessariae restituendae sunt.
146. Malaefidei possessor necessarias impensas deducit.
147. Sciens rem fideicommisso subjectam emens, impensas necessarias in eam factas repetit.
148. Sciens impensas in rem alienam factas donasse quatenus praesumatur?
194. Respondetur ad l. fin. §. emptor. 4. C. commun. de legat.
150. Malaefidei possessor impensas necessarias repetit.
151. 3. Fideicommissi possessor ejusque haeredes utiles impensas deducunt, sicuti alius bonaefidei possessor.
152. Malaefidei possessor licet utiles impensas non deducat, vel repetat, ipsi tamen permittitur tollere, quod in alieno posuit, modò sine rei detrimento id fieri possit.
153. 4 Solvendae & restituendae sunt impensae in aedificationem factae.
154. Impensae in domus reparationem factae sunt necessariae & restituendae.
155. 6. Idem est, quoad impensas in rei fideicommissariae conservationem factas.
156. 7. Et quae in recuperationem rei fideicommissariae factae restituendae sunt.

157. 8. Quæ pro redemptione servitutis factæ.
158. Idem est, quoad impensas pro juribus realibus, veluti jurisdictione, &c. adquirendis factas.
159. 10. Vel si veteres pensiones inde sint auctæ.
160. 11. Quæ pro perpetua rei fideicommissariæ custodia factæ.
161. Modo præter morem solitum, veluti propter belli necessitatem vel suspicionem facta sit custodia.
162. 12. Restituendæ sunt impensæ, quæ in constructione aggerum pro tutela agrorum, &c. factæ sunt.
163. 13. Idem est in constructione fossarum perpetuam utilitatem concernentium.
164. 14. Uti & in plantatione vinearum, arborum, sylvarum, si in eam magnæ impensæ factæ, ipsæque perpetuam utilitatem concernant.
165. 15. Impensæ in hoc factæ, ut res fideicommissaria inculta ad culturam redigatur, restituendæ.
166. Exemplo rerum feudalium.
167. Dispositum de præparato locum quoque habet in præparatoria.
168. Modicæ impensæ non sunt curandæ.
169. 16. Restituendæ sunt impensæ etiamsi possessor proprio labore meliorationes fecerit.
170. Idem est, si ipsius antecessor, cujus ipse fuit hæres, easdem fecerit, & singularis possessor propter meliorationes & impensas jure retentionis uti potest.
171. 17. Repetuntur quoque impensæ, etiamsi res, in quam factæ sunt, casu fortuito perierit.
172. 18. Nec fideicommissi possessor impensas cum fructibus compensare tenetur.
173. Exemplo vasalli, etiamsi meliorationes ex fructibus factæ.
174. Fœminæ quoque hæredes impensas repetere possunt.
175. 20. Deducuntur quoque impensæ in fideicommissi restitutione pro infirmitate testatoris factæ.
176. 21. Idem est, quoad funeris impensas.

200. Nec refert, an impendens rei dominium restitutioni obnoxium habeat, nec ne.
201. Æstimatio meliorationum facienda videtur, non secundum tempus, quo factæ sunt, sed secundum tempus restitutionis.
202. Præsentia rerum pretia sunt spectanda.
203. In æstimatione meliorationum deteriorationis quoque ratio habenda est.
204. Optio datur fideicommissi successori, an meliorationum pretium solvere, an verò pati velit, ut tollantur.
205. Exemplo feudi & emphyteuseos.
206. Nisi ipse fideicommissi successor istas fuisset facturus.
207. Vel res commodè auferri non posset.
208. Vel si necessariæ sint impensæ.
209. Vel successoris voluntate vel mandato factæ sint.
210. Nec optio ista locum habet in melioramentis, quæ non tolli publicè interest.
211. Impensæ meliorationum, quæ perpetuam rei utilitatem concernunt, etiam ex ipsis rebus fideicommissariis solvi possunt.
212. Pro consequendis meliorationum impensis fideicommissi possessori ejusque hæredibus 1. rei retentio datur.
213. Exemplo vasalli.
214. Etiamsi impensæ non sint liquidæ.
215. Ubi tamen cautio admittitur.
216. Quando meliorationis impensæ in unam rem fideicommissariam factæ, illa tantum & non aliæ retineri potest.
217. 2. Quando fideicommissum constitutum fuit, personalis actio competit, & impensæ condici possunt.
218. 3. Competit quoque negociorum gestorum actio.

Quar-


Uartus hujusmodi fideicommissorum effectus consistit in one-
ribus, quæ subire tenetur possessor. Quamvis enim fideicom-
missum hoc sit donatio quædam, quæ nullum onus vel incom-
modum extrinsecum, sed merum lucrum continet, *§. si res a-
liena. 6. I. de legat.* continet tamen onera quædam realia, quæ
ex re ipsâ oriuntur, & plerumque quemvis rei possessorem, & sic quoque
donatarium & fideicommissarium sequuntur, cum decantata juris sit regula,
quod quælibet res transeat cum suo onere, commodo & incommodo, &
omni suâ causâ, *l. generaliter. 24. § fin. ff. de fideicomm. libert. l. si aquæductus. 47.* 2
*ff. de contrah. empt. l. traditio. 20. §. 11. ff. de adquir. rer. dom. l. alienatio. 67. ff. de
contrah. empt. l. cum fundus 12. ff. commun. præd. l. via. 23. §. pen. & ult. l. cum fundo.
36. ff. de servit. rust. præd. l. res pignori. 10. C. de remiss. pign.* Gail. *2. observ. 16.
num. 2.* Tusch. *lit. O conclus. 145. num. 1. & per tot.* Adeò, ut onera illa inhæ- 3
reant prædiis, & quocunque transeunt prædia, eorum possessores ad onera
eorum teneantur, *l. quisquis. 16. C. de Episc. & cler.* Mod. Pistor. *cons. 8. numer.
48. vol. 2.* Schrad. *de feud. part. 6. num. 18.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. conclus.
5. num. 1. seq.* Coler. *de process. part. 1. cap. 9. num. 70.* Et onera realia sive
prædialia sequantur possessores tanquam lepra leprosum, & umbra
corpus, Hier. Cævall *quæst. 36. n. 21.* Guid. Pap. *quæst. 79.* Brun. à Sole *verb.
collectæ, num. 3.* etiamsi per mille manus transeant, Tusch. *d. lit. O. concl. 145. n. 2.*
Imò transit cum omni suo vitio in singularem possessorem, *l. Pomponius. §. si* 4
cum quis. ff. ad adquir. poss. l. vitia. C. eod. l. apud. §. de authoris. ff. de dol. except.
Wesembec. *cons. 2. num. 92.* Vultej. 3 *Marpurg. cons. 22. num. 105. seq.* ac cum
suis juribus, conditionibus & libertatibus, Oldrad. *cons. 228. in princ. vers.
tertio, quia* Tusch. *d. concl. 145. num. 3.* cum suâ servitute, Anchor. *cons. 404. n. 16.*
& res hypothecata cum onere hypothecæ, *l. debitor. C. d. pign. l. si debitor. 12.* 5
C. de distract. pign. l. alienatio. 67. ff de contrah. empt. Tusch. *d. l. num. 7.* Adeò, 6
ut ne quidem pactum in contrarium valeat, quo res non transeat cum suo o-
nere, *l. fin. C. de fund. rei priv. l. pen. & ult. C. sine cens. vel reliq.* Anchor. *d.
cons. 404. num. 16.* Abbas. *cons. 30. in princ. lib. 2.* Tusch. *d. l. num. 5* Ziegler. *§.
Nobiles. concl. 1. num. 136.* Unde nec primipilaris, nec veteranus, nec mi-
les, aliusve, qui privilegio aliquo subnixus, nec Pontifex ab oneribus pa-
trimonialibus liber & immunis existit, *l. fin. §. hujusmodi. 24 ff. de muner. &
honor. l. omnes 8. C. de fund. patrim.* Et fiscus quoq; nomine bonorum confiscato- 7
rum onera realia sufferre tenetur, Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 1. num. 69.* Sicuti
etiam Ecclesia rem onere reali affectam comparans, ad onus illud obligatur
c. si tributum. caus. 11. quæst. 1. c. tributum. caus. 23. quæst. 8. Bart. *in l. mune-*

rum. §. *patrimoniorum.ff. de murer. & honor.* Meischner. *tom.* 2. *lib.* 2. *decis.* 3. *num.* 21. Perra *de potest. Princip. cap.* 4. *num.* 56. *seq. & numer.* 105. Tusch. *d. conclus.* 145. *numer.* 23. Uti & imperator, ita ut si feuda Ducatus, Comitatus, Baronatus, vel alia bona oppignorata aperiantur & ad Imperatorem devolvantur, onera illis annexa, & contributiones exsolvere teneatur, sicuti constat ex Capitulat. *Imper. Ferdinandi* II. & III. §. auff den Fall aber 30. & 34. Et cum fideicommissi possessor lucra & commoda rerum fideicommissariarum percipiat per dicta *supra cap.* 10. *numer* 26. *seq. per tot.* æquum est, ut onera quoque & incommoda sentiat, *l. secundum naturam.* 10. *ff. de R. I. c. qui sentit. eod. in* 6.

8 Hinc fideicommissi possessor tenetur. 1. rerum fideicommisso subjectarum inventarium conficere, per *l. cum tale.* 72. §. *quid ergò.* 3. *ff. de condit. & demonstr. l. inter omnes.* §. 1. *ff. qui satisdar. cog. tot. tit. ff. C. ut legat. nom. cav.* Bart. *in l. cum tale* §. *Titius. & ibi* Bald. *ff. de condit. & demonstr.* Peregrin. *de fideicommiss. art.* 44. *num.* 2. Ant. Faber. *in Cod. lib.* 6. *tit.* 25. *defin.* 25. Abbas *cons.* 79. *lib.* 1. Guid. Papa *decis.* 351. Tusch. *lit. F. conclus.* 272. *numer.* 1. & *per tot.* Vinc. Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst* 512. *numer.* 1. *seq. & ibi alleg.* Peregrin. *de fideicom. art.* 35. *num.* 25. Benedict. Carpzov. *jurispr. for. part.* 3. *const.* 8. *defin.* 39. Marzar. *in epit fideicommiss. part.* 2. *quæst.* 54. *num.* 84. ubi ait hæredem teneri, inventarium conficere, describendo in eo omnia mobilia & se moventia, & ipsorum pretium, & æstimationem, ac immobilia, actiones & jura ipsi fidei-
9 commisso subjecta, Fusar. *d. quæst.* 512. *num.* 1. Cùm enim possessor teneatur reddere rationem deteriorationis, & post mortem ejus ad alium integra transeat, utique etiam inventarium conficiet, ex quo constet, quid restituendum & quantum deterioratum sit, atque ideò omnis is, qui rationem reddere tenetur, ad inventarii confectionem obligatus est, *l. cum oportet. non autem. C. de bon. quæ lib. & ibi* Bald. *num.* 1. Molina *de Hispan. primogen. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 3. Et fideicommissarium universale teneri conficere inventarium, si hæres id non fecerit, scribit Bart. *in l. in ratione.* §. *quod vulgo. num.* 10. *ff. ad L. Falcid.* Molina *d. cap.* 28. *num.* 6. Et sic quoque hæredem, qui hæreditatem restituere per fideicommissum obligatus, ad inventarii confectionem teneri, scribit *gloss. in l. ratione.* §. *quod vulgò verb. nimirum. ff. ad L. Falcid.* Castrens. *in l. cum tale.* §. *Titius. num.* 2. *vers. ex hoc. dicunt. ff. de condit. & demonstr.* Guid. Papa *decis.* 351. *num.* 1.

10 Idque exemplo majoratus possessoris, quem de rebus majoratui subjectis inventarium conficere teneri, tradunt Peralta *in l.* 3. §. *qui fideicommissum*

n. 45.

num.45. & seq.ff. de hæred. instit. Molin. *d. lib. 1. cap. 28. num. 4. seq. & in fin.* Et usufructuarii, *l. 1. §. rectè. ff. de usufruct. quemad. cav.* Pinel *in l. 1. part. 2. num. 22. ff. de bon. matern.* Ac generaliter omnes, qui ad restitutionem obligati sunt, inventarium conficere teneri, tradunt Guid. Pap. *de form. invent. & cons. 42.* Castrens. *in d. l. tale. §. 1. ff. de condit. & demon.* Pinel. *d. num. 22.* Et sororem quoque hæreditati paternæ renunciantem bonorum paternorum descriptionem petere posse, ut sciatur, quænam bona aliquando in defectum masculorum ad ipsam sint reversura, tradit Kellenbenz *de renunciat. quæst. 23. num. 25.* 11

Non tamen solemne hic requiritur inventarium & secundum formam *l. fin. C. de jur. deliber.* sed sufficit quandam bonorum facere descriptionem, ex quâ de qualitate rerum fideicommisso subjectarum aliquando constare possit, Paul. Castrens. *in l. cum tale. §. 1. ff. de condit. & demonstr.* Mantica *de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 6. num. 4.* Ant. Faber. *in Cod. lib. 6. defin. 25. num. 3. & 4.* Benedict. Carpzov. *jurisprud. forens. part. 3. const. 8. defin. 39. in fin.* Fusar. *de quæst. 512. num. 7.* 12

Hanc autem Inventarii confectionem ab institutore remitti posse, tradunt *l. cum tale. 72. §. quid ergo. 3. ibi: rationi vero non exigendæ modus adhibitus. ff. de condit. & demonstr.* Castrens. *in d. l. cum tale. §. Titius. num. 2. ff. de cond. & demon.* Cravet. *cons. 174. num. 11.* Clar. *lib. 3. §. testamentum. quæst. 66. vers. quod ad primum.* Covarruv. *in c. 1. num. 17. X. de testament.* Molina *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 28. num. 3. seq.* Fusar. *d. quæst. 512. numer. 9.* Fachin. *6. controv. cap. 25.* quam opinionem communem asserit Paris. *cons. 68. num. 57. lib. 2.* Quia inventarii confectio in ipsius testatoris, eorumque qui ab ipso causam lucrativam habent, favorem inducta est, & sic quoque ejusdem remissio in ipsorum præjudicium fieri potest, licet aliud sit quoad detrimentum & præjudicium creditorum, *l. filiusfam. 114. §. Divi. 14. & seq. ff. de legat. 1.* & per tradita *supra c. 6. num. 240. & seq. & cap. 11. num. 216. seq.* Et quemadmodum fideicommissi institutor cautionem, *infra num. 30.* pari quoque ratione inventarium remittere potest, siquidem testator fidem fideicommissariorum satis diligenter approbasse censetur, & sic nihil mali de ipsis præsumendum, *per princ. I. de satisdat. tut. l. fin. ff. de curat. fur.* Et aliâs quoque testator fideicommissum pro libitu suo instituere potest, cur igitur illud modificare non poterit, cum dispositioni rerum suarum conditiones quascunqne legitimas, justas & æquas adjicere nullibi prohibeatur, sed id ipsi de jure permissum sit, *supra cap. 6. n. 21. seq.* Maximè cum jure civili hoc inventarii beneficium nemini obtrudatur, 13

sed

sed cuivis liberum relinquatur, *l. fin. §. & hæc quidem 13. & §. fin autem. 14. ibi electionem ei damus. C. de jur. delib.*

14 Imò etiam ipsis tutoribus hæc inventarii conficiendi necessitas quadantenus remitti potest *l. fin. C. arbit. tut. & ibi gloss. & Dd. com.* qui tamen majori fide & obligatione ad inventarium conficiendum adstrictus est, cum non tantum rem ipsam, sed etiam fructus indè perceptos restituere, & de

15 iisdem rationem reddere teneatur, Molina *d. cap. 8. num. 9. & 15.* Ubi etiam usufructuario inventarii confectionem remitti posse asserit post Guid. Pap *cons. 41 numer. 1.* Clar. §. *testamentum quæst. 66. vers. quoad tertium.* non obstante, quod cautio de utendo arbitrio boni viri remitti nequeat, ne detur occasio delinquendi, *l. C. de usufruct. l. scire debetis. & ibi* gloss. *C. ut in poss. leg.* Cum enim leges istæ à jure communi exorbitent, & in cautione de utendo fruendo boni viri arbitrio loquantur, non facile ad alios casus sunt trahendæ, nec in remissione inventarii eadem militat ratio, quæ in remissione cautionis, non enim datur major occasio delinquendi usufructuario respectu proprietarii, quam hæredi respectu fideicommissarii, nec tutori respectu pupilli, eo quod licet hæres & tutor ex testatoris dispositione, ab inventarii confectione sint liberi, nihilominus tamen bonorum descriptionem facere tenentur, si pars id petierit Molina *d. cap. 28. num. 15.* Quamvis enim quis inventarium facere non teneatur, ad bonorum tamen descriptionem compelli potest, *infra n. 33.*

16 Atque ideò licet à testatore sive fideicommissi institutore inventarii confectio remissa sit, id de solemni inventario, non verò de bonorum descriptione intelligendum, ita ut hanc fideicommissarius, remissione cautionis non obstante, recusare nequeat, Molin. *d. cap. 15. n. 32. & cap. 28. num. 15. & seq.* ubi malè Dd. confundere inventarii confectionem & bonorum descriptionem probat, post Cuman. *cons. 88.* Guid Pap *decis. 351. numer. 1.* Boer. *decis. 61. numer. 7. & 14.* Unde licet pater non teneatur facere inventarium ex bonis

17 filiorum, eundem tamen, ad eorundem petitionem, ad descriptionem bonorum teneri, tradit Cuman. *d. cons. 88. col. fin.* Molina *d. cap. 15. numer. 34*

Idque maximè, si justa aliqua causa subsit, exemplo tutoris, cui licet à testatore inventarii confectio remissa fuerit, nihilominus tamen ex justâ aliquâ causâ, & si judici id rerum administrationi expedire visum fuerit, inventarii confectionem imponi posse, docent per *l. utilitatem. & ibi* Bart. *ff. de confirm. tut. & ibi* Bart. *& in l. nemo potest. n. 12. ff. de legat. 1.* Dec. *cons. 349. n. 5.* Cravet. *cons. 193. num. 10.* Covarruv. *2. var. resol. cap. 14. num. 4.* Molina *d. c. 28. num. 16.*

num.16. Vel si fideicommissi successor suis expensis inventarium petat, ut exinde in futurum probari possit, bona fideicommisso esse subjecta, nam tùm testatoris remissione non obstante, nihilominus tamen inventarium conficere teneri, scribit Castrens. *cons.366.in fin.vol.1.* Plotus *de in lit.jur.§.26. numer. 2. vers.ubi tamen.* Fusar. *d. quæst.512.num.11.* Guid.Papa *decis.531.*

Sed si fideicommissarius solemne inventarium non confecerit, an contra ipsum in litem juretur, dubio non caret? Et licet hoc affirment Plot. *in l. si quando. num.595. C. unde vi & de in lit.jur.§. 26. num. 2. seq.* Marzar. *de fideicommiss.part. 2. quæst.54. num.84.* Idem in majoratus possessore tenendum esse asserat Peralta *in l.3. §. qui fideicommissum num.95.ff.de hæred.instit.* Contrarium tamen, & hoc casu fideicommissi successorem in litem jurare non posse, tradit Molin. *d. cap.28.num.4.sed quamvis opinio.& num 8.* Peregrin. *cons. 51. num. 8.lib.1 & de fideic art.35.num.27.* Fusar. *de fideicommiss. substitut. quæst. 667. num. 17. seq.* Quia nullâ hoc lege cautum reperitur, & sic sine lege loqui meritò erubescendum, *Novel.18.cap.5.* Et alia pœna in hæredes inventarium conficere negligentes est constituta, quod scilicet legatariis & Creditoribus in solidum satisfacere teneantur, *l. fin. §.sin autem. 14. C. de jur. delib.* Atque ideò nostrum non erit, ad alias pœnas eosdem alligare, legalibus pœnis sufficientibus, *l.veluti.16.ff.de V. O.* 18

Nec in contrarium facit, quod adversus tutorem inventarium non conficientem, in litem juretur, *l. tutor qui repertorium 7.ff. de administr. tut.* Cum enim hæc lex sit pœnalis & pupilli favorem contineat, ad alios casus illa non erit trahenda Cuman. *in l. in ratione. §. quod vulgo & ibi* Alex. *num. 14. ff. ad L. Falcid.* Molina *d.cap. 28. num.8.* Et non adeò præcisa est obligatio fideicommissi possessoris qui bona quasi propria & quorum dominus est, possidet, quoad conficiendum inventarium, quàm tutoris, qui aliena bona administrat, & tutor de omnibus bonis, fructibus & emolumentis bonorum pupillarium, rationem reddere tenetur, quod secus est in fideicommissario, qui fructus percipit, & non tenetur reddere rationem, nisi deteriorationis suâ culpa factæ, Molin. *d.cap.28.n.9.* 19

Quod si tamen fideicommissi successor bonorum fideicommissariorum subtractionem timens, coram judice instet, & possessor inventarium conficere ad judicis præceptum facere detractet, ex contumaciâ & dolo adversus ipsum in litem jurari posse, tradit per *l. 2 ff. de in lit. jur.* Molina *d. cap.28. num.10.* 20

II. Fideicommissi possessor de bonis fideicommisso subjectis sartis te- 21

ctisque conservandis, & successori integrè restituendis, cautionem præstare
tenetur, *l. peto. 69. §. fratre. 3. ff. de legat. 2. l. fin. C. de legat. l. 1. & seq. & tot.
tit. ff. ut legat. seu fideicommiss. serv. caus. cav. l. cum Artemidorum. C. ut in possess.
legat. l. inter omnes. & ibi* Bart Castrens. Alex. Jason. & Dd. *comm. ff. qui satisd.
cog.* Molina *d. lib. 1. cap. 15. num. 1. & seq. & num. 13. seq.* Tusch. *lit. F. concl. 272.
num. 1. per tot.* Besius *de pact. famil. illustr. cap. 8. fol. 415.* Plot. *de in lit. jur. §.
26. num. 4.* Marzar. *de fideicom. quæst. 5.* Peregrin. *de fideic. art. 40. num. 10.* Jo-
22 seph. Ludov. *Perus. decis. 63. num. 2.* Petra *de fideicom. art. quæst. 10. num. 13.* Fu-
sar. *de fideicommiss. subst. quæst. 515. num. 1.* Et quod hæres, sive dissipet, sive
non, â fideicommissario cogi possit, ut sibi de fideicommisso restituendo
caveat, sive satisdet, tradunt per *l. hæc stipulatio. & tot. tit. ff. ut legat. nom.
caveat. l. 1. princ. l. si is à quo. 3. §. fin. ut in possess. legat. auth. contra cum rogatus.
C. ad SCt. Trebell.* Peregrin. *de fideicom. art. 40. num. 10.* Ant Faber. *in Cod. lib. 6.
tit. 20. defin. 5. num. 9.* Tusch. *d. concl. 272. num. 1.* Bened. Carpzov. *pract. fo-
23 rens. part. 3. const. 8. defin. 38.* Fusar. *d. quæst. 515. num. 7.* Vel etiam nulla dissi-
pationis suspicio subsit, Molina *d. cap. 15. num. 17.* Fusar. *d. l. num. 8.* Richter.
part. 1. decis. 61. num. 12. seq. Ita, ut si non caveat de restituendo, & non dilapi-
dando, substitutus, etiam ante conditionem purificatam, in possessionem
mittatur, *l. cum Artemidoram. C. ut in possess. legat. l. filius fam. 114. § iidem. 12. ff. de le-
gat. 1.* Bart. *in l. is potest. num. 11 ff. de adquir. hæred* Guid Pap. *decis. 351* Tusch. *d. concl.
272. n. 2.* Alciat. *cons. 30. n. 2. vol. 3.* Decian. *resp. 49. n. 63. vol. 3.* Hering. *de fidejuss. c. 10.
n. 315.* Fus. *d. quæst. 515.* Mol. *d. c. 15. n. 17.* confer. *infra c. 13. num. 64.* Cùm etiam in pe-
titione hæreditatis descriptio fructuum & cautio de non minuendo peti pos-
sit, Bart. *in l. unic. in princ. & ibi* Bald. *num. 6. C. de prohib. sequestr.* Jason *in l. si fide-
24 jussor. §. fin. num. 28. ff. qui satisd. cog.* Hering. *d. cap. 10. num. 317.* Et sic quoque majo-
ratus possessorem, de rebus majoratui subjectis integrè restituendis, cautio-
nem præstare teneri, docet Molina *d. lib. 1. cap. 15. num. 2.* Hering. *de fidejussor. c.
25 5. num. 307.* Ac fratres quoque sororibus paternæ hæreditati renuncianti-
bus sub conditione, donec masculi existant, de bonis conditione deficiente
restituendis, cavere teneri, tradit Kellenbenz. *de renunciat. quæst. 23. num. 16.
& seq.* Et peti potest hujusmodi cautio non tantùm à fideicommissariis
proximioribus, sed etiam ulterioris gradus, *d. l. inter omnes. ff. qui sa-
tisdar. cog. & ibi* Jason. *num. 2.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 3. n. 79.* Fusar. *d. quæst.
515. n. 6.*

26 Cautio hæc fidejussoria esse debet, Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. c. 15.
num. 14.* Quia cautio hæc fideicommissaria regulariter est satisdatio, *l. 1.
princ. §. 1. & seq. l. si ex causâ 4. l. postquam. 5. §. 2. & 3. l. si quando. 6. §. 1. l. fi-*

lio

lib.7.l.8.l.si à te.10.l.ei quoque.13.l.etiam.15. princ. §.1.l.16.l.17.l.fin. ff. ut legat. seu fideicommiss.nom.cav.l.si is, à quo.3.§.1 ff.ut inpossess.legat.l.1.2.4.6.7.C.eod. Quoties 27
autem satisdatio requiritur, non pignoribus, sed fidejussoribus ea expedienda venit, *d. l.postquam.5.princ.l.si quando 6.pr.l.si à te.10.ff.ut legat.nom.cav.l.1.ff. qui satisd.cog.l.prætoriæ.7.ff.de stipul.prætor l.stipulationum 5.§.satis acceptio. 2.& seq. ff.de V.O.l.1.§.jubet.9.& ibi* Cujac.*ff.de collat.bon.l.satisdationis.61.& ibi* Gœddæ. *num.2.ff.de V.S.l.sancimus.C eod.*Ioh.Hartprecht.*ad princ.num 8.& seq.I.de satisdat.*Cujusmodi satisdatio etiam à notoriè idoneo, & plura bona immobilia possidente, præstatur *d. l.1.in princ.ff.ut legat.seu fideicomm.nom.cav* Molina *d.cap. 15.num.16.*Hering.*de fidejussor.cap 5.num.seq.& n.12.seq.*

Cautio hæc debet esse idonea, *l. quoties.6.ff.qui satisdar.cog.*Si tamen pro- 28
pter rei magnitudinem idoneè satisdare nequeat, ea cautio præstanda est, quæ secundum rei qualitatem præstari poterit, per *l.de creationibus.ibi: tunc & fidejussio in quantum possibile est, ab eo exploretur.C.de Episc.aud.*Mol.*d.c.15.n.18.*

Continere debet hæc cautio duo, 1. rem fideicommissariam sartam tectamque conservari, & post mortem possessoris integrè successori proximo restitui, *supra num.21.* 2. dolum malum abesse debere, nihilque dolo fieri ex 29
quo res fideicommissaria deterior reddatur, *l. 1.ff.ut legat.nom.cav.l.fin.C.de leg.* Molina *d.cap.15.n.24.& 29.& cap.22.n.3.seq.*

An autem hæc cautio à fideicommissi institutore remitti possit, dubita- 30
tur? Et remitti eam posse, manifestè probant, *l.ipsis rerum.2.l.scire debetis.7.C. ut inpossess.legat.l.licet.12.ff.ut legat.seu fideicommissum.nom.cav.l.avia.77.in fin.ff. de condit.& demonstr.*Fusar.*de fideicommiss.substit.quæst.515.n.9.* eandemque etiam testatorem prohibere posse, docent *l.cum Artemidoram.4.ibi: si modo testator id fieri non prohibuerit.C.ut in possess.legat.* Quia satisdationes hæ in legatis & fideicommissis voluntatis defunctorum tuendæ gratiâ introductæ sunt, & sic etiam eorundem voluntate remitti possunt, ut ait Divus Marcus *in d. l. ipsis rerum. 2. C. ut in possess.leg.* Cùm & aliàs quivis testator & fideicommissi institutor legem, quam vult, imponere possit, *supra cap.6.n.251.seq.*

Et hoc quidem quoad prius cautionis membrum procedit, quod scilicet 31
à testatore ea cautio remitti possit, quæ pro legato & fideicommisso conservando & restituendo datur, secus autem quoad membrum posterius dolum malum abesse debere, hanc enim præstandam esse, etiamsi testator cautionem remiserit, tenet Molina *d. cap. 15. num. 29.* Fusar. *d. quæst 515. num. 10.* Cùm ex hujus remissione delinquendi occasio præbeatur, & dolus futurus remitti nequeat, *l. si unus. 27. §. illud nulla. 3. ff. de pact. l. contractus. 23 ff. de R. I. l. in commodato. 17. in princ. ff. commod. l. si plagii. ff. de V. O.* Hocque pro-

bat etiam *d. l. 2. C. ut in possess. legat.* ubi testator eam solum cautionem remittere potest, quæ ipsius gratiâ introducta est, satisdatio autem, ut dolus malus absit, introducta est, vel favore publico, *d. l. si unus. 27. §. illud. nulla. 3. ff. de pact.* vel mixtim, sive ex parte in gratiam fideicommissarii, & ex parte in favorem juris publici, ut ait Bald. *in d. l. scire debetis. 2. C. ut in poss. leg.* Et si nō potest remitti cautio, ut boni viri arbitrio quis fruatur, *l. scire debetis, 7. C. ut in poss. leg. l. si pecuniæ ff. eod. l. 1. C. de usufr.* ne scilicet occasio delinquendi detur, quantò minus ea cautio remitti poterit, quâ dolum malum abfuturum, cavetur, cum major delinquēdi occasio ex hac, quàm ex illâ præbeatur, Mol. *d. c. 15. n. 29.*

32 Nec huic contrariatur, quod cautione à testatore de fideicommisso restituendo remissâ, non possit eadem peti, etiamsi hæres bona dissipet, *l. fin. ff. ut legat. seu fideic. nom cav.* cum bona fideicommisso subjecta quis dissipare possit etiam absque dolo, Castrens. *in l. Imperator. num. 2 & ibi* Alex. *num. 13. ff. ad Sct. Trebell.* Molina *d. cap. 15. numer. 30.* Quod si autem dissipatio sit dolosâ & talis, de quâ testator verisimiliter non cogitavit tempore remissionis, tunc non obstante remisſione, nihilo minus cavendum esse, scribit Bald. *in l. jubemus. in princ. num. 5. & num. 17. C. ad Sct. Trebell.* cum testator de tali dissipatione dolosâ remittendâ, non cogitâsse præsumatur, *l. creditor. 60. §. Lucius. 4. ff. mandat. l. ex facto. ff. de vulgar. subst.* Molin. *d. num. 30.*

33 Is quoque, qui non potest satisdationem exigere, nihilominus tamen bonorum descriptionem petere potest, ut ait Bald. *cons. 137. vol. 1.* Cuman. *cons. 88. num. 3.* Chassan. *in consuet. Burg. rubr. 6. §. 6 verb. par inventaire. numer. 27.* Peralta *in l. 3. §. fideicommissum. numer. 30. ff. de hæred. instit.* Molina *de Hisp. primogen. lib. 1. cap. 15. num. 32. & seq. & cap 28. num. 15.* Ita enim parens bonorum filii administrator, non quidem tenetur satis dare, ad bonorum tamen descriptionem obligatus est, Cuman. *d. cons. 88. col. fin.* Pinel. *in l. 1. part. 2. num. 23. C. de bon. matern.*

34 Quod si quoque satisdatione remissa fideicommissi possessor bona dilapidet, potest nihilominus successor officium judicis implorare ante factum, ut impediat, ne dilapidatio fiat, *l. Imperator. ff. ad Sct. Trebell. l. si pater 3. & ibi* Bald. *num. 3. C. qui bon. ced. poss. & per l. fin. in princ. & ibi* Bart. *numero 3. ff. quod met. caus.* Molina *d. cap. 5. numero 11. & cap. 16. numer. 20. & 21.* ubi ait, quod si pater bona dotalia ad filium pertinentia dissipet, filius petere posſit, ut ea non dissipet Bart. *in l. 2. § quod si in patris. numer. 9. ff. solut. matr.* & si ulterius procedat dilapidationis suspicio, filius satis dationem petere, eaque ipsi imponi potest; quamvis enim filius, quando manifestè dilapidat, non teneatur se fragilitati cautionis committere, secus tamen est, quando dilapidatio

non

non est manifesta, sed ejus solum suspicio adest, adversus quam filio ex satisdatione satis consultum videtur, Molina *d.lib.1.cap.16.num.12.* Et quando fideicommissi possessor consumit vel dissipat bona, quod tunc cautio peti possit, docent per *d.l. imperator.ff.ad SCt.Trebell.* Peregrin. *art.51.num.5.* Fusar. *de fide.commiss.subftit.quæst.607.n.6.*

Quod si quoque cautio de re fideicommissi restituenda semel facta, propter dilapidationis suspicionem alia non erit præstanda, cum ex prima fideicommissi successor securus sit, ejusque vigore sibi res fideicommissariæ non deteriorotatæ restituendæ sint, *l. in princ. ff. ut legat. nom. cav. l. fin C. de legat.* Molina *d cap.15. num. 2.& cap.16.num.23* non enim superfluis & variis satisdationibus utendum *l. hæc stipulatio.15. §. divus.1.ff.ut legat.nom. cav. l. si is à quo 3. fin ff. ut in possess. legat.* Etiamsi minus idonei fidejussores ab initio dati, cum suæ facilitati expensum ferre debeat, quod minus idoneos acceperit, *d.l.si is à quo.3. §.fin.ff.ut in possess. legat.* 35

Secus tamen erit, si primi fidejussores ex post facto & ex nova causa non solvendo facti sint, tunc enim de novo satisdatio præstanda erit, *l.plane 4.ff.ut in possess. legat. l. si creditores ff. de privileg. cred. l. qui bona §. de illo. ff. de damn. infect.* Idemque est, si tempore fidejussionis exactæ fidejussores communi opinione idonei reputati, postea autem compertum eos inopes & non idoneos esse, *l. in confirmando. ff. de confirm. tut. c. pastoralis. X. de except.* Molina *d. cap.15.n.13.* 36

Si quoque ab initio satisdatio de re fideicommissi restituenda non fuerit exacta, ea tamen quocunque tempore exigi poterit, sive dilapidationis suspicio superveniat, sive non, *l.1.§.plane. 9. ibi: nec cessare debere stipulationem l. postquam.ff ut legat.nom.cav.* Molina *d.n.13.vers.in tertio.* 37

Petere hanc satisdationem possunt illi, qui post fideicommissi possessorem primum locum in successione obtinent, per *l. peto. 69. fratre.3. ff. de legat. 2.* Qui enim priores sunt in successione, non immerito quoque tales in cautionis petitione priores constituendi, cum calumniose satisdationem petere videatur is, quem alius antecedit, ut ait Ictus Papinianus in *l. Paulus 8. ff. de stipulat.præt.* 38

Nisi sequens successor absens, impeditus, vel in petendo negligens sit, tunc enim alius eandem petere poterit, *arg.l. 2.ff.si quis caut.in jud.* Molina *d.cap.15.num.22.* Et faciunt ea, quæ de alienationis revocatione dixi *infra cap.13.n.26.seq.* 39

Quod si plures sint in eodem gradu successores, omnibus satisfaciendum erit, nec hac oneratur possessor, cum futurum sit ut unus solus in fideicommisso succedat, & uni tantum teneatur, *l. si duo. 16. ff. ut legat. seu fideicommissi nom. cav.* 40

41 Satis dare tenentur omnes fideicommissi possessores, nisi sint de liberis
primi gradus seu filii ipsius testatoris, seu fideicommissum instituentis, hos
enim satisdare non teneri, asserunt per *l. jubemus 6. in princ. & § in supradictis*
1. C. ad. Sct. Trebell. §. ibid. Bart. Bald. Castr. Corn. & Dd. *comm.* Jason. *in l. inter*
omnes fallent. 5. ff. qui satisd. cog. Tusch. *lit. F. concl. 272. num. 8.* Molina *d. lib. 1.*
42 *1. cap. 15 num. 31.* Et hoc tantum in filiis, non verò in nepotibus procedere, &
hos quoque, sicuti & alios descendentes satisdare teneri, probat, *d. l. jubemus.*
6. in princ. juncto §. illud etiam 3. ad. Sct. Trebell. & ibi Bald. Bart. *in l. liberorum. n.*
4. & 6. & ibi Alciat. *n. 26. ff. de V. S.* Molina *d. n. 31.*

43 Quamvis autem filius fideicommissum instituentis non teneatur satis-
dare, ad bonorum tamen descriptionem ipsum teneri, asserit Molina *d. cap. 15.*
num. 32. cum is, qui satis dationem exigere nequit, bonorum descriptionem
petere possit, *supra num. 33.*

44 III Fideicommissi possessor tenetur pensiones, census, tributa, col-
lectas & alia onera realia fideicommissi bonis incumbentia annuatim, &
quando necessitas id postulat, exsolvere. R. A. zu Regenspurg *de anno 1576.* §. bey
Berathschlagung. *101. ibi:* erklären und ordnen wir / daß in obgesetztem Fall / alle
mahl der Standt / so das Stammhauß besitzlich in hat / zu Erlegung deß Reichs
Steuren / mit Recht von unserm Fiscal angelanget / etc. Denais. *jur. Cameral.*
tit. contributiones Turcicæ 99. §. 9. Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 27. num 8.*
seq. Peregrin. *de fideicommiss. art. 4. num. 65. & art. 49. n. 69.* Casp. Klock. *tract.*
de contribut. cap. 1. num. 111. cum enim fideicommissi possessor fructus percipiat,
supra cap. 10. num. 33. seq. consequens est, ut ipse quoque ad hujusmodi onera te-
neatur, *per l. usufructu. 7. §. hactenus. 2. ff. de usufruct.* Quia fructuum causa
prædia ejusmodi oneribus subjecta censentur, *l. neque stipendium. 13. in fin. ff. de*
impens. in res dot. l. fructus. 13. C. de act. empt. Et hæc onera ipsis prædiis sic im-
ponuntur, ut prædia per se, & persona possidens ipsorum causa obligata sit, *l.*
Imperatores 7. ff. de publican. & vectigal.

45 Ex quo etiam usufructuarium ad collectas, pensiones, census, canones,
tributa & similia onera realia teneri, tradunt per *l. usufructu. 7. §. hactenus. 2.*
l. stipendentes 27. §. si quid. 3 ff. de usufruct. l. quæro. 28. ff. de usu & usufr. legat. l.
apud Iulianum. § hæres. ff. de legat. 1. Pinel. *in l. 1. part. 2. num. 72. C. de bon. mat.*
Valasc. *de jur. emphyt. quæst. 17. num. 1.* Hartm. Pistor. *lib. 1. quæst. 46. num. 33. sequent.*
Garsias *de expens. & mel cap. 11. num. 47.* Joh. del Castil. *de usufr. cap. 56. num. 14.*
Peregrin. *de fideicommiss. art. 50. num. 20.* Harpprecht. *in §. constituitur. 11. n. 154.*
I. de usufruct. Caspar Klok *de contribut. cap. 11. numer. 115. seq.* ubi ad contraria
respondet.

Idque procedit non tantum pro præsenti & futuro, sed etiam præte- 46
rito tempore, quo modernus possessor nondum possidebat, ut nihilominus
hæc onera exsolvere teneatur, *l. cum servus. 30. §. hæres. 5. ff. de legat. 1.* Molin.
d. cap. 15. num. 8. Klock. *d. cap. 11. num. 113.* Pinel. *in l. 1. part. 2. num. 72. vers. nono am-
pliatur.* Quia tributa hæc sunt onera realia, & quemvis possessorem sequun-
tur, & propter eadem ipsa potius prædia, quam personæ conveniuntur, *d. l.
imperatores. 7. ff. de publica. & vectig.* Ac propterea prædia in æstimio posita,
pro collectis & tributis tacitè hypothecata censentur, Ant. Thesaur. *decis. 164.
n. 3.* Trentacinqu. *resol. 4 n. 1. vers. hæc conclusio.* Klock *d. l. num. 114.* Gars. *de expens.
& melior. cap. 11. n. 1.* Adeo ut ne quidem pactum valeat, ne possessor pro tribu-
tis & pensionibus teneatur, *l. pen. & ult. C. sine censu vel reliq. fund.* Garsia *d. cap.
11. num. 5.*

Quod tamen ita procedit, quod possessor pro præterito tempore tribu-
ta & alia onera realia solvens, ad prædecessorum hæredes recursum habeat, 47
& id, quod solvit; ab ipsis repetere possit, per *l. cum possessor. 5. in princ. ff. de cen-
sib.* Molina *d. lib. 1. cap. 15. num. 8. vers. quod nedum.* Gars. *d. cap. 11. num. 51 seq.* Af-
flict. *decis. 95. num. 3.* Tiraquel. *de retract. consang. §. 6. gloss. 1. num. 7.* Exemplo em-
phyteutæ, qui licet etiam pro tributis antecessorum & præteriti temporis 48
teneatur, regressum tamen ad prædecessorum hæredes habet, Valascus *de jur.
emphyt. quæst. 17. n. 17.* ubi id quoque aliis exemplis confirmat, Garsia *d. cap. 11.
n. 51. & seq.* Et de usufructuario id probat Harpprecht. *d. § constituitur. n. 155. seq. I.
de usufruct.* Valasc. *d. n. 17.* Idque in omni possessore rei, quæ sine certo authore
obligata est ad tributa, generale esse, ita ut si præterita & decursa onera solve-
rit, conservet sibi nihilominus & repetat ab eo, & ejus hæredibus, qui debere
cœpit, tradit Garsias *d. cap. 11 n. 52.* ubi *n. 53.* idem esse scribit in eo, qui decimas
præteritas solvit, & in possessore beneficii, qui pensiones decursas & præteri-
tas solvit, *ibid. n. 54.*

Atque ita etiam territorii inter plures communis onera possessor Do-
mus gentilitiæ, deß Stammhauses / præstare quidem tenetur, sed ita tamen, 49
ut à consortibus partes viriles per actionem in Camera Imperiali reposcere
possit, R. A. zu Regenspurg *de anno 1576. §.* bey Berathschlagung. *101. in fin. ibi:*
Doch demselben seine Forderung gegen seine Mit-Erben / oder Mitbesitzern dersel-
ben Herrschafft / zu Vergnügung ihrer Gebührnissen / auch daselbst an unserm
Kàyserl. Kammergericht zu verfolgen / in allweg hiemit vorbehalten. Caspar.
Klock. *de contribut. cap. 1. num. 111.* Herman. Lather *de censu. lib. 1. cap. 16. num. 20.*
Denais. *jur. Cameral. tit. contributiones Turcicæ. 99. § 9.* Græven *lib. 2. pract. concl.
153. in coron.*

Sic quoque inter hæredem gravatum, & fideicommiſſarium onera pro rata, aut quota bonorum compartiuntur, & onera futuri temporis ad fideicommiſſarium tranſeunt, pro tempore verò præterito, quo hæres ex judicio teſtatoris fructus ſuos facit, ad eum quoque onera pertinent, niſi fructus quoque ad fideicommiſſarium pertinerent, *l. hactenus. & ibi* Bald. *l. uſufructu legato. l. ſi pendentes. §. ſi quid cloacarii. ff. de uſufruct.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 4. n. 65.* Molina *de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 27. n 9.* Klock. *de contribut. cap 11. n 206.* Fuſar. *de fideicommiſſ. ſubſtit. quæſt. 123.*

51 Ubi verò jus majoratus vel primogenituræ introductum, & reliquis fratribus alimentorum loco aliquid tantum aſſignatum, hi fratres ad tributa & alia onera, quæ bonis primogenituræ impoſita ſunt, pro rata exſolvenda non tenentur, ſed ea omnia primogenitus & majoratus poſſeſſor ſolvere obligatus eſt, Afflict. *deciſ 252. n. 2. & in c. Imperialem. §. præterea Ducatus. n. 53. de prohib. feud. alien. per Frider.* Tiraquel. *de primogen. quæſt. 74.* Pinel. *in l. 1. part. 2. num. 12. verſ. ſeptimo ampliatur. C. de bon. matern.*

52 IV. Tenetur fideicommiſſi poſſeſſor lites de rebus fideicommiſſo ſubjectis motas ſuſcipere & proſequi earundemque litium expenſas ex fructibus ejusdem facere, per *l. 1. C. de bon. matern. & ibi* Bart. *num. 3.* ubi ait, patrem ex fructibus bonorum adventitiorum filii, quorum uſusfructus ad ipſum pertinet, litium expenſas, quæ ſuper ejuſdem bonis moventur, facere teneri, quod etiam cenſuerunt *ibid.* Bald. *num. 1. & 13.* Angel. *col. 1.* Corne. *n. 2.* Pinel. *in l. 1. part. 2 num. 68. C. de bon. mater.* Et in majoratus poſſeſſore, aſſerit poſt Menchach. *de ſucceſſ. creat. lib. 1. §. 5. n. 12. ad fin.* Eſt enim hujusmodi litis ſuſceptio & proſecutio onus quoddam reale, ex re fideicomiſſaria proveniens, ejusque utilitatem concernens, atque ita ad poſſeſſorem ſpectat, *arg. l. in judicio. 47. ff. famil. erciſc.* ubi ad ſucceſſorem feudi inſtantia judicii, tanquam onus reale tranſit.

53 In qua tamen re diſtinguendum mihi videtur, an lis ſolùm commodum ipſius fideicommiſſi poſſeſſoris, an verò perpetuam fideicommiſſi utilitatem concernat, veluti ſi inter ipſum & alium agnatum litigetur, quis in ſucceſſione præferendus, vel ſolum ſuper fideicommiſſi fructibus, non verò de proprietate quæſtio ſit, ipſe fideicommiſſi poſſeſſor litis hujus impenſas ſufferre teneatur, cum iniquiſſimum foret fideicommiſſi ſucceſſorem obligari ad eas impenſas, quæ in ipſius utilitatem non ſunt factæ, ſed ſolius poſſeſſoris commodum ſpectant, per tradita Bald. *in l. 2. n. 1. C. de liber. cauſ.* Sin verò eadem lis ipſius proprietatis cauſam & perpetuam utilitatem concernat, dicendum vide-

videtur, expensas modicas ad ipsum fideicommissi possessorem pertinere, *arg.l.usufructu. 7. §.quoniam 2. alias §. hactenus. ff. de usufruct.* Magnas verò ex rebus fideicommissariis faciendas, vel à fideicommissi successore refundendas esse, prout in patre, respectu bonorum filii adventitiorum, arbitratur Bald. *in auth.excipitur.n.4.C.de bon. qualib.* Pinel. *in l.1.part.2 num.69. C. de bon. matern* Et in fideicommissi bonis tradit Marzar. *in epit. fideicommiss. part. 3. quæst. 67.num.21.* In majoratu, Molina *de Hispan.primogen.lib.1.cap.15.n.11. vers. quicquid autem.* & in usufructuario, Joh. Harpprecht. *ad §. constituitur.11.num. 171. & sequentib. I. de usufruct.* ubi ait, quod quando usufructuario lis mota est ab alio, quæ duntaxat ipsius usumfructum concernit, vel ipse usufructuarius ejusmodi litem alteri moveat, ipsum usufructuarium has expensas, sive parvæ, sive magnæ sint, sustinere debere, cum enim istarum expensarum utilitas fructuario tantum profutura, earum quoque onus ipsi incumbet, *arg. l. secundum naturam. 10. ff. de R. I.* Garf. *de expens. & melior.cap.1 .n 10 in princ* Pinel. *in l.1 part.2.n.68.vers.adverto etiam. C. de bon. mater.* Quando verò lis mota proprietatem tantum respicit, parvas quidem impensas ad usufructuarium, magnas verò ad proprietarium pertinere, *arg. l.usufructu.7 §.hactenus 2.ff.de usufruct.l. eum ad quem. 7. C.eod.* Garf. *d.n.10.vers.at verò si agatur.* Joh. del Castill. *de usufruct. cap.55.n 4.seq.*

Quam tamen distinctionem in patre bonorum filii adventitiorum usumfructum à lege habente, non procedere, eumque tam magnas, quam 54
modicas litis expensas sufferre teneri, asserit post Bart.Bald. Angel. & Corne. *in l.1 C.de bon. mater.* Gomez. *2. var.resol.cap.15 num.17. vers.ex quo.* Joh. del Castil. *de usufr.cap.55.numer.1.& 5.* Happrecht. *d. §.constituitur.n.73.& 174. ff. de usufruct.*

V Fideicommissi possessor tenetur bona fideicommisso subjecta sarta, 55
tecta & integra conservare, cum enim institutoris sit mens, ut res illæ perpetuò in familia permaneant, eaque inde conserventur, *supra cap. 7.n 1.sequentib.* necesse est, ut possessore defuncto, alteri agnato & successori proximiori integræ restituantur, atque inde etiam gravatus de re restituenda cautionem præstare teneatur, sicuti constat ex dictis *supra n. 21.* Tenetur quoque omnia ea agere, quæ à diligente patrefam, exiguntur. Et sic præcavere, ne res usu- 56
capiatur, vel præscribatur, quod fit interrumpendo præscriptionem ab alio cœptam, *l. 1. in fin. ff. usufruct. quemad. cav.* Ac prospicere, ne servitus rei fideicommissariæ debita non utendo amittatur, *l. sed si quid. 15. §. fin. ff. de usufruct.*

57 Tenetur etiam fideicommissarius rem fideicommissariam non modò salvam, sartam, tectam, illæsam & integram servare, sed læsam quoque & corruptam resarcire & reparare, idque propriis sumptibus, & ex fructibus ex fideicommisso perceptis, per *l. eum, ad quem. 7. C. de usufruct.* cum æquum & secundum naturam sit, commoda cujusque rei eum sequi, quem incommoda sequuntur, *l. secundum naturam. 10. ff. de R. I. l. unic. §. pro secundo. 4. C. de caduc. tollend.*

58 Indeque fideicommissi possessor tenetur agrum proscindere, vites subserere, aquæductus & fossas purgare, *l. si cujus. 13. §. de præteritis. 2. in fin. ff. de usufruct.* fundi seminarium renovare, *l. item si fundi 9. §. seminarii. 6. ff. de usufruct.* in locum demortuarum arborum alias substituere, *d. l. usufructu. 7. §. Cassius. 3. l. agri. 18. ff. de usufruct.* ædes fideicommissarias reficere, sartas tectasque conservare, *l. usufructu. 7. §. quoniam 2. l. cum fructuarius. 64. & sequentib. ff. de usufruct.* Schrad. *de feud. 2. part. 9. sect. 5. num. 23.* ubi id exemplificat in vasallo, marito, emphyteuta, usufructuario, & aliis rem restitutioni subjectam possidentibus, ut hi omnes ad curam refectionis & restaurationis sint obligati, quem sequitur Gœddæ. *3. Marpurg. consil. 33. num. 61. seq.* Garsia *de expens. & melior. cap. 12. num. 71.*

59 Et fideicommissi possessorem non posse rem fideicommissariam deteriorare, sed potius meliorare, ipsa æquitas postulat, cum ejusdem commoda & fructus sentiat, *supra cap. 10. num. 33.* Exemplo vasalli, qui ex lege feudali obligatus censetur, rem meliorem facere, nec pati eam deteriorem fieri *c. 1. §. si vasallus in feudo. hic finit. lex c. 1. §. præterea. verb. aut patrimonii grandem jacturam facere molientem. & vers. quod si non fecerit, quæ fuit prima caus. benef. amit.* Bursat. *consil. 91. num. 7.* Schrad. *de feud. 2. part. 9. sect. 5. n. 23. seq.* Gœdd. *3. Marpurg. consil. 33. n. 61. seq.*

60 VI. Si quid culpa fideicommissi possessoris deterioratum, vel aliter admissum, id resarcire & restituere tenetur, per *cum res. 47. §. item si res 4. l. si servus. 108. §. cum quid. 12. ff. de legat. 1. l. mulier. 22. §. sed enim. 3. ff. ad SCtm. Trebell.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 27. num. 1. seq.* Tuschus *lit. F. concl. 275. n. 1. & 4.* Gœdd. *3. Marpurg. consil. 33. n. 23.* Peregrin. *de fideicom. art. 10. n. 27. seq.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 516. & 518.*

61 Exemplo Prælati, qui similiter Ecclesiæ vel sequenti successori resarcire tenetur omne damnum ipsius culpa & negligentia in rebus suæ dignitatis commissum, gloss. *in auth. Idem est Nestorianis. C. de hæretic.* Molina *d. cap. 27. n. 2* & majoratus possessoris, Peralta. *in l. 3. §. qui fideicommissam. n. 43. & 44. ff. de hæred. instit.* Molin. *d. l. n. 1.*

62 Idque de dolo & culpâ latâ, & quæ dolo proxima est, non habet dubium, per *d. l. cum res. 47. §. culpa autem. 4. ff. de legat. 1. d. l. mulier. 22. §. sed enim. 3. ff. ad* Sct.

Sct. *Trebell.* Molin. *d. cap. 27. num. 4.* Tusch. *d. concl. 275. n. 4.* Shrad. *de feud. 2. part. 9. sect. 5. n. 14.* Fusar. *d. l. quæst. 517. n. 2.*

Quod si quoque hæres fideicommisso gravatus commodum & emolumentum quoddam ex bonis fideicommissariis percipiat, ipse quoque de levi culpa tenebitur, per *d. l. cum res 47. §. culpa autem. 5. l. si servus legatus. 108. §. cum quid 12. ff. de legat. 1.* Molina *d. cap. 27. n. 4. vers. hæc tamen. & vers. horum autem.* Et sic quoque ipse fideicommissarius possessor de levi culpa tenebitur, cum fideicommissi fructus percipiat & alia commoda sentiat, quoties 63
autem contractus vel actus aliquis utriusque gratia celebratur, seu utriusq; utilitatem concernit, ut hic ipsius fideicommissi possessoris & successoris, non solum dolus & lata culpa, sed etiam levis & non etiam levissima præstatur, *d. l. si servus legatus 108. §. cum quid 12. ff. de legat. 1. l. si ut certo loco. 5. §. nunc. videndum. 2. vers. sed ubi utriusque l. in rebus. 18. princ. vers. at si utriusque ff. commodat. l. in navem. 31. in fin. ff. locat. §. fin. 1. quib. mod. re contrah. obl. & ibi* Bart. *num. 30. seq. & Dd. com.* Sicuti etiam vasallus, sed si quid dolo, culpâ latâ & levi 64
commiserit, vel deterioraverit in re feudali, illud emendare & resarcire tenetur per *c. de feud. sine culp. non amitt.* Rol. à Valle. *cons. 40. num. 19. vol. 4.* Mozz. *de feud. tit. ex quib. caus. feud. amit. num. 76.* Gœdd. *d. cons. 33. n. 58.*

Secus autem erit, si res fideicommissaria casu aliquo fortuito perierit, 65
vel deteriorata fuerit, veluti si fortè vestutate naturali, vel incendio, vel vi hostili ædificium collapsum vel expugnatum, de hoc enim possessor vel ejusdem heredes non tenentur; sic enim si res fideicommissaria Chasmate, incendio, terræmotu perierit, de ea hæres non tenetur *l. cum res legata. 47. §. fin. ff. de legat. 1. l. ex conducto. 15. §. 2. ff. locat.* vel inundatione *l. qui univer, sas. 31. §. itemque à mari. ff. de adquir. vel amit. poss.* vel belli calamitate bona ab hostibus occupantur & desolantur, *l. cum unus §. fin. ff. de bon. auth. jud. possid.* Et si domus fideicommissaria exusta, & hæredis nummis extructa, tempore 66
restitutionis hæres sumptus deducit, modo culpa ipsius incendium non contigerit, *l. domos. 58. & l. seq. ff. de legat. 1.* Sebast. Medices *de casib. fortuit. part. 2. quæst. 11. num. 9.* Ita etiam rem hæreditatem naturaliter interemptam vel consumptam, usu ve lonigoris temporis contritam, vel collapsam, seu deterioratam, modo dolus & culpa absint, fideicommissario perire, neque hæredi fiduciario ejusve hæredi imputari, tradit Peregrin. *de fideicommiss. art. 6. numer. 37. sequentib.* Adeò, ut sufficiat hæredi probare,

quod per cursum tanti temporis verisimiliter sit perempta Bart. *in l. quod ad præsens. C. de murileg.* Afflict. *Neapol. decis. 13. numer. 27.* Peregrin. *d. art. 6. n. 40.*

67 Est enim generalis regula, quod casus fortuitus neminem obliget & casum fortuitum nemo præstare teneatur *l. contractus. 23. ff. de R. I. l. 1. quæ fortuitis. h. C. de pignor. act. l. cum duobus. 52. §. damna 3. ff. pro soc. l. 1. C. de posit. l. 2. §. si eo tempore. ff. de admin. rer. ad civit. l. qui insulam. 30. §. fin. ff. locat. c. fin.*

68 *X. de homicid.* Sebast. Medic. *de casib. fort. part. 1. quæst. 16. n. 1.* Adeo, ut licet quis pacto omnem casum in se receperit, casum tamen insolitum & non cogitatum, in se recepisse non censeatur, nec eundem præstare obligatus sit, *l. per fistulas. §. frumenta. l. sed etsi quis. §. quæsitum. ff. si quis caut. judic. sist.* Gomez. *2. var. resol. cap. 3. num. 19. in fin.* Menoch. *cons. 27. num. 18. seq.* Gœddæ. *4. Marp. cons. 50. n. 150.* cum eum prævidere & præcavere impossibile sit, *l. 2. §. si eo tempore. ff. de administ. rer. ad civit.* nemoque ipsi resistere valeat, *l. in rebus. 18. ff. commodat.* nisi mora intervenerit, ob hanc enim quis de casu quoque fortuito tenetur, *l. quæsitum. ff. de precar. l. si in Asia. §. fin. ff. de pos.* vel culpa casum præcesserit, *c. 1. X. de commod. c. bona fides. X. deposit. l. si ut certo. §. interdum. ff. commod. l. pen. ff. solut. matrim. l. si merces §. culpæ. ff. locat. cum res. 47. §. fin. ff. de legat. 1.* Seb. Medic. *d. quæst. 16. num. 46.* Ex quo etiam de casu fortuito non tenetur emphyteuta, Angel. *in l. 1. num. 4. C. de jur. emphyt.* Clar. *emphyteusis. quæst. 8.* Seb. Medic. *d. quæst. 16. n. 22.* Valasc. *de jur. emphyt. quæst. 27. num. 2.* nec fidejussor, Bald. *cons. 119. n. 9. vol. 2.* Dec. *cons. 7. num. 2.* Medic. *d. l. n. 25.* Hering. *de fidejussor. cap. 24. n. 210.* nec negociorum gestor, *l. debitor. ff. de negoc. gest.* Medic. *d. l. num. 26.* nec maritus in rebus dotalibus *l. in rebus. 17. ff de jur. dot.* nec vasallus Schrader. *de feud. 2. part. 9. sect. 5. num. 22.* Atque inde etiam illum, qui rem reddit restitutioni subjectam, non quidem dolo vel culpa, sed casu fortuito factam deteriorem, liberari, nec casum hunc præstare, tradit,

69 Peregrin, *de fideicommiss. art. 10. n. 28. 31. 40. seq.* Et quod in rebus restitutioni subjectis, qui ad restitutionem obligatus est, regulariter tantum teneatur de dolo & culpa, non autem de casu fortuito, asserunt per *l. in ratione. 30. §. certis verò. 4. ff. ad L. Falcid. l. mulier. 22. §. sed enim 3. l. deducta 58. cum hæreditas. 1. ff. ad Sct. Trebell. l. fin. C. de legat.* Paris. *cons. 55. numer. 26. lib. 3.* Molina *in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 8. num. 54.* Schrader. *de feud. 2. part. 9. sect. 5. num. 5. vers. sexto pro hac.*

70 Atq; hinc etiam, si res fideicomissaria naturaliter desinere esse ceperit, vel perierit, veluti si boves vel equi naturaliter perierint, vel utensilia consumpta, aut

aut deteriorata fuerint, ad ejusdem restitutionem vel æstimationem hæredem, vel fideicommissi possessorem ejusve hæredes non teneri, tradit Peregrin. *de fideicom. art. 10. n. 39. seq.*

VII. Hinc fideicommissi possessor vel ejus hæres post mortem ipsius 71
possessoris bona fideicommisso subjecta proximori agnato, sive successori proximo restituere tenetur, & quidem integra, & in eo statu, quo possessor eadem accepit, gloss. *in l. qui exceptionem §. vers. asserit. ff. de condict. indeb.* Goedd. 3. *Marpurgens. cons. 33. num. 23. & 28.* Nam si reddita quidem sit res, sed 72
deterior, quàm data fuit, non videbitur reddita, & propriè res dicitur non reddita, quæ deterior redditur, *l. 3. §. 1 & ibi* Bart. & Castrens. *l. eum. 10. l. in rebus. 18. §. 1. ff. commod. l. 1. § si res. ff. de pos. l. Iulianus. §. sed si quis rem. ff. ad exhibend. l. Creditor. 7. & ibi* Bald. *C. de pignor. act.* Gœddæ. *3. Marp. cons. 33. num. 4. seq.*

Atque hinc rem feudalem, feudo finito, in eo statu, eaque conditione, 73
bonitate & qualitate restituendam esse, quâ ab initio data fuit, pluribus rationibus ostendit Gœddæ *d. cons. 33. num 17. & seq.* Idem est in re emphy- 74
teuticâ, quâm finitâ emphiteusi, emphyteuta ejusve hæres, in eo statu, quo primum data, domino restituere tenetur, *Novell. 7. cap. 3. §. sciere autem. 3.* Schrad. *de feud. 2. part. 9. sect. 5. num. 18.* Gœddæ. *d. cons. 33. numero 18.* Et usufructuarius ejusque hæres rem, finito usufructu, in eo statu, eaque qualitate & bonitate reddere obligatus est, qua accepit, eoque nomine cavere tenetur, *l. 1. §. cavere. §. recte. fin. ff. usufruct quemad. cav. l. 1. C. de usufruct.* cum rei substantiâ salvâ uti frui debeat, *l. 1. ff. de usufruct. §. 1. Inst. eod.* Uti & is, cui Eclesia est commendata, seu qui Ecclesiæ commendam habet, eam sartam rectamque conservare, & in eo statu, quo accepit, & non deteriorem reddere tenetur, Panormit. *in c. querelam. in princ. vers. quia debeat tenere. X. de elect.* Innocent. *in c. pastoralis. X. de privileg.* Schrad. *d. sect. uum. 18. vers. decimo tertio.*

Sic quoque res cum pacto reluitionis vendita, in eo statu & qualitate re- 75
stituenda est, quâ tempore venditionis fuit, etiamsi medio tempore verum rei dominium, sed revocabiliter tantùm habeat, Tiraquel. *de retract. lignag. ad fin. num. 67 seq.* Quod etiam obtinet in prædio in pignus hypothecam vel per antichrisin tradito, ita ut in eodem statu & qualitate, qua acceptum, reddendum sit, *l. creditor. 7. & ibi* Dd. *C. de pignor. act.* Schrader. *de feud. 2. part. 9. d. sect. 5. num. 17.* Negusant. *de pignor. 3. memb. part. 7. num. 7.* Nec non 76
in re dotali, quam soluto matrimonio, maritus in eâ qualitate, quâ accepit

restituere adstrictus est, *l. in rebus. 17. ff. de jur. dot. l. si filiofam. 25. §. maritum. ff. solut. matrim.*

Nec in contrarium facit, quod fideicommissi possessor rei fideicommissariæ sit dominus *supra cap. 10. num. 1. seq.* atque ita rei suæ moderator & arbiter sit liberrimus, *l. in re mandata 21. C. mandat.* nec cuiquam teneatur, etiamsi in re suâ malè versetur, *l. etiam. §. licet. ff. solut. matrim.* sed cuique do-
77 mino res sua pereat, *l. in cendium. C. si cert. pet.* Nam hæc tum demum vera sunt, si res alicujus sit simpliciter & irrevocabiliter, secus autem si revocabiliter, vel certo modo quis dominus sit, tum enim liber arbiter, moderator & dominus non est, sed tantum quoad fructus & commoda, ad dies vitæ, & post mortem res ad proximos agnatos & successores illæsa & integra transfertur, & hæres de deterioratione tenetur, *l. si servum. ff. de V. O. l. si servum. 71 ff. de adquir. hæred. de in bello. §. si quis servum. ff. de captiv. & postlim. rer. l. ædiles. §. Pædius. ff. de ædil. edict.* Non enim debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, *l. non debet. 74. ff. de R. I.*

78 Observandum tamen hic venit, quod ultimus fideicommissi possessor damnum vel culpam prædecessorum suorum præstare non teneatur, si ipsorum hæredes non existant, cùm nemo vel factum vel culpam alterius, cujus hæres nō est, luere teneatur, *l. sciendum 18. ff. ex quib. caus. major. in integr. l. quidam. 25. §. si quis. ff. ad SCt. Trebell. l. non debet. 74. ff. de R I. l. cum à matre. C. de rei vind.* nemo ex factis alterius obligetur, Paris. *cons. 93. num. 27. seq. & cons. 94. numer. 23. vol. 1.* Cravet. *cons. 129. num. 12.* vel damnum sentire, *l. cum proponas. 3. C. de naut. fœn. l. qui officii. §. fin. ff. de contr. empt. C. cum non deceat. de elect. in 6.* Hippol. de Marsil. *sing. 350. num. 1.* sed factum cuique suum nocere debeat *l. factum cuique 155. ff. de R. I. c. non debet alteri eod. n 6.*

79 Unde quoque hæres vasalli excusatur, si rem feudalem in eo statu restituat, quo tempore aperturæ fuit, modo nullus ipsius dolus vel culpa arguatur, per *l. in hac. in fin. l. fin. ff. de tritic. condict. l. vinum. ff. de reb. credit. l. si ut certo. §. quod verò ff. commod. l. 2. §. custodiam. ff. si quis caut. jud. sist. l. si à sub. stituto. 45 in fin. ff. de legat. 1.* Castrens. *cons. 426. vol. 1.* Gœddæ *3. Marpurg.*
80 *cons. 33. num. 253.* Nec res restitutioni subjectæ ab eo, qui dolo & culpâ caret, in meliori statu reddi debent, quàm in quo tempore restitutionis faciendæ reperiuntur, *l. in ratione. §. 1. & seq. ff. ad l. Falcid. l. mulier. § sed enim. l. deducta. §. hæreditas. ff. ad SCt. Trebell.* sicuti nec maritus dolo & culpâ carens, in meliore statu, quàm tempore restitutionis faciendæ sunt, restituere tenetur res dotales, *l. plerumque 10. ff. de jur dot.* sicuti nec paraphernales, *l. de his 17. & ibi* Bald. *C. de donat. inter vir.* Sicuti & is, qui à judice in pos-

in possessionem missus est, dolo & culpâ carens, non tenetur in alio statu
reddere, quàm in quo est, quando vel de damno cavetur, vel solvitur id,
quod debetur, aut judicio sistitur reus, ita, ut missio remitti debeat, *l. si finita.
§. si quis damni. 1. prætor ait. §. est præterea. ff. de damn. infect.* Nec non is, qui ad retra-
ctum tenetur, Tiraquel. *de retract. convent. in fin. num. 85. & de retract. lignag. ad fin.
n. 67. & seq.*

In restitutionem veniunt 1. res ipsæ fideicommisso â primo institutore 81
subjectæ, cum hæ eo fine concedantur, ut perpetuò in familiâ permaneant,
& sic de uno successore & possessore agnato in alium transferantur, & sic ea
tantum bona in fideicommissi restitutionem veniunt, quæ ipsius fideicom-
mittentis propria, & fideicommisso gravata fuerunt, *l. cohæredi 41. § quod si
hæredem 3.* ibi: *nec fideicommisso propriæ facultates filii tenebuntur. ff. de vulg. &
pupill. substit. l. ex facto. 7. §. non tantum. 2.* ibi: *nam hactenus erunt obli-
gati, quatenus quid ad eos pervenit. ff. ad SCt. Trebell. l. sequens quæstio. 68.
ff. de legat. 2.* & quidem ea, quæ tempore mortis possedit, *l. fin. C. de edict. D.
Hadr. toll.*

2. Venit quoque in restitutionem ipsius rei fideicommissariæ augmen- 82
tum & meliorationes, *l. quod si rerum. §. si quis post. ff. de leg. 1. l. sæpè. ff. de leg. 3.* De-
cian. *cons. 52. dub. 3. lib. 1.* Peregrin. *de fideic. art. 10. num 17. seq.* Mantic. *de conject. ult.
vol. lib 7. tit. 8. num. 23. in fin.* Pusar. *de fideic. subst. quæst. 637.* Quia augmentum
ejusdem est naturæ, cujus est principale, Gylman. *Cameral. decis. 54. num. 57.*
Et idem judicatur de augmento, quod de principali, *l. si ex toto. in princ. l.* 83
*quod in rerum. §. si quis post. ff. de legat. 1. l. inter socerum. §. cum inter ff. de pact. dot.
l. etiam. C. de jur. dot.* Decian. *resp. 52. num. 51. vol. 1.* Sixtin. *Marp. cons. 14. n. 94.*
Ac regulatur secundum naturam, qualitatem & conditionem sui præexisten-
tis, seu ejus cui accedit, *d. l. etiam. & ibi* Bart. & Bald. *C. de jur. dot.* Tusch. *lit.
A. concl. 55. n 1.* Honded. *2. cons. 84. num. 67.* Schrad. *de feud. 2. part 9. sect. 2. n. 7.* Ita
enim augmentum dotis sequitur ipsam dotem, & dicitur eadem dos, & non
nova, *l. si proprietatis. & ibi* Bald. *ff. de jur. dot. d. l. inter socerum. §. cum inter. ff.
de pact. dot.* Tiraquel. *de retract. §. 1.* gloss. *18. num. 51.* Idemque de augmento
dotis judicatur, quod de ipsâ dote, *d. l. etiam. C. de jur. dot. l. 1. l. si constante.
& ibi* Bald. *C. de donat. ante nupt. auth. sed jam necesse. C. eod.* Ruin. *cons. 53. num. 27.
lib. 2.* ac in restitutione dotis ejusdem quoque augmentum venit, *d. l. etiam in fin.
C. de jur. dot.*

Est autem augmentum aliud naturale, in quo sola natura, sive jus na- 84
turale vel gentium, sine facto hominis operatur, veluti quod per alluvio-
nem accrescit, vel impetu fluminis adjicitur & unitur. Aliud industriale,
quod 85

quod principaliter provenit curâ, operâ, industriâ & impensâ hominis, na-
turâ vel facto hominis cooperante, ut sunt ædificia in solo fideicommissario
86 ædificata, arbores plantatæ, aggeres, fossæ, & similia. Aliud civile, in quo na-
tura nihil operatur, sed sola hominis diligentiâ & industria, ut sunt servitutes
reales, jurisdictiones, libertates, exemptiones, &c. confer Schrad. *de feud. 2.
part. 9. sect. 2. n. 1.*

87 Deinde augmentum aliud est separabile, quod à re principali fideicom-
missariâ separari, & per se subsistere potest: Aliud inseparabile, quod per
88 se subsistere & à re principali separari nequit, ut sunt fossæ, piscinæ, stagna,
vineæ & arbores plantatæ, servitutes reales, libertates & immunitates, Schr.
d. sect. num. 21. vers. tertio.

89 Inseparabile augmentum & melioramentum quod attinet, illud rei fi-
deicommissariæ cedit, & unà cum ipsâ re fideicommissi successori restituen-
dum venit, *arg. 2. feud. 8. §. e contrario.* Garsia. *de expens. & melior. cap. 22. n. 17.* Mo-
lina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 26. num. 11.* Res enim, quæ per se consistere non
90 potest, ad eam rem, cui additur, pertinet, Gars. *d. num. 17.* Idem est in augmen-
to naturali, quod sive latens, sive patens illud sit, ad fideicommissi successorem
pertinet, exemplo feudi, *c. 1. §. fin. & ibi Isern.* Bald. Præpos. Afflict. *si de investit.
feud. controv.* Schrad *2. part. 9. sect. num. 2.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 26.
num. 17.* Hartman. Pistor. *lib. 2. quæst. 42. num. 47. seq.* Bocer. *de jur. dom. & vasall. lib.
2. cap. 3. num. 6. & seq.*

91 Atque indè 3. ad fideicommissi successorem pertinet, & unà cum re ipsâ
fideicommissariâ restituenda venit, servitus realis à possessore adquisita, *arg.
d. §. è contrario. 2. feud. 8* Molina *d. num. 11.*

92 4. Ædificium in solo fideicommissario extructum *l. domos. 58. & ibi* Ja-
son. *num. 2. ff. de legat. 1. l. cum fundus. 10. ff. de legat. 2.* Gars. *d. cap. 22. num. 17.*
Guid. Pap. *decis. 169. num. 1.* Alb. Brun. *de augment. conclus. 20. num. 3. seq.* Mo-
93 lin. *in consuet. Paris. tit. 1. § 1. gloss. 5. num. 75.* Molina *d. cap. 26. num. 14.* Quicquid
enim solo inædificatur, id solo cedit, & ad eum pertinet, ad quem solum
spectat, *l. adeò 7. §. cum in suo solo & §. ex diverso. ff. de adquir. rer. divis. l. qui
domum. 30. ff. ad L. Aquil. l. 2. C. de rei vind. l. solum. 49. in princ. ff. eod. l. qui res
suas 98. §. fin. ff. de solut.* Tusch. *lit. E. concl. 33 & seq. & lit. M. concl. 175.* estque
pars illius prædii, *l. eum, qui ædes. 23. princ. ff. de usucap. l. servitutes. 20. §. si
sublatum sit. 2. ff. de servit. urb. præd. l. qui res 98. §. aream. ff. de solut.* & ædifi-
cium jus soli sequitur, *l. domo. 21. ff. de pignor. act.* Nec refert, qualis
sit materia, lignum, saxum, cœmentum, *l. redemptores. 39. princ. ff. de
rei vind.* vel cujus fuerit materia, ædificantis, vel ejus cujus est solum,

d. l.

d. l. adeo. 7.. §. cum in suo & §. ex diverso. ff. de adquir. rer. dom. d. §. cum in suo solo. I. de rer. div.

Unde etiam ædificium in solo feudali ædificatum, solo cedit, & feudale efficitur, Bald. *in l. 1. num. 7. ff. de rer. divis.* Molinæ. *in consuet.* Paris. *1. §. 1. gloss. 5. verb. le fief. num. 68.* Gœdd. *3. Marpurg. cons. 33. num. 105. seq.* sicuti etiam in solo emphyteutico extructum, emphyteuticum efficitur, Gabriel, *cons. 68. quæst. 6. num. 88. seq.* Jason. *in l. fin. num. 44. C. de jur. emphyt.* Tusch. *lit. E. concl. 34. num. 8.* Et quamvis aliàs sciens in alieno solo ædificans, donasse præsumatur, *l. fin. ff. de adquir. rer. dom. l. si is. C. de ædific. priv. §. è diverso. I. de rer. divis.* Illud tamen non procedit, in ædificante in re fideicommisso subjectâ, sed hic tempore restitutionis impensam reperit, per *l. domos. 58. & ibi gloss.* Jason. *num. 2. & 4. ff. de legat. 1.* Rol. à Valle *consil. 28. numer. 21. lib. 1.* Ruin. *cons. 184. num. 15. lib. 3.* Menoch. *3. præsumpt. 32. numer. 3.* confer *infra num. 148.* 94 95

96

5. Si usufructus cum proprietate rei fideicommissariæ per mortem vasalli, usufructuarii vel emphyteutæ consolidetur, & accrescat, is ad fideicommissi possessorem, vel successorem pertinet, cum enim adquisitio hæc non facto hominis, sed morte usufructuarii contingat, consequens est, ut is quoque fideicommissi possessori accrescat, & ad successores devolvatur, cum ea, quæ consolidantur, eodem jure, quo ipsa bona, quibus consolidata, adquirantur, & non jure novo, vel à primo diverso vel separato, sicuti probat Molinæ. *in consuet. Paris. tit. 1. § 30. in princ. num. 175. & seq.* Tiraquel. *de retract. lignag. § 32. gloss. 1. num. 72. seq.* Covarr. *in epit. 4 decret. part. 2. cap. 7. § 1. num. 9.*

97

6. Restituenda quoque sunt fideicommissi successori ea, quæ rei fideicommissariæ per alluvionem accreverunt, hæc enim jure gentium ad eum jure dominii pertinent, cujus est prædium illud vicinum, cui accrescunt, *§. præterea quod per alluvionem. 20. I. de rer. divis. & ibi* Harpprecht. *numer. 1. & Dd. com. l. adeo. 7. § 1. ff. de adquir. rer. domin. l. quod si rerum §. si quis post. ff. de leg. 1. l. sæpè. ff. de leg. 3.* Mantic. *de conj. ult. vol. lib. 7. tit. 8. n. 23. in fin.* Peregr. *de fideicom art. 10. num. 17. seq.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 657.* Quod etiam in fluviaticæ insulæ incremento obtinet, *d. l. adeo 7. §. insula. l. ergo 30. §. tribus modis. l. insula 56. ff. de adquir. rer. domin. §. insula. 22. vers. at insula. & §. seq. I. de rer. divis.* Et sic quod per alluvionem fundis fideicommisso subjectis accessit, ad fideicommissarium pertinere, latè consuluit Decian. *1. cons. 52. num. 41. usque ad fin.* Mantica *de conject. ult. voluntat. lib. 7. tit. num. 23.*

98

7. Quæ per præscriptionem rebus fideicommissariis adjecta sunt, veluti

si fideicommissarius justo errore ductus, rem aliquam fideicommisso non gravatam, tanquam fideicommissariam præscripserit, quia hoc casu ex fideicommissi titulo & possessione rem istam fideicommisso junxisse intelligitur, sicuti in simili de feudo tradit Schrader. *2. part 9. sect. 2. num. 6. & numer. 7.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 42. num. 52. & seq.* & de majoratu Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 26 num. 7.* Ubi secus esse, si ex alia & diversa quam fideicommissi causâ præscriptio facta sit, & tum rem liberam censendam esse, addit, *arg. l. debitor. 59. §. fin. ad SCt. Trebell.* quod etiam in vasallo locum habere scribit Schrader. *d. sect. 2. num. 7. vers. hæc conclusio.* Molin. *in consuet. Paris. part. 1. §. 1. gloss. 7. num. 30.* Quando etiam testator incepit præscribere, & hæres vel fideicommissi possessor præscriptionem complevit, rem istam præscriptione adquisitam fideicommisso cedere, & in restitutionem venire, concludunt Bald. *in l. Paulus. ff. de pignor.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 10. num. 11. seq.* Fusar. *de fideic. substit. quæst. 640. num. 1.*

99 8. Idem dicendum est, si ex cursu temporis, vel ex naturâ fideicommissi, reditus sive census, vel valor rei fideicommissariæ auctus fuerit, nam & hic quoque fideicommissi successori cedit & restituendus venit, Molin. *d. cap. 26. n. 18. vers. idem etiam.*

9. Si bona sub pacto de retrovendendo vendita ab hærede vel fideicommissario redempta fuerint, ea quoque fideicommissi successori pretio refuso, sunt restituenda, per *l. Lucius. §. Titia ex asse. ff. ad SCt. Trebell.* Dec. *cons. 238. num. 5.* Tiraquel. *de retract. conv. in fin. num. 86. seq* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 8. num. 20. seq.* Molina. *d. cap. 26. num. 8.* Simon de Præt. *de interpret. ult. vol. lib. 3. solut. 1. num. 10.* Tusch. *lit. F. concl. 259. num. 29.* Intrigliol. *de substit. cent. 3. quæst. 74. num. 156.* Peregrin. *d. fideicom. art. 10. num. 2.* Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 629. num. 1. seq.* Quia fideicommissarius eam sub titulo fideicommissi retraxit, nec aliter adquirere eam potuit, & ideò eandem sub qualitate fideicommissi adquisivisse & fideicommisso addidisse intelligitur, sicuti de majoratu scribit Molina *d. num. 8.* Et sic, cum adquisitio proveniat ex causâ originem ab ipso fideicommissi institutore trahente, res ista non aliter censenda, ac si in vitâ institutoris adquisita fuisset, cum bonorum augmentum & diminutio post mortem testatoris contingens, judicanda sit, ac si vivo testatore contigisset, quando à causâ originem à vitâ testatoris trahente dependet, *l. in ratione. 11. §. Imperator. 2. & §. seq. l. servi qui apud. 43. ff. ad L. Falcid.* Molina. *d. num. 8.*

100 10. Si bona fideicommissi vendita, & ex pretio alia fuerint empta, ea fidei-

fideicommissaria efficiuntur & successori restituenda veniunt, per tradita *supra cap. 11. n. 442.*

11. Idem est, si bona fideicommissaria cum aliis bonis sint permutata, 101
quia hæc etiam fideicommissaria efficiuntur, & unà cum aliis fideicommissi bonis successori sunt restituenda, *supra d.c.11. n.76.*

12. Vel si servitutes prædii fideicommissariis fuerint adquisitæ, nam 102
& hæ quoque ad fideicommissarium transeunt, per *l. fin. C. de præscr. long. temp.* Peregrin. *de fideicomm. art. 10. n. 14.*

Non verò in restitutionem fideicommissi veniunt 1. bona, quæ fidei- 103
commisso nominatim vel ex mente institutoris non sunt subjecta, & quæ hæredi, sive fideicommissario, aliunde, quàm ex substantiâ testatoris, & non tanquam bona fideicommisso subjecta, obvenerunt, *l. debitor. sub pignore. 59. in fin. ff. ad Sct. Trebell. l. cohæredi. 41. §. quod si hæredem. ff. de vulg. & pupill. subst.* Bald. *cons. 291. numer. 1. vol. 5.* Dec. *cons. 81. in fin. & cons. 203. num. 1. & cons. 218. num. 5.* Gozadin. *cons. 92. num. 2.* Menoch. *cons. 482. numer. 29. & 4. præsumpt. 197. in fin.* Peregrin. *de fideicomm. art. 6. num. 7. seq.* Mantica *de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 8. num. 1.* Vinc. Fusar. *de fideic. subst. quæst. 627. num. 1. & quæst. 647.* Vel quæ hæres, vel fideicommissarius ex judicio defuncti non percepit, *l. ex facto. 17. §. non tantum. 2. ibi: nam hactenus erant obligati, quatenus quid ad eos pervenit. ff. ad Sct. Trebell 1. 3. & ibi* Bart. *num. 2. ff. de dot. præleg.* Bald. *in l. cum pater. §. fidei tuæ. ff. de legat. 2.* Mantic. *d. n. 1.* Vel quod ad ipsum aliter, quàm jure hæreditario vel fideicommissario pervenit, licet ab ipso testatore veniat, *l. si res aliena in princ. ff. ad Sct. Trebell.* Bart. *in l. debitor. §. ea, quæ. & ibi* Alex. *ff. eod.* Alex. *cons. 20. num. 9. seq.* Tusch. *lit. F. conclus. 259. num. 16.* Menoch. *4. præsumpt. 196. num. 1. ibi alleg.* Sicuti est donatio inter vivos à testatore facta ejusque morte confirmata, Menoch. *d. præsumpt. 196.* 104
n. 4. seq. Adeò ut bona, quæ ex substantiâ defuncti ad ipsum gravatum profecta sunt, non debeant restitui, nisi ea ex testamento & in vim sive sub onere fideicommissi fuerit consecutus *l. sequens quæstio. 68. & ibi* Dd. *com. ff. de legat. 2.* Angel. *cons. 287. num. 3. vers. potuit etiam. & cons. 217. num. 11. vol. 6.* Socin. jun. *cons. 72. num. 62 vol. 1.* Vel etiam, quæ ipsius testatoris propria non fuerunt, *d. l. cohæredi. 41. §. quod si hæredem. 3. ff. de vulgar. & pupill. subst. l. fin. C. de edict. D. Hadrian. toll.* Nemo enim dare potest, quod ipse non habet, 105
arg. l. observare. 4. §. fin. ff. de offic. procons. l. si universæ. 15. C. de legat. Et quomodo dispositio testatoris trahi posset ad casum vel bona, in quibus nullam habet potestatem, Bart. *in l. si quis sub conditione. ff. de condit. instit.* Bald. *in l. fin. §. in computatione. C. de jur. delib.*

Quæ tamen non procedere videntur, si testator etiam ipsius hæredis vel fideicommissarii bona nominatim fideicommisso gravaverit, & hæres vel fideicommissarius hoc onere & conditione hæreditatem vel fideicommissum agnoverit, per tradita *supra cap. 5. num. 89.*

676 2. In restitutionem fideicommisi non veniunt prælegata, veluti si hæredi instituto bona quædam sint prælegata, & postea hæres jussus universa bona, vel hæreditatem alteri restituere, per *l. si Titius ex parte 96. ff. de legat. 3. l. Marcellus. 3. §. quidam 4. ff. ad SCt. Trebell. l. Titia. 86. ff. ad L Falcid.* Socin. *regul. 372.* Mantica *de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 7. num. 1. seq.* Peregrin. *de fideicom. arc. 6. num. 16. seq.*
107 Quia appellatione hæreditatis non veniunt prælegata *d. l. Si Titius. 96. ff. de legat. 3. l. Titia. ff. ad L. Falcid.* Et hanc opinionem sine dubitationis scrupulo procedere, si quis primo hæres institutus & rogatus sit restituere hæreditatem & postea sibi legata sint relicta, scribit Mantica *d. num. 1.* & receptam Dd. sententiam esse, asserit gloss. *in d. l. Marcellus, §. quidam ff. ad SCt. Trebell.* Cravet. *cons. 295. dub. 4.* Rol. à Valle *cons. 34. n. 7. lib. 4.* Menoch. *4. præsumpt. 194. numer. 28. seq. & ibi alleg. & num. 53.* Tuschus *lit. P. concl. 513. num. 30.*

108 Et licet magna dubitatio sit, si alicui primò relicta sint legata, & post ea is rogatus fuerit restituere hæreditatem, portionem hæreditariam vel partem hæreditatis, an is quoque prælegata restituere teneatur? Et hoc casu prælegata etiam esse restituenda statuant, per *l. Marcellus. §. quidam liberis. l. fideicommissarium. §. fin. ff. eod.* Bart. *in d. l. Marcellus. §. quidam. num. 9. ff. ad SCt. Trebell.* Alex *cons. 25. num. 11. seq. vol. 1. & cons. 255. num. 3. vol. 6.* Roman. *cons. 18. num. 2.* Paris. *cons. 26. numer. 50. vol. 2.* Rol. à Valle *cons. 34. numer. 7. seq. vol. 4* Menoch. *4. præsumpt. 194. num. 2. & seq.* Tusch. *lit. F. conclus. 513. num. 1. & seq.* Grass. §. *fideicommissum. quæst. 47. num. 4.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 7.* Peregrin. *de fideicom. art. 7. num. 34.* Fusar. *de fideicomm subst. quæst. 650. num. 1. & ibi alleg.* Contrarium tamen, & nec hoc casu ubi primum alicui legata sunt relicta, & postea is restituere fuerit rogatus, prælegata in hæreditatis restitutionem venire, docent Socin. jun. *cons. 107. num. 36. seq. vol. 3.* Dec. *cons. 80. num. 2. vers. non obstat ergò.* Cephal. *cons. 295.* Decian. *cons. 41. numer. 137. vol. 1.* Mantic. *d. tit. 7. num. 1. in fin. seq.* Cum ratio ista, quod hæreditatis appellatione non veniant legata, sit generalis, & locum habeat, sive gravamen præcedat, sive subsequatur, Mantic. *d. l. num. 2.* Et testator ideò prælegâsse præsumatur, quod legatum illud voluerit hæredi vel filio præcipium esse, Bald. *cons. 318. vol. 5.* Mant. *d. l. num. 11.* Ac quando testator uni ex hæredibus

hæredibus aliquid legavit, vel fideicomissum reliquit, hoc voluisse videatur, ut quamvis non habeat hæreditaté, totum tamēn legatum consequatur, *l. qui filiabus.* §. *fin. & l. seq. ff. de legat.* 1. Mantic. *d. num.* 2. *vers. tertio* Atque ita, quando constat de mente testatoris, prælegata non venire in restitutionem, non habet dubium, Tusch. *lit. F. concl.* 255. *n.* 15. Mantic. *d. tit.* 7. *n.* 7.

Plura de hac quæstione an & quatenus prælegata in fideicommissi restitutionem veniant, vide apud Menoch. *lib.* 4. *præs.* 194. *per tot.* Mantic. *d. tit.* 7. Hondedæ 1. *cons.* 71. *per tot.* Tusch. *lit. P. concl.* 513. *per tot. late* Fusar. *d. quæst.* 650. *per tot.*

3 Augumenta separabilia, quæ possessoris facto bonis fideicommissariis accesserunt, & per se subsistere possunt, in restitutionem non veniunt, sed ad alios possessoris defuncti hæredes pertinent, veluti si fideicommissi possessor fundum emat, eumque fundo hæreditario, quem alienare prohibitus, uniat. Nam quæ facto hominis fundo accedunt, & per se subsistere possunt, particularem suam rationem & separatam à fundo naturam obtinent, eguntque separata & diversâ viâ, ut adquirantur vel amittantur, *l. qui fundum* 7. §. 1. *ff. pro empt.* Molina *de Hispan. primogen. lib.* 1. *cap.* 26. *n.* 3. Garsias *de expens. & melior. cap.* 22. *num.* 4. Et augmentum separabile non auget rem, cui accedit, *l. in agris. ff. de adquir. rer. dom.* Et cum ea res per se libera sit, absque aliquâ præcedente dispositione, hanc qualitatem, ut perpetuò sit apud familiam, induere nequit. Atque inde hortum ad usum domus feudalis, vel fideicomissariæ emptum, non effici feudalem, vel fideicommissarium, docent Bald. *in l.* 1. *quæst.* 6. *ff. de adquir. rer. dom.* Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 32. *gloss.* 1. *num.* 77. Nec refert an res addita sit principaliter, an verò accecessoriè, ut in terminis majoratus scribit, Molina *d. num.* 3. *vers. quod nedum.* Molinæ. *in consuet. Paris. tit.* 1. § 1. *gloss.* 5. *n.* 14. 15. 26. & 21. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. 32. *gloss.* 1. *numer.* 77. Et de feudi augmento Schrad. *de feud.* 2. *part.* 9. *sect.* 2. *numer.* 2. *seq.* 109

110

Nec obest, quod accessoria & adjacentia naturam rei principalis in omnibus sequantur, *l. si quando. C. de bon. vac.* Siquidem hoc tum demum procedit, quando accessoria expressè addita fuerunt cum qualitate rei prioris sive principalis, vel quando is, qui adjacentia addit de ipsa re disponit, & de ejusdem dispositionis interpretatione agitur, non verò si de hac qualitate nihil fuerit expressum, Molinæ. *d. l.* & Molina *d. cap.* 26. *n.* 4.

Atque ita etiam in feudis obtinet, ubi augmentum rei feudalis separabile & per se subsistens, non ad feudi Dominum vel proximiores agnatos, sed ad ipsius vasalli hæredes allodiales pertinet, §. *è contrario.* 2. *feud.* 8. Vultej. *de* 111

feud.lib.1.cap.11.n.149. Hartm. Pistor.*lib.2 part.2.quæst.42 n.42.sequent.* Carf. *d. cap.22.n.4.*Schrad.*de feud.2.part.9.sect.2.n.8.*uti & in majoratus bonis Carf.*d. n. 4.*Molina *d.cap.26.n.5.*

112 Indeque si jurisdictio fundo vel castro fideicommissario à possessore adjecta vel adquisita fuerit, ea fideicommisso non cedit, nec successori restituenda venit, sed ad possessoris hæredes pertinet, cum sit res separabilis & per se subsistere, & salvâ suâ substantiâ à castro vel fundo separari possit, ut castrum vel alia bona sint unius, & jurisdictio alterius; per tradita Bart. *in l.1. col.fin.ff.de jurisdict.*Bart *in l.data opera col.10.C.qui accus. non poss.* Pistor. *d. quæst. 42 n.44.*Schrader.*de feud.2.part.9.sect.2.n.12.*

113 Et sic quoque jurisdictionem fundo vel castro feudali adquisitam non fieri feudalem, sed ad vasalli hæredes allodiales spectare, tradunt Hartm.Pistor.*d.quæst.42.num.43.seq.* Schrader. *d. sect.2.n.11.seq.*Bocer.*de jur. dom. & vasal.lib.2.cap.4.num.73.*& in majoratu asserit Molina *d.cap.26.n.6.*

114 Atque inde, si fideicommissi possessor fundum emat, eumque fundo fideicommissario & alienari prohibito uniat, is ejusdem naturam & qualitates non sortitur, cui fuit unitus, sed nihilominus liberè & extra familiam alienari potest, Jason.*in l.si in testamento 5.& ibi* Bart. Bald.*ff.de vulg.& pupill.subst.*Albert.Brun.*de augment concl.5.n.25.*Schrad.*de sect.2.n.9.*

Et alias quoque juris est notissimi, quod res etiam consolidata & unita non censeatur eodem jure, quo res cui consolidatur & unitur, sed tanquam alia & per se judicanda sit, *§.si cui. & ibi* Dd.*l. de legat. l. Mævius. 66. § fundo. ff. de legat.2.* Tiraquel.*de retract §.19.gloss.2.num.2.& §.32.gloss.1.num.72. & 73.*

115 Schrader.*d.sect.2.n.16.*Gœddæ.*3.Marpurg.cons.33.n.262.* Quia unio non mutat bonorum separatorum naturam, *per c.1.§. è contrario de invest. de re alien.* Gœdd.*d.n 262.& 4.cons.37.n.788.*Maximè, si unio voluntaria, nec ita facta sit, ut res unita per unionem & accessionem quasi consumpta & per se non amplius existens censeatur, sed per se sit, & totum quid existat, licet accessoriè, ita ut per se stet & nomen retineat, Felin.*in c. translato.n.6.vers.sed adde.& n.7. vers.istis adde.X.de constitut.*Schrader.*d.sect.2.n.10.*Gœddæ.*d.n. 262 & 4. cons.37. num.789.*

116 Quod tamen non procedit, si unio expressè sit ita facta, ut res unita & accessoria rei principalis & cui unitur naturam assumat, veluti si vasallus sciens rem liberam sive allodialem feudo uniat, eamque tanquam feudalem à Domino recognoscat, tùm enim res libera & allodialis efficitur feudalis, Jacob. de S.Georg. *de investit. feud. verb. subsequenter. numer. 7. & 8.*Molinæ. *in*

consuet.

consuet. Paris. §. *1.gloss. 5. num.22.seq.* Hartm.Pistor.*d.quæst.42.numer. 45.* Quo casu unio eandem rem constituit, omnesque qualitates & conditiones rei, cui unitur, suscipit, & omnino sicut eadem res judicatur, *l. inter socerum. 26.* §. *cum inter 2. ff. de pact.dotal. l. etiamsi. 8. in fin. C. de jur. dot.* Albert. Brun. *de augment.concl.5.n.27.seq* Tiraquel.*in l.si unquam.8.verb.donatione largitus.n. 281. in fin.C.de revoc.don.*

Quæ etiam procedunt in destinatione; Quamvis enim destinatio rei naturam non mutet, *l 3. C. de furt.* Jason. *in l. cætera. 43.* §. *sed si paraverit. num.118.& 19.ff.de legat.1.* multumque inter se differant, factum aliquid esse & destinatum esse, & hæc ad disparia judicentur, Alex.*consi.97.n.2.6. sequentib.* Beroj.*cons.29.n.24.vol.2.& cons.120.n.10.vol.1.* Secus tamen est, si destinatio expresse & significanter, seu per expressam declarationem facta fuerit, quo casu destinatum & factum per paria judicantur, per tradita *supra cap.5. num. 72. sequentib.* 117

Hinc 4. in fideicommissi restitutionem non veniunt machinæ & munitiones bellicæ, in castro fideicommissario ab ejusdem possessore ad castri utilitatem comparatæ, sicuti in simili de machinis & munitionibus castri feudalis, & quod eædem sint allodiales & ad hæredes tam masculos, quam fœminas transeant, docent Bald. *cons.232.num.1.lib.3.* Tiraquel. *de retract. utroque. part.1.* §.*1.gloss.7.n.98.* Schrader.*de feud.2.part.9.sect 2.n.7.* & castri majoratus Molina *de Hispan.primogen.lib.1.cap.26.num 5.* nisi ad perpetuam castri illius utilitatem & usum, & ut ibi permaneant, à possessore sint destinatæ, Mascard. *de probat.concl.14.n.9.* 118

5. In fideicommissi restitutionem non venit feudum, per tradita *supra cap.5.n.104.seq.* 119

Sicuti nec emphyteusis, quæ enim de feudi restitutione dixi, eadem quoque in emphyteusi obtinent, ita ut si emphyteusis sit Ecclesiastica sive ab Ecclesia concessa, ea in fideicommissi generalis restitutione non veniat, Bart. *in l. si patroni. in princ.n.4.ff.ad SCt. Trebell.* Alex. *cons. 91. num. 10. lib. 1.* Padilla. *in l. cum virum. vers. ex hac igitur. C. de fideicommiss.* Valasc. *de jur. emphyt. quæst. 48.num.2.* Menoch. *4.præsumpt.197.num.13.* Mantica *de conject.ult.vol.lib.7.tit.9. num 5.* Fusar.*de fideicommiss.substit.quæst.630.num.2.* Nisi emphyteusis concessa fuerit pro se & hæredibus suis quibuscunque, cum enim hæc quoque ad hæredes extraneos transeat, eandem quoque in fideicommisso contineri, docet Padilla *d.l.num.23* Mantic.*d.tit.9.num.6.* Grass. §.*fideic.quæst.51.num.5.* Menoch. *d.præs.197.num.13. vers. cæterum.* Fusar. *d. l.num.4.* vel quando concessa pro se, hæredi- 120

hæredibus & successoribus, Ruin. cons.161.num.31.lib.1. Valasc.d.quæst.48.num.4. Menoch.d.præs.197.num.13. Nec privati, etiam Principis emphyteusin ad fideicommissarium transire, tradunt Bart.in l.si patroni.in princ.n 4.ff.ad SC. Trebell. Bald.in l. cum virum.n.23.C.de fideicommiss. Menoch.d præsumpt.197.n.12. quod tamen falsum dicit Ruin cons.161.num 31 vol.1. Valasc.d.quæst.48.n.6. Et quoties emphyteusis extraneos hæredes transit, eandem quoque fideicommissario restituendam esse, etiam si Ecclesiastica sit, scribit idem Ruin.d.n.31. Socin.jun.cons. 79.n.16.seq.vol.4. Et quando emphyteusis privati ad extraneos hæredes transit, eam quoque sub fideicommisso comprehendi, tradit Alex.in l. si patroni.n.14. ff.ad SC. Trebell. Tuschus lit.F.concl.259.n.23.

122 7. Quod si quoque dos matris ad filium fideicommisso gravatum perveniat, ea fideicommissario non erit restituenda, quoniam neque ex substantia, neque ex judicio testatoris filio est adquisita, Socin jun.cons.170.num.1.seq. vol.2.Dec.cons.55.num.7 in fin. Natta cons.255.n.6. Mantic.de conject.ult.vol.lib.7.tit. 8.n.13.& n.27. Sicuti etiam uxor à marito instituta, & fideicommisso gravata, propriam dotem restituere tenetur, l. unic.§. igitur.ff.de rei uxor.act. l. fructus.§. maritus.ff.ad SC. Trebell. Mantic.d.tit.8.n.28. Peregrin.de fideicom.art.6.n.1. Fusar. de fideic.substit.quæst.662.n.1.

123 Sicuti quoque 8. ne doris prælegatum in fideicommissi restitutione venit, l. à filia.in princ.& ibi Bart.ff.ad SC.Trebell. Bald.in l.cum virum. num. 10. C. de fideicommiss.& ibi Padil.n.20. Coras n.54. Alex.cons.20.n.10.lib.3 Natta cons.255.n.8. lib. 2. Menoch.4.præsumpt.194.n.9.seq.

124 9. Quod si quoque hæres ex contractu aliquid adquisivit, vel ipsi tanquam hæredi aliquid concessum, quod tamen hæreditarium non est, restituendum quoque non venit l. qui hæredi. §.cum hæreditas.ff.de condit.& demonstr. Corne.cons.196.n.15.vol.2. Ruin.cons.97.13.vol. Cravet.cons.144.n.4.in fin. Mantica d.tit.8.n.19. Etiamsi res aliqua ex fructibus fideicommissi empta vel aliter comparata sit, Castr.cons.162.l.2. Alex.cons.20.n.10.l.3. Paris.cons.64.n.24.l.2. Peregr.de fideicom.art.6.n.39. Intrigl.de substit.cent.3.quæst.74.n.58.& seq. quia fructus conditione pendente non sunt restituendi, sed ad hæredem, sive fideicommissi possessorem pertinent, supra cap.10.num.34. Vinc. Fusar.de fideicom. subst. quæst. 627.n.3.

129 10. Idem est, si pater bona quædã filiis adsignaverit & jure dominii distribuerit, ac postea hæredes instituerit & fideicomisso gravaverit, nam hæc bona vivo patre inter filios distributa in fideicommissi restitutionem non venire, tradunt Corne.cons.228.numer.9.seq.vol.4. Mantic.d.tit.8.n.29. Menoch. 4.præs. 196.num.12. Peregrin.de fideic.art.6.n.43.seq. Fusar.de fideicommiss.subst.quæst.633.n. 1.seq. ubi id declarat.

11. De

11. De fructibus, an & quatenus in restitutionem veniant, vide supra 127
cap.10.num.53.seq.

12. Nec in restitutionem veniunt, ea quæ fideicommissario, ipse testa- 128
tor dedebeat, nam ea fideicommisso gravatus ex ipsis fideicommissi bonis de-
ducere potest, Alex. in l. ita tamen. §. ex Tebelliano. ff. ad SC. Trebell. & cons.
224. in fin. lib. 2. Decian. cons. 85. uum. 2. lib. 2. Honded. cons. 58. num. 25. seq. lib. 1.
Grass. §. fideicommissum quæst. 47. num. 3. Peregrin. de fideic. art. 6. num. 1. & art. 40.
num. 18 Mantic. de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 8. n. 15. Vinc. Fusar. de fideicommiss. subst.
quæst. 665. num. 1. & quæst 541. n. 5. Etiamsi inventarium non sit factum, Bald. in
l. si debitor. num. 4. & ibi Soc. Sen. num. 9. Dec. n. 4. Alciat. num. 12. ff. ad SC. Trebell.
Mantic. de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 8. num. 15. Grass. §. fideicommissum. quæst 47.
num 3. Petra de fideicommiss. quæst. 15. num. 8. & n. 212. Peregrin. de fideicommiss. art.
34. Fusar. d. quæst. 665. num. 2. Nec fideicommissarius tenetur æs illud alienum 129
ex fideicommissi fructibus solvere, Menoch. cons. 183. dub. ult. Hier. Gabr. cons.
124. lib. 1. Peregrin. de fideic. art. 35. num. 10. & art. 40. num. 22. in fin. Intrigliol. de
subst. cent. 3. quæst. 73. num. 419. Petra de fideicom. quæst. 15. num. 212. vers. secundo. Man-
tic. de conject. ult. vol. lib. 7. tit. 8. num. 22. Fusar. d. l. quæst. 541. num. 7. & quæst. 665. n. 7.
& ibi alleg. Licet contrarium, & quod fructus in credita imputentur, sentiant
Molina de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 10. n. 4. Natta cons. 321. n. 4. Menoch. arb. jud.
cas. 256. num. 21. & n. 48. & alii allegati per Fusar. d. quæst. 665. n. 8. seq. ubi plures
declarationes refert, & n. 18. addit, quod gravatus in vita sibi satis facere & eli-
gere possit rem, quam vult pro suis detractionibus, post Rol. à Vall. de invent.
conject. part. 4. n. 10. Honded. cons. 58. n. 27. lib. 1. confer supra cap. 11. n. 218. Secus ta-
men hæc sunt, si testator sive fideicommissi institutor nominatim caverit, ne
hæres sive fideicommissarius debitum suum petat, sed ipsum remittat, supra
cap. 5. n. 90.

Quamvis autem in casibus supra n. 82. & seq. sed relatis & aliis similibus 130
augmenta, accessiones & melioramenta fideicommissi successori, unà cum
re ipsâ fideicommissaria, sint restituenda, successor tamen pretium & impen-
sas in ea factas solvere tenetur, l. domos. 58. ff. de legat. 1. & ibi Jason. num. 2. & 4.
Rol. à Valle. cons. 28. num. 21. lib. 1. Ruin. cons. 184. num. 15. lib. 3. Menoch. 3. præ-
sumpt. 32. num. 3. Decian. cons. 29. num 5. & cons. 58. in fin. lib. 2. Besold. cons. 133. n. 95.
Et meliorationes à gravato factas deduci posse, communis est conclusio,
gloss. in l. domos. & ibi Jason. num 2. 4. ff. de legat. 1. Menoch. 3. præs. 32. num. 3.
Surd. de aliment. tit. 6. quæst. 6. num. 15. Fusar. de fideic. subst. quæst. 669. num. 1. quod
etiam de fructibus dictum est supra cap. 10. n. 73. Exemplo feudi, in quo si quid
impensis vasalli melioratum, vasallus impensas istas repetere potest à feudi

Domino vel feudi successoribus, *c. 1. §. si vasalus tit. hic finit. lex. 2. feud 28. & ibi* Isern. Alvarot. Præpos. Afflict. & Dd. com. Paris. *cons. 2. num. 51. & cons. 4. num. 40. lib. 1.* Clar. *§. feudum. quæst. 88. n. 1.* Schrader. *de feud. part. 7. cap. 3. n. 7. & 2. part. 9. sect. 2. n. 20. seq.* Rosenthal. *de feud. cap. 7. concl. 47. num. 10. & concl. 60. & cap. 10. concl. 43. n. 16. seq.* Menoch. *d. præs. 32. num. 9.* Peregrin. *de fideicom. art. 50. numer. 61.* Idem est, quoad emphyteusin, *per l. colunus. in princ. ff. locat.* Ruin. *cons. 131. num. 16. lib 3* Decian. *cons. 518 num. 2.* Menoch. *d. n. 9. & recuper. possess. remed. 15. n. 502.* Jason, *in l. 2. num. 27. C. de jur. emphyt.* Tusch. *lit. M. concl. 179. num. 24. seq* Schrader. *de feud. 2. part. 9. sect. 2. n. 21.* Gail. *2. observ. 121. in fin.* & in re dotali, in qua si à marito melioramenta ad perpetuam rei utilitatem facta, marito reficiuntur, *l. unic. §. sed nec ob impensas. C. de rei uxor. act. l. divortio. §. impendia. ff. solut. matrim.* Decian. *cons. 29. num. 5. lib. 2.* Bald. *cons. 341. in fin. lib. 1.* Peregrin. *art. 50. num. 60.* Alciat. *in l. impensæ. ff. de V. S.* Tusch. *lit M. concl. 179 num. 1. & concl. 181. per. tot.* & in majoratu, Gars. *de expens. & melior, cap. 16. num. 2. vers. quod pertinet.* Ut & in eo, qui emit cum pacto de retrovendendo, Natta *cons. 601. per tot.* Bald. *cons. 167. lib. 1. & cons. 303. num. 2. lib. 1.* Peregrin. *de art. 50. num. 64* nec non in beneficio Ecclesiastico meliorato, Boer. *decis. 44. n. 14.* in usufructuario Decian. *cons. 29. num. 5. lib. 2.* Tusch. *lit. M. concl. 179 num. 3.* in eo qui rogatus est restituere post mortem suam, vel in conditionis eventum, Decian *d. cons. 29. numer. 5.* Alex. *consil. 123. in fin. lib. 1. & cons. 162. lib. 7.*
332 Rol. à Valle *cons. 28. lib. 1.* Tusch. *de concl. 179. num. 5.* ac in omnibus, habentibus dominium non perpetuum, sed ad tempus, quia expensas ad perpetuam rei utilitatem factas repetunt *l. mulier. §. sed enim ff. ad SCt. Trebell. l. fin. in fin. C. comm. de legat.* Cuman. *cons. 57. numer. 5.* Decian. *cons. 29. num. 5. & cons. 58. in fin. &*
333 *ibi alleg.* Tusch. *d. concl. 79. n. 7.* Besold. *d. cons. 153. num. 97.* Sicuti etiam alius quilibet bonæ fidei possessor impensas in rem ad perpetuam utilitatem factas repetit, *§. ex diverso 30. vers. certè illud. I. de rer. divis. l. qua ratione. in princ. ff. de adquir. rer. dom. l. si quis sciens. l. si in area. C. de rei vindic. l. sin autem §. in re petita. l. in fundo alieno. ff. eod. l. planè 38. ff. de hæred. petit.* Quia natura æquum
334 est, neminem cum damno alterius locupletari, vel lucrum facere debere, *l. nam hoc natura. 14. ff. de cond. indeb. l. jure naturæ. 246. ff. de R. I. l. planè. 38. ff. de hæred. petit.* Nec officium suum alicui debet esse damnosum *l. sed si quis. 7. ff. quemad. testam. aper. l. si servus. 61. §. quod vero. 5. ff. de furt. l. cum quædam. C. de administr. tut.*

335 Impensæ aliæ sunt necessariæ, quæ propter necessitatem fiunt, & quibus omissis res aut periret, aut deterior fieret, *l. impensæ. 79. ff. de V. S. l. interdum. 5. l. idemque. 7. ff. qui pot. in pign. l. 1. §. 1. ff. de impens. in res dot.* Menoch.

arbit.

arbit. jud. cas. 258. num. 3. seq. Peregrin. *de fideicom. art. 50. num. 1 seq.* Quales sunt ædium vetustate laborantium & ruinam minantium refectio, *d. l. 1. §. 3. ff. de impens. in reb. dot. l. utiles. 39. ff. de hæred. petit. l. domos. 58. ff. de legat. 1.* aggerum structura, *d. l. 1. § 3 l. impensæ. 14. ff. de impens. in res dot.* arborum cura, vitium propagatio & seminaria, *l. 3. d. l. impensæ. 14. ff. de impens. in reb. dot. §. sed si gregis. 38. l. de rer. divis.* & quicquid impunè omitti nequit, *l. & in totum. 4. ff. de impens. in reb. dot.*

Aliæ sunt utiles, quæ absque necessitate, ad solam utilitatem fiunt, & ex 136
quibus res melior, fructuosior & utilior efficitur, & quæ rem augent, nec deteriorem esse sinunt, sed conservant *l. impensæ. 79. §. 1. & ibi* Goedd. *ff. de V. S. l. quod dicitur. § fin ff. de impens. in reb. dot. l. utiles. 39. ff. de hæred. petit.* Menoch. *d. cas. 258. n. 11. seq.* Peregrin. *de fideicom. art. 50. n 25. seq.* ut sunt novelletum vel olivetum in fundo facere, *l. veluti. ff. de impens. in reb. dot. d. l. utiles. 39. ff. de hæred. pet.* tabernam in domo erigere, *d. l. veluti d. l. impensæ. 79. ff. de V. S.* stercorare prædia, *l. impensæ. § pen. ff. de impens. in reb. dot.*

Aliæ sunt voluptuariæ, quæ speciem duntaxat ornant, fructum non au- 137
gent, & quæ citra necessitatem & utilitatem ad solam voluptatem fiunt, *l. voluptuariæ. 7. ff. de impens. in reb. dot.* Menoch. *d. cas. 258. n. 17. seq.* ut sunt viridaria, aquæ salientes, incrustationes parietum, loricationes, picturæ, *d. l. impensæ. 79. §. 2. ff. de V. S. d. l. voluptariæ. 7. ff. de impens. in reb. dot.*

Aliæ deindè impensæ sunt, quæ ad perpetuam rei utilitatem pertinent, 138
Menoch. *d. cas. 258. n. 3.* ubi *n 24.* satis esse dicit, ut dicatur impensa ad perpetuam rei utilitatem facta, si per decennium sit duratura, post gloss. *in l. 3. §. 1. ff. de impens. in reb. dot. & ibi* Bart. Petra *de fideicommiss. quæst. 15. num. 245.* Natta *cons. 256. num. 2. lib. 2.* Menoch. *arbit. jud. cas. 258. num. 28.* Aliæ, quæ fructuum 139
percipiendorum causa fiunt, veluti terram colere arando, fadendo, uti & seminare, *l. divortio. § impendia ff. solut. matrim. l. 1. §. de eo opere. ff. de aqua pluv. arc.* Menoch. *d. l. n 25.*

Ut autem impensarum ratio habeatur & ipsarum solutio peti possit, re- 140
quiritur 1. quod sint factæ, & ab hærede probentur, Castrens. *cons. 270. num. 4. lib. 2.* Cuman. *cons. 102. in fin.* Curt. jun. *cons. 165.* Rol. à Valle *cons. 28. n. 31. lib. 1.* Menoch. *recuper poss. remed. 15. n. 567.* Schrad. *de feud. 2. part. 9. sect. 2. num. 60.* Petra *de fideicommiss. quæst. 15. num. 274. & 280.* Tuschus *lit. M. concl. 183. n. 1. seq.* Quomodo autem impensæ probentur, vide *l. fin. & ibi Dd. C. de aliment. pupil. præst l. lex quæ tutores. 22. C. de admin. tut.* Bart. *in l. 1. § officio. ff. de tutel. & rat. distr. late* Petra. *d. quæst. 15. n. 282 seq.* Tusch. *d. lit. M. concl. 183. per tot.* Rosenthal. *de feud. cap. 10. conclus. 53. n. 164. seq.*

2. Requiritur, quòd res ſit melior facta, per l. in fundo ff. de rei vindic. Petra d. n. 274. Hartm. Piſtor. 2. quæſt. 42. n. 17.

142 3. Ut melioratio perpetuam rei utilitatem reſpiciat Petra d. quæſt. 15. num. 241. Caſtrenſ. conſ. 270. Hart. Piſtor. lib. 2. quæſt. 42. n. 24.

143 Hinc fideicommiſſi poſseſsori vel ejus hæredibus ſolvendæ ſunt impenſæ I. quæ ad rei fideicommiſſariæ perpetuam utilitatem ſunt factæ, l. domos. 58. & ibi Dd. ff. de legat. 1. l. ubi pure 19. §. fin. l. mulier. 22. §. ſed ſi cum. ff. ad SCt. Trebell. Socin. conſ. 82. in fin. verſ. hæres gravatus. lib. 4. Tuſch. lit. F concl. 276. n. 16. Pariſ. conſ. 55. col. 5. lib. 3 Rol. à Valle conſ. 28. Marzar. de fideicommiſſ. part. 3. quæſt. 65. Menoch. recuper. poſſ. remed. 15. num. 507. Molinæ. in conſuet. Pariſ. tit. 1. §. 1. gloſſ. 5. num. 75. Schrad. de feud. 2. part. 9. ſect. 2. n. 21. Molina de Hiſpan. primogen. lib. 1. cap. 26. num. 14.

144 Sic vaſallo ipſiusve hæredi refundendæ ſunt impenſæ in perpetuam feudi utilitatem factæ, c. 1. §. ſi vaſallus. & ibi Bald. Alvarot. Præpoſ. Matth. de Afflict. & Dd. comm. hic finit. lex. 2. feud. 28. Molinæ in conſuet. Pariſ. part. 1. §. 1. gloſſ. 5. num. 70. Pinel. in l. 1. part. 2. num. 71. C. de bon. matern. Hartm. Piſtor. lib. 1. quæſt. 24. num. 96. Schrader de feud. 2. part. 9. ſect. 2. num. 20. Idem eſt in emphyteuta ejusque hæredibus, qui itidem impenſas in rei emphyteuticæ perpetuam utilitatem factas, emphyteuſi finita recipit, Bald. in l. fin. § fin. C. comm. d. legat. 1. Jaſon. in l. 1. n. 26. C. de jur. emphyt. Menoch. recuper. poſſeſſ. remed. 15. n. 502. Schrader. d. l. n. 21. Sic quoque finita locatione, impenſæ ad perpetuam rei locatæ utilitatem factæ, à colono, ſive conductore repetuntur, l. dominus. 55. §. 1. colonus. 61. in princ. ff. locat. Menoch recuper. poſſeſſ. remed. 11. n. 19. uti & matrimonio ſoluto, à marito ipſiusve hæredibus, l. divortio. §. impendia. & ibi Dd. ff. ſolut. matr. l. 1. & 3. ff. de impens. in reb. dot. Et finito uſufructu, ab uſufructuario, l. eum 7. C. de uſufruct. Caſtrens. conſ. 425. n. 1. lib. 1. Menoch. arbit. jud. caſ. 215. n. 5. Idem eſt ſi donatio propter liberorum ſupervenientiam revocetur, donatarius melioramenta & impenſas ad perpetuam rei utilitatem factas deducit & repetit, Tiraquel. in l. ſi unquam. 8. verb. revertatur. n. 288. C. de revoc. don. Et is, qui rem venditam redimit, impenſas perpetuam rei utilitatem concernentes, reſtituere tenetur, ſive rēdemptio illa fiat ex pacto de retrovendendo, Hier. Cagnol. in repet. l. 2. n. 96. C. de pact. inter empt. Tiraquel. de retract. utroque part. 2. §. 7. gloſſ. 1. n. 2. ſive ex jure protimiſeos, vel ſtatuto & conſuetudine, Boer. deciſ. 74. Tiraquel. d. gloſſ. 1. n. 3.

145 Reſtituendæ & ſolvendæ ſunt impenſæ neceſſariæ, quia has quilibet bonæ fidei poſſeſſor conſequitur, l. planè. 38. ff. de hæred. petit. l. qua ratione. ff. de adquir. rer. dom. §. ex diverſo, verſ. certe. I. de rer. diviſ.

Bart.

Bart. *in l. in fundo. num. 5. ff. de rei vind.* Boër. *quæst. 44. num. 7.* Tiraquel *de retract. consang. §. 7. gloss. 1. num. 2. & 4.* Menoch. *recuper. possess. remed. 15. n. 501. & arbit. jud. cas. 258. num. 47.* Ita enim impensæ necessariæ in res dotales factæ dotem minuunt, & sic maritus impensas necessarias retinere & deducere potest *l. 1. §. 2. l. quod dicitur. 5. de impens. in res dot. l. dote. 61. ff. de rit. nupt. l. si is qui 56. §. quod dicitur. ff. de jur. dot. l. 1. §. sed nec ob C. de rei uxor. act.*

Adeò, ut etiam malæ fidei possessor necessarias impensas deducere possit, *l. planè. 38. ff. de hæred. petit. l. domum. 5. C. de rei vind.* Bart. *in l. in fundo. num. 11. ff. de rei vind.* Alciat. *in l. impensæ. num. 3. ff. de V. S.* Joseph. Ludov. *Perus. decis. 34. num. 28.* Menoch. *recuper. poss. remed. 15. numer. 514. & arbit. jud. cas. 258. numer. 49.* Pinel. *in l. 2. part. 2. cap. 3. numer. 1. in fin. C. de rescind. vend.* Gars. *de expens. & melior. cap. 2. num. 1.* Schrader. *de feud. 2. part. 9. sect. 2. num. 81.* 146

Ex quo etiam illum, qui sciens rem fideicommisso subjectam & restitutioni obnoxiam emit, impensas necessarias in eam factas consequi & deducere posse, tradunt, per *l. domos. 58. ff. de legat. 1.* Bellon. *cons. 65. num. 12.* Molinæ. *in consuet.* Paris. *tit. 1. § 1. gloss. 5. num. 75.* Peguer. *decis. 104. num. 2.* Menoch. *recuper. possess. remed. 15. num. 507.* Tiraquel. *de retract. conv. §. 7. gloss. 1. num. 4.* Boër. *quæst. 44. num. 19.* Harpprecht. *ad §. ex diverso. 30. num. 20. seq. I. de rer. divis.* Si enim prædoni & malæ fidei possessori jus deducendi impensas necessarias est concessum, quanto magis eodem jure is uti poterit, qui scit rem quandoque alteri restituendam, & qui fideicommissi conditione pendente, justus possessor, & rei dominus est temporalis. 147

Nec obstat regula; quod scienti & volenti non fiat injuria, *l. 1. §. usque adeò. in fin. ff. de in jur. l. nemo videtur. 145.* Et quod is qui sciens in rem alienam impensas facit, vel in eâ ædificavit, easdem donare voluisse censeatur, *l. fin. ff. de adquir. rer. dom. l. si 15. C. de ædific. priv. §. ex diverso. 30. I. de rer. divis.* Siquidem hoc non procedit in eo, qui rei dominus est, donec restitutionis necessitas occurrit, hunc enim non censeri meliorationes suis sumptibus & impensis factas, successori donare voluisse, dictum est *supra num. 95.* nec ulla culpa imputari hoc casu potest illi, qui necessitate rei restitutioni subjectæ impulsus, de eâ quid utiliter statuit, *l. item si. 15. § 1. ff. de rei vind.* multò minus culpa erit, rem alioqui perituram vel deteriorem futuram servâsse, sed potius culpa futura fuerit, eam curam & impensam omisisse, *l. qui petitorio 36. §. 1. ff. de rei vind.* Neque etiam donandi voluntas in eo præsumi potest, qui necessitate rei tuendæ coactus necessarias impensas fecit, cum do- 148

natio nullo jure cogente fiat, & in necessitatibus nemo liberalis existere censeatur, *l. rem legatam. 18. in fin. ff. de adim. vel transfer. legat.*

149 Minus contrariatur *l. fin. §. emptor. 4. commun. de legat.* quamvis enim ibidem emptor, qui in rem fideicommisso subjectam scienter sumptus & impensas fecit, meliorationum & impensarum nomine evictionem à venditore postulare & actionem instituere non possit, non tamen negatur, quo minus adversus fideicommissarium evincientem sibi emptor prospiciat, & ab eodem meliorationum impensas consequatur, prout respondet Molinæ *in consuet. Paris. tit. 1. §. 1. gloss. 5. num. 83.* Menoch. *d. remed. 15. num. 508.* Atque ita etiam malæ fidei possessores ejus, quod in rem alienam impendunt, eorum negocium non gerentes, quorum res est, nullam quidem habere repetitionem, nisi necessarios sumptus & utiles impensas fecerint, licentiam ipsis permitti, sine læsione prioris status rei, easdem auferre decisum est in *l. domum. 5. C. de rei vindic.*

150 Quod si quoque meliorationes & impensæ adeò fuerint necessariæ, ut iis non factis, res periisset, easdem malâ fide non obstante refundendas esse tenent Jason *in l. fin. §. fin. C. commun. de legat.* Tusch. *lit. M. conclus. 180. num. 18.*

151 Hinc etiam 3. fideicommissi possessor ejusque hæres utiles impensas, sicut & alius quilibet bonæ fidei possessor deducit, *l. planè. 38. utiles. 39. ff. de hæred. petit. l. in fundo. 38. ff. de rei vind.* si modo, ut eas possessori vel ejus hæredibus præstare possit dominus vel successor, rem illam, in quam sunt factæ, vendere non cogatur, atque ita dives sit, & impensam istam ipse facturus fuisset, ita ut hoc casu ipsam petere & deducere possit, si verò successor vel rei dominus pauper sit, & non habeat, unde impensas refundat, easdem bonæ fidei possessor non deducat, sed tollere tantum sine rei dispendio valeat, *d. l. in fundo. 38. ff. de rei vind. l. utiles. 39. ff. de hæred. petit.* Menoch. *arbit. jud. cas. 258. numer. 52. seq. & num. 57. seq.* Peregrin. *de fideic. art. 50. num. 31.*

152 Et quamvis malæ fidei possessor utiles impensas reperere vel deducere nequeat, ipsi tamen permittitur, ut quod in alieno posuit, tollere vel auferre, dummodo sine rei detrimento & læsione id fieri possit, eoque sublato, ipse aliquid lucri inde consequuturus sit, cujus æstimationem rei dominus vel successor non offeret, *l. Iulianus. 37. l. in fundo. 38. ff. de rei vind. l. domum. 5. C. eod.* Harppr. *ad §. ex divers. 3. n. 41. & seq.* ubi quænam sit differentia inter deducere & tollere demonstrat.

153 4. Ex quibus consequens est, quod restituendæ & solvendæ veniant im-

impensæ in ædificationem factæ, *l. domos. 58. ff. de legat. 1. & ibi* Iason. *numer. 2. & 4. &* Dd *commun.* Petra *de fideic. quæst. 15. num. 247.* Ripa *in l. pure §. fin. ff. ad SCt. Trebell.* Roll. à Valle *cons. 28. num. 21. lib. 1.* Cephal. *cons. 188. n. 37. lib. 2.* Menoch. *3. præsumpt. 32. num. 3.* Garsias *de expens. & melior. cap. 22. numer. 17.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 26. num. 14.* Quia inter impensas necessarias etiam connumeratur, ædificare domum necessariam, *l. divortio §. impendia. in fin. ff. solut. matrim* Alciat. *in l. impensæ. num. 2. ff. de V. S.* Petra *de fideicom. d. cap. 15. num. 240. vers. item quæ.* Peregrin. *de fideic. art. 50. n. 7. & 8.* Menoch. *arb. jud. cas. 258. num. 8.*

5. Idem est in impensis in domus reparationem & refectionem factis, 154
nam & hæ inter necessarias impensas referuntur, & refundendæ sunt; per *l. §. fin. ff. de impens. in res dot.* Bald *cons. 303. numer. 2.* Boër. *decis. 44. numer. 7. ad fin.* Petra *d. quæst. 15. num. 238. vers. item quæ factæ* Alciat. *in l. impensæ num. 2. ff. de V. S.* Menoch. *d. cas. 258. num. 9.* Peregrin. *de fideic. art. 50. n. 8. &* illæ impensæ necessariæ dicuntur, quibus non factis res deterior futura fuisset, Angel. *in l. §. inter necessarias. num. 2 ff. de impens. in res dot.* Petra *d. quæst. 15. n. 230. vers. tertio necessariæ.*

6. Refundendæ sunt impensæ, quæ in rei fideicommissariæ conservatio- 155
nem factæ, quia impensa illa, quæ rem in statu suo conservat, dicitur necessaria, & similis est impensæ refectionis, per *l. ubi pure. 19 §. fin. ff ad SCt. Trebell.* Peregrin. *de fideic. art. 50. numer. 11.* Garsia. *de expens. cap. 6. numer. 19.* Bart. *cons. 303 numer. 2.* Petra *d. quæst. 15. numer. 238. vers. tertio necessariæ.* ubi hoc de perpetuâ conservatione intelligendum dicit, per notata Ripæ *in l. ubi pure. §. fin. num. 1. & 4. & ibi* Dd. *ff. ad. SCt. Trebell.* quod etiam in impensis litis pro re conservandâ factis obtinere tradit Garsia *de expens. & mel. cap. 6. numer 19.* Petra *d. quæst. 15. num. 254.* Matzar. *de fideicom. part 3. quæst. 67.* Peregrin. *& num. 11.* Etiamsi in lite succubuerit, modo litem evidenter calumniosam non tractaverit, *l. non est ignotum. C. de administr. tut.* Peregrin. *d. n. 11.*

Idem obtinet in impensis pro rei fideicommissariæ, veluti castra, forta- 156
litii, &c. recuperatione factis, Ioan. de Ana. *cons 32.* Iason *in l. si non sortem. §. si centum. ad fin. ff. de condict. indeb.* Petra *d. quæst. 15. numer. 219. 215 & 251.* Imola *in l. domos 58. in princ. ff. de legat. 1. & cons. 20. col. fin. vol. 5.* Vinc. Fusar *de fideic. subst. quæst. 670. num. 6.* Peregrin. *de fideicom. art. 50. num. 9.* Quia impensæ factæ pro recuperando castro vel fortalitio, utiles & necessariæ reputantur, & sic repeti possunt, Alex. *cons. 16. numer. 8. lib. 2.* Peregrin. *d. num. 9.* Adeò ut is, qui castrum tale ab hostibus recuperavit, illud tamdiu retinere possit, donec sibi expensæ & sumptus in recuperatione facti, restituantur, Iason

in l.

in l. divortium. §. interdum. num. 4. ff. solut. matrim. Ruin. *cons. 100. in fin. lib. 4.* Socin. jun. *cons. 68. num. 143. lib. 3.* Menoch. *recuper. possess. remed. 11. num. 18.* quod etiam in castro vel fortalitio feudali ab hostibus recuperato locum obtinere, tradit Schrader. *d. feud. part. 9. sect. 2. n. 22.*

157 8. Si res fideicommissaria ab onere servitutis fuerit redempta & liberata Bartazol. *cons. 107. in fin.* Petra *d. quæst. 15. n. 214.* Besold. *cons. 133. n. 110.* Peregrin. *d. fideic. art. 50. n. 27.*

158 9. Si servitus, jurisdictio vel alia jura realia rei fideicommissariæ adquirantur, impensæ in iisdem adquirendis factæ refundendæ sunt, *arg. c. 1. §. si vasallus. hic finit. lex. 2. feud. 28.* Rota Peruss. *decis. 24. num. 23. part. 2.* Besold. *d. cons. 33. n. 111.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 26. num. 1.* Schrader. *de feud. 2. part. 9. sect. 2. num. 21. vers. tertio hæc.* Petra *d. quæst. 15. n. 253.* Quamvis enim jurisdictio tanquam res separabilis à castro fideicommissi successori non sit necessariò restituenda, *supra num. 112.* Si tamen eandem adquirentis hæredes ipsi fideicommissi successori restituere velint, ipsis pretium, vel impensæ in ejusdem adquisitione factæ sunt solvendæ.

159 10. Si veteres pensiones possessoris impensis fuerint auctæ Besold. *cons. 133. n. 110.*

160 11. Si pro custodiâ perpetuâ rei fideicommissariæ, veluti castri vel fortalitii, impensè magnæ fuerint factæ, Bald. *in l. 1. numer. 9. C. de fruct. & lit. expens.* Alex. *cons. 168. num. 3. vol. 2.* Petra *de fideicommiss. quæst. 15. num. 218. & seq.* gloss. *in l. 1. §. inter necessarias. verb. projectas. & ibi* Angel. *ff. de impens. in res dot.* Peregrin. *de fideicom. art. 50. num. 21.* Et sic hujusmodi impensas vasallo quoque refundendas esse, tradit Schrader. *de feud. 2. part. 9. sect. 2. n. 21. vers. quarto hæc. & ibi alleg.* ubi id adeò verum esse scribit, ut impensæ factæ pro castro vel fortalitio defendendo contra hostes tales, à quibus castrum occupatum vel nunquam, vel non nisi cum maximâ difficultate recuperari posset, repeti possint, etiamsi castrum vel fortalitium ab hostibus fuerit occupatum, *arg. l. sed an ultro. 10. § 15. autem. qui ff. de negoc. gest. l. tutor. qui 7. §. si post. ff. de admin. tut. l. quid ergò. 3. § sufficit. ff. de contr. & util. act. tut.* Quia hæc impensa pro custodiâ castri inter necessarias connumerantur, Bald. *cons. 303. vers. secundo præmittendum. lib. 1.* Alex. *cons. 168. num. 8. lib. 2.* Petra *de fideicommiss. quæst. 15. num. 218. 227. & seq. vers. & quod.* Menoch. *arbit. jud. cas. 258. n. 10.* Quod etiam in munitionibus machinis & tormentis bellicis pro castri custodiâ perpetuâ comparatis obtinet, ut illarum quoque impensæ restituendæ veniant, per tradita Petræ *d. quæst. 15. n. 229. & seq.*

161 Quæ tamen ita demum procedere videntur, si præter morem solitum, veluti

veluti propter belli necessitatem vel suspicionem, castrum sit defendendum secus autem erit, si pro ordinoriâ castri defensione aliquid fuerit impensum, per tradita Petræ *d. quæst. 15. num. 228. seq.* Quia fideicommissi possessor ex naturâ rei fideicommissariæ eandem defendere, & custodire tenetur, eoque nomine fructus percipit, Petra *d.num. 228. in fin. & numer. seq.* Angel. *in l. sumptus. ff. de legat. 1.* ubi concludit, quod si quis ex naturâ contractus vel alicujus obligationis ad rei custodiam tenetur, tunc impensas, quas facit in custodiendo, non repetit exemplo hæredis, qui tenetur ad custodiam rei legatæ usque ad tempus restitutionis, & in marito, qui ad rei dotalis custodiam tenetur, Petra *d. quæst. 15. num. 231.* Et notum est, ad illum pertinere onera impensarum, ad quem fructus & commoda rei pertinent, *l. 3. l. neq. ff. de impensam res dot.*

12. Idem esse in impensis in constructione aggerum, pro tutelâ agrorum ab impetu & irruptione fluminis, vel aliarum aquarum, factis, asserit Petra *d. quæst. 15. num. 248.* Et has impensas inter necessarias refert per *l. impensæ. ff. de impens. in res. dot.* Menoch. *d. cap. 258. n. 7.* Peregrin. *de fideicomm. art. 50. num. 8.* 162

13. Idem quoque esse in constructione fossarum perpetuam rei utilitatem concernentium, tenet Menoch. *d. cas. 258. n. 28.* 163

14. Quod si quoque vineæ, arbores & sylvæ de novo plantatæ, & in iisdem magnæ impensæ, ad perpetuam utilitatem, & sic etiam post restitutionem duraturæ sint factæ, ipse possessoris hæredibus restituendæ veniunt, cum sint impensæ necessariæ, *l. vel si vites. 3. ff. de impens. in res dot.* Petra *d. quæst. 15. num. 259. & 260.* Secus autem, si impensæ sint modicæ, vel si vinea sit meliorata, & propter meliorem culturam fructuosior facta, impensæ non recuperantur per *l. divortio. §. impendia. ff. solut. matrim. l. 3. ff. de impens. in res dot.* Petra *d. quæst. 15. n. 259.* 164

15. Impensæ in hoc factæ, ut res fideicommissaria inculta ad culturam redigatur, veluti si terra sit saxosa, ita ut propter saxa coli non potuerit, & possessor saxa levari & ejici fecerit, vel ager, qui antea nemus erat, stirpibus & radicibus plenus, & planè inutilis, devoscatus, vel extirpatus & ad culturam redactus fuerit, tunc impensæ in hanc culturam factæ, si magnæ sint, possessoris hæredibus sunt restituendæ, per *l. utiles. 39. verb. novelleta. & ibi gloss. ff. de hæred. petit. l. si servos 25. ff. de pignor. act. l. vel si vites. 3. ff. de impens. in res dot.* Peregrin. *de fideic. art. 50. n. 16. & n. 28.* Quia per has impensas rei qualitas mutatur & bonitas augetur, certum autem est illas impensas, per quas rei qualitas mutatur & bonitas augetur, perpetuam utilitatem respicere, Bald. 165

conf. 16. num. 3. lib. 1. Tum etiam, quia utilitas & qualitas hæc terræ incultæ ad culturam redactæ, etiam re ad successorem delata durat, certum autem est, illam impensam, cujus utilitas post jus impendentis extinctum & post restitutionem durat, perpetuam rei utilitatem respicere & repeti posse, per tradita Bart. *in l. impensæ. 14. ff. de impens. in res dot.* Alex. *in l. divortio. §. impendia. ff. solut. matr.* Ruin. *conf. 14. num. 3 lib. 1.* Rol. à Valle *conf. 28. n. 4.* Petra *de fideic. quæst. 15. n. 259.*

166 Atque indè etiam hujusmodi culturæ impensas, in rebus feudalibus factas, à vasalli hæredibus repeti posse, docent, Andr. de Isern. *in §. si vasallus. & ibi* Alvarot. Matth. de Afflict. *num. 1. & 17. Hic finit. lex. feud. 28.* Et quamvis contrarium teneant, & hujusmodi expensas pro terrarum, vel nemorum incultorum, ad culturam reductione factas, repeti non posse, sed cum fructibus compensari, Castrens. *conf. 270. num. 3. vers. tertio principaliter. lib. 2.* Curt. jun. *conf. 144. num. 7.* Negusant. *de pignor. membr. 4. part. 5. num. 11.* propterea, quod impensæ in quærendis fructibus, agris colendis, arando & serendo factæ non possint repeti, sed cum fructibus compensentur, ut *infra num. 185.* dictum, & hæc redactio ad culturam sit præparatorium culturæ, & dispositum de præparato, etiam in præparatorio locũ habeat, *l. cum jurisdict. 2. ff. de jurisdict. l. ad legatum 62. l. ad rem mobilem. 56. ff. de procurat. l. in argento. 2. 1. ff. de aur. & arg. legat.* Dec. *in rubr. n. 1. C. de edend.*

167 Hæc tamen ratio non movet, quia impensa illa, quæ fit in redigendo terram incultam ad culturam, est diversæ & majoris qualitatis, quàm illa, quæ fit in arando, serendo vel colendo agrum, cum hæc sit temporalis & annalis, illa verò perpetuam rei utilitatem respiciat, & perpetuo duret, & aliàs quoque dispositio de præparato loquens, ad præparatorium non extendatur, quando præparatorium est majus, vel diversæ speciei, sicuti tradit Bart. *in d. l. 2. & ibi* Alex. Jason. Dec. *& Dd. commun.*

168 Et hæc quidem procedunt, si impensæ sint magnæ, Cuman. *conf. 56.* Boër. *decis. 44. num. 25.* Pinel. *in l. 1. part. 2. num. 70. C. de bon. matern.* secus verò si parvæ vel modicæ sint, nec perpetuam utilitatem adferant, veluti si ager agrari & seri consuetus negligentiâ prædecessoris dumis & sentibus repletus, quæ evellere non fuit magnæ impensæ, Menoch. *arb. jud. cas. 258. numer. 26. vers. secundus casus.* vel si nemore ad culturam redacto ex lignis exstirpatis plus utilitatis vasallus vel fideicommissi possessor perceperit, quàm ipse impenderit, quo casu ipsum impensas repetere non posse tradit Jason. *in l. divortio. §. impendia. ff. solut. matrim.* Castrens. *d. conf. 170. num. 3. vers. tertio principaliter. lib. 2.* Tusch. *lit. M. conclus. 180. num. 27.* Peregrin. *de fideicommiss.*

art. 50.

art.50.num.12.vers. mihi semper.& num.13. Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst.670. num.11.*

16. restituendæ & solvendæ sunt impensæ, etiamsi possessor proprio 169
labore propriisque manibus meliorationes fecerit, Bald. *in l. si quis sciens. num. 1. C. de rei vind.* Castrens. *in l. divortio. §. impendia. num. 4. ff. solut. matrim.* Garf. *de expens. & mel. cap. 1. numero 14.* Pinel. *in l. 2. part. 2. num. 4. C. de rescind. vend.* Boër. *decis. 44. numer. 23.* Menoch. *arbit. jud. cas. 258. numer. 34.* sicuti de feudi meliorationibus proprio labore factis, tradit *arg. c. 1. & ibi* Abbas *n.3.* & Beroj. *numer. 23. X. de restit. in integr.* Schrad. *de feud. 2. part. 9. sect. 2. numer. 35*
Vel ejusdem antecessor, cujus ipse successor, sive universalis, sive particu- 170
laris, easdem fecerit, cum etiam singularis successor propter meliorationes & impensas jure retentionis uti posit, *l. in hoc judicium. 14. & impendia. vers. sed is qui & ibi* Bart. *ff. commun. divid.* Ripa *in l. ubi purè. §. qui in distrahendis. numer. 13. ff. ad SC. Trebell.* Boër. *decis. 44. numer. 14. & 19.* Tiraquel. *de utroque retract. part. 2. §. 7. gloss. 1. numer. 15.* Schrader. *d. sect. 2. num. 38.* Besold. *cons. 133. num. 98.* Tusch. *lit. M. conclus. 182. num. 53. & seq.* Vel etiam impensæ factæ fuerint ab alio, contemplatione & respectu possessoris, per tradita Schrader. *de feud. 2. part. 9. sect. 2. numer. 39.* Molin. *in consuet. Paris. tit. 1. gloss. 5. num. 87.* Menoch. *recuper. poss. remed. 15. num. 509.* Peregrin. *decis. 64. num. 6.* Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 669. num 3.*

37. Quod si quoque res ipsa vel meliorationes in eam factæ casu fortuito 171
citra culpam possessoris perierint, & tempore restitutionis non amplius extent, nihilominus tamen earundem impensas restituendas & exsolvendas esse, probant *l. planè. 38. vers. planè potest. ff. de hæred. petit. l. sed an ultrò. 10. §. 1. ff. de negoc. gest. l. si neccessarias. 8. ff. de pignorat. act. l. in totum. 4. in fin. ff. de impens. in res dot. l. qui exceptionem. 40. §. si pars. 1. ff. de condict. in deb.* Bart. *in l. in fundo. num. 6. in fin. ff. de rei vind.* Tiraquel. *de retract. convent. §. 7. gloss. 1. num. 10. in fin.* Menoch. *arbit. jud. cas. 258. num. 48. & recuper. possess. remed. 15. num. 512.* Petra *de fideic. quæst. 15. num. 260.* Quod de feudi meliorationibus asserit Schrader. *de feud. 2. part. 9. sect. 2. n. 27.*

Neque etiam fideicommissi possessor tenetur melioramentorum ad per- 172
petuam rei fideicommissariæ utilitatem spectantium impensas cum fructibus perceptis compensare, gloss. *in l. emptor. & ibi* Bart. Bald. & Angel. *ff. de rei vind.* Tiraquel. *de retract. conv. §. 7. gloss. 1. num. 7.* Peregrin. *decis. 6. num. 3.* Afflict. *decis. 87.* Fusar. *de fideic. substit. quæst. 669. num. 2.* Quamvis enim bonæ fidei possessor, qui dominus non est, teneatur fructus cum melioramentis compensare, *l. in fundo 38. ff. de rei vind.* interim, donec restitutionis tempus

veniat, verus dominus est, tradunt. gloss. *in l. emptor. in princ. verb. superfluum in fin. ff. de rei vind.* Alex. *in l. insulam. §. fructus. num. 6. ff. solut. matrim.* Clar. *§. feudum. quæst. 88.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 26. numer. 14. vers. nec. in hoc.* Quando enim qui ex re suâ, vel in quâ ad tempus vitæ dominium habet, quæ tamen postea alteri restituenda venit, fructus percipit, illi non computantur cum melioramentis, sed ipsi integra melioramenta, vel eorundem impensæ sunt restituendæ, prout tradunt Bald. *in l. insulam. §. fructus & ibi* gloss. & Angel. *ff. solut matrim.* Alex. *in l. in fundo. ff. de rei vind.* Negusant. *de pignor. part. 5. memb. 4. num. 12.* Pinel. *in l. 2. part. 2. cap. 3. numer. 5. C. ne rescind. vend.* Tiraquel. *in l. si unquam. verb. revertatur. num. 289. C. de revoc. don. & de utroque retract. part. 2. §. 7. gloss. 1. num. 4.* Molinæ. *in consuet. Paris. part. 1. §. gloss. 5. num. 78.* Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 42. num. 20.* Quia fructus isti ad fideicommissi possessorem pleno jure pertinent, & de iisdem liberè disponere potest, *supra cap. 11. n. 450.*

173 Ex quo etiam vasallum, quod fructus feudales jure utilis dominii percipit, meliorationes & impensas ad perpetuam rei feudalis utilitatem spectantes, cum fructibus compensare non teneri, sed easdem integras consequi posse, tradit Schrad. *de feud. 2. part. 9. sect. 2. num. 29.* etiamsi meliorationes istæ ex fructibus feudalibus sint factæ Schrader. *d. sect. numer. 37. & sect. 4. num. 7. vers. & hæc conclusio.* Valasc. *de jur emphyt. quæst. 25. numer. 6. vers. adde etiam.* Gœddæ. *3. Marpurg. cons. 33. n. 402. & 406.* Quod etiam in emphyteutâ procedere, eumque fundum melioratum restituentem non teneri compensare melioramenta cum fructibus, scribit post Felin. *in c. cum causa pen. X. de re judicat.* Negusant. *d. memb. 4. num. 14.* Et sic quoque illum, qui rei dominium, non quidem perpetuum, sed temporale habet, semper retinere, vel repetere impensas & meliorationes in re illâ factas, nullâ distinctione adhibitâ, an ex fructibus rei restituendæ, vel aliundè illæ sint factæ, tenet Decian. *resp. 58. n. ult vol. 2.*

174 19. Nihil quoque refert, an hæres fideicommissi possessoris, qui meliorationes fecit, sit masculus vel fœmina, ita ut etiam fœmina hæredi impensæ in rem fideicommissariam factæ, sint restituendæ & solvendæ, exemplo feudi, in quo meliorationes vasalli hæredi etiam fœminæ sunt refundendæ, ipsique earum nomine retentio datur, uti dictum est *supra cap. 8. num. 289.*

175 20. Deducitur quoque in fideicommissi restitutione impensa pro infirmitate testatoris, ejusdemque cura facta, Cephal. *cons. 644. n. 38.* Fusar. *de fideicomm. subst. quæst. 670. num. 1.* Quia hæc debitum est testatoris, quod de fideicommissi bonis solvendum, esse dictum, *supra cap. 11. num. 216. seq.*

21. Idem

21. Idem est, quoad funeris impensas *l. Papinianus. §. 4. ff. de in offic. test. l. impensæ funeris. ff. de religios. & sumpt. fun. l. 1. §. fin. ff. ad L. Falcid. l. fin. §. in computatione. C. de jur. delib* Covarruv. *in c. Raynutius. §. 3. n. 2. X. de testam.* Alciat. *cons. 139. ad fin. lib. 9.* Menoch. *cons. 681. n. 12.* Peregrin. *de fideic. art. 35. in fin.* Fusar. *de subst. fideic. quæst. 670. n. 2.* 175

22. Uti & impensa pro relevando, sive reluendo testamento factæ deducitur, *l. fin. §. in computatione. in prin. & ibi* Jason. *C. de jur. delib.* Rol. à Valle *de invent. part. 4. quæst. 670. n. 4.* 177

23. Et quæ facta est pro conficiendo inventario, *l. fin. §. in computatione & ibi* Jason. *C. de jur. delib.* Rol. à Valle *d. quæst. 18* Fusar. *d. quæst. 670. n. 6.* 178

24. Deducuntur etiam impensæ, quæ factæ sunt pro defensione hæreditatis *l. ubi purè. 19. § qui in distrahendis. ff. ad SC. Trebell. l. fin. §. in computatione. & ibi* Angel. *in princ.* Castr. *num. 3.* Alex. *n. 3.* Jason. *num. 2. C. de jur. delib.* Pinel. *in l. 1. part. 2. num. 70. C. de bon. mater.* Peregrin. *de fideicom. art. 50. num. 11.* Fusar. *d. quæst. 670. n. 6.* 179

Non verò restituendæ vel solvendæ sunt impensæ 1. si augmenta vel 180 melioramenta sint naturalia, & absque hominis opera & labore contigerint, veluti per alluvionem, siquidem hæc pleno jure ad eum pertinent, cui alluuntur sive accedunt *§. præterea 20. I. de rer. divis. l. adeo. 7. §. 1. ff. de adquir. rer. dom. l. 1. l. fin. C. de alluvion.* Garsias *de expens. & melior. cap. 22. num. 3. & seq.* Tuschus *lit. M. concl. 180. n. 58.* Clar. *§. feudum. quæst. 88. vers. item quæro* Joseph. Ludov. *Perus. decis. 24. n. 4.* confer *supra n. 90. & 97.* Idque in majoratus augmento naturali & alluvionis, sive latens, sive patens illud sit, docent Molina *de Hispan. primog. lib. 1. cap. 26. n. 17.* Garsia *d. cap. 22. n. 38.*

Vel 2. si temporis beneficio, rerumque vicissitudine, augmentum contigerit, tum enim nihil expectandum quoque est ab eo, cum augmentum cum 181 re restituitur, Garsia *d. cap. 22. n. 1.* veluti si maritus habeat montem, lucum vel sylvam, quæ constante matrimonio sine opera sumptu, vel expensâ uxoris suapte natura & sponte crescat & augeatur fructuosiorque fiat, nihil enim hoc nomine uxor à marito lucri exspectabit, *arg. l. fructus. in fin. ff. de usur.* Gars. *d. numer. 18.*

3. Idem est si per præscriptionem augmentum rei fideicommissariæ accesserit, cum enim hoc incrementum sine curâ, operâ vel impensis posses- 182 soris contingat, nihil quoque impensarum nomine exsolvendum venit, sed res ista pleno jure & liberè ad fideicommissi successorem transfertur, *supra numer. 98.*

183 4. Non restituuntur impensæ modicæ, per *l. omnino. 12. ff. de impens. in res dot. l. divortio. 7. §. impendi 16. & ibi* gloss. *ff. solut. matr. l. usufructu. 7. §. hactenus. 2. & sequent. ff. de usufruct. l. in rebus 18. §. possunt. 2. ff. commod.* Menoch. *recuper. poss. remed. 15. num. 552. & arb. jud. cas. 215. num. 6.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 50. num. 12. vers. mihi semper. & n. seq.* sed modicæ hujusmodi impensæ, quæ in rei refectionem vel culturam fiunt, ex fructibus & aliis emolumentis, quæ percipit, solvendæ sunt, *l. vel si vites. 3. §. 1. ff. de impens. in res dot. d. l. divortio. 7. §. impendi. 16. ff. solut. matrim. d. l. usufructu. 7. §. hactenus. 2. ff. de usufruct.* Cùm regulariter & ipso jure onus impensarum ad eum spectet, ad quem fructus & commoda rei pertinent, *d. l. 3. l. neque. 13. ff. de impens. in res dot* Petra *de fideicommiss. quæst. 15. n. 234.* Et sic quoque modicas impensas non recipit majoratus possessor, Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 27. n. 5.* nec vasallus, Hartm. Pistor. *lib. 2. quæst. 42. num. 27.* Schrad *de feud. 2. part. 9. sect. 2. numer. 69.*

184 Quænam autem modica, & quænam magna dicatur impensa, inter Dd. non convenit, alii enim modicam impensam esse dicunt, quæ est duorum coronatorum per *l. si oleum. §. fin. ff. de dolo.* gloss. *in l. usufructu. 7. hactenus verb. pertinet.* Alii modicam impensam dicunt, quæ fit pro fructuum perceptione & perpetuam utilitatem non respicit, & magnam, quæ ad perpetuam rei utilitatem pertinet, etsi exigua sit quantitas, Alex. *in l. divortio. §. impendi. n. 3. in fin. ff. solut. matrim.* Boer. *decis. 44. num. 25.* Et impensam modicam semper appellari, quæ non concernit perpetuam rei utilitatem, licet sumptuosa sit, & è contra magnam impensam appellari, quæ perpetuam rei utilitatem respicit, etiamsi quoad sumptum modica fuerit, scribit Alex. *d. §. impendi. num. 3. ff. solut. matr.* Ruin. *cons. 17. num. 3. lib. 1.* quod improbat, Pinel. *in l. 1. part. 2. num. 70. in fin. C. de bon. matern.* Schrad. *de feud. 2. part. 9. sect. 2. num. 69.* ubi veriorem illorum sententiam dicit, qui statuunt, finito vel amisso feudo nullas impensas modicas reperi posse, etiamsi perpetuam rei utilitatem respiciant, post Corne. *cons. 86. num. 4. lib. 4.* Et distinctionem illam inter impensas modicas & magnas, generaliter locum obtinere, ita ut magnæ quidem restituantur, non item modicæ, ex supradictis legibus satis apertè colligitur, & probat Pinel. *d. num. 70. in fin.* Et verior eorum videtur esse sententia, qui judicis arbitrio relinquendum esse asserunt, ut is ex qualitate rei & personarum statuat, quæ modica, & quænam magna dicatur impensa, *arg. l. 1. §. 2. ff. de jur. delib* Pinel. *d. part. 2. num. 72.* Menoch. *arbit. jud. cas. 215. numer. 8.* Schrad. *de feud. 2. part. 9. sect. 2. numer. 69.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 27. numer. 6.*

5. Hinc

5. Hinc quoque non restituuntur meliorationum impensæ, quæ perpetuam rei utilitatem non concernunt, sed fructuum tantum colligendorum vel percipiendorum causâ sunt factæ, veluti in colendo, arando, serendo agro, *l. fructus. 7. alias. l. divortio. §. impendi. 16. ff. solut. matrim. l. fin. ff. de impens. in res dot.* Rol. à Valle *cons. 28. num. 20. & 22. lib 1.* Ruin. *cons. 135. num. 12. lib. 3.* Menoch. *arbit. jud. cas. 258. num. 42. seq. & num. 45.* Jason. *in l. domos. n. 7. ff de legat. 1.* Marzar. *epitom. fideic. quæst. 65. in princ.* Garsia *de expens. cap. 14. num. 13.* Cùm enim ad fideicommissi possessorem fructus & commoda rei fideicommissariæ spectent, ad ipsum quoque eorundem impensæ pertinebunt, & impensæ cum fructibus compensabuntur, ut *supra num. 183.* demonstratum est. Exemplo vasalli, qui impensam fructuum percipiendorum, colligendorum vel quærendorum causâ factam non deducit, Ruin. *cons. 14. num. 2. & 3. lib. 1.* Hartman. Pistor. *lib. 2. quæst. 42. num. 28.* sicuti nec emphyteuta *l. 2. C. de jur. emphyt.* Garsias *d. cap. 14. num. 13.* Menoch. *d. cas. 258. num. 44.* Et generaliter quilibet bonæ fidei possessor, qui fructus suos facit, etiamsi rem restituat, non tamen fructuum impensas recipit vel deducit, Alciat. *in l. impensæ. n. 3. ff. de V. S.* Joseph. Ludov. *decis. 24. num. 2.* Menoch. *d. cas. 258. numer. 46. & recuper. poss. remed. 15. numer. 513.* 185 186

6. Nec quoque refunduntur fideicommissi hæredibus impensæ tributorum, censuum & similium onerum realium, *l. neque 13. ff. de impens. in res dot.* Quia hæc onera ad ipsum fideicommissi possessorem pertinent, *supra n. 44. seq.* Quæ autem impensæ ex rei natura ipsi possessori incumbunt, ipsæ hæredibus ipsius non sunt restituendæ vel exsolvendæ, sicuti de vasallo docent Alvarot. *in §. si vasallus. & ibi* Præposit. *hic finitur lex 2 feud. 28.* Molinæ. *in consuet. Paris. part. 1. §. 1. gloss. 5. n. 96.* Schrad. *de feud 2. part. 9. sect. 2. numer. 71.* Et de emphyteuta Jason. *in l. 1. num. 26. & 32. C. de jur. emphyt.* Boer. *decis. 44. n. 19.* Pinel. *in l. 2. part. 2. c. 3. n. 10. C. de rescind. vend.* 187

7. Si impensæ sint excessivæ & nimium onerosæ, & tales, ut si successor easdem solvere teneretur, ipse res fideicommissarias, in quam impensæ factæ vendere cogeretur, non sunt solvendæ, per *l. sin autem. 27. l. in fundo. 38. & ibi* Dd. *ff. de rei vind. l. si servos. 25. & ibi* Bart. Bald. Salicet. Castr. *&* Dd. *ff. de pignor. act. l. quod si. 3. §. proinde. 3. ff. de in rem vers. l. sed an ultro 10. §. 1. ff. V. S.* Menoch. *recuper. poss. remed. 15. num 253. & arb. jud. cas. 258. n. 58.* Bald. *cons. 1 6. numer. 4. lib. 1.* Tiraquel. *de retract. §. 7. gloss. 1. numer. 5.* Marzar. *in epit. fideicom. part. 3. quæst. 66. in fin.* Tuschus, *lit. M. concl. 180. n. 1. & seq.* 188

sicuti

sicuti de feudo asserit Schrader. *de feud.2.part.9.sect.2.num.86.* ubi tamen hoc locum non habere in impensis necessariis, & quibus non factis res peritura fuisset, has enim vasallum ejusque hæredes feudo finito recuperare, etiamsi nimis sint onerosæ, addit, post Bart. *in d.l.in fundo.num.6.ff.de rei vind.* Castr. *in d.l.si servos.ff.de pignor.act.* Neque id locum habere in impensis meliorationum de mandato domini factis, tradit per *d.l.si servos.& ibi* Castr. & Fulgos. *ff. de pignor. act.* Negusant. *de pignor.part.7.membr.3.num.18.* Schrader. *d.sect.2. numer.87.*

189 8. Idem est si impensæ in fraudem successoris factæ sint, per *arg. l. non fraudantur.134.§.1.& ibi* Dec. *ff.de R.I.* Boer. *decis.47.n.10.* Schrader. *d.sect 2.n.82.*

190 Nec refundendæ sunt impensæ voluptariæ, nam si hæ à re fideicomissaria, vel feude separari nequeant, pro ipsis recuperandis, nec actio, nec exceptio, nec retentio datur, *l. pro voluptariis. 9.ff.de impens.in res dot.* Bart. *in l.in fundo.38.ff.de rei vind.* Castrens. *cons.270.num.3.lib.2.* Quod idem est, si impensæ voluptariæ tolli quidem possint, sed non sine læsione prioris status, siquidem nec tunc, vel actione, vel retentione recuperari possunt, *l.in fundo.38.ff. de rei vind. l.domum.C.eod. l.senatus.43.§.Marcellus.l.ff.de legat.1.l.mitu.§. fin.ff.de legat.3.* Nisi ipse dominus, vel fideicommissi successor easdem fuisset facturus quo casu bonæ fidei possessorem easdem deducere posse, scribit, Bart. *in l.in fundo.num.10.ff.de rei vind.* Alciat *in l.impensæ.num.9.ff.de V.S.* Menoch. *arbit.judic.cas.258.num.76.* Schrad. *de feud.2.part.9.sect.2.num.75.* vel nisi voluntate ipsius domini vel successoris sint factæ, Jason. *in §.propter retentionem. n.8.I.de action.* Schrad. *d.n.75.*

191 Quod si verò impensæ hæ voluptariæ sine deterioratione rei vel pristini status separari possint, permissum est possessoris hæredi, uti & alii bonæ fidei possessori, easdem tollere vel abradere, sine voluntate domini vel successoris factæ, vel ipse easdem facturus fuisset, sive non *per l. domum.C.de rei vind. l.pro voluptuariis 9 l.quod si ea res. l.voluptuariæ.ff.de impens.in res dot.l.3. §.proinde.ff.de in rem vers. l.unic.§.taceat.5.vers.quod si voluptuariæ.C.de rei uxor.act.* gloss. *in d.l.in fundo.& ibi* Bart. *num.10.ff.de rei vind.* Alciat. *in d.l. impensæ.num.9.ff.de V.S.* Menoch. *d.cas.258.num.78.& recuper.poss.remed.15.num.*

192 *530.* Schrader. *de feud.2.part.9.sect.2.num.75.* Cum etiam malæ fidei possessor impensas voluptuarias tollere & abradere possit, *l. utiles.39.§.1.ff.de hared.petit.* gloss. *in l.ex duobus.ff.de negoc.gest.* Garс. *de expens.cap.5.num.9.* Menoch. *d.cas.238.numer.82.* Et alias quoque in omnibus casibus, in quibus

bus meliorationes non reficiuntur, ipsi, qui fecit, facultas datur destruendi ædificatum, & asportandi cœmenta & materias, modò salva maneat prima rei figura, & substantia non deterioretur, Bald.*cons.11.numer.4.lib.1.* Tuschus *lit.M.concl.180.num.50.& seq.*Et licitum esse meliorationes & impensas absque rei deterioratione tollere & abradere, constat ex *l.fideicommissa.11.* §.*si quis illicite.14.ff.de legat.3.* Alex. *in l.1.* §. *nunc videamus.n.4.limit.2.ff.de oper.nov.nunc.* Schrader.*de feud.2.part.9.sect.2.n.70.*

Non tantum permittitur abrasio, quando dominus vel fideicommissi successor paratus est solvere impensam, seu tantum, quantum possessor ipse abradendo utilitatis habere posset, Bart.*in l.infundo.n.10 ff.de rei vind.* Bald. *in l.sed etsi quid.ff.de usufruct.*Menoch. *d. cas.2 8.num.79.*Tusch.*d.n.50.*Schrader. *de feud.2.part.9.sect.2.num.93.* Ita ut liberum sit domino, vel fideicommissi successori pati meliorationes voluptarias tollere, vel æstimationem solvere, *l. in fundo.38.ff.de rei vind. l.pro voluptuariis.9.ff.de impens. in res dot.* gloss. *in* §.*per retentionem. & ibi* Jason.*n.8.I.de action.*Boer.*decis.44.n.10.* Hartm.Pistor.*2.quæst.42.n.26.* 193

Impensarum solutio peti non potest, si pacto inter fideicommissi institutorem & fideicommissarios, vel inter ipsos fideicommissarios, ita convenerit, nec successores meliorationes earumve impensas solvere teneantur, *arg. l.1.*§.*si conveniat.ff.de posit.l.contractus.23.ff.de R.I.* Jason.*in l.2.n.28.C.de jur.emphyt.* Menoch.*recuper.poss.remed.15.num.504.* Quod idem est, si ab institutore provisum, vel inter ipsos fideicommissarios & agnatos convenerit, quod possessor ad certam tantùm summam meliorationes facere possit, tunc enim impensas ultra summam istam factas, repetere nequit, Cagnol.*in repet.l.2.n.96. C.de pact inter empt.& vend.*Schrad.*de feud.2.part.9.sect.2.n.62.*Castrens.*cons.248. lib.1.*Tuschus *lit.M.concl.180.n.37.* 194

11. Si fideicommissi successor prohibuerit possessorem meliorationes facere, quas enim ipse contra ejusmodi prohibitionem fecit, repetere posse non videtur, *l.ex duobus.27.ff.de negoc.gest.l.si pro te.40.ff.mandat.l.fin.& ibi* Cyn.Bart.Bald.*& alii C.de negoc.gest.* Nec alium quemlibet possessorem repetere posse impensas à se post prohibitionem actoris factas, tradunt *arg. l.aut si ante denunciatum.30.ff.de rei.vind.l.2.C.de servit.& aqu.l.si fundum.17.C.de rei vind.l.aut Prætor.10.*§.*si quis particeps.ff.de his qui in fraud. cred.* Boer.*decis.44.num.8.* Et de emptore, à quo consanguineus vel vicinus venditoris jure retractus rem venditam redimit, docent Alb.de Rosat. *in l.in-* 195

ita utile. §. vendentibus. ff. de minorib. Boer. *d. n. 8.* Sicuti etiam ille, qui emit rem, quam ſcit per fideicommiſſum reſtitutioni ſubjectam eſſe, meliorationes non deducit, nec earum nomine aliquid petere poteſt, Peguer. *deciſ. 150.* Magon. *deciſ. Lucenſ. 33.* Beſold. *in delibat. ex lib. 22. ff. quæſt. 9.*

106 12. Idem quoque dicendum videtur, ſi fideicommiſſi poſſeſſor propter dilectum vel culpam, veluti quod leges fideicommiſſi ab inſtitutore præſcriptas non obſervaverit, vel fideicommiſſum alienaverit, vel alio modo fideicommiſſum amiſerit, impenſas fecerit, ita ut hoc caſu ipſi meliorationes, earumque impenſæ non videantur eſſe reſtituendæ. Exemplo emphyteutæ, qui propter culpam ſive delictum emphyteuſin amittens, non tantum emponemata, ſed omnia omninò melioramenta, ſive magna, ſive parva, amittit, *l. 2. C. de jur. emphyt.* Schrader. *de feud. part. 9. ſect. 2. n. 16.* Gail. *2. obſ. 121. n. 15.* Et vaſalli, quem feudum ex delicto vel culpa amittentem, nullos fructus, meliorationes & impenſas etiam magni pretii, reique cohærentes recuperare, docent Bald. *in c. 1. §. ſi vaſallus. & ibi* Præpoſ. Matth. de Afflict *tit. hic finitur lex. 2. feud. 28.* Molina. *in conſuet. Pariſ. part. 1. gloſſ. 5. n. 69.* Guid. Pap. *quæſt. 169. & quæſt. 428.* Menoch. *recuper. poſſ. remed. numer. 503.* Schard. *de feud. 2. part. 9. ſect. 2. numer. 16. ſeq.* Roſenthal. *de feud. cap. 10. concluſ. 43. numer. 2 ſeq.* Harman. Piſtor. *2. quæſt. 42. numer. 29.* Zaſius *de feud. part. 10. n. 78.* Vultei *de feud. lib. 1. cap. 11. numer. 155. & ſequentib.*

Quod ſi tamen meliorationes & impenſæ ſint ſeparabiles, eas impendentem tollere & abradere poſſe, ſine rei ipſius ejusdemque priſtinæ ſtatus deterioratione æquitati conſentaneum cenſeo, *arg. l. nam hoc natura. ff. de condict. indeb. l. jure naturæ. ff. de R. I.* cum eatiam malæfidei poſſeſſori id liceat, *ſupra n. 192.* Et colonus quoque, culpa ſua expulſus, ſumptus utiliter factos in vineis reſtituendis, repetere poſſit. *l. pen. ff. locat.* Fachin. *7. controv. 90.*

197 De æſtimatione meliorationum & impenſarum, quas fideicommiſſi ſucceſſor poſſeſſori vel ejusdem hæredibus reſtituere tenetur, quæritur, an ea ſecundum valorem ædificii conſiſtentis, an verò pro valore ruderum & materiæ, quanti ea diruto ædificio vendi poſſet, facienda ſit? Et rudera tantum æſtimanda eſſe cenſent, per *l. in fundo. & ibi* Bald. *ff. de rei vind.* Jaſon. *in lib. 2. numer. 23. C. de jur. emphyt.* Rol. à Valle. *conſ. 28. numer. 30. vol. 1.* Alii exiſtimant dominum vel ſucceſſorem teneri reſtituere omnes ſumptus in meliorationem factos, per *§. ſi vaſallus. tit. hic finitur lex. 2. feud. 28.* Jaſon. *in d. l. 2. n. 32. C. de jur. emphyt.* Bald. *in auth. excipitur. C. de bon. quæ lib.* Clarus. *§. feudum quæſt.*

88

88.num.2. Molinæ.*in consuet.Paris.§.1.gloss.5.num.98.* Rittershus.*lib.2 partit.feud. cap.6.num.39.*

Pro quorum opinionum conciliatione distinguit Hartman. Pistor. 2. *quæst.42.n.14.& sequent.* inter casum, quo electio domini est, malitne præstare impensas, an verò pati, ut extructum opus auferatur & tollatur, & illum casum, quo ipsius electio non est, sed præcisè impensas solvere tenetur, ita ut illo casu, quo domini sive successoris est electio & optio, hæredibus offerre conditionem auferendi ædificium, si malit æstimationem præstare, sufficiat eum tantundem persolvere, quantum possessor vel ejus hæres ex rebus ablatis consequi posset, *d.l.in fundo. 38. ff. de rei vind.* Ipsa enim æquitatis & juris ratio postulat, ut cum dominus sive possessor rem auferri concedendo liberari possit, æstimatio etiam secundum id instituatur, nec jure is, qui ruderibus contentus esse cogitur, totius meliorationis precium petere poterit? Pistor. *d. quæst. 42.num.14.seq.* Eo autem casu, quo dominus vel possessoris hæres electionem non habet, sed præcisè impensas solvere tenetur, æstimatio secundum valorem ædificii, vel rei melioratæ consistentis facienda erit, cum iniquum foret secundum rudera, quibus liberari non potest, æstimationem inire, ita ut hoc casu illæ impensæ solvendæ veniant, ex quibus fundus preciosior esse factus apparet, *d.l.in fund.38.ff.de rei vind.* Pistor. *d. quæst. 42 n.16.* quam distinctionem quoque comprobat Bocer. *de jur. domin. & vasall.lib.2.cap.4.n. 121.seq.* 198

Ex quo etiam vulgò concluditur, quod si quidem propter impensas à vasallo, vel fideicommissi possessore factas, feudum vel fideicommissum minus fuerit melioratum, quam impensum est, vasallus vel fideicommissi possessor eorumve hæredes, tantum pretium meliorationis, & non id, quod impensum est, & è converso, si feudum vel fideicommissum per impensas plus fuerit melioratum, quam impensum est, tantum impensæ, non autem pretium meliorationis repeti possit, & sic si vasallus vel fideicommissi possessor impenderit centum, fundus autem melior ob id factus sit centum & quinquaginta, dominus vel successor tantum centum restituere teneatur, & sic tantum, quantum impensum, & non quanti res melior effecta est: Si verò è diverso, impensæ essent centum, melioratio autem fundi quinquaginta, tantum quinquaginta reddantur, & sic id solum, quo res locupletior facta, & non quod impensum est, uti expressè sancitum est in *d. l. in fundo 38. ff. de rei vind. & ibi* Bart. Bald. *&* Dd. *comm.* Castrens. *cons. 270. numer. 3. vers. item quod dixi. lib. 2.* Abbas *cap. quod quibusdam.* 199

busdam.num.9.X.de fidejussor. Negusant. *de pignorib. part. 5. membr. 4. num. 11.* Tiraquel. *C. de retract. part. 2.* §. *7. gloss. 1. n. 8.* Menoch. *arbitr. jud. cas. 258. num. 15.* Garsia. *de expens. & melior. cap. ult. n. 5.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 50. part. 3. n. 71. vers. sed ejus. & n. 73. seq.* Tuschus *lit. M. concl. 176. num 12. & per tot.* Molina. *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 26. n. 3.* Gail. *2. observ. 121. num. 12.* Besold. *cons. 133. num. 116. seq.* Rosenthal. *de feud. cap. 10. conclus. 43 num. 87. seq.* Schrader. *de feud. 2. part. 9. sect. 2. num. 100.* Hartm Pistor. *2. quæst. 42. num. 16. & seq.* ubi quod tam diversa instituatur hoc casu æstimatio, hanc reddit rationem, quod etsi fundus factus preciosior quam impensum sit, quia tamen omne jus possessori extinctum, & in Dominum, vel successorem translatum, nullo jure ad precium, quo auctus est fundus, aspirare possint ejus hæredes, sed sufficere illis debeat, si id quod impensum est, consequantur, & impensarum nomine justam solummodò conquerendi causam habere videantur, cùm tantundem ex defuncti hæreditate diminutum fuerit, quod alioqui, nisi in feudum vel fideicommissum impensum fuisset, ad ipsos pertineret, hoc autem cum ipsa æstimatione, sive fundi precio nihil habeat commune, ut propterea etiam illud, quo preciosior est factus, restituendum sit. E contra verò, quando plus expensum, quam fundus pretiosior factus, ideò magis ad pretium fundi, quàm ad id, quod erogatum est, respectus habetur, quia non sufficit impensum esse, nisi etiam utilitas ejus manifesta sit, sicuti declarat Bartol. *in d. l. in fundo. ff. de rei vind.* Pistor. *d. l. n. 17.*

Et hanc sententiam sine dubio & nemine refragrante, veram esse, quando melioratio est minor expensis, & fideicommissum vel feudum minus estælioratum, quàm in id impensum, ita ut tunc non id, quod impensum, sed tantum pretium meliorationis repeti possit, asserit Schrader. *de feud. 2. part.*
200 *9. sect. 2. num. 100.* Et licet nonnulli velint, quod eo casu, quo pretium meliorationis impensas excedit, & impensæ factæ sunt ab eo, qui rei dominium habet, licet restitutioni obnoxium, in quam impensæ factæ sunt, non tantum id, quod impensum est, sed integrum pretium meliorationis repeti possit, Imol. & Aretin. *in l. domos. & ibi* Cuman. *ff. de legat. 1.* Rol à Valle *cons. 28. & 30. vol. 1.* Ruin. *cons. 117. num. 1. lib. 3.* Contrarium tamen, & eandem æstimandi rationem habendam esse in eo, qui cum rei dominium restitutioni obnoxium habet, impensas fecit, verius esse, tradunt per *l. intra utile. §. vendentibus. ff. de minorib. c. 1. X. de integr. restit. & ibi* Abbas. *numer. 4.* Beroj. *numer. 38.* Felin. *in c. cum causam. numer. 28. X. de sent. & re judic.*

Castrens. *d. cons. 270. numer. 3. vers. sed in contrarium. Vol. 2.* Tiraquel. *de retract. convent §. 7. gloss. 1. numer. 8.* Schrader. *d. sect. 2 num. 00.* Hartman. Pistor. *d. quæst. 42. n. 18.* Petra *de fideicommiss. quæst. 15. num. 271. vers. contrarium.*

Ex his quoque colligitur meliorationum æstimationem non faciendam esse respectu temporis, quo factæ fuerunt, sed secundum tempus restitutionis, ita ut possessor, vel ejus hæres tantùm deducat, quantum eo tempore valet ipsa meteria, sive reverà plus, sive minus impensum sit; veluti si meliorationes eo tempore, quo impensæ factæ, valuerunt mille florenis, postea autem tractu temporis meliorationes attritæ, sive viliores factæ fuêre, ita ut eo tempore, quo feudum domino apertum, vel fideicommissum ad successorem delatum fuit, meliorationes istæ quingentis tantùm aureis valeant, dominus vel successor tantùm quingentos illos aureos, & non ultrà restituere cogatur, prout docent per *l. domos. 58. & ibi* Aretin. Bart. Bald. Angel. Cuman. Imol. Jasori, *& Dd. comm. ff. de legat. 1.* Rol. à Vall. *cons. 28. & 30.* Boër. *decis. 44. num. 13.* Molinæ. *in consuet. Paris. tit. 1. § 1. gloss. 5. num. 97.* Menoch. *arbit. jud. cas. 258. num. 51. & num. 55. & recuper. possess. remed. 15. n. 557. & seqq.* Cùm vasalli & fideicommissarii hoc tempore, quo possederunt, commodum perceperint, æquum quoque erit, ut meliorationis diminutionem sentiant, per *l. secundum naturam. 10. ff. de R. I. C. qui sent. eod. in 6.* 201

Idem quoque juris esse videtur in casu contrario, quando scilicet meliorationes eo tempore, quo factæ sunt, propter bellum, vel aliam tempestatem, deterioris vel vilioris pretii fuerint, & postea augeantur, hoc enim lucro vasalli vel fideicommissarii eorumque hæredibus cedere, ita ut dominus vel fideicommissi successor non audiatur, si ipse pretium meliorationis solvere velit, respectu habito ad id, quod tempore meliorationis factæ, ipsa minus valuerunt, sed præcisè cogatur id exsolvere, quod tempore restitutionis valent, *arg. l. domos 58. & ibi* Angel. Castrens. Alex. *ff. de legat. 1.* Rol. à Valle *d. cons. 28. & 30.* Ruin. *cons. 38. num. 25. lib. 1. & cons. 17 num. 1. lib. 3.* Boër. *decis. 43. num. 13.* Cautum enim est in jure nostro, quod præsentia rerum pretia spectanda, non quæ fuerint olim. *l. 3. §. Divi. ff. de jur. fisc. l. 2. C. de patrib. qui* 202
fil. distrax.

Porrò in æstimatione meliorationum habetur quoque ratio deteriorationis, ita, ut si vasallus, vel fideicommissarius ædificia in fundo feudali vel fideicommissario posita destruxerit, & alia ipsorum loco restituerit, vel arbores exciderit, aliasque in earum locum subrogaverit, vel ipse unum idem- 203

que feudum vel fideicommissum, pro parte melius, pro parte verò deterius reddiderit, feudi vel fideicommissi successor id tantùm restituere teneatur, quod pretio ædificiorum destructorum, arborum excisarum, vel alterius deteriorationis, deducto super est, sicuti tradunt *arg. l. si negocia. 11 ff. de n goc. gest.* Curt jun. *cons. 165. num. 14.* Alb. Brun. *in tract. de augment concl. 22. & de diminut. concl. 72.* Schrad. *de feud. 2. part. 9. sect. 2. num. 74.* Harman. Pistor. *2. quæst. 4. 2. num. 21. vers. denique sciendum.* Rosenthal *de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 86.* Berlich. *3. concl. 42. num. 13.* Tuschus *lit. M. conclus. 180. num 8.* Vultej *1. feud. 11. num. 144.* Peregrin. *de fideicom. art. 50. num. 79.* Quia & aliàs illud tantum lucrum censetur, quod damnis omnibus deductis super capitale superest, *l. Mutius. 30. ff. pro soc. §. nam & ita coiri. l. eod.* Et si deteriorationes excedant meliorationes, nihil erit restituendum hæredibus, sed ipsi heredes deteriorationes excedentes resarcire tenentur, Vultej. *d. num. 144* Nisi deteriora menta causata sint per milites, vel temporis vitio contigerint, hæc enim cum melioramentis non compensantur, per *l. ex mille. ff. de evict.* Brun. *de augment. vers. vigesima secunda quæstio. num. 3.* sicuti & si casu fortuito, veluti incendio evenerint, Tusch. *d. concl. 180. num. 10.*

204 Solutionem melioramentorum & impensarum quod attinet, optio datur fideicommissi successori, an earundem pretium solvere, an verò pati velit, ut tollantur, si id sine deterioratione pristini status ipsius rei fieri possit,
205 Besold. *cons. 133. num. 130.* Peregrin. *de fideicom. art. 50 num. 46 seq.* Exemplo feudi, in quo si meliorationes factæ, domino vel feudi successori optio datur, an precium meliorationum solvere, an verò pati velit, ut ædificia & meliorationes auferantur, *§. si vasallus. tit. hic finitur. lex. 2. feud. 28. & ibi* Isern. Alvar Afflict. præposit & Dd. *commun.* Jason. *in l. 2. num. 29. C. de jur. emphyt.* Clarus, *§. feudum. quæst. 88. num. 1.* Schrad. *de feud. 2. part. 9 sect. 2. num. 92. & seq.* Rosenthal. *de feud. cap. 10. concl. 43. num. 144. seq.* Hart. Pistor. *lib. 2. quæst. 42. num. 3. vers. deinde cum textus. & num 4. seq.* Et de emphyteusi tradit Valasc. *de jur. emphyt. quæst. 25.*
206 *num. 16.*

Quæ tamen optio, sive electio locum non habet, si ipse fideicommissi possessor ejusmodi meliorationes fuisset facturus, per *l. in fundo. 38. ff. de rei*
207 *vind.* Besold. *d. cons. 133. num 131* Et de feudi meliorationibus tradunt Hartm. Pistor. *d. quæst. 42. num. 7.* Rosenthal. *d. concl. 43. n. 154. seq.* Neque locum obtinet electio ista, si res commodè auferri non possint, vel oblatæ hæredibus nulli usui futuræ sint, *d. l. in fundo. 38. vers. sufficit tibi. ff. de rei vind. l. Senatus, 43. §. Marcellus. ff. de legat. 1.* Castrens. *cons. 270. num. 4. lib. 2.* Rosenthal.

thal. *d. concl. 43. numer. 157.* Hartmann Pistor. *d. quæst. 42. numer. 9.* Besold. *d cons. 33. num. 132.*

Idem est, si necessariæ fuerint impensæ, siquidem nec in his domino vel successori electio datur, Salicet. *in l. domum. 5. C. de rei vind.* Castr. *d. cons. 270. numer. 4.* Schrader. *d. sect. 2. numer. 95.* Vel si domini vel successoris voluntate vel mandato fuerint factæ, *arg. l. si servos. 25. ff. de pignor. act. l. si vero non remunerandi. 12. §. si mihi mandaveris. 9 ff. mandat. l. 1. C. eodem.* Castrens. *d. cons. 270. num. 4.* Salicet. *in l. domum. 5. C. de rei vindic.* Schrader. *d. numer. 95. vers quarto.* Etiam tacito, *arg. d. l. in fundo. 38. ff. de rei vindic. l. si servus ff. de pignor. act. l. cum quid. 3. ff. si cert. pet.* Castrens. *d. numer. 4* Menoch. *recuper. poss. remed. 15. numer. 532.* Schrader. *d. numer. 95. versu quinto.* Nec procedit hæc optio in illis melioramentis, quæ non tolli, vel destrui publicè interest, *arg. l. & si quis. 14. §. idem Labeo. ff. de religios. & sumpt.* Schrader. *d. l. numer. 97.* Uti nec in meliorationibus urbanorum prædiorum, cum ex illarum destructione civitatis deformitas sequi posset, *arg. l. si quis nomine. & l. fin. ff. ne quid in loco publ. lib. 2. C. de ædific. privat.* Molinæ. *in consuet. Paris. part. 1. §. 1. gloss. 5. numer. 75.* Schrader. *d. sect. 2. numer. 96.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 50. numer. 46. seq.* Et si qui sunt casus alii, qui judicis arbitrio relinquendi, ut hic ex personis & causis constituat, an electio hæc concedenda, nec ne *d. l. in fundo. 38. ff. de rei vindic.* Hartman. Pistor. *d. quæst. 42. numer. 10.*

208 209 210

Verum de eo non constat, an hujusmodi impensæ solvendæ sint ex bonis ipsis fideicommissariis, an vero successoris propriis? Et hujusmodi impensas meliorationum, quæ perpetuam rei utilitatem concernunt, etiam ex ipsis rebus fideicommissariis solvi posse, constat ex traditis *supra cap. 11. numer. 346.* junctis iis, quæ supra *numer. 140. seq.* dicta sunt. Et quidnam hoc casu in feudi meliorationibus solvendis obtineat, vide Rosenthal. *de feud. cap. 10. concl. 43. n. 175. seq.* 211

Pro consequendis meliorationum impensis fideicommissi possessori ejusque hæredibus datur, 1. retentio, *per. l. domos. 58. ff. de legat. 1. l. fin areâ. ff. de condict. indeb. l. in rebus. §. possunt. ff. commod. l. idemque §. illud. ff. de act. empt. l. Paulus. ff. de dol. except. l. si prædium. C. de præd. minor.* Castrens. *cons. 270. l. 2.* Ruin. *cons. 135. numer. 10. lib. 3.* Besold *cons. 133. numer. 94. seq.* Tuschus *lit. F. concl. 176. numer. 14. & late lit. M. concl. 182 num. 1. seq. per tot.* Peregrin. *de fideicomm. art. 50. numer. 55.* Et communis omnium est opinio, quod fideicommissarius non possit cogi restituere fideicommissum, nisi impensæ sibi prius 212

sint

sint solutæ, sicuti tradunt Peregrin. *de fideicommiss. art. 50. num. 47.* Boër. *decis. 44.* Simon. de præt. *de interpr. ult. vol. lib. 3. int. 3. dub. 5. sol. 4. num. 24. vers. at ego.* Besold. *d. cons. 133. num. 10.* Et quod etiam ob utiles impensas res à fideicommissario retineri possit, si absq; culpâ inpendentis fundus ad alium
213 transeat, scribit Peregrin. *d. art. 50. num. 40.* Atque ita etiam vasalum retinere tam diu posse feudum, donec sibi meliorationes & impensæ restituantur, concors est doctorum traditio, Schrader. *de feud. part. 7. cap. 3. numer. 7. vers. illique feudum. & 2. part. 9. sect. 2. num. 30. seq.* Menoch. *recuper. possess. remed. 11. num. 8. seq.* Adeò ut quamdiu unus nummus deest de meliorationibus hæres feudum restituere non teneatur, Schrader. *d. num. 30.* Et licèt vasallus vel fideicommissi possessor ejusve hæres condemnatus fuerit rem restituere, nihilominus tamen eandem propter meliorationum impensas retinere possit, Peregrin. *de fideicommiss. art. 50. num. 80.* Besold. *d. cons. 133. numer. 102.* Ita, ut hæc retentionis exceptio opponi possit etiam in sententiæ executione, cum sententiam non oppugnet, sed ejusdem executionem retardet, Peregrin. *d. art. 50. num. 81.* Tusch. *lit. M. concl. 182. num. 20. & 26.* Hering *de fideiuss. cap. 5. n. 371.*

214 Et hæc retentio locum habet etiamsi impensæ non sint liquidæ, nam nec tunc hæres vel fideicommissi successor, feudum vel fideicommissum restituere tenetur, nisi liquidatione factâ, Impensæ prius restitutæ fuerint, Castrens. *cons. 270.* Menoch. *recuper. possess. remed. 15. numer. 568. seq.* Tusch. *lit M. concl. 182.*
215 *numer. 27.* Nisi cautio offeratur, de meliorationibus & impensis restituendis, si fuerint liquidatæ, quo casu ipsum possessorem vel hæredem rem statim restituere teneri, tradunt Neguzant. *de pignor. part. 5. membr. 4. numer. 3.* Bursat. *cons. 184. n. 5. lib. 2.* Marzar. *de fideicom. part. 3. quæst. 66.* Schrader. *d. sect. 2. numer. 31.* Quia in obscuris & illiquidis cautio, sive satisdatio loco solutionis habetur. *arg. l. statu liber. 5. l. servus hæredi. 34. in fin. ff. de statutib.* Tiraquel. *de utroq; retract. part. 1. §. 1. gloss. 19. n. 2.*

216 Quod si quoque melioratio & impensæ in unam rem fideicommissariam factæ, illa tantùm res, non etiam alia retineri potest, gloss. *in l. plane. 38. & ibi* Angel. *ff. de petit. hæred.* Jason. *in l. si in area. 33. ff. de cond. indeb.* Negusant. *de pignor. part. 5. membr. 4. numer. 17.* Boër. *decis. 44. numer. 19.* Tiraquel. *de utroque retract. part. 2. §. 7. gloss. 1. numer. 11.* Schrader. *d. sect. 2. numer. 104.* Peregrin. *de fideicomm. art. 50. n. 69.* Et hanc retentionem singulari quoque possessori dari, dictum est *supra n. 170.*

217 2. Si hæres feudum vel fideicommissum, non deductis impensis, restituerint

tuerint, ipsis actio personalis, seu condictio indebiti, vel sine causa datur, ut illas impensas condicere & repetere possint, Tiraquel. *de retract. convent. §. 7. gloss. 1. num. 7.* Hartman. Pistor. *2. quæst. 42. n. 35.* Schrader. *de feud. 2. part. 9. sect. 2. num. 34.* Garf. *de expens. & melior. cap. 6. num. 7.* Besold. *d. cons. 133. n. 99. seq.* Quod tamen negat Bocer. *de jur. dom. & vasal. lib. 2. cap. 4. num. 84. & seq.* Rosenthal. *de feud. cap. 10. conclus. 43. num. 112.*

3. Alii si aliqua actio hoc nomine detur, solam negociorum gestorum actionem competere asserunt *arg. l. in hoc judicium. 1[illegible] §. 1. vers. hoc enim casu l. si quis. 29. in fin. princ. ff. com. divid.* Rosenthal. *de feud. cap. 10. concl. 43. n. 114.* Bocer. *de jur. dom. lib. 2. cap. 4. n. 83.* 218

CAPUT XIII.

De Actionibus fideicommissi nomine competentibus.

Summaria.

1. *Fideicommissarius, antequam hæres gravatus ipse, vel ipsius hæres fideicommissum restituerit, in bonis fideicommisso subjectis, nullum jus & actionem habet.*
2. *Fideicommissarius rem fideicommissariam propriâ authoritate occupare non potest, sed manu hæredis eam capere tenetur.*
3. *Debitor rem pignoratam propriâ authoritate invadere non potest.*
4. *Exemplo Vasalli.*
5. *Non est singulis concedendum, quod per magistrautm publicê fieri oportet.*
6. *Potest tamen fideicommissarius agere, & possessionem propriâ authoritate consequi. 1. quando testator ipsi hanc licentiam dedit.*
7. *2. Idem est, quando gravatus sine hærede decesserit.*
8. *3. Quando primo fideicommissario restitutio semel fuit facta, in secundum ipso jure actiones & jura transeunt.*

9. 4. Quando possessio vacans est.
10. 5. Quando hærede sciente fideicommissarius est in possessione.
11. 6. Quando de jure fideicommissarii certò constat.
12. 7. Quando jussus restituere, dolo malo se celaverit, vel absentaverit.
13. Quando hæres est in morâ restituendi.
14. 9. Quando fideicommissum est particulare.
15. 10. Vel quando hæres gravatus bona fideicommisso universali subjecta alienaverit.
16. 11. Quando piæ causæ fideicommissum est restituendum.
17. Hæres per fideicommissarium cogi potest, ut adeat hæreditatem.
18. Post fideicommissi restitutionem, vel quando restitutio non est necessaria, fideicommissario datur. 1. actio personalis ex testamento, quando per testamentum constitutum est fideicommissum.
19. Et quidem tum, quando res fideicommissaria extra familiam est alienata.
20. Datur hæc actio omnibus, qui sunt de familia testatoris, & qui in his fideicommissis succedunt.
21. Et quidem gradu proximioribus.
22. Etiam ultra quartum gradum.
23. Etiam filio & aliis alienatoris hæredibus, alienationis tempore nondum conceptis vel natis.
24. Et ultimo successori, & qui extraneum hæredem habiturus est.
25. Non datur hæc actio, vel fideicommissi revocatio in familiâ remotioribus.
26. Nisi proximiores agere nolint.
27. Non datur revocatio ipsi alienatori, vel qui alienationi consensit.
28. Qui actum nullum facit, quatenus de nullitate agere, eumq; revocare possit.

29. Da-

29. Datur hæc actio adversus hæredem gravatum, ejusque hæredem ut rem restituat.
30. Datur adversus illos, qui alienaverunt.
31. Datur ad rei fideicommissari ib restitutionem & revocationem.
32. Datur hæc actio tùm, quando fideicommissum est simplex restitutorium post mortem, & alienatio nominatim non fuit prohibita, post mortem alienatoris & conditionis eventum.
33. Secus est, quando alienatio expressè est prohibita, ubi alienatoris mors non est expectanda.
34. Etiamsi contrahentes à contractu recedere velint.
35. Actio ex testamento non datur adversus tertios possessores.
36. An is, qui fideicommissi possessore mortuo successionem, vel rei alienatæ revocationem prætendit, vivo alienatore, vel possessore actionem instituere possit?
37. Legatarius pro legatis futuris præstandis agere potest.
38. Sententia de futuris usuris præstandis valet.
39. Propter chirographum conditionale deletum ante conditionis eventum agi potest.
40. Cautio de damno infecto peti potest.
41. Iudicium inchoatum super jure futuro valet.
42. Cuijus aliquod competit, petere potest, ut declaretur, id sibi competere.
43. Primogenituræ successor petere potest ejus bona post obitum successoris ad se pertinere.
44. Iura supervacua remedia non admittunt.
45. Super jure conditionali & futuro judicium non permittitur.
46. Tractus futuri temporis ad judicis officium non pertinet.
47. Nemo sine actione experitur.
48. De primogenituræ successione vivo possessore actio institui nequit, sicuti nec de fideicommissi successione.
49. Ad contraria respondetur, & n seqq.
57. Quando fideicommissi possessor bona fideicommisso subjecta libera

esse prætendit, alienare vel dissipare intendit, vivo possessore actio competit.

58. L. Diffamari. C de ingen. manum. non tantùm in diffamatione status, sed etiam in quavis aliâ diffamatione locum obtinet.

59. Patrimonium & pecuniæ sunt vita hominis.

60. II. Fideicommissi nomine competit fideicommissariæ hæreditatis petitio.

61. III. Datur quoque actio ex contractu, si inter vivos, & per contractum fideicommissum constitutum.

62. IV. Datur fideicommissario rei vindicatio.

63. Datur tàm pro patre alienatâ, quàm pro fideicommisso universali.

64. Datur non tantùm, quando bona sunt alienata, sed etiam si ea dilapidentur, sive dissipentur.

65. Idem est in patre bona ad filium pertinentia dilapidante.

66. Pater propria bona dilapidans, filio in vità legitimam, ex qua se alere possit, assignare tenetur.

67. Nemo se cautionis fragilitati committere tenetur, ubi bona dissipantur.

68. Syngraphæ & cautiones vacua habendi simulachra dicuntur.

69. Alienationem legitimè factam retrahens pretium refundere tenetur, exemplo feudi.

70. Secus est, si illicitè facta sit alienatio.

71. Rei vindicatio datur etiam adversus tertium possessorem.

72. Etiamsi alienatoris excussio non sit facta.

73. Datur quoque rei vindicatio proximioribus, quando in remotiorem alienatio facta fuit, etiam sine pretii refusione.

74. Quando scilicet successionis casus evenit.

75. Nemo ex fideicommissariis fideicommissi conditionem duriorem facere potest.

76. Agnatus rem fideicommissariam scienter emens, sibi pretii amissionem imputet, & donâsse censetur.

77. Si-

77. Si frater à fratre rem fideicommisso subjectam emat, et frater vendens sine hærede masculo moriatur, & fideicommissum ad fratrem emptorem devolvatur, fratrem vel ejus filios à fratris venditoris hæredibus pretium repetere posse, plures tradunt.
78. Fideicommissi venditor emptori de evictione tenetur.
79. Emptor sciens rem esse fideicommissariam, feudalem, &c. evictionem petere non potest, nisi de eâ sibi præstandâ caverit.
80. Etiamsi quis expressè sibi caveat se de evictione nolle esse obligatum, nihilominus tamen re evictâ pretium reddere tenetur.
81. Scienter rem alienam emens pretium repetere non potest.
82. Secus esse videtur in rebus restitutioni & fideicommisso subjectis.
83. Evictionis actio quatenus detur inter cohæredes bona dividentes, remissivè.
84. V. Fideicommissariis datur actio hypothecaria.
85. Quæ datur etiam adversus tertium possessorem.
86. VI. Hæres restituere gravatus, officio judicis compelli potest, ut hæreditatem adeat, & fideicommissum restituat.
87. VII. Fideicommissarius uti potest remedio l. fin. C. de edict. D. Hadrian. toll.
78. VIII. Uti & utile interdictum: Quorum bonorum.
89. IX Et interdictum; Uti possidetis.
90. X. Mandata sine clausula in Camerâ Imperiali impetrari possunt de non alienando.
91. XI Datur quoque fideicommissario Publiciana in rem actio.
92. XII. Nec non interdictum: Quorum legatorum.
93. Quando fideicommissum sub certa aliqua pœna alienari fuit prohibitum, pœna illa non committitur, nisi alienatio dolo malo facta sit, & animo fideicommissum defraudandi.

1 Fideicommissarium antequam hæres gravatus ipse, vel ejusdem hæres, fideicommissum verbaliter restituerit, in bonis fideicommisso subjectis nullum habere jus, communis Dd. est conclusio, *per l. restituta. l. facta. ff. ad Sct. Trebell. & ibi Dd.* Bart. *in l. fin. num. 9. C. de edict. Div. Hadr.* Cephal. *cons. 37. num. 35. lib. 1.* Natt. *cons. 200. num. 2. lib. 1.* Grass. §. *fideicommissum. quæst. 42.* Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 603. num. 1. seq.* Nec ante verbalem istam restitutionem actiones aliquas intentare posse tradunt Castrens. *in d. l. restituta. n. 3. & ibi* Imol. & Alex. *num. 2. ff. ad Sct. Trebell.* Boer. *decis. 156. n. 13* Aretin. *in §. restituta. n. 1. I. de fideicom. hæred.* Menoch. *adipisc. possess. remed. 4. n. 18 seq.* Tusch. *lit. F. concl. 268. num. 5. seq. & concl. 269. num. 2.* Et nec activè, nec passivè, actiones ante restitutionem in fideicommissarium transire, ait *per l. 1. & ibi* Dd. *ff. ad Sct. Trebell.* Natta *cons. 613. n. 12. lib. 4.* Alex. *cons. 171. num. 1. in fin. & n. 2. lib. 2* Tusch. *lit. F. concl. 268. n. 25.* Nec ipsum hæreditatis petitionem intentare posse, nisi prius hæreditas ex Scto Trebelliano sibi fuerit restituta, scribunt *per l. in principio. & ibi* gloss. Bart. Bald. Angel *ff. de fideicommiss. hæred. petit.* Bald *in c. in præsentia. n. 3. ff. de probat.* Boer. *decis. 158. n. 8.* Nec remedium possessorium ex *l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll.* intentare posse, gloss *in d. l. fin. & ibi* Bart *n. 9.* Alber. *n. 10* Alex. *n. 7.* Jason *n. 8.* Bald. *n. 46. C. de edict. D. Hadr.* Menoch. *adipisc. possess. remed. 4. n. 166. seq.*

2 Multo minus fideicommissarius propria authoritate rem fideicommissariam occupare potest, Honded. *1. consil. 26. n. 3.* Tuschus *lit. F. conclus. 278. numer. 1 sequentib. & per tot.* Sed de manu hæredis eandem capere tenetur, ita, ut fideicommissarius universalis capiens possessionem hæreditatis ante factam restitutionem realem vel verbalem, incidat in pœnam *l. non est dubium. C. de legat.* Et privetur legato, vel fideicommisso *d. l. non est dubium. l. Paulus. ff. ad Sct. Trebell.* Dec. *cons. 438.* Jason *in d. l. non est dubium. C. de legat.* Grass. §. *fideicommissum. quæst. 43. in princ.* Tusch. *d. num. 1.* Menoch. *recuperand. poss. remed. 5 num. 31.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 47. numer. 11. latè.* Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst. 605. numer. 1.* Adeo, ut etiam iis casibus, quibus restitutio fit ipso jure, fideicommissarius actualem possessionem ab hærede consequi debeat, gloss. *in l. 1. §. quoties. & ibi* Dd. *ff. ad Sct. Trebell.* Natta *cons. 395. num. 9. lib. 2.* Grassus. *d. quæst. 43. numer. 4.* Hondedæ. *d. cons. 26. n. 3.*

3 Ita enim, licet pignus jure solutum sit, debitor tamen propria authoritate rem pignoratam invadere, & ex ea creditorem dejicere non potest, sed

judicis

judicis authoritate agere tenetur *l. pignoris. causa 11. & ibi gloss. C. de pignor. act. l. fin. C. de luit. pignor.* Et licet soluto matrimonio dos ipso jure ad uxorem redeat, propria tamen authoritate uxor maritum, vel ipsius hæredes ex rei dotalis possessione dejicere non potest, *l. ratis. actione. 9. C. solut. matrim. quemad. dos.*

Sic nec feudi dominum, feudi ipso jure amissi possessionem propria authoritate occupare posse, probant per *2 feud. tit. 22. & tit. 26. in princ. & §. inter filiam. & 1. feud. 21. in princ. & tit. seq.* Rosenthal. *de feud. cap. 10. concl. 41. n. 39. sequen. n. 60. seq. n. 34. & 144. seq. & ibi alleg.* Boer. *in resolut. quatuor. quæst. ad mod. amit. feud. part. quæst. 2. per tot.* 4

Non enim singulis concedendum est, quod per magistratum publicè fieri potest, ne occasio sit majoris tumultus faciendi, *l. non est singulis. 176. ff. de R. I.* Et illa quoque vis in jure prohibita est, qua quis propria authoritate non per judicem, quod suum esse, aut sibi deberi putat, reposcit, *l. extat. 13. ff. quod met. cau.* Imò, si quis ante adventum judicialis arbitrii ausus fuerit invadere rem etiam suam, non modo possessionem ablatam restituere tenetur, sed & ejusdem rei dominium amittit, *l. si quis in tantam. 7. C. unde vi.* 5

Sunt tamen nonnulli casus, quibus nec verbali, nec reali restitutione opus est, sed fideicommissarius agere, & possessionem propria authoritate consequi potest, veluti 1. quando testator fideicomissario licentiam hanc dedit, per *l. creditores. 3. C. de pignor. l. pignoris. 11. C. de pignor. act.* Bald. *cons. 234. n. 2 vers. sed unum est lib. 3.* Rol. à Valle *cons. 78. numer. 7. lib. 3.* Grass. §. *fideicommissum. quæst. 43. numer. 6.* Tusch *lit. F. concl. 268. numer. 39.* Fusar. *de fideicommiss. subst. n. quæst. 603. numer. 19. & quæst. 605. numer. 19. & ibi alleg.* Peregr. *de fideicommiss. art. 47. n. 41.* Honded. *cons. 28. num. 10. lib. 2.* 6

Nec refert an licentia hæc expræsse vel tacitè concessa sit, veluti si fideicommissarius testamento executor datus fit, Bald. *in l. non dubium C. de legib.* Grass *d. n. 6.* Boer. *decis. 156. num. 1.* vel testator dixerit, quod bona liberè ad fideicommissarium devenire debeant Grass. *d. quæst. 143. n. 7.* Tuschus *d. concl. 268. numer. 40.* vel mandaverit fideicommissarium nullo modo molestari debere, Boer. *d. decis. 156. num. 18* Tusch. *d. l. num. 43.*

2 Idem est, quando gravatus sine hærede decessit, Alex. *cons. 32. num. 4. vers. præterea. lib. 3* Tusch. *d. lit. F. concl. 268. numer. 49.* Honded. *lib. 1. cons. 26. n. 10.* Grass. §. *fideicommissum. quæst. 42. numer. 5.* Fusar. *de fideic. subst. quæst. 603. numer. 6.* Vel quando fideicomissarius ipse est hæres, & non alius hæres existit, Alex. *cons. 4. n. 16. vers. & qui fideicommissarius. lib. 2.* 7

3. Quan-

8 Quando ſemel facta eſt reſtitutio primo fideicommiſſario, non opus eſt, ut ſecundo reſtituantur, ſed in ſecundum fideicommiſſarium tranſeunt jura & actiones ipſo jure & abſque alia reſtitutione, *l. pen. §. cum autem. & ibi* Bart. *num. 3. ſeq* Bald. *num. 2.* Salicet. *num. 8.* Caſtr. *num. 1. C. ad Sct. Trebell.* Decian. *conſ. 44. in fin. lib. 3.* Tuſch. *de concluſ. 268. num. 69.* Honded. *d. conſ. 26. n. 11. & 14. lib. 1.* Graſs. *d. § fideicommiſſum. quæſt. 43. num. 8.* Peregrin. *de fideicommiſſ. art. 2. numer. 58.* Fuſar. *d. quæſt. 603. n. 7.* Ex quo etiam dominium fideicommiſsi ultimo poſseſsore defuncto, in ſequentem poſſeſſorem ipſo jure ſtatim transferri dictum eſt, *ſupra cap. 10. num. 19. ſequent.*

9 Quando hæres poſseſsionem non apprehendit & poſſeſſio vacans eſt, Tuſch. *lit. F. concl. 268. n. 58.*

10 5. Quando fideicommiſſarius, hærede ſciente & patiente, eſt in poſſeſſione, quia præſumitur ad reſtitutionis effectum patientiam præſtitiſse, Pariſ. *conſ. 52. num. 111. ſeq. lib. 3.* Caſtrens. *conſ. 37. in princ. lib. 1.* Tuſch. *lit. F. concl. 268. numer. 31.*

11 6. Quando de jure claro fideicommiſſarii conſtat, & nihil eſt remanſurum apud hæredem gravatum, ut evitetur circuitus, Pariſ. *d. con. 52. num. 48. verſ. tertio facit.* Caſtrens. *d. conſ 137. in princ. lib. 1.* Tuſch. *d. concl. 268. numer. 28. & 29.*

12 7 Quando juſſus reſtituere hæreditatem dolo malo, vel ante, vel poſt litem conteſtatam, contumaciter ſeſe celaverit, vel abſentaverit, *l. pen. §. cum autem. & ibi* Bart. Angel. Caſt. *C. ad Sct. Trebell.* Jaſon. *in l. Marcellus §. res. quæ num. 14. ff. ad Sct. Trebell.* Hondedæ *1. conſ. 26. num. 9.* Graſs. *§. fideicommiſſum quæſt. 42. num. 5.* Peregrin. *de fideicom. art. 2. n. 56.* Fuſar. *de fideicommiſs. ſubſt. quæſt. 603. numer. 3.*

8. Vel quando hæres aliter eſt in mora reſtituendi, quia tunc reſtitutio habetur pro facta, Beroj. *conſ. 54. num. 42. lib. 2.* Tuſch *lit. F concl. 298. n. 68.*

14 9. Quando fideicommiſſum eſt particulare, quia dominium ipſo jure in fideicommiſſarium tranſit, *per l. à Titio. ff. de furt.* Boer. *deciſ. 156. num. 13.* Alex. *conſ. 98. n. 2. & ſeq. lib. 2.* Natta *conſ. 200. n. 2. lib. 2.* Honded. *d. conſ. 26. num. 15.* Peregrin. *de fideic. art. 3. n. 10.* Fuſar. *d. quæſt. 603. n. 18.*

15 10. Vel quando hæres gravatus bona fideicommiſſo univerſali ſubjecta alienavit, tunc enim fideicommiſſarius, in odium alienantis, propriâ auctoritate rem occupare poteſt, Pariſ. *conſ. 52. n. 46. verſ. ſi vero lib. 3.* Bellon. *conſ. 80. in fin.* Honded. *d. conſ. 26. n. 16.* Tuſch. *d. concl. 268. n. 32.* Et hoc caſu jura tranſeunt in fideicommiſſarium ſine ulla ceſſione, Bero. *conſ. 129. n. 15. lib. 2.* Cuman. *conſ. 13. in fin.* Graſſ. *§. fideicommiſſum. quæſt. 42. in 6.* Peregr. *d. art. 2. num. 60.* Honded. *d. conſ.*

d. conf. 26. num. 16. Fusar. d. quæst. 603. n. 9. ac fideicommissarius agere potest contra emptorem rei vindicatione, sicuti dominus conditione purificata, Paris. conf. 12. num. 115. lib. 2. Cravet. conf. 19. num. 12. Ruin. conf. 28. n. 2. lib. 5. Et fideicommissario competit actio in rem, & actio hypothecaria in bonis alienatis, etiam nulla vel verbali, vel reali restitutione præcedente, Alex. conf. 38. num. 3. vers. nec obstat. lib. 2. Joh. de Anon. conf. 13. in princ. Tusch. d. concl. 268. num. 33. Ac competere rei vindicationem, pro rebus alienatis ante restitutionem, contra tertium possessorem, tradit Bart. in l. fin. § sin autem. in fin. C. commun. de legat. Guid. Pap. decis. 601.

II. Quando fideicommissum restituendum est piæ causæ, quia tunc dominium transit ipso jure absque restitutione, Jason. in l. fin. num 3. vers. quinto habes. C. de SS. Eccles. Alex. conf. 4. num. 15. lib. 2. Tusch. lit. F. concl. 298. n. 56. Grass. d. §. fideicommissum. quæst. 42. num. 7. Menoch. adipisc. poss. remed. 4. num. 202. Peregrin. d. art. 2. n. 6. Fusar. d. quæst. 603. num. 13. Veluti si Ecclesiæ, vel pauperibus restituendum fideicommissum, horum enim favore, jura & actiones ipso jure, & absque ulla restitutione transeunt, Bart. in l. 1. quæst. 6. n. 71. C. de SS. Eccles. Honded. d. conf. 26. num. 17. Tusch. d. lit. F. concl. 268. numer. 50. Quod etiam ad fideicommissum civitati relictum extendit Alex. in l. 1. §. sed. & quoties. n. 1. ff. ad SCt. Trebell. Jason. conf. 214. numer. 8. seq. lib. 2. Honded. d. conf. 26. n. 19. 16

Atque hinc per fideicommissarium cogi posse hæredem, ut adeat hæreditatem, jure proditum est, l. quia poterat. l. nam quod. §. si quis compulsus. l. si legatus. l. si omnes. ff. ad SCt. Trebell. §. sed quia. I. de fideicommiss. hæred. Jos. Ludov. Luc. decis. 49. num. 4. Grass. §. fideicommissum. quæst. 3. num. 2. & quæst. 46. Peregrin. de fideicommiss. art. 45. numer. 12. Fusar. de fideicom. substit. quæst. 600. num. 1. & per tot. 17

Post factam fideicommissi restitutionem, uti & iis casibus, quibus restitutio non est necessaria, fideicommissario pro fideicommisso consequendo variæ dantur actiones & quidem 1. si testamento fideicommissum sit constitutum, datur actio personalis ex testamento, l. 1. C. commun. de legat. l. servo legato. 69. §. fin. ff. de legat. 1. l. peto. 69. § fratre. 3. ibi: sed si domus ad exterum fortè pervenerit, fideicommissi petitio familiæ competit. ff. de legat. 2. Tuschus lit. F. concl. 274. n. 2. & 3. Grassus. §. fideicommissum. quæst. 46. n. 3. & 4. Peregrin. de fideic. art. 45. n. 13. Fusar. de fideic. quæst. 611. num. 1.

Et datur hæc actio, quando res fideicommisso subjecta extra familiam contra testatoris voluntatem, fuit alienata, l. peto. 69. §. fratre. 3. l. cum pater 77. §. libertis. 27. ff. de legat. 2. Ita, ut illis casibus, ubi alienatio fideicommissi est 18

prohibita & illicita, hæc actio competat, ubi verò eadem permissa, actio quoque hæc cesset, de quibus dictum est, *supra cap. 11. per tot.* Nec dari hanc actionem, si nudum tantum sit testatoris præceptum, & sine causæ expressione facta prohibitio alienationis, dictum est *supra cap. 6. n. 349. seq.*

20 Datur hæc actio 1. omnibus illis, qui sunt de familia institutoris, sive testatoris, & in hæc fideicommissa succedere possunt, seu qui in ipsis bonis fideicommissariis alienatis jus quæsitum habent, *l. omnia. 32. §. fin. l. unam. 67. §. si duos. 4. l. peto. 69. §. fratre 3 ff. de legat. 2.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 739. n. 5. & ibi alleg.*

21 Et quidem 2. gradu proximioribus, *d. l. omnia. 32. §. fin. d. l. peto. 69. §. fratre 3. vers. quid ergò. & l. fin. §. ult. ff. de legat. 2.* Fusar. *d. quæst. 739. n. 6. & ibi alleg.* de quo dictum est pluribus *supra cap. 9. n. 9. & seqent.* Et sic eo ordine, quo ad successionem vocati sunt agnati, eodem quoque rem alienatam revocare possint, *d. l. peto. 69. §. fratre. 3. ff. de legat. 2.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. tit. 1. num. 12.* Ita, ut licet alienatio fideicommissi facta sit in remotiores de familia, proximiores tamen, alienatore defuncto, rem alienatam revocare possint, per tradita *supra cap. 11. num. 430. sequent.* vel si plures sint proximiores, & in unum vel alterum ex illis facta sit alienatio, vel quidam alienationi consenserint, reliqui pro portione & ratâ suâ alienationem revocare possunt, *supra d. cap. 11. n. 433.*

22 Datur quoque 3. agnatis etiam ultra quartum gradum constitutis in in-
finitum per dicta *supra cap. 9. n. 10. sequent.* Uti etiam 4. filio & aliis alienatoris
23 hæredibus, Etiamsi tempore alienationis nondum concepti vel nati fuerint,
supra d. cap. 11. n. 395. seq.

24 Imò ei quoque 5. actio hæc, & fideicommissi alienati revocatio conceditur, qui postea ultimus in familia futurus, & hæredem extraneum habiturus est, *l. qui solidum. 78. §. prædium. 3. ff. de legat. 2.*

25 Non verò datur hæc actio vel fideicommissi revocatio, 1. in familia remotioribus, si eos testator nominatim non vocaverit, *l. omnia 32. §. fin. l. peto. 69. §. fratre 3. ff. de legat. 2.* Quamvis enim omnibus agnatis ex prima fideicommissi institutione jus revocandi alienationem competat, quia tamen illud non simul, sed ordine tantum successivo quæsitum est, hoc tum demum illis competere incipit, quando justo successionis ordine, fideicommissum ad ipsos defertur, & sic eodem non prius uti possunt, quam omnibus iis, quibus juxta gradus successionis jus illud ante ipsos competiit, è medio sublatis, & ordo succedendi ipsos etiam attingat, Hart. Pistor. *2. quæst. 6. n. 61.*

Quod si tamen proximores agere, vel rem alienatam revocare nolint, 26
tunc quoque remotiores proximè sequentes admittuntur, per *d. l. peto. 69. §.
fratre.3. l. cum pater. 77.§.libertis. 27. ff.de legat. 2.* Vinc. Fusar. *de fideicommiss.
subst. quæst. 318.num.107. sequent & quæst. 739.n.7.* Molina *de Hispan. primogen. lib.
4. cap. 1. num. 13.* ubi *n.14.* addit, quod terminus proximiori sit præfiniendus, ut
intra illum alienationē revocet, eoque elapso sequenti vocato locus fiat, per *l.
fin. C. qui admitti. ad bon. poss. l. generaliter. 2. §. 1. vers. Imperator. ff. de decurion.*
Quod etiam in feudis obtinere, ibidemque alienatione facta remotiores a-
gnatos posse, imo etiam teneri petere terminum ad agendum præfigi proxi-
mioribus, quo elapso si non egerint, vel revocaverint, remotiores admittan-
tur, tenent Alb. Brun. *cons. 67. num. 10.* Tiraquel. *de retract. tit. 1. §. 1. gloss. 10. n.
60.* Schrad. *de feud. part. 8. cap. 7. n. 54.* de quo tamen vide *infra cap. 16. num. 99.*

2. Non datur hæc actio, vel fideicommissi alienati revocatio, ipsi alie- 27
natori, seu illis, qui partes suas alienaverunt, vel alienationi consenserunt,
*l. cum pater. 77. §. libertis. 27. ff. de legat. 2. Novel. 159. in fin. princ. & cap. 2. & 3. l.
quotiens. 11. C. de fideicommiss.* Molina *d. lib. 4. cap. 1. numer. 16.* Quia com-
munis est regula, consentientem alienationi rei suæ, vel sibi ob-
noxiæ contractum illum amplius infringere non posse, *l. fin. C. de
remiss. pignor. l. si fundum per fideicommissum. l. si nihil. §. 1. ff. de legat. 1. l. codi-
cillis. §. 1. ff. de legat. 2. l. quidam ex parte ff. de evict. l. si debitor. §. 1. l. si consensit.
ff. quib. mod. pign. vel hyp. solv.* Tiraquel. *in l. si unquam. verb. donatione largitus. n.
346. ff. de revoc. don. & de retract. § 1. gloss. 9. num. 135. & 139.*

Nec in contrarium facit, alienationem rei alienari prohibitæ nullam es- 28
se, & ideo ipsum, qui alienavit, eandem revocare posse, cum ipse qui actum
nullum facit, de ipsius nullitate agere, eundemque revocare possit, *l. quem-
admodum. C. de agric. & censit. l. jubemus. §. sanè. & ibi* Bald. *C. d. SS. Eccles.*
Indeque vendentem rem feudalem, vel fideicommisso subjectam, seu alias
alienari prohibitam, ejusdem rei alienationem revocare posse, censent Cra-
vet. *cons. 200. numer. 6. sequentib.* Aretin. *cons. 123. numer. 7.* Socin. *cons. 79. numer.
47. lib. 4.* Tiraquel. *de retract. lignag. §. 26. gloss. 2. num. 6.* Thom. Grammat *de-
cis. 93. numer. 8. & 9.* Matth. de Afflict. *decis. 240. numer. 8.* Peralta *in rubr. num. 95.
sequentib. ff. de hæred. instit.* Hæc enim eatenus procedunt, quando nullus
alius est, qui alienationem nulliter factam revocare valeat, sed solum ille, in
cujus favorem prohibita fuit, vel ejus hæres, secus verò, quando alienatio
etiam aliorum favore prohibita, alii supersunt, qui eandem

revocare possunt, tunc enim is, qui alienavit; eam non revocat, sed alii ulteriores, qui nec alienarunt, nec alienationi consenserunt, & intelligendos esse textus in *l. cum pater.77.* § *.libertis.* *ff. de legat. 2. l. quemadmodum. C. de agric. & cens.l. jubemus.* §*.sanè.C.d.SS.Eccles.* scribit Molina *de Hispan. primogen.lib. 4. cap.1.n.20. sequent.*

Et 3. generaliter non datur hæc actio, sive rei alienatæ revocatio illis, quibus ad hæc fideicommissa non patet aditus, seu qui in iisdem succedere nequeunt, de quibus late diximus, *supra cap. 8.n.127.seq.*

29 Datur hæc actio 1. adversus hæredem gravatum, ejusque hæredem, ut rem fideicommissariam restituat, *l. quamvis .40.§.1.ff.ad Sct.Trebell.l.omnia. 32. §.quod à legatario. 4. ff. de legat.2.*

Datur adversus illos, qui alienaverunt, *l. cum pater 77.* § *.libertis. 27.ff.*
30 *de legat.2.* Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 558.num.1.* Non tamen datur adversus illos, qui partes suas alienaverunt, si actores suas quoque partes alienaverint, *d.l.cum pater.77.libertis.27.ff de legat.2.*

31 Datur hæc actio ad rei fideicommissariæ restitutionem *d.l.quamvis.40.§. ff. ad Sct. Trebell. d.l. omnia 32.§ 4.ff.de legat.2.* Et ad ejusdem factæ alienationis revocationem, ita ut si quidam partes suas integras alienaverint, actio ad integras partes reorum petendas detur, *d.l.cum.pater.77. §. libertis. 27. ff. de legat 2.* si vero pars tantum ad exterum translata, pro ea tantum parte actio competat *l. unum ex familia.67.§.si duos.4.ff.de legat.3.supra cap.16.n.91.seq.*

32 Datur hæc actio, quando restituere rogatus, conditione eveniente fideicommissũ non restituit, vel etiam si post restitutionẽ factam, res fideicommisso subjecta sit alienata, ita quidem, ut si fideicommissum sit simplex restitutorium post mortem, & alienatio nominatim non sit prohibita, res alienata conditione pendente, vel alienante vivo per fideicommissarium revocari non possit, sed conditionis eventus, vel mors gravati sit expectanda, *per l. fin. §. sed quia & ibi* Jason. *num.7.* Castr. *num.7.C.commun.de legat.* Ripa. *in l. filiusfamilias.§.Divi.num.7. & ibi* Crot. *num.36 ff.de legat.1.* Hier. Gabriel.*cons.118.in princ. lib. 1.* Menoch. *cons. 150.num.88.& cons.602.n. 19.& 4.præs. 188. n.2.* Grass. *§. fideicommissum. quæst. 56.n.3.* Petra *de fideicommiss.quæst 3.num.1.sequent.* Intriglioli. *de substit.cent.3.quæst. 73.num.3.& 441.* Peregrin *de fideicomm.art.14.num.8.& art. 40 num.7.seq.* Gail. *2.obs. 137.n.5.seq.* Vinc.Fusar. *de fideicommiss.subst.quæst.554. n. 1.* Secus vero, quando expressa alienationis prohibitio adest, ita ut tunc alienatio in extraneum facta ipso jure nulla sit, & proximior agnatus & fideicommissi successor rem alienatam statim revocare & vindicare possit, nec mortem alienatoris expectare teneatur, Castrens. *in l. filiusfamilias.§.*

Divi

Divi. num. 7. & ibi Crot. *num. 36.* Ripa *num. 47. ff. de legat. 1.* Roll à Valle *conf. 70. in fin. lib. 3.* Hier. Gabr. *conf. 11, numer. 2. lib. 1.* Decian. *conf. 23. numer. 27. lib. 4.* Peregrin. *conf. 58. num. 12. lib. 1. & de fideicom. art. 14. num. 8. & art 40. num. 17.* Intrigliol. *de substit. cent. 3. quæst. 72. numer. 10.* Graff. *§. fideicommissum. quæst. 56. num. 6.* Petra *de fideic. quæst. 3. num. 2. seq.* Fusar. *d. quæst. 554. num. 6. & ibi alleg.* Adeò, ut is, in cujus favorem alienationis prohibitio facta, bona alienata propriâ authoritate apprehendere possit, Jason. *in l. filiusfamilias. §. Divi. col. 6. ff. de legat. 1.* Cravet. *conf. 241. num. 16.* Joseph. Ludov. *Perus. decis. 71. num. 9. part. 2.* Et successori vindicatio competat, etiamsi emptor & venditor à contractu recedere velint, Peregrin. *conf. 37. num. 7. lib. 2.* Fusar. *d. quæst. 554. num. 10.* Vel pater alienaverit, nam filius etiam bona fideicommissaria statim recuperare poterit, nec patri ususfructus relinquendus erit, Hier. Gabr. *conf. 118. num. 11. lib. 1.* Surd. *conf. 16. lib. 1. & decis. 142.* Fusar. *d quæst. 554. num. 1.* Si inter agnatos ipsos, & quidem in remotiores alienatio facta, an & quando actio hæc detur, vide *supra cap. 11. num. 425. & seq.* Et de delicto, *infra cap. 16. n. 27. seq. & n. 370 seq.* 34

Non verò datur hæc actio ex testamento adversus tertios possessores, Bart. *in l. qui Romæ. §. duo fratres quæst. 9. num. 62. ff. de V. O.* Alex. *conf. 98. col. 2. vers. actio hæc* Peregrin. *de fideic. art. 45. num. 16.* Quia personalis actio non sequitur rem, sed personam. *l. 1 §. si hæres. ff. ad. SC. Trebell. l. fin. §. fin. ff. de contrah. empt. l. fin. C de hæred. act.* 35

Sed anne is, qui alienatore vel fideicommissi possessore mortue successionem, vel rei alienatæ revocationem prætendit, possessore, vel alienatore vivo, ex successione agere, vel actionem instituere possit, ut ex tunc futurus fideicommissi successor declaretur, dubia est quæstio? Et ipsum agere posse ante adventum diei, vel conditionis, vel mortem possessoris, radunt, Covarr. *var. resol. lib. 1. cap. 18. in fin.* Petra *de fideic. quæst. 10. n. 1. seq.* Simanc. *de primog. Hispan. lib cap. 24.* 36

Quia 1. Legatarius non tantùm pro legatis sibi jam debitis, sed etiam in futurum præstandis, quorum dies nondum cessit, agere potest, *l. 1. C. de fideic.* 37

2. Quia valet sententia etiam de futuris usuris præstandis, *l. 1. C. de sent. quæ sine cert. quant.* 38

3. Ita etiam propter chirographum conditionale deletum, creditori jus suum conditionale ante diei vel conditionis adventum, in judicio proponere permittitur, *l. in lege Aquilia. 40. ff. ad L. Aquil.* 39

40 Et 4. Cautio non tantùm pro damno facto & præterito, sed etiam infecto & futuro peti potest, *l. si finita. 15. §. eleganter. 28. ff. de damn. infect.*

41 5. Idem etiam, & judicium inchoatum super jure futuro valere, probat *l. si in rem alienam. 9. §. fin. ff. de pignor. act. l. si mandavero 17. ff. mandat.*

42 6. Sic quoque illum, cui jus aliquod competit, petere posse, ut declaretur, id sibi competere, probat *l. si duo patroni. 13. in princ. ff. de jurejur. l. uti frui 5. §. utrum. 1. ff. de usufr. pet. & ibi* Bart. asserens, quod licet Comes comitatum possideat, petere tamen possit, ut declaretur Comes, & sic quoque pari ratione fideicommissi successor petere poterit, ut ipse successor declaretur.

43 Atque hinc etiam 7. vocatum ad primogenium alienationem bonorum primogenituræ subjectorum timentem, vel si possessor ipse jactet bona illa esse libera, nullique restitutioni subjecta, judicis officium implorare & petere posse, ut declaret bona ista primogenituræ vel restitutioni subjecta esse, nec alienari debere, sed post obitum possessoris ad eam pertinere, tradit per *l. diffamari. C. de ingen. manum.* Covarruv. *1. var. resol. cap. 18. num. 8.*

Quibus tamen non attentis, contrarium & hujusmodi actionem successori, vivo adhuc possessore, non competere, verius videtur. Siquidem
44 1. judicium regulariter fundari non potest super petitione, quâ admissâ judicium ipsum ex aliquo post facto inane & frustratorium reddi posset, *l. litigatores. § fin. ff. de recept. qui arbit. l. prætori. ff. de judic. l. 1. ff. de inoff. testament. l. fin. §. pen. C. de bon. quæ liber.* Jura enim supervacua remedia non admittunt, *l. hæc stipulatio. §. Divus. ff. ut legat. seu fideicom. nom. cav. l. non cogendi. §. fin. ff. de procur.* Hoc autem hoc casu facilè eveniret, quamvis enim is, qui de fideicommissi successione contenderet, fortè esset filius ipsius possessoris vel alienatoris, posset tamen ante ipsum parentem mori, & sic post plurium annorum litigium, ipsum judicium inane redderetur? Vel quamvis cœpti judicii litigans esset proximior, mortis tamen tempore, alius proximior esse posset, vel quamvis eo tempore masculus deficeret, posset tamen postea nasci vel procreari, & sic judicium elusorium fieri.

Ad hæc 2. in jure cautum est, quo super jure conditionali & futuro,
45 cujus dies nondum cessit, judicium non admittatur, *l. non quemadmodum. 35. ff. de judic. l. si ita scriptum. §. 1. ff. de legat. 2. l. filius qui patri. §. cum filius. ff. de bon. libert.*

46 Et quod 3. tractus futuri temporis ad judicis officium non pertineat, decisum est in *l. 1. § 1 ff. de usur. l. non potest. 23. ff. de judic. l. Antæus. 14. §. in hoc judicium. 2. ff. de aqua pluv. arc.*

4. Hanc

4. Hanc sententiam comprobat, quod proximitas in fideicommissi successione consideranda sit eo tempore, quo ipsius fideicommissi successio defertur, nec attendenda veniat præteriti, vel sequentis temporis proximitas. Cum autem ante possessoris mortem proximitas hæc sciri nequeat, cum ex 47
tempore non semel variari possit, consequens est, quod ante tempus illud, qui fideicommissi successionem prætendit, actionem non habeat, nec agere possit, cum nemo sine actione experiatur, *l. si pupilli. 6. §. videamus. ff. de neg. gest.* & judicium agentis fundamentum requirat, *l. 1. in princ. ff. si pars hæred. pet.* Et ita de jure primogenituræ ejusque futura successione vivo pos- 48
sessore actionem institui non posse, docent, Gomez. *in l. 4. Tauri. numer. 79.* Padilla *in l. 1. num. 3. C. de fideicommiss.* Pinel. *in l. 1. part. 3. num. 78. C. de bon. matern.* & de fideicommissi successione idem tradunt Calcan. *cons. 21. num. 2.* Aemilian. *cons. 155. ad fin.* Boër. *decis. 154. num. 13.* Marzar. *in epit. fideicommiss. part. 3. quæst. 61. num. 13.* Peregrin. *cons. 53. in fin. lib. 1. & de fideicommiss. art. 41. num. 4. in fin.* Joseph Ludov. *concl. 8. ampliat. 11.* Boër. *decis. 354. n. 13.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 14. per tot.* Fusar. *de fideic. subst. quæst. 607. numer. 3. seq.*

Quibus non adversantur in contrarium adducta, nam quod *l. 1. C. de fideic.* attinet, illa procedit & loquitur de jure aliquo deducibili in judicium, 49
& in consequentiam tantum venit aliquod jus futurum, seu conditionale quo casu propter jus præsens toleratur, ut in ipsius consequentiam jus futurum & conditionale deducatur; secus autem est, quando nullum jus præsens competit, sed tantum jus in futurum deducitur in judicium, atque ita legem istam intelligit gloss. *in d. l. 1. & ibi* Bart. *num. 1.* Alberic. *num. 5.* Bald. *num. 21.* Angel. *num. 3.* Salicet. *num. 7.* Castrens. *num. 3.* Padil. *n. 29. C. de fideicom.*

Idem etiam ad 2. ex *l. 1. C. de sent. quæ sine cert.* desumptam respondet *ibid.* 50
gloss. *in verb. cum judicem*, ubi addit, quod in dictis legibus debitum sit plurium annorum seu mensium, & ne daretur occasio super debito cujuslibet anni vel mensis, unam litem moveri, permissum esse, ut simul cum debitis temporis jus quoque futurum deducatur.

Ad 3. respondetur, ideò in lege istâ permitti debitum conditionale in 51
judicium deducere, quod debitor in dolo fuit chirographum delendo, ut debitum ab ipso non exigeretur, ideoque dolo cessante, ejusdem quoque legis decisio cessabit, prout legem illam intelligit & explicat gloss. *in l. 1. C. de fideic.* Bart. *in l. 1. ff. de usur.* Et agitur ibidem de casu, quo probatio juris de futuro

futuro auferri poterat, quo casu declaratio juris futuri fieri potest, Peregrin. *de fideic. art. 41. n. 5.* Fusar. *d. quæst. 607. n. 5.*

52 Quod quarto loco adducitur, id propter dolum & cavillationes adversarii permittitur, prout declarat in *d. §* eleganter post Bart Angel. Alex. *n. 7.* vel quia damnum futurum cum presenti simul in judicium deducebatur, prout tradit gloss. *in l. 1. C. de fideicommiss.* ac ita speciale est, quod de damno infecto sive nondum facto & futuro actio ad cautionem præstandam competat, sicuti constat ex *l. Antæus. 14. §. in hoc judicium. 2. & tot. tit. ff. de damno infect.*

53 Ad 5. respondetur, quod leges istæ intelligendæ sint, quando jus futurum in judicium deductum ex partis tolerantiâ continuatum fuit, & postea judicio pendente jus futurum supervenit, tum enim de hâc quoque pronunciari poterit, secus autem si statim ab initio pars se opponat, quia tunc judicium nec continuari, nec super eodem absque novâ instantiâ pronunciari poterit, sicuti ex dictis juribus comprobatur.

54 Ita quoque leges *sexto* loco adductæ, non loquuntur de jure futuro, sed de eo, quod de præsenti competebat.

55 Quod idem quoque ad 7. respondetur, quod enim lex ista disponit, diffamatum super jure, quod sibi competit, petere posse, ut diffamans à diffamatione desistat, vel ipsi perpetuum silentium etiam in futurum imponatur, id fit principaliter de diffamatione præsenti & jam factâ, & in consequentiam duntaxat etiam de futurâ.

56 Quod si quoque fideicommissi possessor prætendat bona fideicommissaria esse libera, eaque tanquam libera alienare & dissipare cœperit, vel fideicommissi scripturam raserit, cancellaverit, vel deleverit, vel aliud quid simile fecerit, ex quo juri successoris præjudicari possit, nisi jus futurum cum præsenti in judicium deducatur, tunc enim, cum judicium ex dolo possessoris, & ex causâ de præsenti fundetur, ipsum successorem, etiam vivo adhuc possessore jus præsens & futurum in judicium deducere posse, tradunt Peregrin. *de fideic. art. 4. num. 5. seq.* Fusar. *d. quæst. 607. n. 6. seq.* & constat ex dictis *supra n. 49. & supra cap. 12. n. 34.*

57 Et quamvis Franc. Sarmient. *lib. 1. select. interpretat. cap. 2. num. 12.* contendat, quod super diffamatione majoratus, vel aliarum rerum patrimonialium, & sic etiam fideicommissariarum, quasi hæ sint liberæ, *L. diffamari. C. de ingen. manum.* locum non habeat, sed ea tantum loquatur de diffamatione super causâ ingenuitatis, seu status factâ, & sic ad alias causas non sit trahenda, cùm ex diffamatione in causâ status diffamato maximum præjudicium

dicium irrogetur, & ſtatus ex communi opinione judicari poſſit, & ideò non ſit mirum, ſi ex ea actio detur, ſecus autem eſſe videatur, in diffamatione ſuper ſucceſſione majoratus, fideicommiſſi, vel aliarum rerum patrimonialium, cum ex eâ diffamato communiter nulla injuria vel damnum irrogari, neque jus ejus diminui ſoleat. Contrarium tamen, & legem iſtam non tantum in diffamatione ingenuitatis, ſive ſtatus, ſed in quâlibet etiam aliâ diffamatione gravi, & omni cauſarum genere, civilium & criminalium, tàm petitorii, quàm poſſeſſorii judicii, ſive de debito quis diffametur, locum habere, communis Dd. ſchola tradit, Boër. *deciſ. 255.* Hier. Schurff. *1. conſ. 34. & 75.* Weſembec. *conſ. 96. per tot.* Gail. *1. obſ. 9. num. 2.* Heig. *2. quæſt. 8. num. 1. ſeq.* Mynſ. *3. obſ. 78.* Ac dari etiam ei, qui aliquando moleſtiam futuram timet, contra eos, à quibus ſe ſuoſque hæredes quandoque moleſtari poſſe metuit, & ejus metus cauſam aliquam ex diffamatione & jactantiâ adverſarii docere poteſt, ſtatuunt Bart. *in l. ſi finita. §. eleganter. num. 5. ff. de damno infect.* Weſembec. *conſ. 96. numer. 14. & 16.* Bart. Blarer. *in l. diffamari. cap. 1. num. 9. ſeq. cap. 2. num. 8. ſeq. & cap. 12. num. 7.* Vel ſi quis poſſeſſorem alicujus rei apud honeſtos & graves viros diffamet, quod inique, & ſuo cum præjudicio, rem talem poſſideat, vel quod ipſe plus juris in eâ, quàm poſſeſſor habeat, Boër. *deciſ. 255. num. 7.* Gail. *d. obſ. 9. num. 2.* Blarer. *d. cap. 12. num. 7.*

Atque indè etiam hoc remedium majoratus ſucceſſori dari, ſi ejusdem poſſeſſor jactet bona illa majoratui non eſſe ſubjecta, ſed libera, & ſic ſucceſſori in iiſdem nullum jus competere, probat Molina *de Hiſpan. primogen lib. 3. cap. 14. num. 24. ſeq.* ubi *num. 28.* hanc rationem aſſignat, quod majoratus ſucceſſori grave damnum & præjudicium irrogetur ex tali ſucceſſione, cum videamus ſemper jus ſuccedendi in aliquo primogenio ſeu magno aliquo patrimonio maximi æſtimatum fuiſſe, & frequentiſſimè illos, qui in iisdem ſuccedere poſſunt, uxores ditiſſimas inveniſſe, quæ omnia ex diffamatione iſtâ amitti ſolere, pluraque alia indè damna oriri, ita ut hæc diffamatio, ſtatus quoque diffamationi adæquari poſſit, cum cauſæ, quæ ſuper maximo patrimonio verſantur, cauſis ſtatus æquiparari ſoleant, juxta Bart. *in l. teſtium. num. 2. ff. de teſtib.* quia patrimonium & pecuniæ ſunt vita hominis gloſſ. *in l.* 58
advocati verb. vitam. C. de advoc. diverſ. judici. Quæ ratio cum in fideicommiſſi ſucceſſoribus quoque obtineat, idem etiam in iisdem jus ſtatuendum erit, per *l. illud. ff. ad L. Aquil.*

II. Fdeicommiſſi nomine competit fideicommiſſaria hæreditatis peti- 60
tio, quæ illis datur, quibus per fideicommiſſum hæreditas eſt reſtituta,

l.1.ff. de fideicom. hæred. petit. confer Peregrin. *de fideicom. art. 45. num. 19. seq.* & pro universali fideicommisso consequendo regulariter competit, Petra *de fideicommiss. quæst. 10. num. 30.* eademque recipit, quæ hæreditatis petitio civilis, *l. 2. ff. de fideicommiss. hæred. petit.* Natta *cons. 400 col fin.* Petra *d.n. 30.* Et sic datur adversus eos, qui pro hærede vel possessore possident, *l. regulariter. 9. & seq. ff. de hæred. petit.* ac sic contra tertium possessorem particularem, *l. 1. & seq ff. de fideic. hæred. petit.* Jason. *in l. 1 C. comm. de legat.* Grassus §. *fideicommissum. quæst. 46. num. 4.* Beroj. *in c. in præsentia. num. 39. vers. quartus casus. X. de probat.* Tusch. *lit. F. concl. 274. num. 5.* confer Peregr. *d. art. 45. num. 21 seq.*

III. Datur quoque actio ex contractu, si inter vivos per modum contractus fideicommissum fuerit constitutum. Imò etiam actio personalis contra testatoris hæredem datur ex quasi contractu, Tusch. *d. concl. 274. num. 14.* Grass. § *fideicommissum. quæst. 46. num. 4.* Quia hæres adeundo hæreditatem cum creditoribus, legatariis & fideicommissariis dicitur quasi contrahere, *§. hæres quoque. I. de obligat. quæ quas. ex contr. l. apud Iulianum. in fin. ex quib. caus. in possess. eat. l. ex maleficiis. §. hæres. ff de oblig. & act.* Quæ tamen actio non datur adversus tertium possessorem, Alex. *cons. 98. n. 5. lib. 2.* Tusch. *d. concl. 274. n. 14.*

62 IV. Datur quoque fideicommissario rei vindicatio, si hæreditas fuerit restituta, *l. 1. C comm. de legat.* Beroj *cons. 102. num 28. lib. 2.* Tusch. *lit. F. concl. 264. num. 15. & concl. 274. num. 7. & seq.* Peregrin. *d. art. 45. num. 33. seq.* Grass §. *fideicommissum. quæst. 46. num. 5* Fusar. *d. quæst. 611. num. 10.* vel res contra testatoris prohibitionem fuerit alienata, *supra num. 15.* quæ competit fideicommissariis contra quemcunque rei fideicommissariæ detentatorem, *l. 1 l. 3. §. fin autem. 3. C. commun. de legat. l. penult. §. 1. C. ad Sct. Trebell. l. omnia 32. §. fin. l. peto. 69. §. fratre. 3. ff. de legat. 2.*

63 Et datur rei vindicatio, non tantùm si pars aliqua fideicommissi fuerit alienata, vel extra familiam translata, pro parte istâ revocanda & restituenda, *l. servo legato. §. ff de legat. 1. l. fin. § sin autem. C. commun de legat.* Dec. *cons. 135. n. 13. seq.* Tusch. *lit. F. concl. 278. n 11.* Sed etiam pro fideicommisso universali *l. 1. post. princ. l fin. §. sin autem. C. commun. de legat. l. si personam. C. de fideicommiss.* Besold. *part. 1. cons. 11. numer. 179.* Datur hæc rei vindicatio, quando res fideicommisso subjecta illicitè alienata, statim post factam alienationem, nec successor alienatoris mortem expectare tenetur, sicuti dictum est *supra num. 28. & infra cap 16. n. 382.*

64 Datur rei vindicatio non tantùm si bona fideicommissaria sint alienata,

ſed etiam ſi poſſeſſor eadem diſſipet vel dilapidet, non obſtante cautione 64
præſtitâ, nam tunc quoque proximum agnatum & ſucceſſorem ea vindicare poſſe, conſtat ex *l. cogi poterit. 16. §. ſi pater filio. 11. ad Sct. Trebell.* ubi pater hæres inſtitutus & filio reſtituere condemnatus, hæreditatem cogitur adire, & ante diei adventum, quaſi videatur bona fideicommiſſo ſubjecta in non adeundâ hæreditate diſſipare, eandem filio reſtituere. Et quod pater diſſipans fideicommiſſum, cogatur filio in poteſtate exiſtenti, etiam ante conditionis eventum illud reſtituere, manifeſtum eſt ex *l. Imperator Hadrianus 50. ff. ad Sct. Trebell. & ibi* Bart. *&* Dionyſ Gothofr. *in not.* Molina *de Hiſp. primogen. lib. 1. cap. 16. n. 1. ſeq.* Boër. *deciſ. 61. num. 15.* confer Fuſar. *de fideicomm. ſubſtit. quæſt. 519. per tot.* Sicuti etiam maritus res dotales diſſipans, eas ante tempus reddere tenetur, *l. ſi conſtante. 24. princ. ff. ſolut. matrim. l. ubi adhuc 29. C. de iur. dot.* Boër. *deciſ. 328.* Et quod pater quotieſcunque bona ad fi- 65
lium pertinentia adminiſtrat, eademque manifeſtè dilapidat, etiam ante caſum vel conditionem reſtitutionis reddere teneatur, probant per *l. fin. & ibi* Bart. *C. de ſent. paſſ. l. cum oportet. §. non autem. C. de bon. quæ lib.* Bart. *in l. ſi conſtante. num. 63. & ibi* Jaſon. *num. 156.* Ripa *n. 99. ff. ſolut. matrim.* Molina *d. lib. 1. cap. 16. num. 7.*

Imò etiam patrem propria bona dilapidantem, filio etiam in vitâ legiti- 66
mam aſſignare teneri, ex quâ ſe alere poſſit, tenent Bald *in l. 2. numero 3. C. ſi quid in fraud. patron. & ibi* Caſtrenſ. *numer. 6.* Alex. *in l. Imperator. numer. 12. ff. ad Sct. Trebell.* Jaſon. *in l. ſi conſtante numer. 199. ff. ſolut. matrim.* Molina *d. c. 16. num. 9.*

Nec hanc vindicationem cautio in his fideicommiſſis præſtanda impe- 67
diet, cum nemo cautionis fragilitati ſeſe committere teneatur, iis caſibus, quibus bona diſſipantur & diſperduntur, quo minus ipſa bona petere poſſit, *l. qui ita inſtitutus. 66. §. etiam abſentis. 1. ibi : quamvis ei caveatur, propter fragilitatem cautionis ff. ad Sct. Trebell.* Et ſatius ſit rem ſuam ſalvam manere, quàm tabulas cautionis habere, *l. ſuſpectus. 5. ff. de ſuſpect. tut.* ac incertum ejus adventum ſpectare, *l. pupilli. 6. ff. quod falſ. tut.* Cùm is, qui cautionem habet, ſæpè litigare cogatur, at cui ſoluta pecunia eſt, ei res omnis in tuto ſit, ex Muret. *5. variar. 11.* Gothofr. *in d. l. qui ita inſtitutus. 66. §. 1. ff. ad Sct. Trebell.* Et Seneca ſyngraphas & cautiones vacua habendi ſimulacra vocat, 68
teſte Gothofr. *d. l.* indeque fœneratorum eſt cantilena relata ab Ambroſ. *in libr. de Tobia*, nos noſtram pecuniam non habemus, aurum dedimus, lignum tenemus, hoc eſt, chirographum, Parthen. litig. *lib. 1. cap. 13. num. 5.*

Ex quo etiam, si fideicommissarius non caveat de restituendo, vel non dilapidando, successorem etiam ante conditionis eventum, in possessionem miti posse, dictum est *supra cap. 12. num. 21. seq.*

69 Datur rei vindicatio, & rei alienatæ revocatio, non tantùm si illicitè, sed etiam si licitè facta sit alienatio, sed ita tamen, ut si licitè & in casibus permissis *supra cap. 11. num. 216. seq.* relatis, facta sit alienatio, vindicatio, sive potius jus retractus, non aliter competat, quàm pretio refuso, quod emptor solvit, vel solvere paratus est, Bart. Socin. *cons. 43. per tot. vol. 3.* Quia generalis est regula, quod alienationem justè & licitè factam retractans vel retrahens, pretium refundere teneatur. *c. 1. de jure protimis. in usib. feud. c. constitutus. X. de restit. integr. l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. empt. l. 8. in fin. C. eod. l. 2. & ibi* gloss. *C. de pact. inter emptor. & vend.* Reinking *de retract. consang. quæst. 6. num. 1. seq.* Exemplo feudi, cujus licitè alienati pretium retrahens vel ipse solvere, vel emptori restituere tenetur, *§. sed etiam. 1. 2. feud. 3. & §. donare. tit. 9. sed si quis. 5. vers. Titius tit. 26.* Curt. *de feud. part. 4. n. 152.* Schrad. *de feud. part. 8. c. 7. n. 6.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 11. n. 104.* Rosenth. *de feud. c. 9 concl. 87. n. 1. & conclus. 90. num. 3. & ibi in not. lit. c.* Etiamsi pretium illud justo majus sit, Schrader. *d. num. 7.* Hartman. Pistor. *2. quæst. 12. numer. 9. seq.* Vultej. *d. num. 104.* Rosenth. *cap. 9. concl. 86. n. 3.* Nisi fraus & collusio interveniat, Schrad. *d. n. 7.* Pistor. *d. quæst. 12. n. 12.*

70 Si verò illicitè facta sit alienatio, eaque jure successionis revocetur sive res alienata vindicetur, revocans & vindicans nullum pretium refundere teneatur. Quod etiam in feudi alienatione illicitè factâ manifestum est, veluti quam proximus agnatus jure successionis revocare, & rem feudalem illicitè venditam, vel aliter alienatam, etiam nullo pretio refuso vindicare potest, *§. si quis decesserit. 5. vers. Titius. 2. feud. 26.* Hartm. Pist. *2. quæst. 6. numer. 10.* Myns. *4. obs. 85. num. 2.* Zas. *de feud. part. 9. n. 30.* Sonsbec. *de feud. part. 1. n. 125.* Vultej *de feud. 1. cap. 11. n. 86. & 82.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. conclus. 82. num. 10.*

71 Datur rei vindicatio adversus emptorem, & tertium possessorem rei extra familiam alienari prohibitæ, post mortem venditoris, *l. peto 69. §. prædium. 1. ff. de legat. 2.* Menoch. *adipisc. possess. remed. 1. num. 65.* Peregrin. *de fidei-*
72 *com. art. 45. num. 15. & 16.* Fusar. *de fideic. subst. quæst. 558. num. 1.* Etiamsi bonorum gravati alienantis facta sit excussio, Rol. à Valle *cons. 9. numer. 24. lib. 1.* Grass. *§. fideicommissum. quæst. 95. num. 3. seq.* Mascard. *de probat. concl. 730. n. 5.* Fusar. *d. l. quæst 559. n. 1.*

73 Atque hoc non tantùm procedere, si alienatio in extraneum, sed etiam

etiam si in unum aliquem de familiâ agnatum facta sit, ita, ut si rei fideicommissariæ alienatæ succe.sio ad alium agnatum deveniat, is rem in agnatum aliquem alienatum, etiam sine refusione pretii vindicare & revocare possit, prout respondit Ernest. Cothm. *1. consil. 80. num. 114. seq.* Et in feudo quoque obtinet, ita, ut si agnatus remotior jure retractus feudum venditum revocaverit, proximior, alienatore vasallo defuncto, & ita successionis loco sibi aperto, id jure proprio, & sine pretio ab isto remotiore petere & vindicare possit, Schrader. *de feud. part. 9. cap. 7. n 56. seq.* Cacher. *decis. 77. num. 4.* Hart. Pistor. *2. quæst. 6. num. 43. seq* Rosenthal. *de feud. cap. 9. conclus. 82. num. 10. lit. 1.* Vultej. *1. feud. cap. 11. num. 100. seq.*

Quamvis enim 1. alienatio facta, pendente quidem fideicommissi 74 conditione & eventu subsistat, casu tamen successionis postea eveniente penitus corruit, & alienatio pro non factâ habetur, *l. fin. §. sin autem. C. commun. de legat.*

2. Quia nemo ex fideicommissariis fideicommissi conditionem durio- 75 rem, vel graviorem facere, multò minus de fideicommisso aliquid diminuere potest *l. Titius. 54. ff ad Sct. Trebell. supra cap. 11. per tot.* ne quod unâ viâ prohibitum, alterâ obtineatur, *c. cum quid. de R. I. in 6.* Durior autem fieret fideicommissi conditio, & ad alienationem aditus pararetur, si venditionis pretium refundendum foret.

3. Quia agnatus, qui rem, quam fideicommissi casu eveniente restitui 76 oportere sciebat, prudens sciensque emit, non tantum de se queri & sibi imputare, *l. item Mela in fin. princ. ff. ad L. Aquil. l. fin. ff. commod. l. pene ff. ad Sct. Maced. l. si Titius. in princ. ff. de fidejussor.* damnumque ex pretii amissione sentiens, sibi acceptum ferre debet, *l. quod quis. ff. d. R. I. l. damnum. eod. in 6.* sed etiam donare censetur, *l. cujus per errorem. ff. de R. I. §. ex diverso I. de adquir. rer. domin. l. qui alienuus. ff. de donation.*

Ex quo etiam 4. eo casu, quo frater unus à fratre altero rem fi- 77 deicommisso oneratam emit, & postea frater vendens sine masculo hærede moriatur, atque ita fideicommissum ad fratrem emptorem devolvatur, fratrem istum, vel ejus filios à fratris venditoris hæredibus pretium repetere posse, tradunt Bart. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 26. & ibi* Angel. *num. 13.* Imol. *num. 29.* Alex. *num. 35.* Jason. *num. 35.* Crot. *num. 135. seq. ff. de V. O* Specul. *lib. 4. tit. de testam. §. 1. numer. 27.* de quo confer *infra c. 15. num. 267. & seq.*

Et denique 5. pretium pro re fideicommisso subjecta & gravatâ, ab em-
ptore sciente numeratum non ab eo, qui rem ex fideicommisso evincit, sed
à venditore rei fideicommissariæ repeti debere, decisum est in *l. fin. §. fin. C.*
commun. de legat.

Ex quibus etiam concluditur, quod si res fideicommisso subjecta à pos-
sessore alienata, & a successore evicta & vindicata fuerit, venditor ejusve
78 hæredes de evictione teneantur, quia regulariter, & ex naturâ contractus
venditor emptori de evictione tenetur, etiamsi de eâ nihil convenerit, *l. si*
in venditione 60. ff. de evict. l. non dubitatur. 6. C. eod. l. si duo. 13. §. si quis juraverit. 3.
ff. de jurejur. l. ex empto. in princ. ff. de action. empt. l. in vendendo. in princ. ff. de con-
trah. empt. l. fin. ff. de condict. caus. dat. Gail. *1. obs. 116. numero 7.* Hartman. Pi-
stor. *2. quæst. 10. num. 2.* sive venditor sciverit rem alienam esse, sive ignora-
verit, *l. 1. §. 1. juncto §. fin. ff. de act. empt. arg. c. 1. de invest. de re alien. fact. & ibi* Af-
flict. *numer. 11.* Tiraquel. *de retract. §. 12. gloss. 1. numero 8.* Hartman. Pi-
stor *d. quæst. 10. numer. 12.* Adeò, ut si sciverit venditor rem alienam esse, &
de non præstandâ evictione sibi caverit, nihilominus tamen de dolo con-
veniri possit ex empto. *l. tenetur. 6. § fin. l. ex empto. 11. §. fin. ff. de act. empt.* Myns. *6.*
obs. 37. num. 4.

Emptorem quod attinet, si is ignoret rem esse feudalem, fideicommis-
sariam vel alienam, & ita evictioni obnoxiam, de evectione agere potest, *l.*
non dubitatur. 6. l. si fundum. 27. C. de evict. c. 1. de investit. de re alien. c. 1. §. si vasallus.
si de feud. defun. fuer. content. inter. dom. & agnat. Afflict. *Neapol. decis. 278. numer.*
3. Menoch. *cons. 2. 6. numer. 145.* Schrader *de feud. part. 8. cap. 1. numer. 60.* Pi-
79 stor. *2. quæst. 10. num. 1.* Vultej. *1. feud. cap. 10. numer. 95.* Si verò sciverit emptor
rem esse alienam, feudalem vel fideicommissariam, evictionem non ha-
bet, nisi ex evictione sibi præstandâ caverit, *l. si fundum. 27. C. de evict ion. l. qui li-*
bertatis. 69. in princ. ff. eod. l. si fratres. 7. C. commun. utriusq. judic. Myns. *6. obs.*
37. numer. 5. Hartm. Pistor. *2. quæst. 10. num. 3. seq.* Vultej. *de feud. lib. 1. c. 10.*
n. 95. circa med.

80 Sed cum non sit ratum, ut, & si quis de evictione non teneatur, pre-
tium tamen nihilominus restituere cogatur, ut videre licet in eo, qui expres-
sè sibi cavit, se de evictione obligatum esse nolle, qui tamen nihilominus
re evictâ pretium emptori refundere tenetur, *l. emptorem. §. pen. & ult. ff. de act.*
empt. Bart. *in l. 1. vers. tertio non operatur. C. de peric. & com. rei vend.* Harman. Pi-
stor. *lib. 2. quæst. 10. n. 21.*

Inde quæritur anne hoc casu emptor sciens rem esse alienam, feudalem
vel fideicommissariam, pretium rei venditæ & vindicatæ recuperare possit?

Et

Et regulariter quidem verum esse, quod scienter rem alienam emens, ne pretium quidem repetere possit, nisi aliud convenerit, tradunt per textum expressum in *l. si fundum. 27. C. de eviction. l. si fratris. 7. C. commun. utr. judic.* Jason. *in l. fin. C commun. de legat.* Tiraquel. *de retract. tit. 1. §. 12. gloss 1. num. 11* Covarruv. *3. var. resol. cap. 17. num. 2. vers. ad eam quæstionem.* Gomez. *2. var. resol. 2. num. 42. vers. septimus casus.* Vultej. *d. cap. 10. num. 96.* Natta *cons. 81. num. 8.* Caballin. *de evict. §. 5. num. 31.* Cùm enim hic emptor contra legum præcepta, & dolosè agat rem alienam & alienari prohibitam scienter emendo, pretium meritò amittere meretur, *l. pen. & ult. C. de rescind. vend. l. fin. C. de præd. decur. l. fin. C. de fund. reipriv.*

Verum his manifestè refragari videtur, *l. fin. §. fin. C. commun. de legat.* 82
ubi emptorem, qui fundum restitutioni vel fideicommisso subjectum scienter emerit eo evicto, actionem tantummodo ad pretium habere disponitur. Ad quem Dd. variè respondent, & quidem primò Caspar. Caballin. *de evict. §. 5. num. 32.* respondet, quod non esset ponere os in cœlum, dicere *d. l. si fundum.* corrigi per *d. §. fin.* cum sit una ex quinquaginta constitutionibus Justiniani, Codici postmodum insertis. Deinde Donel. hoc ideò illic fieri putat, quia emptio venditio in casu ibi proposito nulla & irrita fuerit, ideò pretium, quod prius ex eâ emptione datum erat, cœperit repeti condictione sine causâ, *l. 1. in fin. C. de condict. sine caus.*

Aliter respondet Guil. Forner. *2. select. interpr. 13.* emptorem *in d. §. fin.* scivisse quidem rem obnoxiam restitutioni fuisse, & ideò sibi duplæ stipulatione prospexisse, indeque malæ fidei augmentum duci non posse, sed potius pretii repetitionem esse, tanquam stipulatio ejusmodi non tam alienæ rei scientia, quàm legitimè ob suspicionem adhibita cautio fuisset.

Alii speciale hoc esse in rebus restitutioni subjectis, & ideò ad alios casus non trahendum arbitrantur, ut videre licet apud Hartman. Pistor. *2. quæst. 10. num. 28.* & ubi idem procedere probat in feudis, cum in iisdem quoque eadem specialitatis ratio subsit, & feuda fideicommissis & rebus restitutioni subjectis æquiparentur, & naturalis ratio exigat, ne quis cum damno & injuriâ alterius locupletur, *l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb.* & ne pecunia aliena, sine causâ, ab alio cum alterius dispendio detineatur, *l. si me & Titium. ff. si cert. pet. l. planè. §. sed benignius. ff. de hæred. petit.* Nulla enim probabilis ratio reddi poterit, cur pretium istud venditor retinere debeat, non quidem ex jure & naturâ venditionis, cum hæc potius exigat, ut cum rem ad tempus vitæ suæ modò duraturam vendiderit, pretium etiam tamdiu retineat, quamdiu jus ipsius in feudo vel fideicommisso durat; sed

nec

nec etiam ex præsumptâ donatione venditor pretium retinere poterit, præterquam enim quod donatio regulariter non præsumatur, manifestum est, illum, qui feudum, vel rem fideicommissariam emit, non ejus esse mentis, quod pretium profundere, sed potius emptione sibi & posteritati suæ consulere, ac pretium benè collocare velit. Adhæc manifesta videtur esse differentia inter eum, qui rem alienam sciens emit, & qui rem feudalem vel fideicommissariam comparat. Ille enim non solùm manifestum subit periculum, sed etiam dominum re suâ defraudare cupiens, malâ fide rem gerit; hic verò etsi sciat rem esse feudalem vel fideicommissariam, dum tamen existimat, multa evenire posse, quo minus agnati jure suo utantur, non sine injuriâ sperare potest, se tutum fore, Hartman. Pistor. *d. quæst. 10. numer. 29.* Idem sentit Vultej. *1. feud. cap. 10. num. 96.* ubi scribit, quod in casu *d. l. fin. §. fin. C. commun. de legat.* venditor ad pretii restitutionem tenetur, id singulari jure & odio venditoris introductum videri, eò quod non tantùm sciens rei gravamen eam vendit, sed etiam contra voluntatem testatoris, quam testator omninò adimplere tenetur, fecit, atque ita emptor in culpâ simplici, venditor verò in culpà duplici, & sic uterque non in pari causâ versari videatur. Deinde in casu *d. l. fin. §. fin. C. comm. de legat.* mirum non videtur emptorem rei gravamen scientem pretium repetere, eo, quod res illa, cui testator gravamen imposuit, non simpliciter est aliena, sed manet hæredis vel fideicommissarii, atque adeo jus aliquod rei distrahendæ habere quidem videtur, quod tamen revera non habet, propter conditionem sive gravamen à testatore rei impositum, Vultej. *d. cap. 10. numer. 96.*

83 An autem, & quatenus evictionis actio detur inter cohæredes bona dividentes, quando ob conditionis eventum aliquis eorum alteri rem fideicommissi restituere tenetur, vide Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 599. per tot.*

84 V. Uti legatorum, ita & fideicommissorum nomine fideicommissario in bonis testatoris & fideicommisso subjectis, tacita hypotheca, & consequenter hypothecaria sive utilis Serviana actio competit, *l. 1. C. commun. de legat. §. sed olim. 2. I. de legat. auth. contra. C. ad Sct. Trebell. Novel. 108. cap. 2. vers. si vero contigerit.* Tusch. *lit. F. conclus. 274. num. 12.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 45. numer. 49.* Fusar. *d. quæst. 611. num.*
85 *2.* Et hæc cum in rem scripta, sive realis sit, datur non tantùm contra hæredem, sed etiam contra tertium possessorem, per *l. fin. §. fin autem. C. comm. de legat.*

de legat. Alex. conf. 98. num. 5. verf. actio hypothecaria. lib. 2. Petra de fideicomm. quæft. 10. numer. 22.

VI. Quod fi quoque hæres gravatus reftituere non adeat hæreditatem, 86
officio judicis compelli poterit, ut adeat hæreditatem, five fideicommiffum reftituat, l. quia poterat ff. ad Sct. Trebell. l. fi res aliena. §. 1. ff. ad Sct. Trebell. Graff. § fideicommiffum. quæft. 46. in princ. gloff. in l. non cogendus. ff. ad Sct. Trebell. Covarruv. in c. Raynutius, §. 10. numer. 4. Tufch lit. F. conclus. 274 num. 1 & 12.

VII. Fideicommiffarius uti quoque poteft remedio l. fin. C. de edict. D. 87
Hadr. toll. quando in continenti probare poteft, fe jus in rebus fideicommiffo fuppofitis habere, ad hoc, ut miffionem in bonorum hujufmodi poffeffionem impetrare poffit, d. l. fin. C. de edict. D. Hadr. toll. gloff. in l. 1. §. fin. & ibi Ripa num. 15. ff. quor. bon. Peregrin. de fideic. art. 48. per tot.

VIII. Competit fideicommiffario utile interdictum, quorum bonorum, 88
contra illum, qui bonæ fideicommiffaria pro hærede, vel poffeffore poffidet, ad rerum iftarum reftitutionem l. 1. ff. quor. bon. l. 1. l. 3. C. eod. latè. Peregrin. de fideic. art. 46 per tot. Cùm enim poft reftitutionem fideicommiffarius Domini vicem obtineat, interdictum autem hoc univerfitatem refpiciat, & ei competat, qui fe ad bona admiffum docere poteft, l. 1. C. quor. bon. utique ab eo fideicommiffarius non erit excludendus, Ripa in l. 1. in princ. num. 4. in fin. ff. quor. bon. Menoch. adipifc. poffeff. remed. 2. num. 18.

IX. Idem eft, quoad interdictum uti poffidetis, quod competit poffeffo 89
ri, qui in poffeffione fuâ perturbatur, vel quacunque moleftiâ afficitur, five naturaliter, five civiliter, five per fe, five per alium poffideat, l. 1. in princ. & ibi Bart. & §. interdictum. 6. ff. uti poffidet. §. poffidere. 5. I. de interdict. l. certe. 6. §. 2. ff. de precar. Menoch retin. poffeff. remed. 3. quæft. 1. numer. 8. feq. Et datur adverfus illum, qui aliquem in poffeffione quovis modo perturbat, vel poffeffionis controverfiam movet, modo turbatus nec vi, nec clam, nec precario poffideat, §. retinendæ. 4. fed interdicto. I. de interdict. l. 1. in princ. l. 3. §. hoc interdictum. 2. feq. ff. uti pofsidet. Ad hoc, ut turbator à turbando defiftat, & quanti poffefforis intereft, poffeffionem turbatam non fuiffe præftet, l. 1. in princ. & §. eft igitur. 4. l. 3. §. fin. ff. uti pofsidet. Atque hæc interdicta tàm adipifcendæ, quam retinendæ & recuperandæ poffeffionis majoratus quoque poffeffori dari, probat Molin. de Hifpan. primog. lib. 3. cap. 13. n. 2. feq.

90 X. Quod si fideicomissi possessor, vel alius agnatus bona fideicommisso subjecta alienare tentaverit, in Camerâ imperiali mandata sine clausula, de non alienando impetrari possunt, Nicol. Betsius *de pact. famil. illustr. cap. 4. fol. 60.* & constat ex Gylman. *symphorem. tom. 2 part. 3. tit. 12. fol. 258. seq.* Hering. *de fideijussor. cap. 1. num. 95.* confer. *supra cap. 6. num. 15.*

91 XI. Non datur quoque fideicommissario Publiciana in rem actio, pro re jure quasi domini vindicandâ, & datur amissâ possessione ei, qui à non domino rem traditam ex justâ causâ adquirendi dominii, bona fide accepit, necdum usucepit, per *l. 1. ff. de public. in rem. act.* Peregrin. *de fideicomm. art. 45. num. 35. seq.*

92 XII. Idem est, quoad interdictum *quorum legatorum*, quod omnibus universalibus successoribus & fideicommissariis competit, *l. 1. § ff. quor. legator. latè* Peregrin. *de fideicommiss. art. 47. numer. 1. & seq. per. 101.* Non verò successoribus & fideicommissariis particularibus. Peregrin. *d. art. 47. num. 3.*

93 Quando fideicommissum sub certâ aliquâ pœnâ alienari fuit prohibitum, illam pœnam non committi, nisi alienatio facta sit dolo malo, & non solum re ipsâ, sed etiam consilio & animo fideicommissum defraudandi, tradit post Alban. *cons. 97. numer. 35. seq. lib. 1.* Hondedæ. *2. cons. 42. numer. 41.* Et dolus iste, cum non præsumatur, legitimè probetur ab eo, qui per alienationem pœnam commissam esse dicit, Paris. *cons. 25. numer. 26. & 27. lib. 2.*

CAPUT. XIV.

De Modis, quibus fideicommissa Familiarum probantur.

Summaria.

1. *In probatione tota causarum virtus consistit, & litis eventus.*
2. *Quilibet tenetur probare id, quod est fundamentum restitutionis suæ.*
3. *Qui fideicommissi successionem habere prætendit, probare tenetur 1. se esse fideicommissum instituentis agnatum, & de ipsius familiâ.*

4. Et

4. Et quidem gradu proximiorem.
5. Et talem, qui succedere possit.
6. Ille, qui agit, ut proximior, se proximiorem esse probare debet.
7. Et quo gradu agnationis sit conjunctum.
8. Agnationis & consanguinitatis probatio difficilis est.
9. Probatur I. per conjecturas, inditia & præscriptiones.
10. II. Probatur per testes, etiam domesticos, parentes & consanguineos.
11. Consanguinei præsumuntur scire facta consanguineorum.
12. Etiam per testes de auditu.
13. Requiritur ut testes gradus probent.
14. Gradus distinctè sunt probandi, ita, ut incipiatur â communi parente.
15. III. Agnatio & consanguinitas probatur per instrumenta.
16. Etiam enunciativè.
17. Epistolæ scripturæ coadjuvant probationem.
18. Instrumentis in archivis publicis repertis creditur.
19. IV. Agnatio probatur per insignium & amorum identitatem.
20. Armis & insigniis antiquarum familiarum vestigia conservari solent.
21. Sicuti stigma militem, cuculla monachum, chlamys militem, &c. ita insignia originem, agnationem & familiam arguunt.
22. Possessio insignium similium, & nominis identitas, onus probandi in adversarium transfert.
23. Ab insignibus desumpta probatio non est concludens.
24. Solus nominis apparatus, similem, vel dissimilem agnationis identitatem, vel diversitatem probare, non videtur.
25. Per solam nominationem fraternitas, vel consanguinitas non probatur.

26. *Insignium diversitas agnationem non semper excludit.*
27. *Insignium identitas, ut familiæ identitatem probet, alia adminicula requiruntur.*
28. *Per insignium aliqualem differentiam, familiæ & agnationis identitas non mutatur.*
29. *Ex potestate deferendi insignia, jus succedendi in fideicommissis & feudis datum non censetur.*
30. *Insignia jus sanguinis non tribuunt, nec tollunt.*
31. *V. Probatur agnatio per famam, sicuti Nobilitas.*
32. *Fama in antiquis plenè probat.*
33. *VI. Per communem hominum opinionem & reputationem, quasi possessio consanguinitatis inducitur.*
34. *Per quam etiam Nobilitas probatur.*
35. *VII. Probatur agnatio per matriculam, si in eâ agnati descripti reperiantur, exemplo Nobilitatis.*
36. *Marticula quasi possessionem tribuit, & probandi onus in adversarium transfert.*
37. *VIII. Probatur aliquem esse de familiâ & agnatione & libris historicis & chronicis.*
38. *IX. Per monumenta & inscriptiones sepulchrorum, lapidum, parietum, &c.*
39. *X. Per libros genethliacos,* Stammbücher/Geschlechtbücher.
40. *XII. Per liberos naturales,* Geburtsbrieff.
41. *XII. Per actus majorum possessorios.*
42. *XIII. Per sententiam, quæ in rem judicatam transiit, exemplo Nobilitatis.*
43. *Secundo is, qui in bonis tanquam fideicommissarius, vel jure agnationis succedere nititur, probare tenetur, bona ista fideicommisso & restitutioni subjecta esse.*
44. *Bona fideicommisso & restitutioni esse subjecta non præsumitur, sed probari debet.*

45. *Is*

45. Is, qui negat fideicommissum, sola negatione tutus est.
46. Quando verba & voluntas non urgent, in dubio pronunciandum est, fideicommissum non extare.
47. Probatur bona fideicommisso esse subjecta 1. ex testamenti vel instrumenti inspectione.
48. Et non tantum ex iustrumenti verbis expressis, sed etiam tacitis.
49. 2. Probantur fideicommissa, ex partis adversæ confessione.
50. Nisi ea erronea demonstretur.
51. 3. Per divisionem hæredum, si bona dividant tanquam fideicommisso subjecta.
52. 4. Per sententiam & rem judicatam, in qua declaratum fideicommissum extare.
53. 4. Probatur etiam per famam antiquam.
54. 6. Sicuti etiam per observantiam, quod soli masculi ad ea bona admissi.
55. 7. Probantur etiam per conjecturas.
56. Tertio probare tenetur fideicommissarius, bona petita fuisse in bonis testatoris fideicommissum relinquentis.
57. Hoc quomodo probetur remissive.
58. Identitas quoque bonorum probanda.
59. Quarto fideicommissi successor, qui bona alienata revocare desiderat, probare tenetur, alienantem, & adquirentem fideicommissi scientiam habuisse.



Um in probatione tota causarum virtus, pondusque litium, & omnium controversiarum exitus consistat, Bald *in c. quia propter num. 23. X. de elect.* Et ab hac omnis ferè contentiosi fori justitia dependeat, quæ ex actis & probatis à judice distribuitur, ut ait Jacob. de Sct. Georg. *in rubr. X. de judic. sub. num. 3. vers. est & justitia.* Omnisque actio, cujus probatio deficit, inanis esse censeatur, præcavendum est ei, qui præcedenti capite memoratis actionibus & remediis experiri desiderat, ut intentionem suam legitimè probet, siquidem quilibet id, quod fundamen- 1 2

tum est sua intentionis, probare tenetur, *l. ei, qui dicit. ff. de probat. l. actor. qui asseverat. C. eod.* Rol. à Valle *cons. 69 num. 47.* Tib. Decian. *respons. 58. num. 1. lib. 2.* nec sufficit libello aliquid enunciare, nisi probetur, Dec. *cons. 60. num. 2. & cons. 403. n. 12* Catheran. *decis. 171 n. 9.* Idque sive agat quis, sive excipiat, sive asserat, sive neget, Rol. à Valle *cons. 10. num. 8 lib. 4.* Cravet. *cons. 226. num. 8.* Nam negativa, quæ est fundamentum intentionis alicujus, ab eo deduci & probari debet, *l. in illa. & ibi* Bart. *l. ita stipulatus. vers. quod si ab initio. ff. de V. O. l. penult. §. docere. ff. ne quis eum qui. c. ut circa. c. si sorte. de Elect. in 6.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 43. n 36.*

3 Si quis igitur ad fideicommissi successionem vel revocationem, se admitti agere voluerit, necesse est, ut probet Primum, se esse fideicommissum instituentis agnatum, & de ipsius familia, in cujus favorem fideicommissum constitutum, ortum, quia nemo ad hæc fideicommissa admittitur, nisi de ipsius institutoris familia & agnatione sit, & jus in iisdem succedendi habeat, uti demonstratum est, *supra cap. 8. n. 1. & seq. per tot.* Et quando quis tanquam agnatus & ex familia defuncto succedere vult, ipsum probare teneri, se esse ex eadem familia, cujus erat defunctus, vel quam defunctus ipse in testamento vocavit, respondet Dec. *cons. 321. n. 8.* Paris. *cons. 31. n. 6 & .. lib. 2.* Signorol. *cons. 81. n.* . Menoch. *6 præsumpt. 15. n 47.*

4 Nec sufficit aliquem probare, se esse agnatum & de familia testatoris, sed insuper requiritur, ut probet se esse agnatum gradu proximiorem, & talē qui in his fideicommissis succedere possit, ac cui jus succedendi, vel revocandi jam sit delatum, cum non omnes agnati indistinctè in his fideicommissis succedant, sed gradu proximiores & qui ab ipso testatore nominati & jus succedendi habent, prout latè dictum est *supra cap. 9. n. 1. & seqq. & per tot. & cap. 13. n. 20. seq.*

5 Ita enim generaliter constitutum, quoad agnatus qui asserit, se tanquam agnatum jus succedendi, vel revocandi habere, se talem esse, ante omnia probare debeat, per *c. licet ex quadam. X. de testament.* Jason. *in l. is potest. num. 83. ff. de adquir hæred.* Dec. *cons. 2. vers. sed tamen hic. & cons. 22. num. 11.* Rol à Valle *cons. 5. num. 11. vol. 1.* Mascard *de probat. concl. 73. n. 1.* Myns. *resp. 12. num. 10.* Vultej *4 Marpurg cons. 13. num 5. seq* Quia qualitas hæc est causa, ut quis audiatur, sive admittatur, & sic probari debet, per *l. ait Prætor. §. docere. ff. vi bon. rapt. l. ei qui ff. de probat.* Rol. à Valle. *cons. 3. n. .. vol. 1.* Castr. *in l. liberorum. ff. de his qui not. infam.* Agit enim tanquam agnatus, & sic tenetur probare, se esse agnatum, Dec. *cons. 471. n. 1.* Et quidem se esse agnatum legitimum, cum jus agnationis in legitimè tantum natis resideat, & illegitime natis id nō competat,

Bart.

Bart. *in l. tutelas. ff. de capit. dimin. & in l. pronunciatio. §. familiæ ff. de VS.* Mascard. *d. concl. 73. num. 3.* Nec hi quoque in fideicommissis hisce succedant, ut demonstratum est *supra cap. 8. num. 291. seq.* ubi alios, qui in hisce fideicommissis jus succedendi non habeant, videre licet. Hinc quoque illum, qui agit ut proximior, probare debere se esse proximiorem, scribit Dec. *cons. 321. col. 2.* Et 6
qui agit ut filius, probare debere se esse filium, Vultej. *4. Marp. cons. 13. num. 5.* Schrader. *de feud. part. 10. sect. 18. num. 160.* Et sic agnatus probare tenetur quo 7
gradu agnationis conjunctus sit *per c. licet. ex quadam. in fin. X. de testib.* Anchor. *cons. 52. n. 7.* Dec. *cons. 321. n. 6. & 13.* Mascard. *d. concl. 73. n. 4.* Wesembec. *cons. 13. n. 45.* Mynsing. *resp. 20. n. 10.* Vultej. *4. Marp. cons. 13. n. 20. & seq.* Quia ex generali agnationi, probatione non statim concluditur proximitas, ut ad successionem, vel revocationem admitti possit, Mascard. *d. l. n. 5.* ubi addit, non dici probatam agnationem per testes, si sine gradus expressione deponant, sed probando esse consanguineum in aliquo gradu, intentionem magis firmam & stabilem videri, & si dicat nullum alium esse proximiorem, exinde negativam asseri, illamque probatam videri, si contrarium non probetur, per Dec. *d. cons. 321. n. 6.* & testes gradum agnationis probare debere, dicetur *infra n. 13.* Indeque illum, qui ab intestato esse successurus, probare debere se esse agnatum proximiorem, tradunt per *l. posthumorum. ff. de injust. rupt. irrit. §. ita demum. I. de hæred. quæ ab intest. §. proximus. I. de legit. agnat. suc. l. 1. §. proximum ff. unde cogn.* Aret. *in §. actionum. n. 77. vers. si autem ab intestato. I. de action.* Vultej. *Marp. cons. 13. n. 23.*

Agnationis & consanguinitatis probationem quod attinet, eam diffi- 8
cilem esse, scribunt Dec. *cons. 195. in princ. num. 6.* Anchor. *cons. 52.* Alex. *cons. 90. n 8. vol. 6.* Bart. *de testib. verb. hanc. eandem rem. n. 29.* Quia sub sensum corporis non cadit consanguinitas *l. Lucius ff. de condit. demonstr.* Mascard. *de probat. concl. 409. n. 1.*

Atque indè 1. per conjecturas, indicia & præsumptiones consanguini- 9
tatem & agnationem probari, asserunt Dec. *cons. 505. n. 1.* Alex. *cons. 90. n 2. vol. 6.* Jason. *cons. 114. col. 4. vol. 1.* Socin. *cons. 06. n. 2. vol. 3.* Aretin. *cons. 37. n. 1.* Mascard. *d. concl. 409 n. 2.* Quæ enim sub sensum non cadunt, per indicia probari possunt, *l. filium ff. de his. qui sui vel alien. jur.* Bart *in l. si quis ex argentariis. § fin. ff. de edend.* Mascard. *d. loc. n. 3.*

II. Probatur agnatio, & aliquem esse de familia & consanguinitate, 10
per testes, *arg. c. licet. ex quadam. X de testib. c. 1. X. de consang. & affin. c. de parentela. caus. 35. quæst. 6.* Natta *cons. 3. 88. n. 3. vol. 2.* Mascard *de probat. conclus. 69 n. 1. & concl. 409. n. 1.* etiã domesticos Mascard. *d. concl. 69. n. 2.* Imò parentes, qui potius quam alii

alii admittuntur, cum melius scire suam stirpē præsumantur, quam alii, Johan.
Andre. *de consanguin. & affin. n. 92.* uti & alios consanguineos, Mascard. *de pro-
bat. concl. 410. n. 33. seq.* qui aptiores sunt & magis idonei cæteris testibus, quia
conjunctiones sanguinis & gradus magis notæ censentur cōsanguineis, quam
extraneis *c. videtur X. qui matr. accus. poss. c. cum in tua. X. de sponsal.* Ant. de Butr,
in c. quoties n. 9. & ibi Abbas & Felin. *n. 2. X. de testib.* Ita, ut consanguineis extan-
tibus, alii non admittantur, Bart. *in l. si quando. C. unde vi.* hosque meliores, &
11 cæteris testibus anteferendos esse, tradit per *l. octavi. 9. ff. unde cognat.* Paris. *cons.
58. n. 22. vol. 4.* Joh. Andr. *de consang. & affin num. 92.* Quia consanguinei præsu-
muntur scire facta consanguineorum, per *l. octavi. 9. ff. unde cognat.* Petr.
Duen. *reg. 125.* Maranta *in l. is potest. n. 231. vers. quinto limita. ff. de adquir. hæred.*
Alex. *cons. 71 num. 6. vers. nec ad hoc vol. 1.* Mascard. *de probat. concl. 413. numer. 1.
seq.* Tuschus *lit. C concl. 741. num. 1. seq.* maximè verò in his, quæ jura sangui-
nis successiva & naturæ cursum concernunt, Duenn. *d. reg. 125. num. 1.* Peru-
sin. *in l. quoniam. C. de jur. de lib.* Corne. *cons. 268. n. 6. in fin. lib. 3.* Maranta. *d. l. is po-
test. n. 252. vers. quod tamen restringe. ff. de adquir. hæred.* Menoch. *recuper. poss. re-
med. 15. n. 42 & 44.* Tusch. *d. concl. 741. n. 2. & 3.* Mascard *d. concl. 413. n. 3.*

12 Imò in agnationis & consanguinitatis probatione admitti quoque testes
de auditu, probant per *c. licet ex quadam. & ibi* Abbas *n. 2. &* Joh. Andr. *X. de
testib.* Corne. *cons. 35. n. 6. vol. 1 & cons. 146. col. 2. lib. 3.* Mascard. *de probat. concl. 69.
n. 3. & concl. 410. n. 1.* Peregrin. *de fideicom. art. 43. n. 80.* ubi requisita ad hoc neces-
saria refert, veluti ut sint viri graves, bonæ existimationis & in dignitate
constituti, *c. licet ex quadam X. de testib.* Mascard. *d. concl. 69. num. 5. & concl. 410.
n. 3.* Tusch. *lit. C. concl. 739. n. 32.* Et deponant, se audivisse à viris fide dignis,
& majoribus suis, de quibꝰ agitur, consanguineos esse in tali gradu, Lanfranc.
de Orian. *in c. quoniam contra §. testium depositio. n. 155. & 157. X. de probat.* Mas-
card. *d. concl. 69. n. 5. & concl. 410. n. 3.* Tuschus. *lit. C. cons. 739. n. 32.* Et quidem
se audivisse ante litem motam, Roman. *singul. 753.* Dec. *cons. 8 . n. 1.* Mascard. *d.
concl. 410. n. 4. seq.* Ita, ut consanguinitas quoque de jure Canonico probetur
per testes de auditu auditus, *c. de parentela. caus. 35. quæst. 6. c. tua. X. de consang.
& affin. c. licet ex quadam. X. de testib.* Zoanet. *in tract. de differ. utr. jur. diff. 197.
n. 274.* Peregrin. *d. art. 43. n. 81.* quod alias de jure communi secus esse probat,
Mascard. *de probat. concl. 410. n. 11. & seq.*

13 Requiritur etiam, ut testes gradus probent, ex quibus postea judex con-
sanguinitatis & agnationis proximitatem elicit, Mascard. *d. concl. 410. num. 23.*
Et consanguinitatem sigillatim per gradus computationem probandam esse,
tradunt, per *c. licet ex quadam. & ibi* Dd. *X. de testib.* Anchar. *cons. 52. n. 7.* Bart.
in l.

in l. non ignorat. C. qui accus. poss. Tiraquel. *de retract. lignag.* §. *1. gloss. 16. num. 9.* Tusch. *lit. C. concl. 739. n. 31.* Neque agnationem probari per testes sine expressione gradus deponentes, scribit Hect. Æmyl. *in tract. de testib.* §. *testis agnationem deponens, fol. 142. &* §. *testis agnatus, fol. 243.* Illumque, qui asserit se esse ex agnatione alicujus, ut ipsi succedere possit, probare debere agnationem ipsam, per gradus distinctos, tradunt per *d. c. licet ex quadam. X. de testib.* Dec. *d. cons. 321. n. 8.* Cravet. *cons. 249. vers. secundò principaliter.* Rol. à Valle *cons. 32. num. 24 lib. 2.* Rota Roman. *decis. 288. n. 2. part. 2.* Menoch. *6. præsumpt. 15. num. 49.* Ex quo etiam illum, qui probat, se esse consanguineum vel agnatum certo gradu, præferendum esse illis, qui se simpliciter agnatos esse probant, scribit Mascard. *de probat. concl. 410. n. 26.*

Atque hinc distinctè gradus esse probandos, ut incipiatur à communi 14
parente, vel germanis, vel fratribus, à quibus alii gradatim descenderunt, docent per *d. c. licet ex quadam. X. de testib.* Abbas *in c. tua nos. X. de consang. & affin.* Anchor. *cons. 42. n. 7.* Dec. *d. cons. 321. n. 4. & 5.* Tiraquel. *de retract. consang.* §. *1. gloss. 16. n. 1. & 8.* Mascard. *d. concl. 410. num. 21. & concl. 69. num. 1.* licet non referat, an testes sint singulares, secundum Gozadin. *cons. 13. n. 33.* Alex. *cons. 1. num. 7. vol. 1.* vel unus deponat de uno, & alius de alio gradu, gloss. *in c. licet ex quadam, & ibi* Abbas *num. 10. X. de testib.* modo in uno gradu conveniant, Dec. *d. cons. 321. n. 4.* Mascard. *d. concl. 410. num. 24.* Sufficiunt quoque ad probandam agnationem testes, etiamsi non sint consanguinei, duo, modo sint auctoritate graves, & fide digni, per *d. c. licet ex quadam, X. de testib.* Alban. *cons. 83. num. 18.* Mascard. *d. concl. 410. n. 37.*

III. Probatur agnatio & cōsanguinitas per instrumenta, *c. series, & ibi* Bald. 15
n. 1. X. de testib. Socin. *cons. 68. n. 7. in fin.* Mascard. *de probat. concl. 411. n. 19.* Peregrin. *de fideic. art. 43. n. 83.* Quamvis enim hoc neget, & per instrumēta non probari consanguinitatem asserat, Socin. *cons. 68. n. 7. in fin.* eò, quod consanguinitas ortum à naturâ ducat, & à generationis principiis descendat, & sic accidentali sermone probari non possit, cum asseveratio alicujus fratrem, vel filium aliquem non faciat, qui alias talis non est, Felin. *in c. tuas in fin. X. de probat.* Hoc tamen tùm tantùm procedere, quando instrumentum est confectum inter litigantes, secus verò quoad extraneos, declarat Bald. *in c. series. n. 1. X. de testib.* Mascard. *de probat. concl. 69. n. 9. & concl. 411. n. 9.* Et sic per instrumentum non probatur consanguinitas per directum, sive principaliter, sed ex ipso instrumento enunciativè, sicuti asserit, gloss. *in c. series. verb. instrumentum. & ibi* Bald. *n. 4. X. de testib.* Dec. *d. cons. 321. n. 6.* Mascard. *concl. 411. n. 23. & seqq.* At- 16
que ita per instrumentum enunciativè consanguinitatem probari, tradunt

Alex.*consil.242.lib.2.* Abbas *in c.fin. X.de testib.cogen.* Jason. *in l. prætor ait. & in l.si quis ex argentariis. §.Prætor.num.20.seq.ff. de edend.* Afflict.*decis.13.* Mascard.*d.concl.411.n.21.* Etiam in præjudicium tertii, juxta Alex. *cons.90.num.5.* Mascard. *d.l.n.22.* maximè si versemur in antiquis, ubi instrumentum consanguinitatem enunciativè plenè probare, post Albens.*cons.83.n.10.& 11.*scribit
17 Mascard.*d.concl.411.num.20.* Et licet per Epistolas & scripturas non probetur consanguinitas, *l.non nudis.l.non epistolis. C.de probat.l.neque professio. C.de testam.* Tusch.*lit.C.concl.739.n.26.* easdem tamen coadjuvare probationem, tenet post Fede.Schenck.*de probat.n.13.* Mascard.*d.l.n.21.* Tusch.*lit.C. concl.739. num.24.* Etsi verba in epistola dispositivè, sive confessionaliter posita, tamdiu consanguinitatem probare, donec contrarium demonstretur, scribit Pere-
18 grin. *de fideic. art.43.n.73.* Imprimis autem per instrumenta consanguinitas probatur, si in archivis publicis reperta, his enim credi docent, per *auth. ad hæc. C.de fide instrum.* Natta *cons.636.n.41.& 91.* Meischner. *tom.2.lib.1.decis.8. n.46.* Gylman.*decis.Camer.11.n.7.lib.1.*

19 *IV.* Per insignium & armorum identitatem, veluti si quis eadem arma & insignia, Schildt vnd Helm/ cum cæteris ejusdem nominis, agnationis & familiæ gestet, ex armorum enim & insignium identitate, non levis agnatorum & familiæ ejusdem conjectura desumitur, & portantes eadem, vel diversa arma & insignia, ejusdem vel diversæ agnationis, domus & familiæ esse præsumi, magnamque super agnatione, domo & familia ad eam & personas cognoscendas & distinguendas, facere conjecturam, communis Dd. est conclusio, *arg.l.ad cognoscendum. C.de ingen.manumiss.* Menoch. *consil.1261.n.4.lib. 13.& 6.præsumpt.15.n.48.* Tiraquel.*de nobilit.cap.6.n.16.* Franc.Pfeil.*consil. 197. n.20.* Vivius *decis.324.n.1.lib.2.* Wesembec.*cons.13.n.72.* Gylman.*libr 2.decis.27. n.9.seq.* Besold.*thes.pract.verb.*Wapen. Joh.Draco *de patric.lib.3.cap.6.num.11.* Nolden. *de stat.nobil.cap.20.n.87.& 88.* *latè* Hoping.*de jur.insign.cap.13.n.52.*
20 *seq.* Et ex armis & insigniis, familiarum antiquarum vestigia conservari solent, Paris.*cons.19.n.28.seq.lib.2.* Bursat.*cons.228.n.4 lib.3.* Boër.*decis.146.num.6.* Gratian.*2.discept.for.cap.228.num 26.* Molina *de Hispan.primogen.lib.2.cap.14. in princ.& num.5.* Cum arma & insignia gentilitia in omnes de agnatione illa descendentes transire soleant, *arg.l.familiaria.ff.de religios.& sumpt.* Chassan. *in catal.glor. mund. part.1. consid.38.* Höping. *de jur.insign.cap.7. num.14.*
21 *seq.* Unde quemadmodum stigma militem, *l.stigmata.3. C. de fabricens.* habitus & cuculla Clericum & Monachum, *c.si judex.12. de sent.& comm.in 6.* chlamys militem, purpura Regem, stola sacerdotem, toga Advocatum, brices rusti-

rusticum ostendit gloss. *in l. unic. verb. fibulis. C. null. licet in fren. equ.* Menoch. *3. præsumpt. 64. num. 3.* Mascard. *de probationib. conclus. 264. n. 6. & 7.* Pacian. *de probat. lib. 2. cap. 2. num. 35.* Ita insignia originem, agnationem & familiam arguunt, Chassan. *de glor. mund. consid. 38. concl. 41.* Menoch. *cons. 1261. n. 6.* Ac talis quis præsumitur, quale nomen & insignia gerit, *arg. l. moveor, 4. C. de serv. expon.* Höping. *d. cap. 7. n. 192. seq.* Ita ut possessio insignium similium, & nominis identitas, onus probandi in adversarium transferat, Menoch. *cons. 816. num. 37.* Tusch. *lit. A. concl. 516. num. 18.* Sixtin. *Marp. cons. 11. num. 49. & sequent. & ibid.* Gœddæ. *cons. 28. n. 200. seqq. & cons. 32. n. 130.* Gylman. *libr. 2. decis. 27. n. 21. & 22.* Wehner. *pract. observ. verb.* Helm vnd Schildt. Wesembec. *d. cons. 13. n. 72.* Höping. *d. cap. 13. num. 55. seqq.* Qui enim idem cognomen, sive genuinum nomen alicujus familiæ gerit, is quoad substantiam ejusdem sanguinis, familiæ & agnationis esse censetur, Joh. Cephal. *cons. 90. num. 17. & 18. vol. 1.* Georg. Everhard. *1. cons. 51. num. 27. seq.* nam in cognomine, sive nomine familiæ seu agnationis, & gentilitio identitas, non verò diversitas, sive pluralitas præsumitur, *l. idem Pomponius. 5. §. fin. ff. de rei vind. c. in præsentia. X de probation.* Aretin. *in c. series. col. 3. num. 11. & 12. X. de testib.* Marzar. *in epit. fideicomm. part. 3. quæst. 55.* Everhard. *d. l. n. 29.* 22

Non tamen hæc ab insignibus desumpta probatio concludens est, sed alia insuper requiritur probatio, *arg. l. fin. §. item rescripserunt. 5. ff. ad municipal.* Cùm sæpè evenire possit, ut plures sint ejusdem cognationis, nominis, armorum, & imaginibus majorum utentes, eademque insignia gentilitia habentes, defuncto tamen agnato proximiores non existant, & possint quidem esse agnati, & quidem proximiores, ab institutore tamen vel primo adquirente non descendentes, Signorol. *cons. 81. num. 5.* Menoch. *consil. 1171. num. 19. & 24.* Wesembec. *cons. 8. n. 32.* Gail. *2. obs. 149. n. 1.* Rosenthal. *de feud. cap. 2. concl. 27. in fin.* Höping. *d. cap. 13. num. 53. seq.* 23

Atque ita etiam solius nominis apparatum similem vel dissimilem, agnationis identitatem vel diversitatem probare non videtur, *arg. d. l. fin. §. item rescripserunt. 5.* ibi: *ex ipsis etiam rebus probationes sumi oportere: nam solam nominis similitudinem ad confirmandam cujusque originem satis non esse. ff. ad municip.* Nam & in una eademque familia & agnatione plures familiæ diversis appellatæ cognominibus existere possunt, etiam quod aliter origine minimè differant, Höping. *d. cap. 13. num. 61.* ubi in civitate Aquiliæ aliquos 24

de Nobili familia de Simeonibus nominari & cognominari de Ugolinis; a-
52 lios verò de Simeonibus, addit post Franc. Vivium *decis.324.n.1.* Et sic quoque per solam nominationem, vel quod quis frater vel consanguineus vocetur, consanguinitatem non probari docent, *per l. neque, C. de testament.* Dec. *cons. 524.n.5.* Mascard. *de probat. concl.411.num.10. & seq.* Vultej. *4. Marpurg. cons.13. n.8. & seq.* cum etiam fratrem appellemus ex charitate, qui frater non est, *l. nemo ff. de hæred. instit.* & multi, inquit, Wesembec. *cons.13.num.47.* se invicem compellant & salutant amore & familiaritate fratres, wie die Stall-Brüder/ vnd Duß-Brüder/ aut etiam ejusdem nominis remotissimæ sorores, in Germaniâ vicinæ mulieres, aut alias aliqua ratione junctæ se vocant Schwestern/ aut cognatos Vettern/ *l. nemo. ff. de hæred. instit.* Et quotidiana edocet experientia, etiam eos, qui nulla se sanguinis necessitate attingunt, sibi consanguinitatis nomina adsciscere & mutuo usurpare, Vultej. *d. cons.13.n.13.* Pacian. *de probat. lib.2. cap.12. n.9.*

26 Ita enim insignium diversitas agnationem non semper tollit, sive excludit, Höping. *d. cap 13 num.63.* ubi id exemplo Episcopi Constantiensis Notingi probat, ex Brusch. *in epit. oper. German. Episcop. tom.1. cap.4. in 29. Episc. Constant. Notingo.*

27 Ut igitur ex identitate insignium stemmatis & familiæ identitas inducatur, cognationis & familiæ quoque identitas accedere debet, Ingolstad. *inter consil.* Laur. Kirchov. *cons.22. n.30. vol.5.* Ubi & alia adminicula, veluti nominatio atavorum, pacta dotalia, picturæ antiquæ, & id genus alia documenta & testes, quibus graduum continuatio fuerit probata, Gœddæ. *1. Marpurg. cons.28. n.169. & 200.*

28 Neque etiam per insignium aliqualem differentiam, identitas familiæ & agnationis mutatur, cum unius insignia per Imperatoris concessionem vel aliam accessionem augeri vel mutari, alter verò eadem, ut à majoribus accepit, retinere possit, Höping. *d. cap.13. n.65.* ubi *n.66.* addit sufficere, si insignia in eo, quod principale est, conveniant, nec accessio & mutatio in iisdem facta, in jure familiæ, agnationis & succedendi præjudicare debeat, cum idem stemma, eademq; agnatio remaneat, Chassan. *in catal. glor. mund. part.1. consid.38. concl.49. n.8. seq.* Ingolstad. *d. cons.22. n.31. & 32.* confer Höping *de jur. insign. cap. 8. n.96. seq. 103. 125. seq. & cap.9. n.433. 484. & 699.*

29 Hinc quoque observandum venit, quod ex concessione, & insignium deferendi potestate data, jus succedendi, maximè in feudis & fideicommissis datum non censeatur, cum jus succedendi effectus sit juris sanguinis, *tot. tit.*

tit. C. de legit. hæred. etiam in feudis, *c. 1. §. & quia. Qui feud. dar. poss. c. 1. de natura succ. feud.* Insignia autem jus sanguinis nec tribuunt, nec tollunt, *l. jura sanguinis. 8. ff. de R. I.* 30
diversa enim sunt, insignia concedere, & jus sanguinis inducere, prout diversa quoque nomina habent, & sic non eundem, sed diversum effectum producunt, *l. si idem. C. de codicill.* nec probat hoc esse, quod ab eo contingit abesse, *l. neque natales. C. de probat. l. non hoc. C. unde legit.* Georg. Everhard. *cons. 4. n. 142. 146. vol. 1.* Pro quâ sententia plura adducit Höping. *de jur. insign. cap. 13. n. 70. seqq.*

V. Probari quoque potest agnatio per famam, Mascard. *de probat. con-* 31
clus. 411. num. 1. seq. Peregrin. *de fideicommiss. art. 43. num. 87.* cum per eandem quoque Nobilitas probetur Bald. *in l. providendum. C. de postul.* Menoch. *cons. 1261. num. 10.* Guid. Pap. *decis. 387. num. 2.* Chassan. *in catal. glor. mund. part. 8. consid. 16.* Mascard. *de probat. concl. 1096. num. 11.* Tiraquel. *de nobil. cap. 10. num. 8.* Höping. *de jur. insign. cap. 15. num. 23.* Ita, ut fama aliquem constituat in quasi possessione Nobilitatis, & onus probandi in adversarium transferat, Alex. *cons. 90. num. 4. vol. 2.*

Idque maximè, si in antiquis versemur, fama enim in antiquis homi- 32
num memoriam excedentibus plenè & sufficienter probat, *l. si arbiter. 28. ff. de probat. l. 2. §. item Labeo. ff. de aq. pluv. arc.* Klock. *de contribut. cap. 20. num. 545.* Mager. *de advocat. cap. 18. num. 201.* modò fama originem habeat ab hominibus fide dignis, Cravet. *cons. 395. num. 40.* & testes omni exceptione sint majores, Cravet. *cons. 249. num. 14.* Klock. *d. l. num. 553.* ac dicti sui rationem reddant, Menoch. *cons. 395. num. 39.* Matth. de Afflict. *decis. 361. n. 34.* Klock. *d. l. num. 554.*

VI. Per communem hominum opinionem & reputationem, quasi pos- 33
sessio consanguinitatis inducitur, Alex. *consil. 51. vol. 1.* Alberic. *cons. 83. num. 21.* Mascard. *d. conclusion. 411. num. 16.* Tusch. *lit. c. conclus. 439. num. 33.* Adeò, ut talis quasi possessio onus probandi in adversarium transferat, Bart. *in l. quod Senatus consultum. §. item per contrarium. ff. de lib. agnosc.* Jason. *in l. neque professio. C. de testament.* Felin. *in c. per tuas. num. 13. & 18. X. de probat.* Mascard.
d. num. 16. sicuti etiam per hanc Nobilitas probatur, Tiraquel. *de nobil. cap. 10.* 34
num. 8. Menoch. *consil. 729. num. 6. lib. 8.* Mascard. *de probat. conclus. 1096. num. 11.* ego *in tract. de Ord. Equest. jurib. lib. 1. cap. 10.* ubi dixi, hanc probationem non esse sufficientem, post Chassan. *in catal. glor. mund. part. 8. consid. 16.* Cum nihil stultius sit, quàm sentire opinione vulgi aliquem esse beatum, juxta Tull. *de legib.* Et hujusmodi assertiones quandoque sint mendosæ, per *l. si privatus. ff. qui & à quib. l. barbarius. ff. de offic. prætor.* sicuti falsa erat assertio,

quam de Jesu turbæ faciebant, alii enim dicebant ipsum esse Prophetam, alii Johannem Baptistam, Lucæ 9. Chassanæ. *d. considerat. 16.* & sic aliud est esse tale, & aliud, pro tali haberi, glossa *in l. mercis. ff. de V. S.* Fachin. 7. *controv. 70.*

35 VII. Per matriculam, si in eâ agnati descripti reperiantur, agnatio probatur, sicuti etiam per eandem probatur Nobilitas, *arg. l. 1. & 2. C. de primicer.* *Decian. respons. 66. num. 55. vol. 3.* Petr. Fritz. *de Nobil. conclus. 27. lit. g.* Nolden. *de stat. Nobil. cap. 20. num. 47. seq.* Hôping. *de jur. insign. cap. 15. num. 27.* aliquem esse studiosum, civem, mercatorem, cohortalem, Notarium, militem, collegam, & statum Imperii, ut probavi ego *in d. tract. de Ord. Equest.*
36 *jurib. libr. 10. cap. 10.* Adeò, ut matricula quasi possessionem tribuat, & probandi onus in adversarium transferat, Johan. Garf. *de Nobilit. gloss. 4. num. 8. seq.* Mascard. *de probat. conclus. 103. num. 2.* Gail. *1. observ. 21. num. 7. & 9.* Gylman. *decis. 40. num. 14. seq. libr. 2.* Höping. *de jur. insign. cap. 15. num. 27.* Quemadmodum enim ex inspectione matriculæ, vel scripturæ, probari potest negativa, aliquem nimirum non esse talem, si id, quod negatur, in eo non reperiatur, Cravet. *cons. 138. num. 5.* Natta *cons. 54. num. 3. tom. 1.* Decian. *cons. 18. num. 118. vol. 1.* Herculan. *de prob. negat. num. 163.* Vultej. *3. Marpurg. cons. 30. num. 13.* ita tanto magis ex eâdem affirmativâ, aliquem esse talem, si in eâ reperiatur, Trenracinqu. *var. resolut. 2. de fide instrum. lib. 2.* cùm pro matriculâ tamdiu præsumatur, donec contrarium probetur, *l. 1. ff. de alb. scrib.* Mager. *de advocat. cap. 6. num. 147.* Mascard. *d. concl. 1038. num. 2.* modò matricula legitima & justa sit, Cothman. *resp. 47. num. 50.* Veluti si sit publicâ & authenticâ, Ordinum vel superiorum authoritate conscripta, & ex publico archivo producta, ego *de Ord. equestr. jurib. lib. 1. cap. 10.*

37 VIII. Probatur quoque aliquem esse de familiâ & agnatione, ex libris historicis & chronicis; In genere enim libris historicis & chronicis credendum esse, docent per Exod. *17. vers. 14.* Deuteron. *13. vers. 9.* Jerem. *36. vers. 2. & 28.* Esdræ *1. cap. 4. vers. 14. & seq. l. 1. ff. de offic. prætor. l. 1. ff. de offic. quæst. l. 2. §. eodem tempore. ff. de orig. jur. l. quæstionibus. ff. ad L. Jul. majest. §. 1. in fin. l. de donat. l. antiqui. 3. ff. si pars hæred. pet. l. si pater. 36. ff. de solut. l. Cicero. 39. ff. de pœn. l. 1. ff. de cadav. punit. l. 1. ff. de reb. cred. c. Valentinianus. 3. c. Hadrianus. 22. c. Agatho. Distinct. 63. c. 1. in fin. c. Apostolica sedes. 7. X. de his, quæ fiunt à præl. c. quamvis. 3. dist. 21.* Mascard. *de probat. conclus. 287. per tot.* Mager. *de advocat. cap. 18. num. 193.* Caspar Klock. *de contribut. cap. 20. num. 424. seq.* Höping. *de jur. insign. cap. 15. num. 31. seq.* iisdemque probari Nobilitatem, demonstravi ego *de Ord. Equest. jurib. d. cap. 10.*

IX. Idem

IX. Idem est, quoad monumenta & inscriptiones sepulchrorum, lapidum, parietum, si in iisdem aliquis inter Nobiles conscriptus vel de Nobili aliquâ familiâ natus asseratur, *arg. l. monumentorum. 6. C. de religios. & sumpt. jun.* Chassan. *de glor. mund. part. 1. consid. 38. conclus. 55.* Höping. *de jur. insign. cap. 15. num. 41. seq.* Et hujusmodi scripturas cum temporis longinquitate fidem facere, tradit Bald. *cons. 310. vol. 5.* gloss. *in c. cum causam. X. de probat.* ac per easdem plenam probationem induci, scribit Speculat. *tit. de probat. §. videndum. vers. nono per libros.* Gail. *2. obs. 149. num. 8.* 38

X. Probatur quoq; aliquem esse de aliquâ familiâ & agnatione, per libros genethliacos, Stamm-Bücher/ Geschlecht-Bücher/ nam hujusmodi libri, si in archivo familiæ, in loco honesto, si apud viros omni exceptione majores custodiantur, si ipsi de familiâ eosdem pro fide dignis habeant, propter antiquitatem plenè probant, per *c. audientiam. X. de præscript. & ibi* Panorm. *n. 4. & 11. c. cum causam X. de prob. & ibi* Felin. *n. 7. l. census ff. de probat.* Bart. *in l. 1. n. 22. ff. de reb. credit.* Höp. *d. c. 15. n. 29.* Gail. *2. obs. 149. n. 7.* ubi prudenter facere, addit, magnas familias, & agnatos gentiles, & primarias Nobilitates, quod libros genethliacos, Stammbücher conficiant, quibus continuâ serie originem & successiones familiarum describi curant. Atque ita in Camerâ Imperiali pro hujusmodi libro genethliaco judicatum fuisse Anno 1558. in causâ Haller contra Brandenburg / attestatur idem Gail. *d. l. num. 8.* Myns. *5. obs. 79.* 39

XI. Idem est, quoad libros natales, Geburts-Brieff / quibus olim parentes natos sibi liberos apud acta profitebantur, *l. circa. 14. ff. de probat.* Menoch. *2 præsumpt. 51 num. 3.* ubi *num. 4.* addit, quod hic mos profitendæ nativitatis filiorum observetur etiam hodiè Venetiis inter Nobiles, qui lege ipsâ Venetâ teneantur statim, quo nati sunt filii, publicis in actis referre facere, ut aliquando summis illis Nobilitatis privilegiis potiantur, eundemque morem servari quoque Florentiæ, testatur Quintil. Mandos. *in commentar. ad regul. Cancell. ad reg. 18. de ætate in Canonicatu, quæst. 9.* Grammat. *decis. 48. in fin.* Atque ita ætatem probari ex libris & actis publicis civitatis vel oppidi, in quibus describi solent homines statim, quo nati sunt, tradit Menoch. *d. præs. 51. n. 3.* 40

XII. Probatur agnatio per actus majorum possessorios, veluti si quis probet majores suos in fideicommissis hujusmodi, & aliis agnationis juribus, cum aliis agnatis fideicommissariis successisse, *arg. c. 1. §. 3. vers. similes. de pace tenend. in feud. 27.* Cùm per hos quoque ipsa Nobilitas probetur Bon. de Curt, *de Nobilit. part. 6. num. 9.* Decian. *cons. 66, num. 50. seq.* Mascard, *de probat,* 41

bat.concl.1096.num.12. Hôping. *de jur. insign. cap.15. num. 44. seq.* Nolden. *de stat.nobil. cap. 20. num.108.seq.* Petr. Fritz. *de nobilit. conclus. 27. lit. K.* ubi addit, quando quis hodiè probaret majores suos ad ludos Equestres, zum Turnieren/ à quibus ignobiles arcentur, admissos esse, seque ab illis progenitum se non dubitare, quin Nobilitatem rectè probaverit, sententiaque pro ea ferenda sit. Sufficit enim aliquem reperiri in quasi possessione alicujus juris, ad hoc, ut virtute possessionis pro eo præsumatur, Bald. *in c.capitulum.5. crucis. num.2.X.de rescript.* Barbat. *cons.18.lib.3.* confer quæ scripsi in *tract.de Ord. Equestr. jurib. lib.1. cap.10.*

42 XIII. Probatur agnatio per sententiam, quæ in rem judicatam transiit, nam sententia lata super statu, vel conditione personæ, pro veritate habetur, & jus facit ubique, & inter omnes, etiam absentes & non vocatos, per *l. ingenuum. 25. ff. de stat. hom.* Tiraquel. *de nobilit. cap.37. num.2.* Sicuti etiam Nobilitas per hujusmodi sententiam probatur, Petr. Fritz. *de nobilit. conclusion. 27. lit. d.* Nolden. *de stat. Nobil. cap.20. & cap.18.* eademque si in judicio Nobilitatis cum justo contradictore, cujus principaliter interest, suscepto, lata, inter omnes jus facit, *d. l. ingenuum. 25. ff. de stat. hom.* Bald. *in l.2.C.quib. res jud. non noc.* Tiraquel. *de nobil. cap.37. num.2. seq.* ac omnibus ejusdem familiæ prodest, *Novell. 117. cap.3. in fin. l. si quis liberos. C. de natural. lib.* Tiraquel. *d. cap.37. numer.14.* Confer quæ dixi *de Ord. Equestr. jurib. lib.1. cap. 10.*

43 *Secundò* is, qui in bonis tanquam fideicommissariis succedere, vel eadem ex jure agnationis tanquam fideicommissaria, & alienari prohibita, revocare nititur, probare tenetur, bona ista fideicommisso & restitutioni subjecta esse.
44 Cùm enim fideicommissa & bona restitutioni & fideicommisso subjecta esse, & alienari non posse, non præsumatur, sed probari debeant, *l. Lucius. § tres hæredes. ff. ad SCt. Trebell. l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulgar. & pupill. l. ex tribus. ff. de inoffic. testam. l. quidam cum filium. & ibi* Bald. *ff. de hæred. instit. L. Gallus. § quidam rectè. ff. de liber. & posthum. l. ex verbo. C. de donat. inter vir.* Surd. *cons. 443. num.1.* Menoch. *4. præsumpt. 67. num.1. seq.* Mascard. *de probation. conclus. 775. num.1.* Et illum, qui dicit fideicommissum sibi esse relictum, compelli ostendere, hujusmodi testatoris esse voluntatem, respondit Modestinus in *l. Titia cum testamento. §. Cajus Sejus. & Scævola in l. Lucius Titius. § Luci⁹ Titius ff. de leg.2.* Mant. *de conject. ult. vol. lib.8. tit.1. n.24.* Mascard. *de probat. conclus. 776. num.2.* ubi tritum & vulgare esse dicit axioma; in hoc casu non loquitur substitutio fideicommissaria, ergò locum non habet, & qui dicit substititutionem includere aliquem casum, hoc ostendere debere, Joh.

Joh. Andr. *in addit. ad Specul. tit. de testament.* §. *1. vers. occurrit in fin.* Socin. sen. *cons. 62. num. 4. & cons. 63. num. 14. & cons. 104. num. 8. vol. 3.* ut is, qui negat fideicommissum, solâ negatione tutus sit, Cothman. *cons. 10. num. 183. vol. 5.* Peregrin. *de fideicommiß. art. 1. num. 26.* & sic, si verba vel voluntas non urgeant, 45
in dubio pronunciandum sit, fideicomissum non extare, per *l. cohæredi.* §. *cum filiæ. ff. de vulgar. & pupill. l. idem. Julianus.* §. *Sejo. l. Titia.* §. *qui in vita. ff. de legat. 2.* Menoch. *cons. 647. num. 7.* Cothman. *cons. 10. num. 236. vol. 5.* Fusar. *cons. 10. num. 27. & cons. 64. num. 26.* Et contra juris & æquitatis rationem sit fideicommissum facilè inducere, secundum Decian. *cons. 76. num. 1. vol. 3.* Pruckmann. *consil. 5. num. 103. lib. 2.*

Probantur autem bona fideicommisso familiæ vel restitutioni esse subje- 46
cta, I. Ex testamenti, vel instrumenti inspectione, si id in eo ita dispositum re- 47
periatur, Castrens. *cons. 247. col. 2. vers. item probavit. lib. 1.* Tuschus *lit. F. concl. 233. num. 13.* Peregrin. *de fideicommiß. art. 43. num. 2.* Sicuti etiam è contra, fideicommissum non fuisse relictum, ex consimili testamenti inspectione probari, scribunt Dec. *cons. 218. num. 6. vers. ista enim negativa.* Cravet. *cons. 162. n. 16.* Paris. *cons. 38. n. 21. & cons. 74. num. 21. vol. 2.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 1. n. 24.* Mascard. *de probat. concl. 776. n. 1.*

Probatur autem fideicommissum non tantùm ex instrumenti vel testa- 48
menti verbis expressis, sed etiam tacitis, & ex mente ipsius testatoris, atque ita iisdem modis, quibus hæc fideicommissa constituuntur, de quibus latè diximus *supra cap. 6. n. 85. & multis seqq.*

II. Probantur hæc fideicommissa ex confessione partis adversæ, gloss. 49
in l. non intelligitur. §. *tacitè. & ibi* Bart. *ff. de jur. fisc.* Decian. *cons. 2. n. 311. cons. 31. num. 154. lib. 1.* Peregrin. *de fideic. art. 43. n. 6.* Ruin. *cons. 128. n. 8. & 9. lib. 2.* Tusch. *lit. F. concl. 233. num. 1. & seq. per tot.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 3. tit. 1. num. 28.* Afflict. *decis. 337. num. 7.* confer Vinc. Fusar. *de fideicomm. substit. quæst. 501. num. 1. & per tot.* ubi id declarat. Quod si tamen confessio erronea deprehenda- 50
tur, eandem revocari posse tradunt Alex. *cons. 81. lib. 8.* Ruin. *cons. 167. n. 19. seq. lib. 2.* Decian. *cons. 10. n. 77. seq. lib. 3.* Petra *de fideicomm. quæst. 13. num. 249. seq.* Peregrin. *d. art. 43. num. 7.* Fusar. *d. quæst. 501. n. 2.* Cùm veritas gestorum erroribus non vitietur, *l. illicitas.* §. *veritas. ff. de offic. præsid.* nec falsis asseverationibus tollatur, *l. cum falsa. C. de jur. & fact. ignor.*

III. Probantur per divisionem hæredum, si bona dividant tanquam 51
fideicommisso subjecta, Bald. *cons. 89. num. 6. libr. 1.* Anchor. *cons. 291. numer. 17.* Tusch. *lit. F. conclus. 233. num. 1. & 14. & conclus. 279. num. 3.* Decian. *consil. 76. num. 11. lib. 3.*

52 IV. Per ſententiam & rem judicatam, in quâ declaratum fideicommiſ-
ſum extare, Decian. *conſil. 103. num. 41. & ſeq. libr. 2.* Tuſch. *d. concluſion. 233.*
num. 10. Peregrin. *de fideicommiß. art. 43. num. 8. & art. 53. num 34. ſeq.* confer
ſupra num. 42.

53 V. Bona fideicommiſſo ſuppoſita eſſe probantur per famam anti-
quam, quæ hominum memoriam excedit, Bald. *conſil. 84. in fin. & conſ. 89. n. 5.*
verſ. 3. præmittendum. lib. 1. Aretin. *conſ. 20. in princ.* Tuſch. *lit. F. d. concluſ. 279.*
num. 1. Peregrin. *de fideicommiß. art. 53. num. 8.* Fuſar. *d. l. quæſt. 502. num. 1. & ſeq.*
confer *ſupra num. 31.*

54 VI. Probatur fideicommiſſum per obſervantiam, veluti quod ſolùm
maſculi vocati & admiſſi ſint, vel ita interpretatio facta ſit, Menoch. *conſ. 34. n.*
23. Peregr. *conſ. 34. n. 6. & 10. lib. 3.* Decian. *conſ. 31. n. 151. & ſeq. lib. 1.* Fuſar. *de fidei-*
commiſſ. ſubſt. quæſt. 402. num. 116. & quæſt. 500. n. 1. ſeq.

55 VII. Probatur etiam aliquando conjecturis, *ſupra cap. 6. n. 88. ſeq.*

56 *Tertiò*, ad hoc ut fideicommiſſarius ad bona fideicommiſſo ſubjecta
admittatur, requiritur, ut probet, bona petita fuiſſe in bonis teſtatoris fi-
deicommiſſum relinquentis, Bald. *conſil. 84. in fin. & conſ. 89. libr. 1.* Caſtrenſ.
conſ. 94. & conſ. 102. vol. 2. Alex. *conſ. 82. num. 14. libr. 2.* Cravet. *conſ. 61. num. 6. &*
conſ. 315. num. 5. Natta *conſ. 400. ad fin.* Maſcard. *de probat. concluſ. 778. n. 1. & ſeq.*
per tot. Peregrin. *de fideicommiß. art. 44. num. 1.* Fuſar. *de fideic. ſubſtit. quæſt.*
616. per tot. ubi etiam tradit, an & quatenus probare teneatur, bona fuiſſe in
dominio teſtatoris.

57 Quomodo autem probetur, bona fideicommiſſaria fuiſſe in bonis teſta-
toris, latè tradit Maſcard. *de probation. concluſ. 779. per tot.* ubi id probari di-
cit, per indicia & conjecturas, per famam, teſtimonium de auditu, per verba
enunciativa propter aliud emiſſa, per inſtrumenta, libros & alias ſcripturas,
per aſſertionem teſtatoris in teſtamento factam, per inventarium ab hæredi-
bus confectum, ex inſtrumento diviſionis inter teſtatorem & alium factæ, ex
confeſſione partis adverſæ, ſi probetur, teſtatorem bona illa aliquando poſſe-
diſſe, &c. confer Tuſch. *lit. F. concluſ. 279. per tot.* Vinc. Fuſar. *de fideicomm.*
58 *ſubſtit. quæſt. 618. per tot.* Peregrin. *d. art. 44. per tot.* Nec ſufficit probare bona
fideicommiſſaria in bonis teſtatoris fuiſſe, ſed eorundem quoque identitas
probanda venit, Maſcard. *d. concl. 779. n. 39. & ſeq.* ubi quomodo hæc identitas
probetur, demonſtrat.

59 *Quartò* fideicommiſſi ſucceſſor, qui rem fideicommiſſo ſubjectam alie-
natam vindicare deſiderat, probare debet alienantem & adquirentem fidei-
commiſſi ſcientiam habuiſſe, per *l. fin. §. fin. ff. de legat. 2.* Alex. *conſil. 3. num. 13.*
lib.

lib.3. Cephal. *conf.393.num.70. lib.3.* ubi ait, Advocatum cautum esse debere, si velit bona alienata recuperare, ut articulet & probet fideicommissi scientiam, quod sequitur Imol. *in l. Marcellus. §. res quæ vers. & adde. ff. ad SCt. Trebell.* Corne. *conf.133. lib.5. lib.1.* Mascard. *de probat. conclus.780. num.1. & conclus.781.* ubi quo pacto probetur, hæredem vel alienantem fideicommissi scientiam habuisse, tradit, confer *supra cap.11. n.358. & seq.*

CAPUT XV.

De Affinibus fideicommissorum Familiarum Nobilium.

Summaria.

1. *Affinia fideicommissis Familiarum Nobilium sunt, 1. Primogenitura & Majoratus.*
2. *Primogenitura & Majoratus licet inter sese differant, promiscuè tamen accipiuntur.*
3. *Majoratus & primogenitura nihil aliud esse videntur, quàm fideicommissa perpetuò relicta.*
4. *Majoratus & primogenitura fideicommisso æquiparantur.*
5. *De fideicommissis ad primogenituram rectius sumitur argumentum, quàm de feudis.*
6. *Majoratus & primogenituræ bona non possunt alienari, sed perpetuò in familiâ permanent.*
7. *Æquiparatio hæc non semper, nec in omnibus procedit.*
8. *Majoratus & primogenituræ bona non dividuntur.*
9. *II. Fideicommissis familiarum affinia sunt feuda.*
10. *Feuda eo fine conceduntur, ut Familiæ Nobiles & Illustres eò melius conserventur.*
11. *Feuda æquiparantur fideicommissis.*
12. *Validum est argumentum à feudis ad fideicommissa familiarum, & vice versâ.*

13. *III. Renunciationes fœminarum, quæ hoc fine fiunt, quo bona in familiâ conserventur, eaque indè illustrior fiat.*
14. *IV. Confraternitates, sive pacta successoria.*
15. *Pacta successoria alienationis prohibitionem inducunt.*
16. *Pacta successoria inter diversas familias contrahantur, secus est in fideicommissis familiarum.*
17. *V. Bona Ganerbinatuum affinia sunt his fideicommissis.*
18. *Ganerbinatus bona non possunt in extraneos alienari.*
19. *VI. Affinia sunt his fideicommissis bis bona avita.*
20. *VII. Statuta fœminas excludentia propter masculos.*
21. *VIII. Affinitatem quoque cum his fideicommissis habent, fideicommissa vulgaria.*
22. *IX. Bona restitutioni obnoxia,* Verfangene Güter / *qualia sunt bona liberis primi matrimonii affecta.*
23. *Eslingæ & alibi uno conjugum ad secundum matrimonium transeunte, bona utriusque conjugis immobilia primi matrimonii liberis sunt affecta.*
24. *Ubi quænam bona inter immobilia vel mobilia habeantur, refertur.*
25. *X. Affinia quoque quodammodo sunt bona dotalia.*

AFfinia fideicommissis familiarum Nobilium sunt I. Primogeni-
1 tura, & Majoratus. Quamvis enim hæc duo inter sese differant,
2 uti demonstratum *supra capit. 6. numer. 266 seq.* ut plurimum tamen promiscuè accipiuntur, ut videre licet apud Tiraquel. *de jur. primogen. quæst. 1. num. 12. seq.* Goldast. *de majorat. lib. 2. cap. 5. col. 2. vers. secundo probatur. lib. 1.* Barbat. *cons. 10. num. 8. vers. item est ponderandum. lib. 2.* Paris. *cons. 72. num. 84. libr. 4.* Et Hispanos vulgò primogenitum majorem, & jus primogenituræ Majoriam, sive Majoricatum & majoratum appellare, videre licet apud Castrens. *165. libr. 1.* Socin. *consil. 47. libr. 3.* Tiraquel. *d. quæstion. in fin.* Majoratum autem, sive primogenituram, nihil
3 aliud esse, quàm fideicommissa familiæ perpetuò relicta, tradunt Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 1. num. 7.* Alba. *cons. 60. num. 10.* Ant. Padilla *in rubr.*

rubr. C. de fideicommiß. num.7. Betſius *de pact. famil. illuſtr. cap.8.fol.477.* Vaſc. *de jur. emphyt. quæſt 50. n. 29.* Et ſic Hiſpana primogenia tanquam fideicommiſſa cenſenda eſſe, & majoratum Hiſpaniæ nihil aliud eſſe, quam fideicommiſſum, ſcribit Palat.Runi. *in repet. c. per veſtras.de donat. inter vir.& uxor. §.44.n.3.& ſeq.* Petr.de Peralt. *in l.3.§.qui fideicommiſſum.n.91.ad fin. ff. de hæred.inſtit.& in l. cum ita legatur.§.in fideicommiſſo.n.24.ff.de legat.2.* Simancas *de primogen. Hiſpan.lib.1.cap.28.* Padilla *in d.rubr.n.7. C.de fideicommiß.* ac majoratus poſſeſſorem procul dubio fideicomiſſario æquiparari, inquit Covarruv. *1.reſol.cap.15.n.14.* Et primogenituram fideicommiſſo æquiparari, dicit Melch.Palaez. *de majorat.part.1.quæſt.1.n.3. & part.2.quæſt.5.* Padilla *in rub. C.de fideicommiß.n.3* Menoch. *4.praſ.67. num.7.* Atque inde de fideicommiſſis argumentum rectius ſumi ad primogenituram, quam de feudis, ſcribit Peralta *in repet. l.3. §. fideicommiſſam. n.91. ad fin. ff. de hæred.inſtit.* Covarruv. *d.cap. 15.n.14.* Ant.Menez. *in rubr.C.de fideicommiß.n.4. in princ.& n.7.* & validum eſſe argumentum de fideicommiſſo ad primogenium, ubi eadem ratio in utroque verſatur, ait Molina *de Hiſpan.primog.lib.1.cap.7.n.9.* 4 5

Quemadmodum enim bona fideicommiſſo ſubjecta non poſſunt alienari, *ſupra cap.11.n.1.& ſeq.per tot.* ita quoq; nec bona primogenituræ vel majoratus alienari poſſunt, Molina *de Hiſpan.primog.lib.1.cap.3.n.17.* Betſ. *de pact. famil.illuſtr.cap 8.fol.368. & 476.ſeq.* Et quemadmodum fideicommiſſum inſtituens vult, bona illa fideicommiſſaria perpetuò in familia permanere, *ſupra cap.7.n.1.ſeq.* Ita etiam majoratus & primogenituræ natura eſt, ut bona integra & indiviſa perpetuò in familia conſerventur, Menoch. *conſ.643.n.5.ſeq. lib 6.* Melch.Palaez. *in tract.majorat.part.4.quæſt.1.n.2.* Ac ideò is, qui majoratum inſtituit, eo ipſo bona in propria familia perpetuò conſervare velle cenſetur Socin. *conſ.47.n.6.& conſ.57.n.3.libr.3.* Pariſ. *conſ.82.n 81.& 85.* Molina *d.lib.1.cap.4.n.13.* Sicuti de fideicommiſſi inſtitutore dictum eſt ſæpius. Et ſicut fideicommiſſorum familiarum Nobilium finis eſt familiæ conſervatio, *ſupra cap.7.n.1.* ita etiam primogenituræ & majoratus præcipuus finis eſt, ut familiarum dignitas, ſplendor & memoria conſervetur. *ſupra cap.7.n.59* Et ſicut à fideicommiſſis familiarum excluduntur fœminæ, *ſupra cap 8.n.127.ſeq.* ita etiam hæ ad majoratus & primogenituræ ſucceſſionem non admittuntur, per tradita Molinæ. *de Hiſpan.primogen.lib.3.cap.4.ſeq.* 6

Æquiparatio tamen hæc non ſemper & in omnibus procedit, ſed majoratum ſive primogenituram à fideicomiſſis familiarum Nobilium in multis differre, neque hæc in omnibus eſſe ſimilia, ita, ut de uno ad aliud, niſi eadem 7

subsit ratio, argumentum duci non possit, scribit Garsias *de expens. & melior. cap.16.n.3. vers. ex qua similitudine*, ubi ait, Jacob. Simancam *lib.discept.cap.5.* sexdecim discrimina adferre. Et Hispanorum primogenia non posse juri primogeniorum exterarum nationum omninò adaptari, nec etiam præcisè fideicommissis convenire, docet Molina *d.lib.1.cap.1.num.15.* Sic etiam majoratus semper ad unum ætate sive natu majorem, ac primogenituræ ad primogenitum defertur, *supra cap.6.n.267.seq.* quod secus esse in fideicommissis familiarum, utpote quæ etiam ad plures simul pervenire solent, nec major natu, vel primogenitus semper attenditur, sed is, quem institutor nominavit, *l. omnia. 32. §.f.in ff. de legat.2.* Kyllinger.*de ganerb.castror. disc.15.num.78.* confer *supra cap.9.num.2.seq.*

8 Ad hæc majoratus & primogenituræ bona dividi non possunt, Betsius *de pact.famil.illustr. cap. 8.fol.477.* vide quæ dixi *de ordin.Equestr. jurib. lib.1. cap.10.* Secus autem esse in bonis fideicommisso subjectis, quæ etiam inter plures agnatos dividi possunt *supra cap.6. num.320.seq. & infra cap.16.num.201.seq.* nisi divisio nominatim prohibeatur, de quo *supra d. cap.6. num.320.* Indeque primogenituram parum differre à fideicommisso, imo esse quid strictius ipso fideicommisso, cum indivisibilis sit primogenitura, & in hoc differat à fideicommisso, quod dividi nulla ratione possit, cum è contra fideicommissum inter multos vocatos dividi soleat, scribit post Menoch. *cons.775.n.8.lib.8.* Betsius *de pact.famil.illustr. cap.8.fol.477.*

9 *II.* Fideicommissis familiarum affinia sunt feuda: Quemadmodum enim à feudis excluduntur fœminæ, *1.feud. tit.1. §. hoc autem. & tit.8.§.fin. & tit.24.& 2.feud. tit.11. & 38.* & feudi alienatio prohibitia, *2.feud. tit.52.& 55.*
10 Ac feuda eo fine conceduntur, ut familiæ Nobiles & Illustres eo melius conserventur, & feudum sit honor familiæ, Pinel. *in.l.1.part.3.num.95. C.de bon. matern.* Et sicut vasallus feudi possessor gravatus est feudum post mortem suam filiis vel agnatis restituere, Paris. *cons.65.num.16.lib.3.* Matth.de Afflict. *in præclud.feud. num.178. & in c.1. §. hoc quoque.num.8.& ibi* Isern.*num.9.de success.feud.* Schrad.*de feud. part.10.sect.9. num.114.* Ita etiam ab his fideicommissis fœminæ excluduntur, *supra cap.8.num.127.seq.* horumque alienatio prohibita est, *supra cap.11. n.1. & per tot.* eoque fine introducta sunt, ut splendor familiæ conservetur & adaugeatur, *supra cap.7. num.1.* eademque possessor vel ejus hæres post mortem restituere tenetur, *supra cap.12 num. 21.sequent.& nu-*
11 *mer. 60.sequent.& num.71.sequentib.* Et sic feuda æquiparari fideicommissis, scribit post Signor de Homod. *cons.92. num.8.seq.* Schrader. *de feud.part. 10. sect.19.num.114.*

Ex

Ex quo etiam validum esse argumentum à feudis ad fideicommissa Familiarum Nobilium, tradunt Bursat. *consil.173. numer. 8. 57. & 58. libr. 2.* Dec. *consil.21.numer.8.vol.3.* Menoch. *consil.89. num. 65. lib. 1. & cons. 400. numer. 42. lib.4.* Decian. *respons.41. num.162. sequent. vol.1. & consil. 100. num.7. vol.3.* Joh. Cephal. *cons.445. num.33.* Vultej. *de feud. lib.1. cap.3. num.27.* Rosenthal. *de feud. cap.1. conclus.11. num.2. in not. lit. c.* Sicuti etiam vice versa, à fideicommisso ad feudum validum esse argumentum, docent Bald. *in l. qui se patris. num.9. C. unde lib.* Alex. *cons.13. num.7. & cons.19. num.14. vol.5.* Ruin. *consil. 17. num. 11. & cons.38. num.16. vol.1.* Menoch. *consil.16. num.3. & cons.88. num.65. lib.1. & cons. 519. num.19. vol.6.* Dec. *cons.445. num.56.* Rosenthal. *d. conclus.11. num.2. in not. lit. d.* Vultej. *d. num.27.* Matth. de Afflict. *in prælud. feud. num.178.* Schrader. *consil. 3. num.9. & cons.6. num.28.* idque clarum esse respondit Menoch. *cons.124. num. 39. lib.2.* hocque argumentum receptum esse, scribit idem Menoch. *cons. 400. num.42. vol. 4.* 12

III. Renunciationes fœminarum Nobilium, quæ unico hoc fine fiunt, quo bona in familia conserventur, eademque inde illustrior & splendidior efficiatur, ut dictum est *supra cap.7. numer.61.* & pluribus dixi *in tract. de ord. Equestr. jurib. lib.1. cap.12.* ubi etiam bona hæc, quibus fœminæ sorores renunciarunt, à fratribus & aliis masculis descendentibus in præjudicium ipsarum alienari non posse, eoque nomine fratres cautionem præstare teneri, demonstravi. 13

IV. Confraternitates, sive pacta & fœdera successoria, Erb-Verbrüderung/Erb-Vereinigung/ quæ ideo introducta, ut territoria & provinciæ in manibus illustrium familiarum remaneant, & Domini certos Principatuum suorum successores habeant, *supra cap.7. n.60.* Et hæc pacta ad principum & illustrium familiarum conservationem maximè conducere, scribit Ant. Coler. *de jur. Imper. sect 70.* Joh. Casp. Güttich. *de confraternit. conclus.7. lit. b.* Schönborn. *2. polit. 13* Muscul. *de confratern. conclus.10. & 19.* Nam Principes & aliæ personæ illustres, hoc modo contrahentes & paciscentes, perindè habentur, ac si legitimi & naturales essent fratres, una progenitorum agnatione producti, ita ut alterius stirpe extincta ad alterum Principatus & ditiones hæreditario quasi jure devolvantur, Muscul. *de confraternit. conclus. 46.* Hinc etiam, quemadmodum hæc familiarum fideicommissa alienari nequeunt, ita nec ditiones & provinciæ confratrum imminui, alienari vel in alium statum, absque alterius consensu, transferri possunt, ut Saxoniæ Dux olim anno 1552. fuit protestatus, im Außschreiben/warumb er zur Kriegs-Rüstung getrungen. §. zu geschwei- 14

geschweigen/ *vers.* Zu dem/ daß auch wir / vnd das Hauß zu Sachsen / vermöge ei-
ner Erb-Verbrüderung/ auff dem Fürstenthumb Hessen/ im fall/ daß es ohne mann-
lichen Erben zukünfftig stünde/ ein mercklich es interesse haben / ꝛc. Eademque ra-
tione, cum à Carolo V. pactum Hennebergicum confirmaretur, consensum
confœderati Principis Landgravii requisitum fuisse, ex rescripto confirma-
torio constat, quod refert Reusner. *cons. 3. n. 48.* Musculus *de confratern. con-*
15 *clus 51.* Et hæc pacta successoria alienationis prohibitionem inducere, adeò,
ut licet alienatio expresè inhibita non reperiatur, tacitè tamen id actum in-
telligatur, Besold. *1. differt nomico-polit. 13. num. 8.* Betsius *de pact. famil. illustr.*
cap. 5. fol. 123. Güttich. *de confraternit. conclus. 8. lit. d.* confer quæ dixi *in tract. de*
ord. equestr. jurib. lib. 1. cap. 10.
16 Has tamen confraternitates, à fideicommissis familiarum distare, mani-
festum est, cum illæ inter diversas familias ineantur, & una demum familia
extincta, successio locum habeat; hæc verò in una eademque familia dunta-
xat, & quamdiu illa durat, obtineant.
17 *V.* Idem etiam videtur esse, quoad bona Ganerbinatus, quia inter hos
etiam ut plurimmum esse solet mutua successio, quod scilicet integræ familiæ
Ganerbiorum jure utantur, certo modo agnatus agnato succedat, & familia
alicujus extincta, bona illius universa castro cedant, Remig. Fesch. *de fœderib.*
18 *conclus. 25. lit. C.* Musculus *de confraternit. concl. 40.* Indeque Ganerbium, sive
condominum partem suam non posse vendere, vel in alium, maximè poten-
tiorem, alienare, tradunt Boër. *decis. 320 n. 10.* Gail. *2. obs. 69. n. 22.* ita, ut etiam-
si alter alterum vi expellat, expulsus tamen id facere nequeat, Bart. *in l. cum al-*
legas. C. ne fisc. vel Respubl. & ibi Paul. de Castr. de quo vide plura *in tract. meo*
de ord. Equestr. jurib. lib. 1. cap. 11.
19 *VI.* Affinia quoque his fideicommissi bonis sunt, bona avita, quæ etiam
de jure Saxonico alienari nequeunt, *supra cap. 1. num. 15.* Quod etiam statuto
Lubeccensi cautum, ne scilicet res patrimoniales, sive hæreditariæ, Erbgüter/
sine consensu hæredum, sive cognatorum proximiorum alienentur, de quo
Ern. Cothm. *1. resp. 40. & 3. resp. 11. 12. 44. & 45. per tot.* Et simile statutum Lu-
neburgense esse, von Erb- vnd Stammgütern/ refertur in Altorf. *respons. 55.* §. in
grössers Ansehen. *fol. 256. & resp. 56.* §. über das alles. *sequent. fol. 285.* Wehner. *pract.*
observ. verb. Erbgüter.
20 *VII.* Idem est, quoad statuta, fœminas propter masculos excludentia,
hosque solos ad successionem addmittentia, cujusmodi statuta generaliter
per Italiam vigere, ac Italos maximè agnationi & familiæ favere, scribit post
Ca-

Castrens. *cons.274.lib.* Tuschus *lit. C. conclus.819. num.3.* ac talia statuta & consuetudines favore agnationis inventa esse, ex Flor. de S.Petro. *cons.14. num.4. in fin. addit.* Tusch. *d. n.3.* eademque publicam utilitatem concernere, licet non sint æqua, quia per masculinam prolem conservatur æterna memoria, dicit Castrens. *cons.83. lib.2.*

VIII. Affinitatem cum his familiarum fideicommissis habent fideicommissa vulgaria, ita, ut omnia, quæ in his observantur, etiam in illis locum habeant, nisi diversa ratio obtineat, uti ex passim adductis constare potest. Diversitas autem in eo potissimum spectatur, quod familiæ fideicommissa sint perpetua, & fœminas excludant, quod in fideicommissis vulgaribus secus se habet. 21

IX. Affinia sunt alia bona restitutioni obnoxia, verfangene Güter / ita enim multis Germaniæ locis, præsertim Sueviæ & Brisgojæ, consuetudine & statuto receptum est, quod uno ex conjugibus defuncto, omnia bona immobilia tam superstitis, quàm defuncti, fiant liberis affecta, & restitutioni obnoxia, ut citra consensum magistratus, & causæ agnitionem, alienari non possint, sed liberis reservanda & relinquenda sint, quod vocatur Verfangenschafft / verfangen Recht / Verfangenschafft-Recht / Gylmann. *sympho r. tom.3. verb. consuetudo, vers.* verfangen Recht / ubi ait: Verfangen Recht est, quàndo mulier transit ad secunda vota, tunc omnia sua bona mobilia & immobilia, & à marito relicta, sunt affecta liberis primi matrimonii, ipsa verò secundo marito adfert bona mobilia, & usumfructum in immobilibus cujus lucrum & emolumentum potest relinquere liberis secundi matrimonii, & si quæ habet mobilia, quod etiam scribit, Wehner. *pract. observ. verb.* verfangen Recht. Tileman. de Benign. *in apospasm. syndr. pent.4. observ 39.* Rudinger. *lib.5. observat.8.* Scipio *in decis. rot. Spirens. lib.2. decis. 203.* Adam Keller. *de offic. jurid. polit. lib.2. cap.10. & cap.12.* Schrader. *consil. contract. 7. num. 17. fol.208.* ubi ait, quod superstes conjux, si ex defuncto marito liberi præstò sint, nec pacta dotalia reperiantur, cogatur omnia immobilia liberis illis relinquere, cum onere tamen, hoc est, deducto ære alieno. Et talia bona superstes, nec oppignorare, nec ullo modo alienare potest, citra consensum magistratus & præviam cognitionem, id est, cum diligenti causæ cognitione, scilicet, si alimentorum ratio hoc poscat, cum liberi teneantur alere parentes inopes, *l. si quis à liberis. in princ. & §. non tantum. ff. de agnosc. & alend. liber.* Et hoc jus de bonis liberis primi matrimonii affectis, & restitutioni obnoxiis, das Verfangenschafft-Recht / passim in Sueviâ, veluti Rotwi- 22

23 læ, Uberlingæ, Cellæ, Ratolphi, Engæ, &c. usurpari, testatur Wehner. *d. verb.*
verfangen Recht.

Idem etiam apud nos Eslingæ observatur, non tantum in uxore, sed e-
tiam in marito ad secunda vota transeunte, ubi tamen conjugi superstiti, si
nolit hoc jure bonorum affectorum, deß Verfangenschafft-Rechtens/ uti libe-
rum est, bona omnia, tam propria, quam conjugis defuncti cum liberis ex
partibus æqualibus dividere, & tantum quantum unus ex liberis einen Kinds-
Theil/ proprio jure recipere: Et inter bona affecta, verfangene Güter/ refe-
runtur ibidem, Hauß/ Hof/ Scheuren/ Kelter/ mit Faß/ Liegerling/ vnd Kälter-
Geschirr/ Faß vnd Eisen Reiff/ Faß-Ketten/ Hauß-Seil/ Bronnen-Kettinen/oder
Bronnen-Seil vnd Aimer/ vnd allem/ so Wand vnd Nägel fasset/ mit Wiedt/ vnd
Nagelfesten/ eingemawret/ oder eingenagelt ist/ vnd zu Zeit deß zu ersten abgeleibten
Ehegemächts vorhanden gewesen. 2. Alle Aecker/Wiesen/Gärten/Weingart/Eger-
ten/ Waldung/ vnd ins gemein alle unbewegliche ligende Güter/ mit jhren dazu ge-
ordneten gehörigen Bestands-Rechten/ Gerechtigkeiten/ Dienstbarkeiten vnd Zuge-
hörden. 3. Die ewige Wein-Korn-Frucht-Gelt- und Eisen-Gülten/ bey welchen
weder dem Gült-Herrn die Aufftündigung/ noch dem Gültmann die Ablösung ge-
bühret. 4. Die rechtmässige Schuld vnd Zieler von verkaufften ligenden Gütern her-
rührend. 5. Von gantzem Haußrath/ Lein- vnd Betth-gewand/ vnd von deß verstor-
benen Ehegemächts Kleidern/ solle jedem Kind so viel/ als dem überlebenden Ehege-
mächt/ vnd dem überlebenden Ehegemächt so viel als jedem Kind gebühret/ vnd der
Kinder Theil zu der Verfangenschafft gerechnet/ ordentlich beschrieben vnd geschätzet/
vnd solche Verfangenschafft bey dem überbliebenen Ehegemächt biß auff seinen Todt-
fall/ ohne Schwächung vnd Ringerung erhalten/ auch der befundene Abgang nach
deren bey der Inventation beschehener Würdigung/ ersetzet vnd gut gemacht wer-
den/ꝛc. Inter mobilia verò bona prædicto statuto Eslingensi recensentur,
Baarschafft/ Silbergeschirr/ gemeine lauffende Schulden/ so nicht von verkaufften li-
genden Gütern herrühren/ verfallene vnd betagte Zinß/ ablösige Renth/ Gülthen/ Roß/
allerley abgelegte Erndt-Frucht/ von Wein/ Frucht/ Kraut/ Obs/ Hew/ Embt/
gefällt Holtz/ Handwerck- vnd Krämer-Waaren/ item, an Haußrath/ Leinwath/
vnd Betth-gewand/ vnd an deß verstorbenen Ehegemächts Kleidern/ der hie oben
dem überbliebenen Ehegemächt außgesetzte Theil/ neben dem gerüsteten Ehe-Betth/
vnd alles anders/ so beweglich getrieben/ oder getragen werden mag. Quod si quo-
que post mortem alterutrius conjugis nulla, vel minima bona immobilia ad-
sint, & pretiosa mobilia reperiantur, jus bonorum affectorum, das Verfangen-
schafft-Recht/ locum non obtinet, sed hæreditas inter conjugem superstitem
& libe-

& liberos æqualibus partibus dividenda venit, ita tamen, ut conjunx superstes in partibus liberorum ad dies vitæ usumfructum obtineat.

X. Pertinent huc quoque bona dotalia, quamvis enim constante matrimonio horum maritus sit dominus, ea tamen alienare non potest, sed soluto matrimonio eadem uxori ejusve hæredibus salva & illæsa restituere tenetur, *tot. tit. ff. solut. matrim. dos quemadm. pet.* 25

CAPUT XVI.

De Contrariis, seu modis, quibus fideicommissa Familiarum Nobilium dissolvuntur.

Summaria.

1. *Nihil adeo firmum, quod non fiat caducum & occiduum.*
2. *Generatio præterit, & advenit.*
3. *Nihil inter homines stabile, quod non patiatur mutationem.*
4. *Nullum imperium æternum, imperia omnia sunt mortalia.*
5. *Sunt etiam oppidis, ut hominibus sua fata.*
6. *Ipse sol deficit, luna laborat & tabescit.*
7. *Fluviorum mortes scriptores narrant.*
8. *Quæ principium habent, ipsis quoque suus est finis.*
9. *In Austria intra sex centos annos mille & quingenta, & amplius Nobiles familiæ extinctæ.*
10. *Quemadmodum in singulorum hominum ætatibus, ita in omni populo, in omni statu sui sunt natales.*
11. *Fideicommissa finiuntur & intereunt, I. si fideicommissi bona casu aliquo fortuito, & absque culpa & dolo fideicommissarii intereant.*
12. *Ususfructus rei interitu amittitur, sicuti & emphyteusis & feudum.*
13. *Ita, ut si res fideicommissaria pro parte pereat, pro parte tantum ista, si verò in totum, totum quoque fideicommissum intereat.*

14. Destructo principali, corruit accessorium.
15. Sublata substantia, accidens quoque interit.
16. Quando culpâ possessoris res fideicommissaria perit, possessor damnum culpâ datum resarcire tenetur.
17. II. Extinguitur fideicommissum, si familia finiatur, & intereat.
18. Cessante causâ cessat effectus.
19. Cessante causâ & ratione prohibitionis & exclusionis deficit ipsa prohibitio & exclusio.
20. Idem est, si renuntiationis causa esset.
21. Causa alienationis prohibitæ cessante, alienatio permittitur.
22. Feudum certæ familiæ concessum, familiâ istâ deficiente, deficit.
23. Idem est in jure protectionis & patronatus.
24. Familiarum interitus sæpè fatalis existit.
25. Quod exemplis declaratur.
26. Imperium Romanum apud quosnam hactenus fuerit.
27. Imperiorum periodus fatalis.
28. Pleræque familiæ illustres singulares corporum formas, virtutes & vitia, quasi familiaria habent.
29. Habent quoque singulares affectus.
30. Albanorum familia glaucis oculis fuit.
31. Comites de Habspurg crucem auream in dorso ex utero matris exhibere feruntur.
32. Austriæ Archiduces mento oblongiore nascuntur.
31. Tyrannus in hâc familiâ non extitit.
32. Balbutientes si à Principe Austriaco osculum recipiunt, disertè loquuntur.
33. Galliæ Reges strumas, Kröpff/ sanant.
36. Idem innatum Comitibus de Habspurg.
37. De aliis naturalibus, genitivis & gentilitiis illustrium familiarum ac personarum, signis, stigmatibus, &c. remissivè.
38. Mortis conditio verificatur etiam in morte naturali.

39. III.

39. III. Dissolvitur fideicommissum institutoris revocatione, quando per ultimam voluntatem constitutum.
40. Nemo legem sibi dicere potest, ne à priore voluntate recedat.
41. Majoratum instituens eum revocare potest.
42. Privilegium gratis concessum sine causâ revocari potest.
43. Fideicommissa inter vivos constituta, quatenus ultimæ voluntati comparentur?
44. Fideicommissa per mortem instituentis confirmata, perpetuò irrevocabilia fiunt.
45. A contractu semel perfecto, alterutrâ parte invitâ, recedere non licet.
46. Donatio semel perfecta revocari nequit.
47. Traditio ex causâ ultimæ voluntatis facta, non facit rem irrevocabilem.
48. Quando fideicommisso per ultimam voluntatem, vel per donationem mortis causâ, constituto, pactum de non revocando intervenit, an irrevocabile fiat.
49. Quando contractus sui naturâ revocabilis, clausula quoq; accessoria revocabilis esse censetur.
50. Clausula ad executionem contractus apposita, ejus substantiam non alterat.
51. Clausulæ à Notariis apponi solitæ, nihil operantur, nisi constet contrahentium voluntate esse appositas.
52. Pacto fieri potest, ut mortis causâ donatio facta non revocetur.
53. Respondetur ad contraria, & glossæ authoritas reprobatur.
54. Clausula accessoria quatenus sequatur naturam dispositionis principalis.
55. Respondetur ad Clem. I. de præbend.
56. Notarius in dubio à partibus rogatus censetur, ut clausulas consuetas apponat.
57. Instrumenta ante subscriptionem & sigillationem à partibus legi & approbari solent.

58. *Quando pacto de non contraveniendo juramentum adjicitur, convalidatur.*

59. *Iuramentum contractui ſimpliciter adjectum, non alterat ejus naturam, ſed eandem ſequitur.*

60. *Revocari poteſt fideicommiſſum ab inſtitutore, 1. ex ſupervenientia liberorum.*

61. *2. Propter ingratitudinem & inimicitiam fideicommiſſarii adverſus inſtitutorem, exemplo majoratus.*

62. *Cauſæ gratitudinis recenſentur.*

63. *An ex ſimilibus, vel majoribus cauſis revocatio fieri poſſit.*

64. *Tres diſtinguuntur caſus, 1. quando ingratitudo ante fideicommiſſi inſtitutionem commiſſa, & ingratus nominatim & expreſſè ad id vocatus, ingratitudo & inimicitia remiſſa cenſetur.*

65. *Qui teſtatori eſt odioſus, ſub generali vocatione non continetur.*

66. *2. Quando poſt conſtitutum fideicommiſſum ingratitudo vel inimicitia ſuboritur, ab inſtitutore fideicommiſſum revocari poteſt.*

67. *An hoc caſu expreſſa revocatio requiratur, an verò tacita ſufficiat, diſtinguitur inter illos, quibus legitima debetur, vel non.*

68. *Formæ omiſſio actum nullum efficit.*

69. *Magis dignum, trahit ad ſe minus dignum.*

70. *Quando ingratitudinis cauſa talis, quæ indignum facit filium hæreditatis paternæ, filius fideicommiſſo privari poteſt, etiamſi à patre non ſit exhæredatus.*

71. *Ex inimicitiâ & cauſâ ingratitudinis ſuperveniente hæredis inſtitutio non revocatur, niſi talis ſit, ex quâ hæres ipſe indignus efficiatur.*

72. *Ius revocandi fideicommiſſum in ipſo inſtitutore eſt perſonaliſſimum, nec ad hæredes transmittitur.*

73. Hæc

73. *Hæc maximè procedunt, quando fideicommissi institutor ingratitudinem sciverit, & tempus revocandi habuerit, aliàs secus videtur.*
74. *Legata & fideicommissa ex causâ ingratitudinis supervenientis ipso jure, & absque aliâ voluntatis declaratione, revocata esse censentur.*
75. *Sive institutor sciverit, sive ignoraverit ingratitudinem.*
76. *3. Quando ingratitudo post mortem institutoris contingit, quatenus fideicommissarius fideicommisso privetur?*
77. *Post mortem testatori injuriam inferens legatum perdit.*
78. *Maritus & uxor simul testamento fideicommissum instituentes, unus post mortem alterius pro suâ parte id revocare potest.*
79. *Testamentum à marito & uxore factum, pro duobus testamentis habetur, sicuti patris & filii.*
80. *Superstes conjugum pro lubitu testamentum suum mutare potest.*
81. *Quando maritus & uxor unâ scripturâ primogenium instituunt, duo separata primogenia esse censentur.*
82. *In dubio præsumitur fideicommissa non esse revocata.*
83. *IV. Amittuntur fideicommissa ademptione in bonorum in pœnam, ceu indigno factam.*
84. *Incapax pro mortuo habetur.*
85. *V. Amittitur fideicommissum evictione.*
86. *VI. Uti & præscriptione, si ea ante fideicommissi institutionem cœpta.*
87. *Idem est, si fideicommissi dies advenerit, & successio delata sit, ac successor jure suo uti negligat.*
88. *Vel si alienatio nulla sit, & sequentes in gradu agere valentes taceant.*
89. *Quo casu longissimum tempus requiritur.*
90. *Adversus fideicommissi possessorem, vel illum qui agere potest, 30. vel 40. annis præscribi demonstratur.*

91. Ad-

91. Adversus agere nondum valentes non currit præscriptio.
92. Post mortem alicujus vocatus, ipso vivo agere nequit.
93. Improbum est, de viventis hæreditate sollicitum esse.
94. Nulla præscriptio currit, antequam actiones sunt natæ, & competere cœperunt.
95. In fideicommissis tot intelliguntur esse donationes & fideicommissa, quot ex eo sunt successiones.
96. Præscriptio contra possessorem, ipsi possessori, non verò ejusdem successori nocet.
97. Quod etiam in feudis obtinet.
98. Alienatione prohibitâ, etiam præscriptio prohibita censetur.
99. Non possunt dici impediri, qui impedimentum facilè removere, & agere possunt.
100. VII. Alienatione fideicommissum amittitur.
101. Quando totum fideicommissum alienatur, totum amittitur, secus quando pars tantùm alienata.
102. Conditio est individua.
103. Et ad minimum adimpleri debet.
104. Persona non potest offendi in parte.
105. Pœna non debet egredi metam delicti.
106. Vasallus partem feudi alienans, non totum feudum, sed partem tantùm alienatam amittit.
107. Idem in emphyteusi.
108. Quod fideicommissum alienari nequeat, propriè non est conditio, sed potius modus.
109. Rei alienatio personam non concernit.
110. Pœnam ex conventione in totum committi, de æquitate Canonicâ non procedit.
111. In alienatione nullâ, privationis quoque pœna locum obtinet.
112. Prohibitus alienare, ex alienatione jure suo cadit, quando traditio subsecuta.
113. Alienationis revocatio privationis pœnam non tollit.

114. Con-

114. Contra testatoris prohibitionem alienans, partem alterius, per mortem sibi delatam, petere nequit.
115. Non debet quis consequi beneficium ex eo, quod nisus est impugnare.
116. Quando is, cujus favore alienationis prohibitio facta, in vitâ rem alienatam non petiit, ejus hæres caducitatis pœnam prætendere nequit.
117. Pœna non declarata per authorem, non potest declarari per successorem.
118. Consentiens alicui ex prohibitis, quod alienare possit, ab aliorum portionibus non censetur exclusus.
119. VIII. Amittitur fideicommissum renunciatione.
120. Renunciari non potest fideicommisso conditionali, nisi certis quibusdam casibus.
121. Fideicommissi renunciatio favorabilis esse videtur.
122. Donatio non confertur in invitum.
123. Quilibet juri & favori pro se introducto renunciare potest.
124. Ad jura renunciata non datur regressus.
125. Iuri primogenituræ renunciari potest.
126. Sicuti etiam juri advocatiæ.
127. Vasallus feudum revocare potest.
128. Pontifex Pontificatui renunciare valet.
129. Imperatores Imperio renunciantes recensentur.
130. Gens Octavia & aliæ ad plebem se contulerunt.
131. Patris renunciatio filio in fideicommissis non nocet.
132. In dubio fideicommisso non censetur renunciatum.
133. IX. Amittitur fideicommissum abusu.
134. Propter abusum amittitur privilegium, emphyteusis, res locata, feudum, & ex parte Domini directum dominium.
135. Abusu amittitur jus protectionis, & regalia.
136. Uti & potestas domini in servos.
137. Propter asperitatem matrimonii vinculum solvitur.

138. *Abusu amittitur jurisdictio territorialis.*
139. *Bonus Princeps subditorum libertatem promovere & conservare tenetur.*
140. *Factus est Princeps propter bonum, non ut obsit, sed ut prosit.*
141. *Malum in Principe non potestas, sed tempestas est.*
142. *Princeps debet esse communis pater, & velut Deus in terris, cui nihil magis proprium, quàm humanitas.*
143. *Deus potentes potenter exquiret.*
144. *X. Amittuntur fideicommissa, quando leges & pacta adjecta non servantur.*
145. *Privationis pœna etiam hæredis hæredem obligat.*
146. *Et in foro animæ debetur.*
147. *Testatoris voluntas hæredes & fideicommissarios in conscientiâ obligat.*
148. *Si pacta non serventur, amittitur jus protectionis & feudum.*
149. *Nec refert, an privationis pœna adjecta sit expressè vel tacitè.*
150. *Non implens testatoris voluntatem, ipso jure sibi relictis privatur.*
151. *Ubi tamen facti vel non facti declaratio requiri videtur.*
152. *An in fideicommissis patris contraventio filiis noceat?*
153. *Exclusâ unâ personâ, alia quoque ab eâ derivata exclusa intelligitur, & quatenus procedat, num. 168.*
154. *Non debent admitti, quorum authores repelluntur.*
155. *Ius semel extinctum non reviviscit.*
156. *Iure feudali, ubi quis incurrit pœnam sibi comminatam, ipsius quoque descendentes excluduntur, quod in feudis speciale, numer. 170.*
157. *Hæredis odiosi descendentes, ipsi quoque testatori odiosi esse censentur, & contra n. 171.*
158. *Quando pater ob contraventionem exclusus, ipsius quoque filii exclusi intelliguntur.*
159. *Instituti magis dilecti intelliguntur, quàm substituti.*

160. Patris contraventionem in fideicommissis filiis non nocere probatur.
161. Factum cuique suum non aliis nocere debet.
162. Non debet esse in potestate hæredis, vel fideicommissarii, ut legatum vel fideicommissum non debeatur.
163. Pater filiis in fideicommissis præjudicare nequit, sicuti nec Princeps.
164. Pœna hæredi contravenienti imposita personam non egreditur.
165. Quando testator disponit cuinam contravenientis pars applicari debeat, id observandum est.
166. Quando nihil dispositum, privationis pœna parti obedienti cedit, & quidem primum substitutis.
167. Respondetur ad contraria.
168. Regula, quod radice infectâ, non producantur fructus, quatenus procedat?
169. Filius à jure patris exclusus, à proprio jure exclusus non intelligitur.
172. Authoritates autoritatibus opponuntur.
173. Testator in dubio juris communis dispositioni se accommodasse, & casus omissus juris communi decisioni relictus censetur.
174. Contraventionis pœna non committitur, nisi ex dolo & culpâ, & prorsus inexcusabilis sit.
175. Contraventionem allegans, eam probare tenetur.
176. Testatorum præcepta justa tantùm privationis pœnam merentur.
177. Quando utraque pars contravenit, pœnarum fit compensatio.
178. Dolus cum dolo, culpa cum culpâ compensatur.
179. Is, qui prior contravenit, pœnam petere nequit.
180. Ut quis propter contraventionem, vel non implementum fideicommisso privetur, an & quatenus interpellatio, & monitio necessaria sit?

181. XI. Amittitur & extinguitur fideicommißum, quando conditio deficit, vel non adimpletur.
182. Fideicommißum sub certa conditionis eventum constitutum, conditione eveniente extinguitur.
183. XII. Quando ad certum tempus constitutum, tempore isto eveniente, finitur.
184. Prohibitum ad tempus, post tempus illud conceßum intelligitur, & vice versâ, & seqq.
189. Nisi ratio adjecta etiam post tempus illud duret.
190. XIII. Finitur fideicommissum per sententiam judicis, si is pronunciet, rem fideicommisso non eße subjectam.
191. Non dicitur alienare, qui latâ sententiâ à judice cogitur rem victori restituere.
192. Per sententiam amittitur feudum, jus protectionis, Nobilitas, &c.
193. Ubi cautela quædam refertur & rejicitur.
194. An sententia contra Fideicommissi poßeßorem lata, aliis etiam agnatis & fideicommißariis, non citatis, noceat? Quod communiter affirmatur.
195. Ille tantùm citandus videtur, ad quem defensio principaliter pertinet.
196. Lis cum fideicommissi poßeßore cœpta, in succeßorem transit.
197. Collusio cum adversario, & lis negligenter tractata, fideicommissi succeßoribus non præjudicat.
198. Collusio quomodo detegatur?
199. XIV. Ex delicto & infamiâ, quomodo fideicommissum amittatur, remissivè.
200. XV. Et quomodo per vitam Venalitiariam.
201. XVI. Prohibitus alienare, non censetur prohibitus dividere.
202. Quando testator divisionem nominatim prohibuit, divisione factâ, fideicommissum amittitur.

203. Per

224. *Vel si promiserint, se nolle contravenire divisioni, occasione fideicommissi.*

225. *Si plura adsint fideicommissa, & dividentes unum reservent, contra num. 258.*

226. *Per simplicem divisionem fideicommisso conditionali non censeri renunciatum, communis Dd. est conclusio.*

227. *Etiamsi sit reciprocum, vel divisioni clausulæ prægnantes sint adjectæ, quæ tamen fideicommissi renunciationem apertè non demonstrent.*

228. *Origo cujusq; rei potissima pars, & mentem agentium denotat.*

229. *Clausulæ divisioni adjectæ ultra mentem agentium non sunt extendendæ.*

230. *Clausulæ appositæ secundum actum principalem ejusque naturam regulantur.*

231. *Clausula etiam generalissima non extendit sese ad ea, quæ non sunt specificata.*

232. *Separata sunt ipsa divisio & clausulæ ipsi adjectæ.*

233. *Unus actus non infert alium, qui ex eo necessario non sequitur.*

234. *Clausulæ ad robur divisionis tantum incidenter ponuntur, & tamdiu durant, quamdiu divisio.*

235. *Non expressa non nocent.*

236. *Imputandum est ei, qui fideicommissi remissionem apertius scribi neglexit.*

237. *Per genus speciei non derogatur, sed per speciem generi.*

238. *Renunciationes, remissiones, quantumvis generalibus clausulis vestitæ, futuræ successioni non præjudicant.*

239. *Clausulæ accessoriæ non debent esse potentiores ipso actu principali.*

241. *Declaratur l. qui Romæ.122.§.Duo fratres.fin. ff. de V.O.*

252. *Ex clausulâ liberæ alienationis divisioni adjectâ, tùm demùm fideicommisso renunciatum videtur, si alienatio & traditio secuta.*

253. Et

253. *Et hoc procedit in alienatione particulari.*
254. *Non censetur fideicommisso renunciatum, etiamsi divisio, ut transactio ex certa scientia fuerit facta.*
255. *Vel si facta sit divisio per sententiam judicis.*
256. *Vel per arbitrum Compromissarium.*
257. *Vel per patrem inter liberos.*
258. *Feuda absque Domini consensu dividi possunt.*
260. *Divisio futuros casus non comprehendit.*
262. *In divisione nominatim fideicommisso renunciari potest.*
263. *Etiamsi fideicommissi divisio prohibita, fructus tamen dividi possunt.*
264. *Fideicommissi renunciatio per divisionem facta, ipsos tantum dividentes obligat, non etiam alios agnatos.*
265. *Renunciatio fideicommissi per divisionem facta non valet, nisi visis & cognitis testamenti verbis.*
266. *Requiritur etiam scientia fideicommissi.*
267. *XVII. Quando fideicommissum est purum, vel purificatum, & successor id emat, ipsi fideicommisso renunciasse censetur.*
268. *Secus est quoad fideicommissum conditionale.*
269. *Ubi pretium solutum tantum repeti potest.*
270. *Ignorans rem fideicommissariam ab alio emens sibi non praejudicat.*
271. *XVIII. An & quatenus bona fideicommisso subjecta confiscari possint.*
272. *Hodie delinquentium bona non confiscantur, sed proximis agnatis reservantur.*
273. *Nisi in crimine haereseos & Laesae Majestatis, vel ubi statuto confiscatio introducta.*
274. *Alienationis prohibitio fisco fraudi esse non debet.*
275. *Fiscus est loco haeredis.*
276. *Simplicia fideicommissa confiscari possunt.*
277. *Bona, quae ut indigno auferuntur, fisco cedunt.*

278. In

278. *In Crimine læsæ Majestatis bona confiscantur.*
279. *Etiamsi ea à genere proveniant, quod declaratur n 359.*
280. *In crimine læsæ Majestatis etiam liberi bonis paternis privantur.*
281. *Iure Divino totas quandoque familias ob parentum delicta punitas esse, exemplis demonstratur.*
282. *Idem prophanis quoque declaratur historiis.*
283. *Ex quibus causis in crimine læsæ Majestatis?*
284. *In filiis paterni criminis exempla metuuntur.*
285. *Filius patri similis esse præsumitur.*
286. *Mali corvi, malum ovum, & qualia principia, talia principiata præsumuntur.*
287. *Pater plus diligit filium, quam seipsum.*
288. *Patres filiorum amore absterrentur à criminibus.*
289. *Macula patris inficit quoque sanguinem filiorum.*
290. *Læsæ Majestatis crimen atrocissimum.*
291. *Ob Crimen læsæ Majestatis paterna infamia & paupertas filios semper comitatur.*
292. *Bona, quæ in delinquentis dominio sunt, in confiscationem veniunt.*
293. *Ius in spe quæsitum, non est considerabile, & tolli potest.*
294. *Dominiorum distributiones in manu Principis esse dicuntur.*
295. *Confiscatio censetur esse species alienationis necessariæ, & quatenus, num. 364.*
296. *Prohibitio de non alienando per contractum, non impedit alienationem, quæ fit per delictum.*
297. *In fiscum transit jus patronatus.*
298. *Propter crimen læsæ Majestatis jus primogenituræ amittitur.*
299. *Feuda ex crimine læsæ Majestatis confiscantur.*
300. *Emphyteusis quoque in confiscationem venit.*
301. *Testator non videtur prohibere posse, ne bona in fiscum transeant.*
302. *Non valet conventio, ne propter ingratitudinem donatio revocetur.*

303. Vel

303. Vel ne propter feloniam feudum ad dominum non revertatur.
304. Bona fideicommisso subjecta, in confiscationem bonorum venire, vulgo traditur.
305. Crimen læsæ Majestatis committentis non tantum bona confiscantur, sed etiam ædes ipsius diruuntur, & solo adæquantur, & quandoque totæ Civitates evertuntur.
306. Bono fideicommisso subjecta, in confiscationem non venire, demonstratur.
307. Jura libertorum non confiscantur, & n. 308.
308. Sicuti nec feuda Ecclesiæ.
310. Ius patronatus ad fiscum transit, & n. 311.
312. Fideicommissi bona non à patre, sive delinquente, sed à genere, & jure sanguinis proveniunt.
313. Filius & alii agnati, ob delictum patris, vel alterius agnati, non amittunt ea bona, quæ non à patre, vel possessore, sed ab alio majore, vel à genere, & jure sanguinis habent.
314. Ius alicui quæsitum ex ultima voluntate, vel fideicommisso, Princeps tollere nequit.
315. Quæ jure singulari & ex speciali institutoris dispositione ad agnatos transeunt, in publicationem bonorum non veniunt.
316. Fideicommissi successor ex vitio prædecessoris non tenetur.
317. Propter delictum parentis bona liberis non sunt auferenda.
318. Pœnæ & delicta suos tantum tenere debent authores, & nemo alterius criminis successor constituendus, &c.
319. Paternum crimen nullam maculam filio infligere debet.
320. Iure divino filius non portabit iniquitatem patris.
321. Acerbum est, parentum scelera filiorum pœnis lui, quod exemplis demonstratur.
322. Melius vitiosæ partes sanantur, quam exsecantur.
323. Consuetudo irrationabilis, legibus, & sacris literis contraria, non valet.
324. Navis inscio domino, illicitis mercibus onusta, non confiscatur.

325. Hæreticorum bonis confiscatis, salva manent jura Dominorum.
326. Decurionis alienæ servæ nuptiis se conjungentis bona non confiscantur, si in potestate patris adhuc existat.
327. Factum cuique suum, non aliis nocere debet.
328. Qui contrahendo præjudicare nequit, is nec delinquendo id facere potest.
329. Publicatio bonorum alienationi æquipollet.
330. Nemo alieni criminis infortunio jus suum perdere debet.
331. Delictum voluntaria quædam alienatio videtur.
332. Non debet in fideicommissarii potestate esse, fideicommissum evertere.
333. Regula illa, quod prohibitus alienare, prohibitus quoque censeatur omnem actum facere, ex quo alienatio sequi potest, etiam in legali alienatione procedit.
334. Quæ in extraneos hæredes non transeunt, in confiscationem non veniant.
335. Fiscus in bonis delinquentis successor hæredis extranei loco est.
336. In fiscum bona publicata cum omni causa, onere & conditione transeunt.
337. Fiscus ad debita & onera hæreditaria tenetur.
338. Onus alendi & dotandi ad fiscum transit.
339. Emphyteusis Ecclesiastica in fiscum non defertur.
340. Idem est in emphyteusi privata, si illa ad extraneos non transeat.
341. Feuda ad hæredes extraneos à primo adquirente non descendentes, non transeunt.
342. Feuda bonis confiscatis ad fiscum non pertinent.
343. Ne quidem in crimine læsæ Majestatis.
344. Sed vel ad dominum vel agnatos transfertur.
345. Ius majoratus & primogonituræ in confiscationem non venit.
346. Sicuti nec dos, nec bona uxoris propter delictum mariti.

347. Nec filiifam. peculium profectitium.
348. In dubio benignior sententia & interpretatio recipienda.
349. In dubio contra fiscum respondere licet.
350. Valida est testatoris prohibitio, ne bona in fiscum transeant.
351. Bona alienari prohibita, & fideicommisso subjecta, in bonorum confiscationem non venire, communior & verior Dd. est conclusio.
352. Ad contraria respondetur, & quidem ad l. filiusfamiliás, 114. §. Divi. 14 ff. de legat. 1.
353. Fideicommissum vulgare, & quod ad extraneos transit, confiscari potest.
354. Diversa est ratio fideicommissorum simplicium, & eorum, quæ pro familiæ conservatione constituta.
355. Quando maritus uxorem interficiens, ejus hæreditate se indignum facit, ea non in fiscum, sed uxoris hæredes transit.
356. Quando hæreditas indigno aufertur, & fisco cedit, fiscus legata & fideicommissa solvere tenetur.
357. Bona cum onere caduca fiunt.
358. Feuda quare in confiscationem bonorum non veniant?
360. Quæ singulari jure, & contra juris regulas introducta, ad consequentias non sunt producenda.
361. Filii crimen læsæ Majestatis committentium & rebellium, ad hæreditates & alia bona, quæ ipsis ab intestato, vel ex testamento deferuntur, admittuntur.
362. Infames ex alieno delicto à fideicommissis non sunt arcendi.
363. Bona illa, in quibus quis temporale dominium, & ad dies vitæ usumfructum habet, in confiscationem non veniunt.
364. Ius primogenituræ propter delictum amissum, ad proximiores agnatos devolvitur.
365. Idem est, quoad feuda.
366. Emphyteusis ad extraneos hæredes transitoria in confiscationem bonorum venit.

368. *Qui jure suo utitur, aliis non facit injuriam.*

369. *Ex multitudine authorum non judicandum, quid melius, aut æquius sit.*

370. *Confiscatio bonorum fideicommisso subjectorum, an valida sit, quoad vitam delinquentis? Pro cujus affirmatione leges adducuntur, n.371. & 372.*

371. *Fideicommissum sub conditione mortis relictum, verificatur in morte naturali, non verò civili.*

374. *Ea, quæ in extraneos hæredes transeunt, in bonorum confiscationem veniunt.*

375. *Vasalli bonis confiscatis, feudi quoq; fructus ad fiscum transire, quamdiu vasallus vixit, nonnulli statuunt.*

376. *Bona fideicommisso subjecta quamdiu delinquens vivit, quoad usumfructum in fiscum transire, alii sentiunt.*

377. *Fructuum commoditates cum jure dominii conjunctæ, & ab eo inseparabiles sunt.*

378. *Fructus rei dominium sequuntur.*

379. *Usus est pars rei.*

380. *Prohibitus alienare, nec partem alienare potest.*

381. *Nec jus in re in alium transferre potest.*

382. *In fideicommissis puris statim post alienationem, etiam per delictum purificata est fideicommissi conditio, nec morte alienantis vel delinquentis expectata, substitutus admittitur.*

383. *Fideicommissum statim, alienatione in extraneum secutâ, vindicari potest.*

384. *Propter crimen aliquod damnati, ut bona ipsorum publicentur, pro civiliter mortuis habentur.*

385. *Capitali condemnatione hæredis gravati secutâ, purificatum dicitur fideicommissum, & substitutus statim admittitur.*

386. *Quod bonis delinquentis confiscatis fideicommissi bona statim à fideicommissi successoribus vindicari possint, nec quoad usumfructum in vitâ delinquentis fisco cedant, doctorum authoritatibus comprobatur.* 387.

387. Respondetur ad l. peto. 69. § prædium. 1. ff. de legat. 1. & ad l. Statius. 48. § 1. ff. de jur. fisc. & distinguitur inter fideicommissum in casum & conditionem tantùm mortis, & inter id, quod purum, & in casum quoque alienationis, & ut bona in familiâ permaneant, constitutum.

388. Fideicommissarius in bonis fideicommissi non habet usumfructum formalem, sed causalem, & ab ipso dominio i separabilem.

389. Bona fideicommisso subjecta, in confiscationem veniunt, 1. quando ipse institutor delinquit, & bona ipsius confiscantur.

390 2. Quando alienationis prohibitio in ipsius tantùm delinquentis faverem facta, vel ipsi nullus alius substitutus datus.

391. 3. Quando fideicommissum in delinquentis personâ finitur, & nulli alii agnati supersunt.

392. 4. Tacita alienationis prohibitio fiscum non excludit.



Ihil adeò firmum ac perpetuum effici posse, quin ex pluribus causis caducum & occiduum imposterum reddatur, satis manifestè demonstrat *Salomon Ecclesiastes cap. 1. vers. 2.* ibi: *Vanitas vanitatum & omnia vanitas.* & *vers. 4.* ibi: *Generatio præterit, & generatio advenit, &c.* Nihil in rebus humanis stabile est, sed circulus quidam res nostras circumrotat, aliasque aliter fert mutationes, sæpius in die uno, nonnunquam etiam in horâ, ut ait Gregor. Nazianzen. *orat. 16.* Sicque naturâ comparatum est, ut nihil perpetuò maneat, sed in temporis ambitu omnia motu quodam orbiculari mutentur, inquit Socrates *in Republ. Plat.* Quidam disponunt etiam illa, quæ ultra vitam sunt, moles magnas sepulchrorum, & operum publicorum dedicationes, sed ea omnia caduca sunt, quid enim immortale manus mortales fecerunt? scribit Seneca *lib. 1. de vitæ brevit.* Et quid erit stabile inter homines, & ita immobile, ut nullam patiatur mutationem; cùm omnis noster status super perpetuo motu consistat, ut ait *Imperat. Justin. in Novell. 7. cap. 2. in princ.* Nam juxta Manlium:

Omnia mutantur mortali lege creata:
Nec se cognoscunt terræ vertentibus annis
Exutas variam faciem per secula gentes.

Imò nullum Imperium æternum, nullum Imperium sine fine datum,
nulla urbs cum prima ab initio condita, nulla Roma, nulla Constantinopo-
lis æterna, mortalia imperia omnia, Warem. ab Erenberg. *medit. pro fœder.*
5 *cap.1. num.2.* Et, ut inquit Crantzius *lib.1. VVandal. cap.1.* Sunt etiam oppi-
dis, ut hominibus sua fata, sunt stata tempora, quibus evolutis paulatim deci-
dunt, juxta Manlium *lib.4.*

Quid numerem eversas urbes regumque ruinas,
Inque rogo Crœsum, Priamumq; in littore truncum,
Cui nunc Troja rogas. - - -

Et secundum Ovid.

- - - *Sic omnia verti*
Cernimus atque alias assumere robora gentes.
Concidere has.

Et Propert.

Magni sæpè Duces, magni cecidere Tyranni:
Et Thebæ steterant, altaq; Troja fuit.

Ipse sol deficit, luna laborat ac tabescit, sidera cadunt, Lipsius *lib.1. de Con-*
6 *stant. cap.16.* Adeò, ut etiam fluviorum mortes narrent scriptores, & flumina
7 in Italia in contrarias partes fluxisse quædam tempore Cæsaris Augusti, refe-
rat Dion. *in Augusto.* Quæ enim principium habent, iis quoque suus est finis,
8 Petr. Gregor. Tholos. *de republ. lib.21. c.1. & 2.* Sylvius *lib.1. epist.155.* Atque hinc
9 etiam intra sexcentos annos in Austriâ mille & quingentos, atque amplius
Nobiles familias extinctas esse, refert Nicol. Burwinkhausen/ *apud Ducem Fri-*
10 *deric. Achill. in orat. pro German. fol. 890.* Quemadmodum enim in singulo-
rum hominum ætatibus, sic in omni populo, in omni statu sui sunt natales,
sunt certi incrementorum gradus, est consistens vigor, est fictum aliquid &
caducum, quod sensim tendit ad fatalem metam, qnod pluribus demonstrat
Caspar. Klock. *de contribut. cap.7. num.134. & aliquot sequent.*

Quamvis ergò fideicommissorum familiarum Nobilium institutores
velint eadem esse perpetua, & bona iisdem subjecta perpetuò in familiâ con-
servari debere, ex pluribus tamen causis & casibus evenire solet, ut ea tol-
lantur, & in nihilum redigantur, sicuti ex subsequentibus videre licet, ve-
11 luti 1. si bona fideicommisso subjecta casu aliquo fortuito, vel absque culpâ
& dolo fideicommissarii pereant, Vincent. Fusar. *de fideicom. substit. quæst. 520.*
12 Exemplo ususfructus, qui rei interitu amittitur, *l. repeti. 5. §. rei mutatione.*
2. l. caro 30. ff. quib. mod. ususfr. amit. l. corruptionem. 16. §. 1. C. de usufruct. princ. I.
eod.

eod. & emphyteuseos, *l. 1. C. de jur. emphyt.* Sicuti etiam feudum ejusque ob-
ligatio & servitia rei feudalis interitu amittuntur, Alex. *consil. 112. per tot. lib. 1.*
Jason. *in l. 1. num. 80. seq. C. de jur. emphyt.* Gail. *2. observ. 23. num. 12.* Rosenthal. *de
feud. cap. 8. conclus. 19. num. 17.* Wesembec. *de feud. cap. 14. num. 2.* Joh. Gœdd. *3.
Marpurg. cons. 33. n. 148.*

Ita quidem, ut si tota res fideicommissaria intereat, totum quoque fi-
deicommissum, si verò pars tantùm aliqua, pro parte tantùm istâ amittatur 13
& extinguatur, exemplo rei emphyteuticæ, *l. 1. & ibi* Jason. *num. 13.* & Bald. *C.
de jur. emphyt.* Valasc. *de jur. emphyt. quæst. 27. num. 1.* & usufructus, *l. exce-
pta. 14. ff. quib. mod. usufr. amitt.* uti & feudi, Gœdd. *d. consil. 33. num. 149. seq.*
Quod enim juris est in toto, quoad totum, idem quoque est in parte, quoad
partem, *l. quæ de tota. ff. de rei vindic.* Hujusque conclusionis ratio est, quod
non entis, sive rei amplius non existentis, nullæ sint considerationes, nullæ
qualitates, nullaque accidentia, *l. ejus, qui in provincia, & ibi* Jason. *num. 3.* 14
ff. si cert. petat. l. Pomponius. §. fin. ff. de adquir. poss. l. homo mortuus. ff. de V. O.
Menoch. *cons. 100. num. 147.* Gœddæ. *4. Marpurg. cons. 16. num. 101. & consil. 17.
num. 106. & cons. 48. num. 306.* nullaque actio, nulla possessio, nulla causa, nullus
usus, gloss. *in c. bonæ memoriæ. X. de elect.* Cravet. *cons. 747. num. 22.* Gœddæ. *d.
cons. 17. num. 108.* & destructo principali, corruat quoque accessorium, *l. si usus-
fructus. ff. quib. mod. ususfruct. amitt. l. pater. §. Tusculanus. ff. de legat. 3. l. cogni-
tionum. §. consumitur. ff. de var. & extraord. cognit.* Bart. *in l. fin. num. 24. ff. de
colleg. illic.* ac sublatâ substantiâ, necesse sit accidens interire, *l. si servum. §. 1.* 15
ff. de act. empt. §. fin. l. de usufruct. Bald. *cons. 321. per tot. vol. 4.* sublatâ enim re, in
quâ veluti suo subjecto jus aliquod est, ipsum etiam jus, tanquam ejus rei ad-
junctum tolli, ipsa logica ratio suadet, indeque destructo castro, territorium
quoque castri destructum & extinctum censeri, concludit Alex. *cons. 43. 2, vol. 1.*
Curt. sen. *cons. 60. n. 4.*

Et hæc quidem procedunt, si res fideicommissaria casu aliquo fortuito, 16
& citra dolum & culpam fideicommissarii intereat, secus autem si ejusdem
culpa interveniat, tunc enim damnum culpâ datum resarcire tenetur, ut di-
ctum est *supra cap. 12. n. 60. seq.*

II. Finitur & extinguitur fideicommissum, si familia, in cujus favorem 17
& conservationem constitutum est, finiatur & intereat, quia hoc casu, causa
& ratio ipsa fideicommissi constituti, familiæ nimirum conservatio, & in ea-
dem bonorum perpetua conservatio cesset, & sic ipsa dispositio, alienationis
prohibitio, & fœminarum exclusio cessabit, generalis enim est regula, quod
cessante causâ cesset effectus, *c. cum cessante. X. de appellat.* Tiraquel. *tract.* 18

cessan-

cessante caus. Decian. *cons. 22. num. 57. & cons. 56. num. 41. vol. 4.* Menoch. *con-*
sil. 373. num. 10. vol. 4. & validum esse argumentum à remotione rationis, &
causæ, in qua conclusio fundatur, respondet Honded. *1. consil. 40. numer. 34.*
Hinc cessante causâ dispositionis ipsa quoque dispositio cessat, Menoch.
consil. 362. numer. 33. vol. 4. & cessante causâ privilegii, cessat ipsum privile-
19 gium, Menoch. *cons. 702. num. 8. & consil. 744. num. 13. vol. 8.* ac cessante causâ
& ratione prohibitionis, deficit prohibitio, *l. 1. C. si rector. prov. c. & si Chri-*
stus. X. de jurejur. l. cum pater. §. mando. ff. de legat. 2. l. Titio centum. in princ.
ff. de condit. & demonstr. Decian. *cons. 27. num. 37 vol. 3.* Jason *in l. is cui bo-*
nis. num. 18. ff. de V. O. & in l. filiusfam. §. Divi. ff. de legat. 1. Wesembec. *consil.*
43. num. 171. Tiraquel. *tract. de caus. cessant. part. 1. num. 227. seq.* Fusar. *de fideic.*
subst. quæst. 734. num. 2. Uti etiam quod causa exclusionis cessante, ipsa exclu-
sio cesset, docent per *l. instituta. l. pater filium. l. is qui ff. de inoff. testament.* De-
cian. *cons. 64. in fin.* Raudens. *cons. 2. num. 21. vol. 2.* Mich. ab Aguir. *apolog. part.*
3. num. 36. & in specie, favoris masculorum causâ cessante, ipsam quoque di-
spositionem in favorem ipsorum factam cessare, deducit per *l. fin. & ibi.* Cyn.
num. 3. C. de injur. Hondedæ. *1. cons. 63. num. 133.* In omnibus siquidem causis id
observatur, ut ubi personæ conditio locum facit beneficio, ubi ea persona de-
20 ficiente, beneficium quoque deficiat, *l. in omnibus. ff. de R. I.* Ex quo etiam re-
nunciationis causâ cessante, ipsa quoque renunciatio cessat, Bursat. *consil. 347.*
num. 3 vol. 4. Et quod renunciatio, à filia in favorem agnationis facta, cesset,
quando ipsa familia extinguitur, & sic causa cessat, probant Hondedæ. *1.*
cons. 29. num. 77. 78. & 108. seq. Schrader. *de feud. part. 10. sect. 9. num. 206.* Alb.
Brun. *de statut fœm. exclud. art. 10. num. 63. seq. & dixi ego in tract. de Ord. E-*
21 *questr. jurib. lib. 1. cap. 12.* Sicuti etiam causâ prohibitæ alienationis cessante,
alienatio permissa intelligitur, Bursat. *cons. 151. num. 11. libr. 2.* Surd. *consil. 77.*
num. 38. lib. 1. Hondedæ. *cons. 58. num. 14. seq. & cons. 42. num. 33. seq. lib. 2.* Fusar.
d. quæst. 734. num. 1.

22 Unde quoque feudum concessum certæ alicui familiæ, familiâ illâ de-
ficiente, ipsum quoque feudum deficit, Curt. jun. *de feud. part. 4. numer. 55.*
23 *vers. ego addo.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 11. num. 60. vers. octavus.* & jus prote-
ctionis certæ alicui generationi, vel familiæ competens, si omnes de fami-
liâ deficiant, ipsum quoque hoc jus deficere, probat Martin. Mager. *de ad-*
vocat. cap. 16. n. 133. Quod etiam de jure patronatus Ecclesiastico tradit post
Card. Zabarel. *in c. querelam. de elect.* Geminian. *cons. 32. n. 1.* Trevisan. *decis.*
Palat. Apostol. lib. 2. decis. 55. n. 44. Mager. *d. l. n. 134.*

De

De familiarum interitu notandum est, quod is sæpè fatalis existat, ex- 24
perientia enim comprobatum est, in Principum & Illustrium, imò etiam privatorum familiis, succeßionem certâ sæpè periodo circumscriptam esse, quâ decursâ exspirent, & parentum dignitas aut in liberis extinguatur, aut in nepotibus, abnepotibus & trinepotibus desinat, Schönborn. *libr. 1. polit. cap. 10. fol. 79.* quod exemplis comprobat Richter. *œconomic. axiomat. 21.*

Ita enim Cambyses dignitatem à patre acceptam, non ad hæredes suos, 25
sed extraneos transmisit. Et Alexander, Asiæ domitor, Philippi Patris gloriam secum tumulo recondidit. Marcus ille Antoninus, quo nullus doctior extitit Imperator. Commodo filio gloriam pepererat, quæ tamen in ipso extincta. Crassus ille, quo nemo fuit locupletior, unà cum filio, quem hæredem fore speraverat, à Parthis interfectus est. Davidis potentia floret cum familiâ Salomonis, quo mortuo, regni fit dilaceratio, amißis decem tribubus, quæ postea peculiare regnum in Samariâ condiderunt. Imperator Vespasianus filium Titum successorem habuit, quo mortuo Imperium Romanum à familiâ Vespasiani ad alios transiit. Post Marcum Antoninum Imperatorem succeßit Commodus, cum quo dignitas in filium propagata defecit.

Imperium Romanum penes quatuor fuit gentes, Francos, Saxones, 26
Suevos, Austriacos. Post Ludovicum IV. Imperatorem, Arnolphi filium, Caroli trinepotem, Imperium, quod virtute suâ pepererat & stabilierat Carolus, de illâ familiâ excidit, & ad Saxones transiit. Saxonum gubernatio rursus cum Henrico Claudo, Henrici Aucupis primi ex hâc familiâ Imperatoris abnepote ex Henrico filio, quem Ottoni III. ejusdem Aucupis adnepoti ex Ottone Magno, consentientibus suffragiis electum, Imperii Principes surrogârunt, & cum eo gubernatio finita, ad Conradum Francum cognomento Saliquum, Hermanni Francorum Ducis filium rediit. Conradi Saliqui posteri Imperii possessionem retinuerunt, usque ad Henricum V. Conradi abnepotem, quo sine liberis extincto, Francica prosapia intercidit. Hâc extinctâ ex Suevicâ gente Conradus III. Friderici Sueviæ Ducis in Hohenstauffen/ primus ad Imperium evectus, idque in fratris filium, & ex hoc natos, usque ad Carolum IV. ab origine quintum, propagavit. Suevis de fastigio dejectis, rerum potita fuit familia Lucelburgensis, cujus à Lothario Ludovici Pii filio stirps descendit, & in Imper. Sigismundo, qui ab Henrico septimus, defecit. Post Lucelburgenses, Imperii Romani dignitas ad Sereni. ßimam

Austriæ familiam devoluta est, & in eadem adhuc residet, tempore longissimo, de qua confer *supra cap. 1. n. 12. seq.*

27 Inde Regna quoque suas fatales periodos habere divinitus constitutas, quibus circumactis transferuntur, ac mutantur, crescunt, decrescunt, augentur, alterantur, intereunt, morbos sentiunt, patiuntur suos paroxysmos, & hydropisi atque acutâ febre nonnunquam corripiuntur, cum vel incendiis vel eluvionibus labefactantur, vel internis etiam seditionibus pessundantur, aut externâ hostium vi miserè devastantur, ipsa experientia comprobat, & scribit Caspar. Klock. *de contribution. cap. 7. num. 134.* Et eventibus constat, adeò regulariter congruere has periodos in historiis, ut etiam Romæ aliquando Sexto Pontifici idem significatum sit, non progagari ultra sextum gradum felicitatem, hoc versulo:

Sextus Tarquinius, Sextus Nero, Sextus & hic est;
Semper sub Sextis Martia Roma perit.

28 Imò pleræque familiæ illustres singulares formas corporum, virtutis, & vitia, quasi familiaria habent, ut quasi sanguini, membris, dentibus, crinibus inhæreant multa, multique hæreditariis morborum, & mortis generibus extinguantur, Leonicus *lib. 1. cap. 54.* ac casibus iisdem subjiciantur, ita enim eodem die Johannem Fridericum Electorem & filium Johannem Fridericum Ducem Saxoniæ, quamvis diversis annis, custodiæ traditos: Et Mauritium & Christianum, Saxoniæ Duces & Electores, eodem ætatis & gubernationis ferè anno vitam finivisse, refert Warem. ab Erenb. *medit. pro fœder. cap. 2. n. 193.*

29 Ita quoque plurimæ familiæ singulares suos habent affectus, veluti apud Romanos Appii truces, superbi, & adversarii plebis; Asinii feroces; Bruti constantes; Cassii severi & tristes; Claudii superbi; Fabii patriæ amantes; Hortensii eloquentes; Lælii hilares; Manlii severi & duri; Publicolæ, sive Valerii, benigni & populares; Scipiones ambitiosi & bellicosi habiti, Piccart. *decad. 6. observat. histor. cap. 10.* Höping. *de jur. insign. cap. 18. num. 176.*

30 De Albanorum familiâ scriptum legitur, eam glaucam oculis esse, sive pictam habere pupillam, adeò ut nocte plus, quàm die cernat, Solinus *rer. memorab. cap. 20.*

31 Comites de Habsburg ab utero matris suæ crucem auream, seu pilos candidos, in modum crucis aureæ protractos, in dorso exhibere, refert Felix Faber *histor. Suev. lib. 1. cap. 15.* Camerar. *oper. succis. cent. 3. cap. 42.* Joh. Limnæ. *de jur. publ. lib. 5. cap. 2. n. 3.*

Ita

Ita etiam Austriæ Archiduces naturâ notâ exteriori insignes, & primo statim aspectu noscibiles reddidit, dum nascuntur mento oblongiore, prominentioreque, non tamen indecenti, sed cujus forma vultum Principis gravi quadam majestate decoret, intuentibusque reverentiam concitet, eaque tàm genuina his Principibus à proavis atavisque nota est, ut præter masculos ferè omnes, etiam fœminæ plurimæ hoc insigniantur. Est autem hujusmodi mentum oblongius pii, placidi, constantis, & minimè turbati animi indicium, sicuti docet post Aristot. Palæmon. Matth. Bernegger. *diatrib. 6. in Sueton.* Cæsar. *cap. 45. lit. c. thes. 1.* Johan. Limnæ. *de jur. publ. lib. 5. cap. 2. num. 3.* Hoping. *de jur. insign. cap. 18. num. 101. seq.* Unde quoque in hâc Austriacorum familiâ nullum inventum fuisse Tyrannum, vulgò perhibetur, Herm. Kirchner. *de offic. & dign. Cancell. lib. 2. cap. 5. num. 83.* Limnæ. *d. lib. 5. cap. 5. num. 4. seq.* 32 33

De hâc quoque familiâ sæpè probatum & notorium esse perhibetur, quo dum quis balbutiens, vel impeditioris linguæ est, si ab Austriacorum Principum uno, absque ullo alio suffragio, osculum acceperit, officium loquendi disertissimè, ætati suæ congruum, mox patenter obtineat, Felix Faber *d. libr. 1. cap. 15. fol. 175.* Camerar. *d. cap. 42.* Limnæ. *d. libr. 5. capit. 2. num. 8.* 34

Sic quoque Galliæ Regibus legitimè succedentibus & ceremoniis receptis coronatis, divino quasi privilegio datum est, ut si morbo chæradum sive strumarum, seu grandularum induratarum, Gallis *Escrovelles*, Germanis Kröpff/ infectorum, manu ante se procumbentem guttur, ordine in formam Crucis, tetigerit, Rex, verbis aliquot certis recitatis, veluti: Tangit te Rex, sanet te Deus; valetudinem recuperent, Johan. Tilius *in comment. rerum Gallicar. de Sacris Regum libr. 2.* Crantz. *Daniæ histor. libr. 6. cap. 16.* Petr. de Andlo *libr. 1. de Roman. Imper. cap. 2. & ibi* Freher. *in notis.* Höping. *d. cap. 18. numer. 112. & seq.* 35

Idem de Comitibus de Habsburg/ quod hoc donum habeant, ut quicunque strumosus, aut gutture globosus, de manu alicujus Comitis de Habsburg potum acceperit, mox sanum, aptum & gracile guttur reportet, testatur Felix Faber. *d. cap. 15. fol. 175.* Camerar. *d. centur. 3. cap. 42. fol. 145.* Limnæ. *de jur. publ. lib. 1. cap. 2. num. 8.* 36

De aliis naturalibus, genitivis ac gentilitiis gentium illustrium familiarum, ac personarum singularium signis, stigmatibus, cicatricibus, aliisque similibus notis, vide latè Höping. *de jur. insign. cap. 18. per tot.* 37

Observandum autem hic est, quod conditio mortis verificetur etiam

in morte violentâ, Vinc.Fuſar. *de fideic.ſubſtit. quæſt.443.n.1.* ubi *num.2.* addit,
quod ſi mors interveniat violenta, facto vel culpâ gravati, quod ille privan-
dus ſit fideicommiſſi bonis.

III. Diſſolvitur fideicommiſſum inſtitutoris revocatione, ſi per ulti-
39 mam voluntatum fideicommiſſum ſit conſtitutum, hæc enim ambulatoria
eſt ad extremum vitæ exitum, *l. quod ſi. 4. ff. de adim. legat. l. cum hic.32. §.3. in*
40 *fin. ff. de donat. inter vir. l. fin. C. de pact.* Et teſtamenti revocatio adeò licita eſt,
ut nec quisquam ſibi in eo hanc legem dicere poſſit, ut à priore voluntate
recedere ſibi non liceat, *l. ſi quis in principio. 22. & ibi* Bart. *num 11. ff. de legat.*
3. l. cum duobus. §. idem reſpondit. ff. pro ſoc. Boër. *deciſ.204. num.18.* ne quidem
juramento de non revocando teſtamento interveniente, Bald. *in l. 1. num. 67.*
C. de SS. Eccleſ. Jaſon. *in l. ſi convenerit. num.5. ff. de jurisd.* Covarruv. *in rubr. de*
41 *teſtam. part.2. num. 15.* Clar. §. *teſtamentum. quæſt.94.* Et ſic quoque illum,
qui primogenium ſive majoratum inſtituit in bonis ſuis, hanc inſtitutionem
revocare, deq; bonis iſtis teſtari, atque ipſum, quem in majoratu inſtituit,
eodem rurſus privare poſſe, tradunt per *c. licet. X. de vot. & vot. redempt. arg. l.*
quidam. cum filiumfam. 46. in fin. ff. de hæred. inſtit. Bocer. *de jur. ſucced. in feud.*
cap.2. quæſt.3. fol.91. verſ. id ulterius. Molinæ. *in conſuet. Pariſ. tit.1. gloß 3. num.*
10. Molina *de Hiſpan. primogen. lib.1. cap. 9. num.1. ſeq. & libr.4. cap. 2. in princ.*
ubi ait, ex propriâ naturâ Hiſpanorum primogenia revocabilia eſſe, adeò,
ut ipſemet inſtituens illa, prout ſibi libuerit, mutare & alterare poſſit, non ſo-
lum quoad vocationes, ſeu conditiones illas mutando, vel alterando, ſed
etiam ita, ut in totum ſupprimatur, & ea bona in poſterum libera efficiantur,
Molin. *ibid. n.1.*

42 Ex quo etiam privilegium gratis alicui conceſſum, ab ipſo concedente,
vel ejus ſucceſſore, etiam ſine causâ, auferri poſſe, tradunt per *l. qui fundos.*
C. de omni agr. deſert. c. ſuggeſtum. X. de decim. c. veniens. X. de præſcript. Rol. à
Valle *conſ.66. num.8. ſeq. lib.2.* Natta *conſ.431. n.19.* Covarr. *3. var. reſolut.6. num.1.*
Mantic. *de tac. & ambig. conv. lib.13. tit.40. num.8.* Matth. Stephan. *de jurisdict.*
lib.2. part.1. cap.7. n.294.

43 Et quamvis nonnulli velint, hoc generaliter in fideicommiſſis obtine-
re, ſive per ultimam voluntatem, ſive per contractum, vel aliam conven-
tionem conſtituantur, ut nihilominus ab inſtitutore revocari poſſint, pro-
pterea, quod hæc fideicommiſſa familiarum Nobilium, ſive per modum
contractus, ſive conventionis, donationis vel diviſionis ſint inſtituta, ni-
hilominus vim & effectum ultimæ voluntatis obtineant, *ſupra capit. 6. nu-*
mer. 72. ſequent.

Hæc

Hæc tamen æquiparatio non simpliciter procedit, sed quatenus per 44
mortem sunt confirmata; Fideicommissa enim per modum contractus, vel donationis concessa, ideò naturam ultimæ voluntatis assumunt, quia hoc modo confirmantur, & per mortem perpetuò irrevocabilia efficiuntur, *arg. l. res uxoris. 24. C. de donat. int. vir. l. in donationibus.12.C. ad L. Falcid.* Et sic fideicommissa quoad productionem & dum in fieri sunt, sive quoad constitutionem & ordinationem contractui æquiparantur; quoad effectum verò & efficaciam tanquam ultima voluntas habentur. Nos autem hic non loquimur de fideicommissis per mortem institutoris confirmatis, sed de illis, quæ adhuc sunt in fieri, sive quando instituens adhuc vivit, & quæstio est, an ipse institutor eadem revocare possit, quo casu discrimen est, inter institutionem per modum contractus sive conventionis, & per modum ultimæ voluntatis, ita ut instituens per ultimam voluntatem, institutionem revocare possit, secus verò, si per modum contractus vel alterius institutio facta, tunc enim per unius revocationem non dissolvitur, cum à contractu semel perfecto alteru- 45
trâ parte invitâ recedere non liceat, *l. sicut. 5. C. de obligat. & act. l. 3. l. ratas. 7. C. de rescind. vend.* Et contractus & conventiones hominum ab initio quidem sint voluntatis, sed postea, & post perfectionem, fiant necessitatis, *d. l. sicut. 5. C. de obligat. & act. l. in commodato. §. sicut. ff. commod.* Sicuti etiam dona- 46
tio semel inita, vinculum necessitatis habet, nec revocari potest, *l. sive emancipatis, 17. l. si avia. 19. & seq. C. de donat. §. aliæ. 2. l. eod. l. 1. & tot. tit. C. de donat. revoc.* Motz. *de contract. tit. de donat. num. 1.* Et semel perfecta donatio, solâ donatoris voluntate tolli nequit, eique nihil addi vel detrahi potest, *l. perfecta. C. de donat. quæ sub mod. l. contractus. C. de fide instrum.* Alb. Brun. *1. consc. 2. n. 17. sequ.* nec pœnitentiæ locus est, *l. sive emancipatis. 17. vers. blandiri tibi. C. de donation. l. possessionem. 3. C. de revoc. don.* Nam & hic quoque regulam illam, quod contractus ab initio sint voluntatis, & ex post facto fiant necessitatis, ut ab iisdem resilire non liceat, locum habere scribit Johan. Schneidewin. *ad §. sciendum. num. 2. I. de donat.* Etiamsi res donata nondum sit tradita, nam nec tum pœnitere licere, tradit per *d. §. aliæ. 2. I. de donat. l. contractus. C. de fide instrum.* Schneidewin. *d. l. num. 3.* Cùm hodiè ad perfectionem donationis inter vivos, neque traditio, neque stipulatio necessaria sit, ut olim, sed sola conventio in hoc idem placitum, sive pactum sufficiat, *d. §. aliæ. 2. vers. perficiuntur. I. de donat. d. l. contractus. C. de fide instrument. l. si quis argentum. 35. §. sin autem. C. de donat. Novel. 162. cap. 1.*

Quod tamen secus esse videtur, si ex causâ ultimæ voluntatis traditio 47
sit facta, tum enim traditio subsecuta non videtur tantæ esse efficaciæ, ut ul-

timæ voluntatis naturam alterare posſit, cum hæc usque ad mortem ſit ambulatoria, *ſupra n.39.* ac tale fideicomiſſum, per mortem demum inſtituentis, confirmetur, & irrevocabile efficiatur, *arg.l. in donationibus.12. C.ad L. Falcid. l. res uxoris.24.* ibi: *ex morte ejus confirmentur. C. de donat. inter vir. & uxor.* Atque ita quoad traditionem diſtinguit, & communem opinionem eſſe ſcribit Molina *de Hiſpan.primog.lib.4.cap.2.num.19.* quod ſi traditio fiat, ſub commemoratione relicti in ultima voluntate facti, nihilominus tamen revocabile maneat, neque traditio ultimæ voluntatis naturam alteret, ſi verò traditio ipſa ſimpliciter fiat, ea donationem quandam inter vivos irrevocabilem efficiat, adeò ut ex poſt facto revocari nequeat, ſicuti voluerunt gloſſ. *in l.legatum. verb.quædam.ff.de legat.2.* Bart. *in l.Lucius, & ibi* Dyn. *ff.de legat.2.* Jaſon. *in l. filiæ dotem.n.2.in fin.C.de collat.* Loazes *in l.filiusfam.§.Divi.num.37.ff.de legat.1.* Crotus. *in l.frater à fratre, n.24.ff.de condict.indeb.* Covarruv. *in rub. de teſtam. part.2.n.21.* Afflict. *deciſ.275.*

48 Sed quid ſi fideicommiſſum per ultimam voluntatem, vel per donationem mortis cauſa inſtitutum ſit, ipſique poſtea pactum de non revocando interveniat, an hoc caſu illud irrevocabile fiat. dubio non caret? Et illud irrevocabile non fieri, ex ſequentibus dicendū videtur, 1. quod quando quis mortis cauſa donationem, vel alium contractum ſui natura revocabilem facit, etiamſi promittat, ſe illum non revocaturum, ipſum tamen nihilominus revocare poſſit, ſicuti opinati ſunt gloſſ. *in l.ſi alienam.§.Marcellus. verb.acceperit. ff. de mort.cauſ.donat.* Bald. *in l. cum quis. ff. de cond. ob cauſ.* Alex. *in l.quæ dotis fall. 6.ff.ſolut.matr.* Corne. *conſ.126.num.2.lib.1.* ubi aſſerit hoc procedere, etiamſi juramentum intervenerit, cum etiam juramentum naturam contractus ſortiatur, per *l.cum precario.ff.de precar.* Cravet. *conſ.51. verſ.non obſtat dum tertio, lib.1.* Dec. *conſ.475.n.17.*

Quia ubi contractus ipſe ſui natura eſt revocabilis, clauſula quoque acceſſoria in eo appoſita, revocabilis eſſe cenſetur, *l.ſub conditione.ff. de bon. poſſ. contra tab. l. in ſervitutem. §. ſed etſi quis. ff. de bon. liber. gloſſ. in l.ſi patronus. verb.Faviana.ff.ſi quid in fraud.patr.* Jaſon. *in l.ex teſtamento.num.1. & 2.C.de fideicommiſſ.* Sicuti etiam ſtipulatio ſuper contractu revocabili appoſita, revocabilis exiſtit, *l.ſtipulatio hoc modo concepta. ff.de V.O.l.cum mota. & ibi* Angel. Jaſon *&* Dd. *comm. C.de transact.*

49 3. Quia clauſula de non revocando, poſt diſpoſitionis verba appoſita, potius ad executionem contractus, quam ſubſtantiam diſpoſitionis adjecta cenſetur, clauſula autem ad executionem contractus appoſita non ſolet ejus ſub-

substantiam alterare, Clem. *1. in fin. de præbend.* Alex. *in l. quæ dotis. n. 4. ff. solut. matr.* Covarruv. *in rubr. de testament. part. 2. n. 12. vers. tertia conclusio.* Abbas *in c. cum nostris in fin. X. de conceß. præbend.*

Denique 4. clausula hæc de non revocando plerunqum apponi solet à 51
Notariis, quales nihil operantur, nisi constet contrahentium voluntate eas esse appositas, Bart. *in l. 1. ff. de jur. codicill.* Bald. *in l. quoties. num. 1. C. de hæred. instit.* Abbas *in c. cum contingat. num. 23. X. de jurejur.* Molinæ. *in consuetud. Paris. tit. 1. §. 10. quæst. 13.* Covarruv. *d. part. 2. n. 14.*

His tamen non attentis, contrarium, & per clausulam hanc, de non revocando, donationem mortis causâ, & aliam conventionem alias revocabilem, fieri irrevocabilem, verius esse videtur, & probatur per *l. ubi ita donatur. 27. ff. de mort. caus. don.* ubi mortis causâ donatio aliâs revocabilis per pactum de non revocando, in donationem inter vivos degenerat, & irrevocabilis efficitur. Et ita pacto effici posse, ut donatio mortis causâ non revocetur, mani- 52
festum est ex *l. si alienam. 13. in fin. l. Senatus. 35. §. mortis causa. 4. in fin. ff. de mort. caus. donat.* Deindè, quia alias pactum hoc nullarum esset virium, & contra partium intentionem nullius foret perationis & effectus, cum tamen pacta legibus & rationi non adversa, omnino sint servanda, per tradita *supra cap. 6. n. 31. & seq. & num. 251. seq.*

Nec contrariatur 1. glossæ, & qui eandem sequuntur opinio, cum hæc 53
sit contra *d. l. ubi ita donatur.* & sic communiter est reprobata, eandemque reprobant Bart. *in l. quæ dotis. & ibi* Jason. *numer. 33.* Alber. Dyn. *ff. solut. matrimon.* Covarruv. *in rubr. de testament. part. 2. num. 12.* Ruin. *in l. 1. §. nunciatio. num. 16. ff. de nov. oper. nunc.* Anton. Gabriel. *libr. 2. comm. opin. conclus. 9. tit. de jurejur. numer. 2. & 7.* deindè gloss. *d. l.* non loquitur de pacto de non revocando, quia *ibid. in verb. nullo casu* ipsam donationem mortis causâ ex pacto de non revocando irrevocabilem effici asserit, sed de pacto de non contraveniendo, vel simili accipienda venit, cujusmodi pactum non alterat naturam contractus, sed secundum naturam ipsius contractus accipendum est, sicuti demonstrat Molina *d. libr. 4. cap. 2. numer. 45. & sequentib.* Ubi hanc differentiæ rationem reddit, quod is, qui promittit donationem causâ mortis non revocare, necessariò illam in donationem inter vivos transfundit, non enim est dare donationem causa mortis, quæ revocari non possit, ille autem, qui promisit non contravenire, non videtur alium contractum facere, sed ea donatione stante, illi non contravenire promittit, non autem dicitur, venire contra donationem causâ mortis, qui illam revocat, cum id ex propriâ ejus naturâ procedat.

Ad

54 Ad *Secundum* respondetur, illud in dubio verum esse, & nisi clausula efficax sit ad transferendum contractum in aliam contractus irrevocabilis speciem, tunc enim, cum contractus, in quem primus transfusus est, sit irrevocabilis, per consequens quoque omnes in eo appositæ clausulæ irrevocabiles erunt, per *d. l. ubi ita donatur. 17. ff. de mort. caus. donat.* & notant Dd. *in l. cum precario. ff. de precar.* Ad hæc regula illa, quod clausula accessoria sequatur naturam dispositionis principalis, procedit, quando clausula verè tantum est accessoria & dependens, non verò quando in dispositione aliqua clausula apponitur, diversum aliquid & separatum æquè principaliter importans & disponens, tunc enim ipsa non sequitur naturam dispositionis principalis, Decian. *in c. prudentiam. §. si verò. numer. 2. ff. de offic. de legat.* Ruin. *consil. 151. num. 9. ad fin. lib. 3.* Ant. Gabriel. *libr. 6. comm. opin. tit. de clausulis. conclus. 10. numer. 7.*

55 Nec 3. ex *Clem. 1. de præbend.* adductum contrariatur, quia idipsum intelligendum est de clausulis, quibus id, quod ex illis prætenditur, non principaliter disponitur, sed obiter tantum & incidenter, & ad alium finem alicujus rei mentio fit, quod sub dispositione principali non erat comprehensum, veluti si in gratia duorum beneficiorum alicui facta in executionis clausulâ dicatur; *ita tamen, quod cura animarum non negligatur*; ex hac enim clausula obiter atque incidenter apposita, gratia augenda non venit, ut ad beneficia curata extendatur, & res tanti præjudicii ex ea clausulâ inducatur, si verò Pontifex Romanus post ipsius gratiæ concessionem non obiter, sed ex proposito dixisset, quam gratiam volumus effectum obtinere, etsi beneficia illa curata sint, vel etiam si alterum eorum curam animarum annexam habeat, non est dubium, quin ista clausula, in quacunque parte adposita, effectum sortiatur, & quod in ea dispositum attendatuu, ut probat Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 2. num. 50.*

56 Quamvis etiam, quoad *quartum*, dubium Notarii quandoque præter mandatum partium, clausulas nonnullas instrumentis inserere soleant, & hæ, juxta Doctorum nonnullorum opinionem, nullum effectum operentur, hæc tamen sententia pluribus juris principiis adversatur, & communis Doctorum est traditio, quod Notarius semper censeatur à partibus rogatus, ut clausulas consuetas apponat, easque de voluntate partium apposuisse intelligatur, *l. quod si nolit. §. quia aßidua. ff. de ædil. edict. l. fin. C. de fidejussor.* Felin. *in c. cum M. Ferrariensis. num. 6. & ibi* Decian. *num. 6.* Ripa. *num. 47. X. de constitut.*

Pro quâ ſententia etiam facit, quod inſtrumenta, antequam ſubſcriban-
tur & ſigillentur, in præſentia partium, cum omnibus ſuis clauſulis legantur, 57
quo caſu ipſæ à partibus approbantur, & ſine dubio effectum operantur, ſicuti
tradit Imol. *in l. filio præterito. numer. 4. ff. de injuſt. rupt. & irrit.* Alex. *conſ. 142.*
n. 10. & 11. lib. 2. Molina *d. cap. 2. n. 51.*

Hæc multò magis procedunt, ſi pacto de non contraveniendo jura-
mentum ſit adjectum, cum enim tale pactum absque juramenti interpoſitio- 56
ne validum ſit, multò magis juramento interveniente convalidabitur, Moli-
na *de Hiſpan. primogen. lib. 4. cap. 2. n. 56. verſ. in ſecundo caſu.* Secus verò eſſe vi-
detur, ſi fideicommiſſi conſtitutioni ſimpliciter interponatur, nihilomi-
nus enim revocationi locus erit, cum juramentum contractui ſimplici-
ter appoſitum non mutet, nec alteret ejus naturam, ſed eandem in omnibus 58
ſimpliciter ſequatur, *l. fin. C. de non numer. pec. l. etſi poſſeſſori. §. item ſi jura-
vero. & ibi* Jaſon. *numer. 9. l. eum qui. ff. de jurejur. c. l. ſi quis inquilinos. §. fin. ff.
de legat. 1. l. fin. ff. qui ſatisd. cog. l. juris gentium. §. prætor ait. ff. de pact. l. non
dubium. C. de legib. c. quemadmodum. X. de jurejur. c. ſi diligenti. X. de for. com-
pet.* Per quæ jura vulgò Dd. concludunt, quod juramentum contractibus ap-
poſitum recipiat omnes conditiones, ſubauditiones & limitationes, quæ ex
ipſius contractus natura veniunt, Bald. *in c. quæ in Eccleſiarum. numer. 25. X. de
conſtitut.* Dec. *in l. omnis. num. 11. ff. ſi cert. pet. & conſil. 345. num. 2.* Gabriel. *2.
comm. opin. tit. de jurejur. concl. 10. num. 1.* Ex quo etiam fideicommiſſum non
fieri irrevocabile, etiamſi juramentum pacto de non contraveniendo, vel ra-
tum habendo, adjectum ſit, concludit Molina *d. cap. 2. n. 57.* Cum tale pactum
ſine juramento irrevocabile fideicommiſſum non efficiat, *ſupra num. 54.* &
ſic idem quoque de juramento adjecto dicendum erit, cum, ut dictum, hoc
contractus naturam non mutet.

Revocari tamen quandoque poteſt ab ipſo inſtitutore fideicommiſſum 60
per donationem ſimpliciter, vel inter vivos inſtitutum ex juſta & legitimâ
causâ, veluti *1.* ex ſupervenientia liberorum, *l. ſi unquam. 8. C. de revoc. donat.
l. ſi totas. 5. C. de inoffic. donat.* & ita majoratum jam irrevocabilem effectum ex
ſupervenientia liberorum, revocari poſſe, tradit Molina *de Hiſpan. primogen.
lib. 4. cap. 2. n. 81.* Si enim fideicommiſſi inſtitutor de liberis cogitaſſet, veriſi-
militer bona ſua, vel partem eorum non donaſſet, *arg. l. cum avus. 102. ff. de
condit. & demonſtrat.* Cum nemo præſumatur ſucceſſiones alienas propriis
anteponere, *l. cum acutiſſimi. 30. C. de fideicommiſſ. l. nam etſi. 15. ff. de inoffic. teſt. l.
ſcripto. 7. §. 1. ff. ſi tab. teſt. null. ext.*

61 2. Revocari potest fideicommissum per donationem institutum, ex ingratitudine & inimicitia fideicommissarii sive donatarii erga institutorem, § *aliæ autem. 2. vers. sciendum est. I. de donat. l. fin. C. de revoc. donat.* ubi
62 quinque ingratitudinis causæ recensentur, veluti 1. Si donatarius donatori impias manus intulerit, 2. Si injuria atroci (verbali scilicet, ut à causa præcedente differat) eum affecerit. 3. Si grave damnum rebus intulerit. 4. Si vitæ ejusdem insidias struxerit. 5. Si conventiones in donatione appositas non impleverit. Ex quibus etiam majoratum revocari posse, scribit Padilla *in l. unum ex familia. § si de Falcidia num. 19. ff. de legat. 2.* Molina *de Hispan. primogen. libr. 1. cap. 9. num. 31.*

63 Et licet præter has causas expressas, ex aliis his similibus, vel etiam majoribus, donationem jure civili revocari non posse, tradunt Donel. *lib. 14. comment. cap. 27.* Hunnius *var. resolut. tract. 4. quæst. 8.* Obrecht. *disp. de donat. concl. 113. & sequentib.* Harpprecht. *ad § alia autem. 2. n. 157. seq. I. de donat.* Ab hac tamen opinione non sine ratione dissentiunt, & revocationem etiam ex aliis similibus vel majoribus causis fieri posse asserunt, Salicet. *in l. fin. & ibi* Dyn. *C. de revoc. donat.* Nicol. Everhard. *cons. 193. numer. 6.* Menoch. *arb. jud. cas. 130. numer. 3.* Gomez. *tom. 2. var. resolut. cap. 4. num. 14.* Clar. *4. sent. § donatio. quæst. 21. numer. 2.* Bachov. *in not. ad Treutl. vol. 2. disp. 19. thes. 7. lit. D. fol. 120.* Molina *d. cap. 9. n. 32. sequent.*

64 Circa hanc revocationis causam tres casus distinguendos esse puto cum Molina *de Hispan. primogen. libr. 1. cap. 9. numer. 11. & sequent.* Aut enim 1. ex causa, sive ingratitudo ante majoratum vel fideicommissum institutum orta fuit, aut 2. eodem fideicommisso instituto, ante mortem tamen institutoris contigit, aut 3. post fideicommissum institutum & institutoris mortem subsecuta fuit.

In primo casu, quando fideicommissarius ille ingratus & inimicus ante constitutum fideicommissum expresse & nominatim ad id vocatur, ingratitudine vel inimicitia non obstante, nihilominus ad fideicommissum admittitur, qui ex subsequenti ista vocatione speciali & expressa, causa ingratitudinis & inimicitiæ aboletur, per *l. filio quem pater. 23. & ibi.* Bart. & Dd. *comm. ff. de liber. & posthum. hæred. l. non putavit. 8. § si quis emancipatum. 7. ff. de bon. poss. contra tab. l. non solum. 11. § injuriarum. 1. ff. de injur.* Bart. *in l. 3. § fin. ff. de adim. legat.* Molina *d. cap. 9. numer. 12.* ubi addit, id procedere, si institutor majoratus, vel fideicommissi causam sciverit, secus autem esse, si eandem ignoraverit. Si verò non expresse, sed tacitè & generalibus verbis ad fidei-

com-

commissum fuerit vocatus, contrarium, & ipsum in generali seu tacitâ vocatione, ex conjecturata institutoris mente vocatum non censeri, dicendum 65
videtur, cum is, qui testatori est odiosus, sub generali vocatione non contineatur, *l. Lucius Titius. 88. §. Lucius Titius Damam. 11. ff. de legat. 2. & ibi* Aret. Bart. & Dd. *comm.* Bald. *in l. in ipsius. numer. 4. C. famil. ercisc.* Menoch. *consil. 30. numer. 15. sequentib.* Nisi is merita sequentia, ex quibus inimicitia & ingratitudo ipsa verisimiliter remissa sit, legitimis probationibus ostenderit, gloss. *in d. l. Lucius Titius. 88. §. Lucius Titius Damam. & ibi* Bart. *&* Dyn. *ff. de legat. 2.* Covarruv *in c. Raynutius. in princ. numer. 17. X. de testament.* Molina. *d. cap. 9. num 14.*

Secundo casu, ubi post constitutum fideicommissum ingratitudinis vel 66
inimicitiæ causa suboritur, quæ alias successores inhabiles reddere solet, tunc ejusmodi ingratum à successione removeri, & fideicommissum ab ipso institutore revocari posse, non videtur habere dubium, per *d. l. fin. C. de revoc. donat. Novel. 115. cap. 3. auth. si captivi. C. de Episc. & Cler. auth. liberi. C. de episc. aud. tot. tit. ff. & C. de his, quib. ut indign.*

Sed anne hoc casu tacitè censeatur facta fuisse revocatio, an verò ne- 67
cesse sit, ut revocatio nominatim & expressè fiat, non satis constat? Et hoc casu distinguit Molina *de Hispan. primogen. libr. 1. cap. 9. numer. 15. sequentib.* inter institutionem majoratus vel fideicommissi factam in persona filiorum vel descendentium, quibus legitima debetur, & inter illam, quæ fit in persona agnatorum transversalium vel extraneorum, quibus legitima non debetur, ita ut priori casu, quibus legitima debetur, filii vel alii descendentes, ad fideicommissi successionem vocati, non possunt ab ea ex causa inimicitiæ vel ingratitudinis excludi, nisi à patre vel ascendente nominatim exhæredati, & causa exhæredationis expressa ab hæredibus probata fuerit, adeò, ut licet causa ista ab hæredibus probetur, non sufficiat, nisi à patre vel avo, causa expressa, & exhæredatio nominatim facta sit, quia hæc omnia copulativè requiruntur ad hoc, ut testamentum validum sit, & querelæ inofficiosi non subjaceat, *d. Novell. 115. cap. 3. in princ. l. omnimodo. 30. C. de inoffic. testam.* Jason. *in l. in arenam. num. 1. C. de inoffic. test.* Aretin. *in l. 3. §. filius. ff. de liber. & posth.* Alex. *in l. non licet. C. de liber. præter.* Ripa *in l. fin. quæst. 47. num. 156. C. de revoc. donat.* Idque in tantum procedere, quoad portionem legitimam, ut sive sciverit, sive ignoraverit testator ingratitudinem, vel tempus ad exhæredandum habuerit, sive non, tenet Molina *d. cap. 9. numer. 16.* Cùm enim *d. Novell. 115. cap. 3.* forma exhæredandi præscribatur, & exhæredatio nominatim & cum

causæ expressione fieri jubeatur, ea prætermissa, exhæredatio effectum sortiri nequit, quia formæ omissio actum nullum efficit, etiamsi ignoranter fuerit omissa, Bald. *in l. juris ignorantia. num. 3. C. qui admitt. ad bon. poss.* Alex. *consil. 165. numer. 4. lib. 6.* Tiraquel. *de retract. conv. §. 4. gloss. 7. n. 15.* Nec refert, an fideicomissum in persona filiorum, quibus legitima debetur, substitutum sit in testamento, sive in contractu, sive jure legati vel fideicommissi, vel donationis, vel alio quocunque modo, quia filii vel descendentes non possunt ab hæreditate paterna excludi vel exhæredari, nisi forma in exhæredatione sit observata, *d. Novell. 115. cap. 3. in princ.* ibi: *nec si per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommissum, vel alium quemcunque modum eis dederit legibus debitam portionem.* Molina *d. cap. 9. n. 18.*

Et licet nonnulli velint, hæc tantum procedere in legitima portione, non verò in aliis fideicommisso subjectis bonis, quæ extra legitimam sunt, per *d. Novell. 115. cap. 3. in princ.* ibi: *legibus debitam portionem. d. l. omni modo. 30. in princ.* ibi: *quod minus legitima portione sibi relictum. C. de inoffic. testam.* Contrarium tamen asserit Molina *d. l. num. 19. & seq.* quando fideicommissum, vel majoratus in legitima, & aliis bonis simul fuit institutus, & quidem quoad majoratum, cum hic sit individuus, & divisio ejusdem naturæ repugnet, quoad fideicommissa autem ex hac ratione, qnod exhæredatio aut in tota hæreditate fieri, vel in totum vitiari debeat, *l. cum quidam. 19. ff. de liber. & posthum. hæred.* Cum nemo pro parte testatus, & pro parte intestatus decedere possit, & cum in parte principaliori ac digniori, nimirum legitima, exhæredatio non
69 valeat, in reliquis quoque eandem non valere consequens est, id enim, quod magis dignum est, trahit ad se minus dignum, ejusque naturam sequitur, Alex. *consil. 82. in fin. lib. 1.* Jason. *in l. imperium n. 3. ff. de jurisdict.* Tuschus *pract. conclus. lit. D. consil. 435. num. 1. & per tot.*

Hæc tamen ita intelligenda sunt, nisi causa ingratitudinis ejus sit qualitatis, ut filium hæreditatis paternæ indignum faciat, veluti si parenti causam status moverit, vel eum captivum non redemerit, furiosum non curaverit, vel mortem non vindicaverit, quo casu privari quoque poterit fideicommisso, etiam si à patre exhæredatus non sit, *Novell. 115. cap. 3. §. 12. & sequent.* Molina *d. cap. 9. n. 22.*

Quod si verò in personis agnatorum transversalium, vel extraneorum fideicommissum institutum fuerit, & primus fideicommissi successor hæres institutus sit, & hæredis locum obtineat, ipse à fideicommissi successione, ex inimicitia ac alia ingratitudinis causa supervenienti non videtur excludendus, nisi fideicommissum nominatim ab institutore sit revo-

revocatum, & hæres ab hæreditate, vel successione expresſè remotus, cùm ex inimicitiâ & aliâ causâ ingratitudinis superveniente hæredis institutio non revocetur, *l. ex parte. ff. de adim. legat.* gloss. *in l. 3. §. fin. verb. nulla. ff. eod.* Ripa *in l. fin. quæst. 46. num. 145. C. de revocat. donat.* Nisi causa talis sit, ex quâ hæres ipse indignus efficiatur, Molina *d. libr. 1. cap. 9. num. 24.* Si verò de fideicommissi successoribus agatur, qui non sunt loco hæredum, vel hæredes instituti, sed aut fideicommissarii, vel donatarii, vel legatarii, & fideicommissum per viam donationis, eâ tamen lege & pacto institutum, ut revocari nequeat, tunc illud quoque revocari non poterit, nisi ex causis ingratitudinis expressis vel similibus, *in l. fin. C. de revoc. donat. & in c. fin. X. de donat.* Molina *d. cap. 9. num. 3.* 71

Atque ita hæc, quæ de revocatione fideicommissi aliàs irrevocabilis, ex causâ ingratitudinis dicta sunt, procedunt, si ipse institutor in vitâ suâ fideicommissum revocaverit, vel successorem ingratum succedendi jure privaverit, aliàs enim secus erit, nec alii hæredes ipsius id efficere poterunt, cum hoc revocandi jus sit personalissimum, nec ad hæredes transmittatur, *l. fin. & ibi* Bald. *n. 1. C. de revoc. donat. l. 1. & ibi* gloss. *C. de donat.* Covarruv. *in c. Raynutius. in princ. n. 7. X. de testam.* Tiraquel. *in l. si unquam. verb. susceperit. n. 172. C. de revoc. donat.* 72

Quod maximè procedit, si institutor ingratitudinem istam sciverit, & tempus revocandi habuerit, secus autem esse videtur, si eandem ignoraverit, vel sciverit quidem, tempus tamen revocandi non habuerit, tunc enim etiam post mortem institutoris ingratitudinem ab hæredibus, vel sequentibus successoribus, objici posse, ut à fideicommissi successione excludatur, tradit Molina *d. cap. 9. num. 37. & ibi allegat.* Ripa. *in l. fin. quæst. 61. n. 205. C. de revoc. donat.* Tiraquel. *in l. si unquam. verb. susceperit liberos. num. 174. & seq. C. de revoc. donat.* 73

Quod si fideicommissum aliàs sit revocabile & per viam legati, prælegati vel fideicommissi constitutum, successor ex ingratitudine & inimicitiâ supervenienti, ab ejusdem successione excludendus esse videtur. Quamvis enim ipsa institutio hæredis ex hâc causâ supervenienti non revocetur, legata tamen, prælegata & ipsa fideicommissa ipso jure ex ingratitudinis & inimicitiæ causâ superveniente, etiam absque ullâ aliâ voluntatis declaratione, revocata esse censentur, *l. si quis ita. 3. §. fin. l. ex parte. 22. ff. de adimend. legat. l. si inimicitiæ. 9. ff. de his. quib. ut indign.* Jason. *in l. hæreditas. num. 3. C. de his quib. ut indign.* Ripa *in l. fin. quæstion 45. num. 151. C. de revoc. donat.* Covarruv. *in c. Raynutius. in princip. numer. 7. X. de testament.* Nec refert, an causa im-

inimicitiæ, vel ingratitudinis ex culpâ fideicommissarii, vel institutoris proveniat, Jason. *in l. si filiam. num. 2. C. de inoffic. testam.* Molina *d. libr. 1. cap. 9. num. 38.*

75 Quod quidem sine dubio procedit, si institutor ingratitudinem ignoraverit, vel sciverit, sed revocare non potuerit. Quod si verò institutor eandem sciverit, & fideicommissum revocandi tempus & occasionem habuerit, & tamen non revocaverit, res dubio non caret? Et licet hoc casu hanc ingratitudinem tacitè remisisse videatur, nam si fideicommissum illud revocare voluisset, id sine dubio fecisset, sicuti in simili, si tutor datus in testamento postea capitales inimicitias adversus testatorem contrahat, ita, ut ob easdem tutelam revocasse censeatur, si tamen diu post eas inimicitias, stetit sciens, & testamentum revocare potuit, & non revocavit, satis easdem remisisse, & in tutoris datione perstitisse testatorem censeri, tradit glossa *in l. si duas. 6. §. dat remissionem. 17. in verb. nisi postquam. ff. de excusat. tut.* Contrarium tamen, & quod successor ex causâ ingratitudinis, vel inimicitiæ, à fideicommissi successione excludatur, etiamsi institutor eandem sciverit, tempusque revocandi habuerit, nec tamen revocaverit, dicendum videtur, ex hoc, quod legatum, quod ex inimicitiis supervenientibus, ipso jure revocatum fuit, non convalidatur ex eo, quod testator postea inimicitias sciverit, & codicillum fecerit, nec tamẽ in eo legatum revocaverit, sicuti constitutum est in *l. filio. 31. §. Seja. 2. ff. de adim. legat.* Aretin. *cons. 93. num. 5.* Alex. *in l. 1. num. 33. ff. de vulgar. & pupill.* Ripa *in l. fin. quæst. 45. num. 151. C. de revoc. donat.* Molina *d. lib. 1. cap. 9. num. 41.*

76 In tertio *supra num. 64.* memorato casu, quando scilicet causa inimicitiæ vel ingratitudinis post mortem fideicommissi institutoris contingit, dicendum videtur, ex ea fideicommissarium successione non esse privandum, prout censet Peralta *in l. 3. §. qui fideicommissum. num. 88. seq. ff. de hæred. instit.* Ex eâ ratione, quod hoc jure cautum non reperiatur, & sic quoque non asserendum esse. Contrarium tamen, & quod ex gravissimâ injuriâ fideicommissi successori illatâ, vel ex aliâ quacunque indignitatis causâ post mortem contingenti, fideicommissarius successione privari possit tanquam indignus, probat in Majoratu Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 9. num. 43. seq.* Quia tàm mortuo, quam vivo offensa & injuria irrogari potest, *l. 1. §. & si fortè. 4. ff. de injur. l. sed etsi quis. §. judex. ff. de religios. & sumpt. fun. l. 1. ff. de his, quib. ut*

77 *indign.* Molin. *d. l. numer. 48 seq.* Et sic quoque illum, qui post mortem testatori injuriam infert & ingratus existit, propterea legatum tãquam indignum perdere, probat per *l. 1. l. hæreditarium. ff. de his quib. ut indign. l. si ea quæstio. C. eod.*

eod. Bart. *in d.l.1.ff.de his,quib.ut indign.* Barbat.*cons.20.in princip.lib.1.* Guil.Benedict.*in c.Raynutius.verb.condidit.num.13.X.de testament.* Ripa *in l.fin.quæst.45.num.153.C. de revoc.donat.* ubi notanter inquit, solùm differre causam ingratitudinis commissam contra defunctum ab ea, quæ contra ipsum in vitâ commissa, in hoc, quod ex causâ ingratitudinis contra viventem commissa, donatio revocatur, ex præsumptione contrariæ voluntatis, ex causâ autem ingratitudinis post mortem non revocetur, cùm in mortuo contraria ista voluntas non possit præsumi, sed successor donatione vel legato, tanquam indignus privatur, Molina *d.l. num.46.*

Circa fideicommissi revocationem quoque quæritur, si maritus & uxor 78 simul fideicommissum per se revocabile testamento instituerint, an unus conjugum post mortem alterius, pro suâ parte id revocare possit? Et posse omninò dicendum mihi videtur, quia fideicommissi constitutio vim habet supremi judicii, per *l. si filia. 20.§.si pater 3.ff.famil.ercisc.* supra *num.43.seq.* & supra *cap.6.num. 72.seq.* natura autem supremi judicii est, quod sit mutabile ad supremum vitæ spiritum, *l.4.ff.de adim.legat.* Et licet uxor & maritus simul eo- 79 dem testamento id disposuerint, non tamen id aliter habetur, ac si duo suprema essent judicia & testamenta, alterum viri, & alterum uxoris, *l.Papinianus. §.sed nec impuberis.ff.de inoffic.testament.* Petr.Peck. *de testament.conjug. lib.1. cap.43.* Besold. *cons.288. num.3.* Sicuti etiam si pater & filius uno codice testamentum scribant, non unum, sed duo testamenta esse perhibentur, *l.patris & filii.ff.de vulg.& pupill.l.Papinianus. §.sed nec impuberis.ff.de inoffic.test.* Atque 80 indè uno ex conjugibus defuncto, superstes suum testamentum, pro suâ parte, pro libitu, vel mutare, vel penitus abrogare, ac cancellare potest, Tiraquel. *de primogenit.quæst.68.n.5.* Fichard.*2.cons.76.& cons.83.ad fin.* ubi addit, quemliber testatorem censeri de bonis suis discretivè locutum esse, vel disposuisse, *arg.l.qui tabernas.ff.de contrah.empt.l.servi electione.§.cum fundus.ff.de legat.1.* Besold. *d.cons.288.n.5.*

Ex quo etiam si maritus & uxor unâ scripturâ primogenium, sive majo- 81 ratum instituant, duo esse primogenia diversa ac separata, ita ut uterque suum primogenium ad libitum revocare possit, tradit Oldrad.*cons.174.* Bald.*in l.humanitatis.num.37.C.de impub.& al.subst.* Tiraquel.*de jure primog.quæst.68. per tot.* Covarruv.*in rubr.de testam.part.2.n.8.* Molina *de Hispan.primog.lib.4. cap.2.num.84.*

In dubio autem fideicommissa non præsumi esse revocata, tradunt Hier. 82 Gabr. *cons.105.num.4.libr.1.* Mantic.*de conject.ult.volunt.lib.12.tit.1, num.10.& tit.2.*

tit.2.n.2. Mascard.*de probat.conclus.1287.num.1.seqq.* Fusar.*de fideicomm.subst. quæst.580.num.1.*

83 IV. Amittuntur fideicommissa ademptione bonorum in pœnam ceu indigno factam, *l.1.C.de hæred.instit.l.Statius.48.§.fin.ff.de jur.fisc.tot.tit.ff.de his,quæ ut indign.* Quia institutio indigni,& incapacis,pro non scripto, *l.si in*
84 *metallum.3.ff. de his,quæ pro non script.l.un.§.2.C.de caduc.toll.* Et incapax pro mortuo habetur, *l.1.§.sed etsi.5.ff.de conjung. cum emancip.l.si necem.4.§.si deportatus.2.ff.de bon.libert.*

Sed anne hoc casu bona ad fiscum, an verò ad agnatum proximiorem & fideicommissi successorem transeant? vide *infra n.271.seq.*

85 V. Amittitur fideicommissum, si id legitimo modo evincatur, tunc enim potestas evictionis tollit intellectum restitutionis, *l.si patroni.55.§.fin.ff. ad Sctm.Trebell.*

86 VI. Præscriptione amittitur fideicommissum, veluti si ante fideicommissi institutionem adversus institutorem cœpta fuerit præscriptio, tunc enim tempore legitimo, titulo & bonâ fide interveniente, præscriptionem intervenire, eandemque etiam reliquis successoribus nocere posse, probat *l.si hæres institutus.§.fin.ff.ad SCt.Trebell.l.si fundum.16.ff.de fund.dot.* ubi alienationis prohibitio, inchoatam præscriptionem superveniens, rem non facit impræscriptibilem, sed prohibitione non obstante, præscriptio nihilominus perfici potest, quod etiam notant Bart. *in l.fin.C.in quib.caus.in integr.rest.non est nec.* Bald. *in l.1.num.19.C.de serv.fugit.* Abbas *in c.non liceat. num.7.& ibi* Paris. *num.17.X.de præscript.* Molin. *de Hispan.primogenit.libr.3. cap.14.numer.4.* Idque in rebus fideicommisso subjectis, & alienari prohibitis, nominatim docent Crotus *in l.filiusfam.§.Divi.num.141.& ibid.* Loaz.
87 *num.19.* Alciat. *num.47.ff.de legat.1.* Ant.Gabriel. *tit.de præscript.conclus.13. num.8.* Vinc.Fusar. *de fideicomm.substit.quæst.528.num.1.seq.* Quod idem quoque est, si fideicommissi dies advenerit, & successio delata sit, ac successor jure suo uti neglexerit, ita ut adversus hunc quoque præscriptio incipere & perfici possit, Castrens. *in l.fin.§.& quia.vers.adde aliam utilitatem.& ibi* Ful-
88 gos. *in §.sin autem.C.commun.de legat.* Corne. *cons.117.num.10.seq.lib.1.* Anton. Gabriel. *tit.de præscript.conclusion.13.num.17.& 18.* Vel si alienatio nulla sit, sequentes in gradu agere valentes taceant, adversus hos enim, tanquam negligentes, currit præscriptio, *arg.l.1.ff.de usucap.* Molina *de Hispan.primogen.lib.4.cap.10.num.7.* Cùm eo ipso censeantur & ipsi alienasse, cùm paria sint alienare, & alienationi consentire, *l.cum pater.77.§.libertis.27.ff.de legat.*

legat. 2. & is alienare dicatur, qui usucapi patitur, *l. 1. C. de long. temp. præscr. l. 3. ff. de usucap.* Gœddæ. *in l. alienationis. 28. n. 9. ff. de V. S.*

Hoc autem casu non sufficit longi temporis, puta decem vel viginti annorum, sed longissimi temporis præscriptio requiritur, *l. fin. §. sin autem. 3. C. commun. de legat.* Ant. Gabriel. *5. comm. opin. tit. de præscript. conclus. 13. num. 1.* Vinc. Fusar. *de fideicomm. substit. quæst. 528.* Idque etiam procedere, etiamsi adsit titulus, & bona fides in præscribente, scribit Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 10. num. 1.* ubi enim lex præscriptionem inhibet, bona fides possidenti nihil prodest, *l. ubi Lex. ff. de usucap.* Nec refert, an res fideicommissaria ab ipso alienare prohibito, sive fideicommissario, vel alio tertio sit alienata, cùm enim alienandi prohibitio rei fideicommisso subjectæ in rem, & non in personam directa sit, non est attendendum, à quo alienata fuerit, sed an alienata sit, per tradita Molinæ. *de Hispan. primogenit. libr. 1. cap. 4. num. 22.* 89

Posse autem bona fideicommisso subjecta longissimi temporis, triginta vel quadraginta annorum spatio præscribi, adversus possessorem, vel illum qui agere potest, docent Corne. *cons. 38. numer. 10. & consil. 117. numer. 6. lib. 1.* Crot. *in l. filiusfam. §. Divi. num. 140. & ibi* Ripa *num. 113.* Loazes *numer. 191.* Alciat. *num. 48. ff. de legat. 1.* Pinell. *in auth. nisi tricennale. numer. 22. C. de bon. matern.* Ant. Gabriel. *commun. conclus. lib. 5. tit. de præscript. conclus. 13. num. 9.* Hartman, Pistor. *lib. 2. quæst. 8. num. 46. & 64. seq.* Petra *de fideicomm. quæst. 14. num. 159. seq.* Peregrin. *de fideicommiß. art. 41. num. 10.* Fusar. *d. quæst. 528. num. 9. & n. 19.* idque per *d. l. fin. §. sin autem 3. C. commun. de legat.* cùm enim ibi longi tantùm temporis præscriptio excludatur, consequens est, ut sub eâ exclusione longissimi temporis præscriptio non comprehendatur, sed à contrario sensu admittenda veniat. 90

Per hanc autem præscriptionem reliquis successoribus, quibus successio nondum fuit delata, & qui in rerum naturâ non fuerunt, vel aliàs agere non potuerunt, nihil quicquam præjudicatur, sicuti de fideicommissis docent Crot. *in l. filiusfamilias. §. Divi. numer. 143. & ibi* Ripa *numer. 116.* Alciat. *numer. 48. ff. de legat. 1.* Molina *de Hispan. primogenit. libr. 4. cap. 10. num. 3.* Petra *de fideicommiß. quæst. 14. num. 157. 204. seq.* Peregrin. *de fideicommiß. art. 41. num. 16.* Fusar. *de fideicomm. subst. quæst. 528. num. 4. seq.* Quia contra illos, qui nondum sunt in rerum naturâ, vel qui ante conditionis, vel diei, in quem vocati sunt, adventum agere non possunt, nulla currit præscriptio, nec ulla ipsis negligentia imputanda est, *l. 1. §. fin. C. de annal. except. l. sicut. 3. l. cum notißimi. 7. §. illud autem. 4. C. de præscription. trigint.* 91

annor. Castrens. *consil.467.num.2.& 3.libr.2.* Crot. *in l.filiusfamil. §.Divi. num.*
146. & ibi Ripa *num.116.* Loazes *num.191.* Alciat. *num. 48.ff. de legat.1.* Rosen-
thal. *de feud.cap.9. concluf.83. num.20. & concluf.84.num.1. in not. lit. b.* Molina
de Hispan.primogen.libr.4.cap.10.num.3. Schrader. *de feud.part.8.c.7.num.55. &*
cap.8.num.46. Antequam enim fideicomissi dies cedat & veniat, fideicom-
missarius succedere, & ad fideicommissum venire nequit, *l.3.l.si habitatio fi-*
92 *liofam.ff.quando dies legat.* nec vocatus post mortem alicujus, illo vivente,
agere vel venire potest, *l.peculium. §.fin.ff.de legat.2. & ibi* Bart. *in fin.l.cum*
hæres.ff.quando dies legat.l.hæres meus. in princ.ff.de condit.& demonstr. Paris.
93 *consf.19.num.157.& 159.vol.2.* Quia improbum & juri contrarium est, de viven-
tis hæreditate aliquem sollicitum esse, *l.1.§.si impuberi.ff. de collat.bon.l. si is*
cui. §.si ab impuberis. ff.ut in possess.legat.l.2.§.interdum.ff. de vulg. & pupill.
Et cum fideicommissum, antequam dies ejus veniat, solùm in spe consistere
dicatur, Bart. *in l. is potest.ff.de adquir.hæred.* ideoque ante purificatam con-
ditonem, actionem & obligationem non producit, *l. cedere diem. & ibi* Bart.
& Alciat. *ff.de V.S.l.grege. §.si sub conditione.ff.de pignor.l.bovem.§.si sub con-*
ditione.ff. de ædil.edict. & tractus futuri temporis regulariter ad judicem non
spectat, *l.non potest.ff.de judic.l.1. §.1.ff. ad SCt. Syllam.* ac trita est juris regu-
94 la, quod omnis præscriptio, etiam longissimi temporis, non prius currere in-
cipiat, quàm actiones sunt natæ, & jure competere cœperunt, *l.sicut. §.quæ*
ergò. & ibi gloss. *in verb.servanda. l.cum notissimi. §. quamobrem. & §.illud.C.*
de præscript.30.annor.l.contra majores.& ibi gloss. *C.de inoffic. testam.* Roman.
consil.71.numer.2. Alex. *consil.10.numer.27.vol.7.* Hartman. Pistor. *2.quæst.8.*
num.61. & jus, quod nondum competere cœpit, nullo unquam temporis spa-
cio præscribi posse, communis Dd. est conclusio, *l.1. C. de annal. except. auth.*
nisi tricennale. & ibi Pinell. *numer.42.seq.C.de bon.matern.* Pistor. *d.quæst.8.*
num.24.

Ad hæc constat, quod in fideicommissis successor non habet jus à pro-
ximo defuncto, cui modò succedit, sed à primo institutore, à quo omnes
successores ita vocati censentur, ut quilibet rerum dominium habeat ad mor-
tem usque, eoque mortuo alius ex primâ institutione succedat, non in jus
ultimi possessoris, vel in ejus dominium, quod ipsius morte extinctum fuit,
sed in dominium proprium & jus peculiare, quod successor ex voluntate pri-
mi institutoris habet, *l.peto.69.§.fratre.3.l.cum pater.§.libertis.l.cum ita.§.*
in fideicommisso. l.unum ex familia.§.1.ff.de legat.2. atque ideò præscriptio
præcedens contra defunctum possessorem, successori non nocebit, qui ab illo
nul-

nullam causam habet. Quod etiam indè comprobatur, quod in fideicomisso cuilibet agnato & successori, ad vitam ipsius, rerum dominium datum esse censetur, & tot intelliguntur esse donationes & fideicommissa, quot ex eo sunt 95
successiones, sicuti colligitur ex *l. fin. C. de legat. l. donationis. §. species. ff. de donat.* Castrens. *in l. si pecuniam. col. 3. ff. de condict. ob caus.* Quamvis igitur præscriptum sit jus & dominium possessoris prædefuncti, non tamen præscriptum vel sublatum censetur jus successoris.

Ex his & aliis similibus, præscriptionem contra possessorem fideicom- 96
missi, ex triginta annorum spacio perfectam, ipsi quidem possessori præjudicare, non verò ejusdem successori, qui ex primâ institutione vocatus & agere nondum potuit, nocere, tradunt Curt. jun. *cons. 181. numer. 5.* Dec. *consil. 445. num. 47.* Paris. *consil. 23. num. 199. libr. 1.* Crot. *in l. filiusfam. §. Divi. num. 146. & ibi* Ripa *num. 116.* Loazes *numer. 512. ff. de legat. 1.* Covarruv. *in c. possessor. part. 3. §. 3. num. 6. vers. tertia conclusio.* Hartman. Pistor. *d. lib. 2. quæstion. 8. num. 64. & seq.* Dec. *cons. 38. num. 4.* Gratian. *consil. 21. numer 37. libr. 2.* Natta *cons. 437. num. 4. seq.* Molinæ. *consil. 6. num. 15. seq.* Fusar. *d. quæst. 528. numer. 4. seq.* idemque in feudis obtinere, & in iisdem præscriptionem con- 97
tra possessores vel agnatos priores factam, posterioribus agnatis, ad quos feudi successio nondum fuit delata, non nocere, tradunt per *c. 1. §. satis benè est. in fin. de prohib. feud. alien. per Lothar. c. si alter ex fratribus. libr. 4. feud. tit. 83. c. 1. §. quid ergò. de investitur. de re alien. & ibi* Isern. *num. 7.* Laudens. *num. 8.* Afflict. *num 10.* Sonsbec. *de feud. part. 13. num. 170. seq.* Jason. *in l. filiusfam. §. Divi. num. 156. & ibi* Ripa *num. 116.* Crot. *num. 146.* Loazes *num. 91. ff. de legat. 1.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. conclus. 84. num. 1. & ibi innot. lit. a. alleg.* Hartman. Pistor. *2. quæstion. 8. numer. 41. & seq.* Adeò, ut nec præscriptio longioris temporis, quàm quadraginta annorum, agnatis reliquis præjudicet, Rosenthal. *d. conclusion. 84. num. 4. & ibi in not. lit. d.* Rol. à Valle *consil. 68. num. 26. vol. 3.* Et ita Cameram Imperialem, in causâ Haller contra Brandenburg/ Anno 1569 judicasse, ubi 70. plus minus annos elapsos fuisse, antequam vindicanti vel condicenti agnato locus succedendi fuisset apertus, impediente eo, qui consenserat, testatur Rosenthal. *d. conclusion. 84. numer. 4.* ubi nec centum, vel ducentos annos præterlapsos reliquis agnatis nocere asserit, *& ibi alleg. in not. lit. e.* Hartman. Pistor. *d. quæstion. 8. num. 73.* Cravet. *de antiquitat. temp. part. 4. §. materia ista singularis. numer. 68.* Paris. *consil. 23. numer. 199. vol. 1.* Idemque esse in millenaria præscriptione, scribit Natta *consil. 437. num. 5. seq.*

Pro quibus omnibus facit generalis illa regula, quod alienatione prohibitâ, etiam usucapio & præscriptio prohibita intelligatur, Bart. *in l. ubi lex. & ibi gloss. ff. de usucap.* Angel. *in l. 1. C. de præscript. long. tempor.* Bart. *in l. fin. & ibi* Aretin. *C. in quib. caus. in integr. restit.* Tiraquel. *de primog. quæst. 30. n. 4.* Natta *cons. 437. num. 4. in princ.*

Quibus non contrariatur, quod *supra cap. 13. num. 26.* dictum est, quod scilicet ulteriores, sive remotiores agnati, proximiorem successorem requirere possint, ut alienationem revocet, & si ipse revocare negligat, de ejusdem revocatione agere, & alienationi contradicere valeant, atque ita, si & hi ne-
99 gligentes existant, ipsis præscriptio noceat, cùm non possint dici impediri, qui impedimentum facilè removere & agere possunt, *l. qui potest. 174. in princ. ff. de R. I. l. quibus diebus. ff. de condit. & demonstr.* Et si hoc casu faciendi potestas factum repræsentet, *L. labeo. 50. ff. de contrah. empt. l. 1. §. qui sub. 8. ff. si quis omiss. caus. test.* Quod enim *d. num. 26.* de termino petendo adductum, quoad feudi revocationem negant Hartman. Pistor. *2. quæst. 8. num. 71.* Cacheran. *Pedem. decis. 177. num. 4. seq.* Rosenthal. *de feud. cap. 9. conclus. 83. n. 14.* Cùm enim agnatorum remotiorum jus revocandi fideicommissum, post mortem demum proximiorum incipiat, hisque superstitibus, ipsis nullum jus agendi competat, sed in proximiorum potestate situm sit, vel revocare, vel consentire, sive tacendo alienationem tantisper firmam ac ratam efficere, quamdiu ipsis superstitibus jus ipsorum durat, nullo jure remotiores petere posse videntur, ut proximioribus revocandi tempus constituatur, cum jus hoc revocandi vel non, in liberâ ipsorum volũtate positum sit; nec hoc casu quicquam remotioribus imputari poterit, cum etsi vel maximè dies agendi vel revocandi agnatis præfinita, eaque elapsa fuerit, non tamen revocare possint proximiore vivente, sed jus ipsorum post mortem demùm proximiorum incipiat, & rata interim alienatio permaneat.

Ad quod etiam illud facit, quod is, qui fideicommissi alienatore vel possessore mortuo, successionem prætendit, eo adhuc vivo agere non possit, ut futurus successor declaretur, *supra cap. 13. num. 36. seq.*

100 VII. Amittitur fideicommissum alienatione, qui enim contra prohibitionem alienat, jure suo cadit & privatur. Surd. *consil. 546. num. 10. libr. 4.* Fusar. *de fideicommiss. substit. quæstion. 718. numer. 1. & per tot.* An & quatenus autem fideicommissi alienatio sit prohibita, vel non, vide *supra capit. 11. per tot.*

Sed anne hoc casu, si pars, vel res aliqua fideicommisso subjecta alienetur, totum fideicommissum, an verò pars tantùm, vel res alienata amittatur,

non

non satis constat? Et hoc casu totum fideicommissum amitti, sentiunt per *l.* 101
cum pater. §.libertis.ff.de legat.2. Angel.*cons.118.* Romule.*in l.filiusfam.§.Divi.num.207.seq.ff.de legat.1.* Petra *de fideicommiss.quæst.10.num.34.& quæst.14.num.4.seq.* Jason.*in l.si quis ita. §.ea lege.num.47.& 49.ff.de V.O.* Hier.Gabr.*cons.95.num.22.lib.1.*

Quia *1.* fideicommissum conceditur sub ista conditione, ne alienetur, 102
conditio autem est individua,*l.cui fundus.in princ.de condit.& demonstr.*Petra *d.quæst.14.n.8.* Si ergò in parte non servatur, non potest dici servata conditio, & qui in parte contravenit, in toto quoque contravenire censetur, Fusar.*d.quæst.718.n.3.* Indeque per ademptionem sub conditione factam, sub contraria conditione institutionem factam intelligi, si alienatio facta sit, tradit per *l.si aliquando.in fin.C.de condit.& demonstr.* Angel.*cons.58.* nam conditio alienationis adjecta per testatorem non dicitur impleta, si pro aliqua parte sit contraventum, quia conditio usque ad minimum impleri debet, *l.qui hæredi.§.fin.ff.de condit.& demonstr.* Honded.*cons.60.n.14.lib.1.* Peregrin.*de fideic.art.16.n.118.* Fusar.*d.n.3.*

Quando culpa committitur contra personam, quæ beneficium con- 103
tulit, seu ejus dispositionem, totum beneficium amittitur, quia persona non potest offendi in parte, *l.etiam.111.ff.de legat.1.l.vulgaris.ff.de furt.* Bald.*in c.1.vers.quæro utrum.de alien.feud.* Et aliâs quoque in dispositione hominis, 104
si pro parte fiat pœna, in totum committitur, *l.hæredes.22.§.idem juris.13.ff.famil.ercisc.*

Verum contrarium, quod scilicet, si totum fideicommissum fuerit alienatum, totum, si verò pars, vel res aliqua alienata, pro re vel parte tantum illa alienata amittatur, verius est, & docent, Bursat.*cons.12.num.38.* Paris.*consil.6.num.19.lib.4.* Ruin.*cons.119.num.11.in fin.& seq.vol.2.*Jason *in l.ait Prætor.num.4.& seq.ff.de jurejur.* Socin.jun. *in l.filiusfamil.§.Divi.num.220.& seq.& ibi* Loaz.*num.192.seq.* Menoch.*cons.164.num.22.lib.2.* Honded.*1.cons.58.n.48.& 87.& cons.72.num.13.* Quia pœna non debet egredi metam delicti, *l.rescriptum.* 105
6.l.hæres qui tacitam.11.& ibi Jason *ff.de his.quib.ut indign.* Ita etiam vasallus, 106
qui partem feudi alienavit, non totum feudum, sed partem tantum alienatam amittit, *2.Feud 38.* Sonsbec.*de feud.part.12.num.78.& ibi alleg.* Rosenthal.*de feud.cap.9.membr.1.concl.1.n.1.& ibi in not.lit.c.& d.* Schrader.*de feud.part.9.cap.1.n.55.* Vultej.*de feud.1.cap.11.n.40.* Et sic emphyteuta non totam emphyteusin, sed partem aliquam alienat, non totam emphyteusin, sed partem duntaxat alienatam perdit, Paris.*cons.6.col.fin.vol.4.* Clar.*§.emphyteusis.qu.13.vers.*

non omittam. Grass. §.*emphyteusis.quæst.3*. Honded. *d.cons.58.n.85.& 89*. Jason *in l.fin.n.185.C.de jur.emphyt*. Et quod per alienationem partis rei legatæ factam per testatorem, non revocetur totum legatum, tradit Jason *in l.qui post.in fin.C. de legat*. Sicuti & fructuarium propterea, quod malè versatus in unâ re, non cadere à beneficio totius ususfructus, respondit Ruin. *cons.48.num.12.vol.2*. Cephal. *cons.132.n.3*.

108 Nec adversantur in contrarium adducta; nam primum quod attinet, quod res fideicommisso subjecta alienari nequeat, propriè non est conditio, sed potius modus, modum autem à conditione differre, constat ex dictis *supra cap.6.num.261*. & modo non observato in uno, totam rem amitti, nullibi cavetur.

109 Ad 2. respondetur, quod hoc casu nihil contra personam disponentis comittatur, sed res tantum contra ipsius dispositionem alienetur, quod perso-
110 nam nullo modo concernit. Et quamvis dicendum videatur, generaliter in quacunque materia, ubi jura disponunt, pœnam ex contraventione in totum committi, id tantum de rigore juris civilis procedere, & non de æquitate Canonicâ, hacq; attenta, pœnam non egredi delictum, & hanc æquitatem in dubio attendendam esse, respondit Honded. *d.cons.72.n.13.seq*. Nihil autem referre, an alienationis prohibitio sit facta per contractum, scribit Honded. *cons.42. lib.2*. Et an alienatio fuerit valida, an verò nulla, cum etiam in hâc privationis pœnam locum obtinere, velint per *l.peto.§.fratre.ff.de legat.2*. Ruin. *cons.123.n. 11.lib.3*. Cravet. *cons.191.n.7*. Petra *de fideic.quæst.8.n.54*. Magon. *Flor.decis.50.n.28. seq*. de quo confer. Fusar. *d.quæst.718.n.20.seq*.

111 Tum demum autem prohibitus alienare ex venditione & alienatione jure suo cadit, quando traditio fuit subsecuta, Alex. *cons.91.lib.3*. Tiraquel. *de retract.§.1.gloß.2.n.41*. Covarruv. *2.var.resol.cap.16.n.7. vers.non enim dicitur*. Jason *in l.fin.C.de jur.emphyt.quæst.16*. Brunor. à Sole *in compend. verb.prohibitio. n.18*. Fusar. *d.qu.718.n.24.seq.& n.29.seq*. ubi quatenus hoc procedat, & quando privationis pœna locum non habeat, pluribus declarat *per tot*.

113 Licet autem hoc casu prohibitus alienationem revocaverit, privationis tamen pœnam non evadit, Jason *in l.fin.n.135.quæst.20. C.de jur.emphyt*. Ruin. *in l.filiusfam. §.Divi.n.124.& ibi* Dd. *ff.de legat.1*. Ripa *in l.in quartam.num.55. ff.ad L.Falcid*. Natta *cons.145.n.13.& 18*. Petra *de fideic.quæst.8.n 62*. Fusar. *d. qu. 718.num.12*. Cum enim successori per ipsam alienationem jus in re alienata sit adquisitum, illud ipsi per rei recuperationem auferri non potuit, Fusar. *d.numer.12. vers.ratio est*.

114 In tantum autem contra testatoris prohibitionem alienans, fideicomisso se in-

ſe indignum facit, ut ex eodem nec partem alterius ſibi per mortem delatam
petere poſſit, per *l. cum pater. §. libertis. ff. de legat. 2. & ibi* Dd. Ruin. *conſ. 136. n. 4.*
lib. 1. Alciat. *reſponſ. 304. n. 5.* Decian. *conſ. 57. n. 14. libr. 5.* Natta *conſ. 528. n. 27. libr. 3.*
Surd. *de aliment. tit. 9. quæſt. 23. n. 55.* Petra *de fideic. quæſt. 10. n. 55. & qu. 14. n. 4. ſeq.*
Fuſar. *de fideic. ſubſt. quæſt. 740. n. 1.* Quia legis auxilium non meretur, qui in eam 115
comiſit, *l. auxilium. in fin. ff. de minor.* & quis non debet conſequi beneficium ex
eo, quod niſus eſt impugnare, *c. ex eo. de R. I. in 6.* Bart. *in l. poſt legatum. ff. de his,*
quib. ut indign. Magon. *Flor. deciſ. 50. n. 11. ſeq.* Schurff. *conſil. 84. n. 2. cent. 2.* Ac hæ-
res voluntatem teſtatoris non obſervans, omni teſtamenti comodo indignus
efficitur, *arg. l. 1. ff. de his, quib. ut indign.* Alciat. *conſ. 138. in fin. lib 1.* Dec. *conſ. 39. n.*
3. ſeq. lib. 2. Pariſ. *conſ. 91. n. 56. ſeq. lib. 2.*

Quod ſi tamen is, cujus favore alienationis prohibitio facta, in vitâ non 116
eſt conqueſtus, & rem alienatam non petiit, ejus hæredem non poſſe caducita-
tis pœnam prætendere, ſentiunt Peregrin. *conſ. 44. n. 19. in fin.* Honded. *conſ. 72. n.*
19. lib. 1. Fuſar. *d. quæſt. 740. n. 8. ſeq.* Cenſetur enim hæc pœna remiſſa ab eo, qui in
vita non eſt conqueſtus, Cravet. *conſ. 59. n. 7. ſeq.* Ac pœna non declarata per au- 117
thorem, nō poteſt declarare ſucceſſorem, Ant. Gabriel. *tit. de crim. concl. 35. n. 7.*
Cravet. *d. conſ. 59. n. 7. ſeq. & conſ. 18. n. 19.* Nec pœna locum habet, niſi is, in cujus
favorem impoſita fuit, eam declaret & petat, Rol. à Valle *conſ. 100. n. 71. ſeq. lib. 4.*
Fuſar. *de fideic. ſubſt. quæſt. 718. n. 75. & d. quæſt. 740. n. 12.*

Quando etiam quis conſenſerit alicui ex prohibitis, ut bona vel partem 118
ſuam alienaret, non intelligitur excluſus à portionibus aliorum, qui ſine ejus
conſenſu alienarunt, gloſſ. *in l. cum pater. § libertis. & ibi* Bald. *in fin. ff. de legat.*
2. Magon. *Flor. deciſ. 50. n. 37.* Fuſar. *d. quæſt. 740. n. 14.*

VIII. Amittitur fideicommiſſum renunciatione, eidemque renuncia- 119
ri poſſe, ſcribit Gail. *2. obſ. 139. n. 7.* Idque de fideicommiſſo puro, quod huic re-
nunciari poſſit, non videtur habere dubium, per *l. ſervum filii, §. 1. ff. de legat. 1.*
Caſtr. *conſ. 427. n. 1.* Graſſ. *§. fideic. quæſt. 62.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæſt. 16. num. 5.*
Menoch. *3. præſ. 111. n. 1.* Intrigliol. *de ſubſtitut. cent. 3. quæſt. 91.* Joſ. Ludov. *Peruſ.*
deciſ. 19. n. 6. Fuſar. *de fideic. ſubſt. quæſt. 587. n. 1.*

Et licet contrarium de fideicomiſſo conditionali vel in diem relicto, ſen- 120
tiant per *l. 1. §. quod ait. ff. quor. legat. l. is qui hæres ff. de adquir. hær.* Tiraquel. *in l.*
ſi unquam. in præfat. n. 138. C. de revoc. don. Craſſ. *§. fideic. quæſt. 62.* Menoch. *3. præſ.*
117. n. 14. Intrig. *d. quæſt. 91. n. 2.* Fuſar. *d. qu. 587. n. 2. & ibi alleg.* eo, quod juri futuro
non poſſit renunciari, *l. ſi ita ſcriptum. §. ſub conditione. ff. de legat. 2.* multis ta-
men id caſibus limitat Fuſar. *d. qu. 587. n. 3. & ſeq.* Poſſe etiam fideicomiſſarium
fideicommiſſo renunciare contra mentem & diſpoſitionem teſtatoris, ſcribit

Cephal.

121 Cephal. *consil. 282. numer. 21. libr. 2.* Et renunciationem hujusmodi favorabi-
lem esse, eo quod votum captandæ mortis auferat, & inter fratres concor-
diam alat, ac æqualitatem servet, asserit Jason *in l. 2. num. 2. C. de pact.* Gail. *d.*
obs 13. num. 8. Ac propterea fideicommissum reciprocum & consensu, & pacto
remitti posse, constat ex *l. 1. C. de pact. l. fideicommisso. & ibi* Jason. *num. 1. C. de*
transact. l. quotiens ab omnibus. C. de fideicommiss. l. cum proponas. C. de pact. Ern.
Cothman. *1. cons. 80. num. 61. seq.* Ripa *in l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 101. ff. de*
V. O. Boër. *quæst. 147. num. 5.* Menoch. *3. præs. 115. num. 1.* modo consensus iste non
ex quibusvis ambiguis & obscuris clausulis, per divinationem quandam col-
lectus, sed verbis formalibus & disertis expressus, vel ipso facto declaratus sit,
Hotoman. *consil. 8. fol. 134.* Cothman. *d. cons. 80. n. 63.* & renunciatio fiat inspe-
ctis & cognitis testamenti verbis, *infra num. 265.* ac fideicommissi scientia ad-
sit, *infra n. 266.*

122 Sunt enim fideicommissa hæc species donationum, quæ in invitos non
123 conferuntur, *l. invito. 69. ff. de R. I. l. hoc jure. 19. §. 2. ff. de donat.* Et vulgata est ju-
ris regula, quod quilibet privilegio, juri & favori pro se introducto renuncia-
re possit, *l. si quis in conscribendo. 29. C. de pact. l. cum inter hæredem. ff. eod. l. si con-*
124 *venerit. ff. de jurisdict.* Tusch. *lit. R. concl. 170. num. 1 seq. per tot.* Et ad jura renun-
ciata nō detur regressus, *l. quæritur. 14. § si venditor. 9. ff. de ædil. edict. l. Papinia-*
nus. 20. seq. ff. de minorib. l. postquam liti. C. de pact. l. si ea. C. qui accus. non poss. Myn-
sing. *decad. 14. respons. 4. n. 50.* Tusch. *d lit. F. concl. 175. per tot.*

125 Ex quo etiam juri primogenituræ & majoratus renunciari posse, docent
Tiraquel. *de primogenit. quæst. 24. per tot.* Besold. *de success. reg. libr. 1. diss. 2. num.*
28. Molina *de Hispan. primogen. lib. 3. cap. 2. num. 21. & seq.* Betsius *de pact. famil.*
126 *illustr. cap. 9. fol. 469.* Juri advocatiæ, Mager. *de advocat. cap. 16. num. 37.* Et va-
127 sallum feudum refutare posse, constat ex *2. feud. tit. 14. 38. & 39.* Etiam domi-
no dissentienti, *2. Feud. tit. 38.* Myns. *6. obs. 65. n. 5. & respons. 44. n. 16.* Rosenthal. *de*
feud. cap. 9. concl. 69. Schurff. *cons. 27. num. 6. & 7. cent. 1.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 10.*
n. 76. Sicuti etiam alienare prohibitus hæreditatem repudiare potest, *l. qui au-*
tem. ff. de his, quæ in fraud. cred. Besold. *cons. 181. n. 43.* Imò etiam ipsi Nobilitatis
privilegio, aliisque dignitatum titulis & officiis, etiamsi summa sint, renun-
ciare quemlibet posse, scribit Theodor. Reinking / *in enarrat. l. fin. num. 6. C. de e-*
128 *dend.* Ita etiam ut Pontifex summus Pontificatu abdicare, eique renunciare
possit, *c. admonet. X. de renunc.*

129 Sic enim olim Theodosius Adramytenus, Orientis Imperator, Impe-
rio renuncians, ad monasticam vitam secessit, Egnat. & S. Aur. Victor. *append.*
apud Dion. Gothofred. *histor. antiq. libr. 4. in Theodos. III. fol. 473.* Diocletianus &
Maxi-

Maximinianus Impp. occidėtis purpurâ unâ die depositâ, privatam ad vitam se reduxerunt, Benevent. *de Rambald. lib. August. in Dioclet. apud* Marquard. Freher. *rer. German. script. tom. 2. fol. 5.* Eutrop. *histor. Roman. lib. 9. ad fin.* Imperator Lotharius, Caroli I. ex filio Ludovico Pio nepos, omnibus quæ habuit, renuncians, Prumicense monasterium ingressus, & Diaconus monachus effectus est, Lupold. de Bebenb. *de Zelo Cathol. fidei veter. Princip. Germ. cap. 3. vers. item Imperator.* Sicque Imperator Carolus V. invictissimus Imperii sceptris renunciavit, & in manus Ferdinandi Regis Romanorum, & indubitati successoris, quamvis inviti & reluctantis, resignavit, in Hispaniam tandem recessit, ibique privatus vitam cum morte commutavit, R. A. zu Augspurg / *de anno 1559. in princ.*

Sic quoque olim gens Octavia patricia primum ad plebem se contulit, 130 quæ postea tamen per D. Julium Cæsarem inter patricias relata, Sueton. *in Octav. August. in princ.* Et Lucium Augurium patricium ad plebem secessisse, & Tribunum plebis undecimum factum esse, tradit ex *Plinio* Carol. Sigon. *lib. de nomin. Rom. cap. 6.* Ac plurimos propter adoptionem tribunatus ex Nobilissimis patritiis, magnæ potentiæ cupiditate inflatos, Nobilitatem suam ejurasse, & ad plebejos secessisse, scribit Joh Zonar. *tom. 2. annal.* Quod etiam Florentiæ factum, & multos è Nobilitate ad plebem se contulisse, refert Leonard. Aretin. *lib. 7. histor. Florent. fol. 144.*

Quod si pacto vel alio modo fideicommisso renunciatum sit à patre, id 131 tamen filiis ex primi institutoris dispositione vocatis, non nocere, nisi hac lege, & expresso pacto id actum sit, ut neque renunciantes, neque horum filii inposterum admittantur, tenent Hier. Gabriel. *consl. 125. num. 1.* Cephal. *cons. 371. num. 32. lib. 3.* Cothman. *1. respons. 80. num. 98.* Tusch. *lit. D. concl. 543. num. 39.* De quo tamen, & an hoc casu filius præjudicari possit, non immerito dubitatur, per ea quæ dicta sunt *supra cap. 11. num. 386. sequent.* In dubio etiam fideicom- 132 misso non esse renunciatum, pronunciandum esse verius est, & tradunt Decian. *cons. 52. num. 23. lib. 1.* Peregrin. *cons. 92. num. 2. lib. 1. & de fideicommiss. art. 52. num. 24. sequentib.* Petra *de fideicommiss. quæst. 14. num. 136.* Fusar. *de fideicomm. subst. quæst. 593. n. 174.*

IX. Amittitur fideicommissum abusu, veluti si fortè possessor res fidei- 133 commissarias dissipet vel dilapidet, tunc enim proximum agnatum & successorem ea vindicare posse, dictum est *supra cap. 13. n. 64.* Ita etiam propter abusum amittitur privilegium, *c. privilegium. 63. caus. 11. quæst. 3. c. tuarum. 11. c. ut privileg. 24. X. de privileg.* gloss. *in c. suggest. X. de decim. Emphyteusis, auth. qui rem. C. de SS. Eccles. & ibi* Jason. Sonsbec. *de feud. part. 12. num. 67.* Menoch. *arb.*

jud. libr. 2. caſ. 78. n. 2. uſusfructus, §. *finitur 3. l. de uſufruct.* Menoch. *d. num. 2.* Sonsbec. *d. n. 67.* res locata, *l. æde. C. de locat. & ibi* Bart. & Bald. *c. propter ſterilitatem. 3. X. eod. & ibi* Abbas. Menoch. *d. l. n. 1.* Sonsbec. *d. n. 67.* feudum, *2. feud. tit. 27. §. quicunque. 8. & ibi* Bald. Matth. de Afflict. & Alvarot. Zaſ. *de feud. part. 10. num. 54.* Sonsbec. *de feud. part. 12. num. 67.* Vultej. *1. feud. 11. num. 39.* Menoch. *d. caſ. 78. n. 4.* & ex parte domini directum dominium, Bald. *in c. un. qualit. dom. propriet. feud. priv.* vaſallusque ob violenta domini ludibria patrocinali imperio ſolvitur, Hartm. Hartman. *pract. obſerv. tit. 54. obſerv. 43.* Gail. *1. obſerv. 17. n. 4.* Mynſ. *5. obſ. 8. n. 6.*

135 Amittitur quoq; abuſu jus protectionis & advocatiæ, ſi patronus defenſione abutatur, & in clientes ſæviat, §. *publici latrones. verſ. quicunque advocatiam. de pac. tenend. & ejus viol. 2. feud. 27.* Zaſ. *de feud. part. 10. num. 55.* Mager. *de advocat. cap. 16. n. 599. & ſequent.* uti & regalia, *c. privilegia. c. tuarum. X. de privileg. c. privilegium. cauſ. 11. quæſt. 3.* Gail. *de pac. publ. lib. 1. cap. 2. n. 22.* Sixtin. *de regal. lib. 1. cap. 6. n. 34. ſeq.*

136 Sic quamvis dominorum poteſtatem in ſervos illibatam eſſe oporteat, nihilominus tamen ſervus domini ſævitiâ, fame, obſcœnitate, vel intolerabili injuria preſſus, bonis conditionibus vendi, *l. 1. & 2. ff. de his, qui ſui vel alien. jur. l. 1. §. quod autem. 8. ff. de offic. præfect. urb. l. ſi conſtante. 24. §. ſi maritus. 5. ff. ſolut matrim. l. 1. C. de emendat. ſerv.* & filiusfamilias ob ferociam patris emancipari jubetur, *l. fin. ff. ſi quis à parent. manum. arg. l. Divus Hadrianus. 5. ff. ad L. Pompei. de parricid. l. un. C. de emendat. propinq.*
137 Vinculumque matrimonii, alias nullo enſe ſolvendum, propter aſperitatem jure Canonico ſcinditur, *l. literas. 13. X. de reſtitut ſpol. & ibi* Panormit. *num. 7.* Græven. *lib. 1. concluſ. 17. conſid. 3.* Gail. *1. obſerv. 17. numer. 5.* Huſan. *de homin. propr. cap. 8. n. 31.*

Hinc etiam judicibus immodicè ferocientibus fræni adhibita eſt tem-
138 peries, *l. 2. C. de cuſtod. reor.* Adeò, ut etiam jurisdictio territorialis amittatur, & ſubditi obſequio, fide & ſacramenti vinculo liberentur, ſi dominus in eos ſæviat, & conceſſo dominatu ad proterviam præpoſterè abutatur, *c. in quibusdam 12. §. ſacri. X. de pœn. arg. §. ſed hoc tempore. I. de his qui ſui vel alic. l. 2. ff. eod.* Gail. *1. obſ. 17. num. 2. & ſeqentib. per tot. & de pact. publ. cap. 2. numer. 22. lib. 1. & de arreſt. cap. 10. numer. 7. & 16.* Mynſ. *5. obſerv. 8.* Thom. Michael. *de jurisdict. concluſ. 135. lit. d.* Hart. Hartman. *pract. obſerv. tit. 54. obſ. 43.* Petr. Frider. Mindan. *de proceſſ. lib. 2. cap. 13.* Huſan. *de hom. propr. cap. 8. num. 27. & ſequ.* Sixtin. *3. Marpurg. conſ. 8. num. 113.* Zach. Vietor *de cauſ. exempt. concluſ. 14.* ubi

lau-

laudabile Parisianæ curiæ refert edictum: *Le seigneur. qu. abuse de sa justice, en doit estre privè*, abutens imperio, privator.

Bonus enim Princeps non fœdam, & liberis hominibus ignominiosam subditorum servitutem quærere, nec libertatis jacturam, & occubitum, nec subditorum perniciem, sed libertatem promovere & conservare, tantumque ipsi curæ esse debet, eorum, qui reguntur, libertas, quantum & illorum benevolentia & obedientia, sicuti laudabiliter scribit Imperator Alexander, in *l. Imperator. 25. in fin. ff. de appellation.* Sibique omne extare studium, subsistere libertates atque valere, & in nostra florere & augeri Republicâ, hujusque causæ desiderio & in Lybiâ & in Hesperiâ tanta se suscepisse bella, pro recta scilicet ad Deum Religione, & pro subjectorum pariter libertate, inquit Imperator Justinianus in *Novell. 78. cap. 4. in fin.* Ac imperialem decere solertiam, ita Reipublicæ curam gerere, & subjectorum commoda investigare, ut Regni utilitas incorrupta persistat, & singulorum status jugiter servetur illæsus, ait Imperator Fridericus, in *c. Imperialem. in princip. de prohibit. feud. alien. per Fridericum, 2. feud. 55.* Factus enim est Princeps propter bonum, non ut obsit, sed ut prosit, Alphons. Modit. §. *Magistratuum, dub. 1. numer. 5.* Nec populus est propter Principem, sed Princeps propter populum, ejusque utilitatem, Aristotel. *3. polit. 11.* Cicero *1. offic.* Heig. *libr. 1. quæst. 19.* Gars. *de expens. & mel. cap. 21. num. 32.* Vietor. *d. concl. 14.* Malumque in Principe non potestas, sed tempestas est, Vasqui. *1. contr. 1. numer. 20. & lib. 2. cap. 51. numer. 65.* Esse enim debet pater communis, qui filios placido sinu foveat, Bald. *consil. 410. num. 5. lib. 5.* Cravet. *cons. 933. num. 25.* Et velut Deus in terris, *Psalm. 82.* Budæ. *in l. Princeps. ff. de Legib.* Cui nihil magis proprium, quàm humanitas, per quam sola Dei imitatio servatur, *l. fin. C. de donat. inter vir.* Moditius §. *Principum. dub. 1. num. 11.* & Deum habiturus est tanto magis benignum & propitium, quo diligentius subditos illæsos præstat, Vietor. *de caus. exempt. conclus. 14.* Quamvis enim is, qui absoluta sua potestate abutitur, hominem non habeat, sua qui facta dijudicet, certum nihilominus est, quod peccet apud Deum, ut ait Isern. *in c. unic. quæ sint regal. 2. feud. 56. num. 7.* qui potentes potenter exquiret, *Psalm. 82. Sapient. 6.* Unde Seneca *in Thyeste* ait:

139 140 141 142 143

Vos, quibus Rector maris atque terræ
Jus dedit magnum necis, atque vitæ,

Ponite inflatos tumidosque vultus:
Quicquid à vobis minor extimescit,
Major hoc vobis Dominus minatur,
Omne sub regno graviore regnum est.

X. Amittuntur hæc fideicommissa, si leges & pacta licita & honesta
144 iisdem adjecta, à fideicommissariis non observentur & adimpleantur, ita ut
tunc is, qui pacta vel leges ejusmodi non observat, à successione excluda-
tur, & fideicommissum ad alios agnatos & successores devolvatur, *auth. hoc
amplius.C.de fideicomm.l.un. & ibi* Alber.de Rosat. Bart. Bald. Castr. Jason *&*
Dd.*comm.C.de his,quæ pœn.nom.§.pœna quoque ult. & ibi* Dd.*X. de legat. c.Ray-
naldus.§.1. & ibi* gloss.*&* Covarruv.*X.de testament.* Clar.§.*testamentum. quæst.
69.* Surd.*de aliment.tit.9.quæst.25.num.1.seq.* Tusch.*lit.H.concl.54.per tot.* Phi-
lip.Matth.*Marpurg.cons.20.num.13.vol.1.* adeò, ut pœna hæc committatur,
etiam ex solâ hæredis vel fideicommissarii contradictione & impugnatione,
licet ea de jure effectum non sortiatur, *d. c. Raynaldus.§.1. & ibi* Panormit. *&*
Covarruv.*& arg.l.un.C. de nundin.l. Aurelio.§.Cajus.ff.de liberat.legat.* Six-
tin.*Marpurg.consil.19.num.12.vol.2.* Cum tritum sit, quod quis ex eo, quod
145 nisus est impugnare, fructum consequi non debeat, *supra num.115.* Et hujus-
modi privationis pœna non tantum ipsum hæredem, sed etiam hæredis hæ-
redem obligat, si ipse testatoris voluntati contraveniat, Socin. jun. *consil.129.*
146 *num.7.lib.3.* Menoch.*cons.53.num.3.* Sixtin.*d.l.num.13.* Ita, ut hæc pæna etiam in
foro animæ debeatur, Zasius *consil.2.in fin.vol.1.* Covarruv. *in d.c.Raynaldus.
§.1.X.de testament.* Pruckman.*consil.48.n.46.vol.1.* Argentoratens.*consil.75.n.*
147 *19.vol.11.* Cum testatoris voluntas hæredes & fideicommissarios in conscien-
tia obliget,*l.2.*ibi: *sed ex conscientia relicti.C.de fideic.*& mortaliter peccet,qui
eandem non servat,Dec.*cons.39.n.3.vol.2.* Cephal.*cons.497.n.49.* Mantic.*de con-
ject.ult.vol.lib.2.tit.15.n.7.& 8.* ac pietatis jura violet,*l.contra voluntatem.7.C.de
manumiss.test.* tristitiaque afficiat animum testatoris,ipsique injuriam infe-
rat,qui ejus voluntati non patet,Pruckman.*d.cons.48.num.48.lib.1.* confer *su-
pra cap.3.n.1.seq.* Indeque evidenter apparet,testatorem omni legatorum ac
fideicommissorum commodo privatum velle eum, qui dispositioni suæ quo-
148 cunque modo contravenerit, Philip.Matth.*1.Marpurg.cons.20.n.13.* Sicuti e-
tiam jus advocatiæ & protectionis amitti, si pacta non observentur, probat
Mart.Mager.*de advocat.cap.16.num.734.* uti & feudum, *c.1.§.est & alia. & ibi*
Alvarot.*n.1.quæ fuit prim.caus.benef.amit.* Rosenthal.*de feud.cap.10.concl.14.*
Besold.*cons.57.n.8.seq.*

Et hæc

Et hæc non tantùm procedunt, si privationis pœna expresse sit adjecta 149
à testatore, *l. un. C. de his, quæ pœn. nom. l. 1. §. si ita. ff. ad L. Falcid. l. si quis sepulchrum. 12. §. funus. ff. de religios. & sumpt. fun. l. legatarius. 25. C. de legat. l. multa. 6. ff. de condit. & demonstrat.* Hondedæ. *2. cons. 68.* Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 582. numer. 1.* ita, ut si pœna privationis adjecta, ea ipso jure committatur, nec sententia requiratur, Bald. *in d. l. unic. col. 7. C. de his, quæ pœn. nom.* Felin. *in c. Rodolphus. col. 17. vers. privetur. X. de rescript.* Philipp. Matth. *d. cons. 20. num. 14.* Sed etiam, si pœnæ adjectio omissa, nihilominus enim contraveniens fideicommisso ipso jure privetur, *auth. hoc amplius. & ibi* Bald. Jason, Salicet. Sichard. *C. de fideicommiss.* Decian. *cons. 1. num. 9. lib. 3.* Ruin. *consil. 123. num. 19. lib. 2.* Philipp. Matth. *d. num. 14.* Fusar. *d. quæst. 582. numer. 2.* Cùm 150
non implens testatoris voluntatem, ipso jure rebus sibi relictis privetur, Natta *cons. 675. n. 16.* Cravet. *cons. 1. n 3. & consil. 80. num. 18.* Jos. Ludov. *conclus. 16. illat. 74.* Fusar. *d. l. num 3*

An autem hoc casu sententia & declaratio judicis requiratur, vide Fusar. *d. quæst. 583. per tot.* ubi in eam inclinare videtur sententiam, quod requiratur petitio & sententia declaratoria facti, vel non facti, ob quod quis veniat pri- 151
vandus, post Bart. *in l. eum qui. ff. de jur. fisc.* Tiraquel. *in l. si unquam. in verb. revocatur. num. 400. seq. C. de revoc. donat.* Felin. *in c. Rodolphus. X. de rescript.* Magon. *Florent. decis. 16.*

Sed de hoc non levis est controversia, an in fideicommissis contraven- 152
tio patris noceat quoque filiis, ita, ut si pater leges, conditiones & pacta fideicommisso adjecta non observet, & propterea fideicommisso privetur, filii quoque ipsius ab eo excludantur? Et filios quoque ob patris contraventionem fideicommisso privari indè dicendum videtur, 1. quod exclusâ u- 153
nâ personâ, alia quoque ab eâ derivata, exclusa intelligatur, per *l. fin. ad fin. C. de V. S.* Bald. *in l. fin. C. de liber. præter.* Dec. *in l. illam. C. de collat.* Et quando persona quædam removetur à successione, cætera quoque ab ea descendentes removeantur, Tiraquel. *de primogenit. quæst. 12. numer. 5. seq. & quæst. 40. num. 126.* Et non debeant admitti, quorum authores repelluntur, *c. licet. X.* 154
de testib. Hippol. Riminald. *consil. 42. num. 126. libr. 1.* ac fructus à radice infectâ provenientes, æquè sint rejiciendi, ac ipsa radix, *l. si viva matre. C. de bon. matern.* decisâque venâ, deficit cursus & fluxus, *l. flumina. §. fin. ff. de damn. infect.* confer *supra cap. 8. num. 247.* Atque indè cum patris jus hoc ca- 155
su extinctum, id ex postfacto reviviscere, & in filium transferri nequit, cum jus semel extinctum non reviviscat, *l. 3. §. si capitis. ff. de bon. libert. l. in rem actio. ff. de rei vind. l. sed si meis. §. arbor. ff. de adquir. hæred. l. in tantum. §.*

ſemel, ff. de rer. diviſ. Decian. *conſil. 19. num. 170. libr. 3.* Magon. *Florent. deciſ. 102. numer. 12.*

156 2. Quia in jure feudali conſtitutum, ut quando quis incurrit in pœnam ſibi prius comminatam, tunc quoque ipſius filii & deſcendentes excludantur; *§. ſi quis deceſſerit. 5. verſ. ſi vaſallus culpam. ſi de feud. defunct. contr. inter tit. 26. c. un. ſi vaſall. feud. privet. tit. 31. libr. 2. feud.* Zaſius *de feud. part. 10. num. 96.* Hartman. Piſtor. *lib. 2. quæſt. 16. num. 5.* Vultej. *de feud. lib. 1. cap. 11. num. 69.*

3. Quia in diſpoſitione teſtatoris excluduntur, illi, qui ipſi ſunt odioſi, & referri debet diſpoſitio ad alios, qui ipſi non ſunt inviſi, *l. Lucius Titius. §. pen. ff. de legat. 2 c. cohæredes. X. de teſtament.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 8. tit. 4. num. 62.* Surd. *deciſ. 41. per tot.* Molina *de Hiſpan primogen. libr. 1. cap. 9.*
157 *num. 13.* Hæredis autem odioſi deſcendentes, ipſi quoque teſtatori odioſi eſſe videntur, Simon. de Præt. *de interpr. ult. vol. lib. 1. interp. 20. dub. 2. ſolut. 4. numer. 4.* Surd. *deciſ. 41. num. 8. ſequent.* ubi pro impoſſibili habet, teſtatorem deligere filium patris odioſi, licet filius nihil perpetraverit, & quod in perſonâ patris odioſus fieri potuerit, per *l. un. verſ. illo. C. ſi quacunque præd. poteſt.* Jaſon *in l. apertiſſimi. num. 7. C. de judic.* Decian. *conſ. 589. num. 6.* Peregrin. *conſ. 43. n. 11. lib. 3.*

158 Atque hinc 4. quando pater ob contraventionem fideicommiſſo privatus, ejus quoque filios eodem privari concludunt, Pariſ. *conſ. 91. num. 67. libr. 2.* Menoch. *conſ. 954. num. 30. ſeq.* Alba *conſ. 57.* Socin. jun. *conſ. 126. num. 7. ſeq. lib. 2.* Theſaur. *deciſ. 270. numer. 27.* Et quando teſtator vult aliquem hæreditate privatum, in dubio illam cohæredi applicandam intelligi, & inſtitutum magis dilectum cenſeri, quàm ſubſtitutum, tenent Bart. *in l. uxorem. §. hæres. ff. de legat. 3.* Aretin. *in § fin. de legat.* Cephal. *conſ. 166. numer. 12. libr. 2.* Et quod conjunctus excludat ſubſtitutum, etiamſi ſaltem ex conjecturis conſtet, teſtatorem ipſum præferre voluiſſe, tradunt per *l. quidam teſtamento. ff. de vulgar. & pupill.* Bart. *in l. re conjuncti. numer 33 ff. de legat. 3.* Mantic. *de conject. ult. vol.*
159 *lib. 4. tit. 11. num. 21.* Menoch. *4. præſumpt. 86. num. 7.* Surd. *deciſ. 54. num. 1.* Cùm inſtituti magis dilecti, quàm ſubſtituti, per *l. Publius. § 1. ff. de condit. & demonſt. l. qui fundum. §. filius. ff. ad L. Falcid.* Mantic. *de conject ult. vol. libr. 5. tit. 1. n. 12.* & ſubſtitutus in caſum contraventionis, excludat vocatum in caſum mortis, per *l. cum ex filio. ff. de vulgar. & pupill.* Menoch. *conſil. 620. n. 8. & per tot.* ac in caſu mortis ſubſtitutus, in caſu delicti ſubſtitutus non videatur, Peregrin. *conſil. 51. lib. 5.*

160 Verùm contraria opinio, & quod contraventio patris non noceat filio in fi-

in fideicommisso, firmioribus nititur rationibus, & verior est, eaque probatur, 1. manifestè ex *l. peto. 69. §. fratre. 3. ff. de legat. 2.* ubi fratre instituto eiq; familiâ substitutâ, si frater testatoris voluntati non paruit, familia substituta, & ab ea dependens, fideicommisso non privatur, sed ab eo descendentes bona illa fideicommissaria vindicare possunt.

Idque 2. æquissima juris ratio comprobat, ubi traditum, quod factum cuique suum, non alteri nocere, *l. factum. 155. ff. de R. I. l. si defuncto. 10. in fin. ff. de vi & vi arm.* nec pœna delinquentis personam egredi, nemoq; alieni criminis successor constitui, sine culpâ suâ puniri, & alieno odio prægravari debeat, & si quæ sunt simi ia, allegata *infra num. 318.* 161

Neque etiam 3. in potestate hæredis vel fideicommissarii esse debet, ut hæreditas, legatum, vel fideicommissum sub aliquâ conditione, & in incertum eventum relictum, conditione existente, vel eventu secuto, non debeatur, *l. si id quod. 21. §. ult. ff. de liberat. legat. l. nec ei. 17. §. eorum. 1. ff. de adopt. l. si ita quis. 51. §. is cui. ff. de legat. 2. l. in fideicommissum. 77. ff. de condit. & demonstr.* Castrens. *cons. 247. n. 3. lib. 1.* Ruin. *cons. 122. n. 8 & 9. libr. 2.* Hier. Gabriel. *consil. 123 n. 40.* ac quod non debeat esse in potestate alienâ conditionem meam, nihil delinquentis, facere deteriorem, scribit Jctus Venulejus in *l. ne in aliena. 2. ff. quod vi aut clam.* 162

Ex quo etiam 4. alienationem fideicommissi à patre factam, filiis non nocere, ac patrem in fideicommisso filiis nihil quicquam præjudicare posse, non tantùm contrahendo, sed nec delinquendo, probatum est *infra n. 318. & supra cap. 11. num. 394.* & nec Principem filiis & agnatis fideicommisso jus quæsitum auferre posse, dictum est *supra cap 8. num. 380.* 163

Atque hinc 5. pœnam hæredi testamento contravenienti, vel illud impugnanti, impositam, non egredi personam eam incurrentis, neque ipsius substituto nocere, quo minus ad fideicommissum, conditione ejus purificatâ, admittatur, tradunt per *l. Papinianus. 8. §. meminisse 14. ff. de inoffic. test.* Natta *cons. 470. num. 25. & 26.* Guid. Papa *cons. 28. numer. 8.* Menoch. *consil. 544. num. 9. seq.* Ruin. *cons. 122. num. 7. libr. 2.* Bursat. *cons 13. num. 67. seq.* Magon. *Flor. decis. 16. num. 7. seq.* Et quod pœna contraventionis in fideicommissis tantùm contravenienti noceat, & non etiam ipsius filiis & hæredibus, communiori Doctorum calculo receptum est, & nominatim tradunt Natta *cons. 470. num. 12. seq.* Nizol *alleg. 8 num. 24.* Ruin. *cons 122. num. 7.* Oldrad. *consil. 16. num. 5.* Rol. à Valle *consil. 78. numer. 3. & 6.* Cephal. *cons. 282. num. 29. & 35.* Hondedæ. *cons. 72 n. 32. & 40. lib. 1.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 18. num. 29 seq.* 164

Tusch,

Tusch. *lit. P. conclusion. 902. num. 7.* Et quando pater & filii ordine successivo sunt vocati, & pater bona possidet, tunc patris factum & delictum filiis post-ea vocatis, non nocere, scribunt Natta *consil. 470. num. 25. seq.* Cephal. *d. consil. 882. num. 35.* Bursat. *cons. 13. num. 67. seq. libr. 1.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 18. num. 29. seq.* Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 575. numer. 1.* Adeò, ut nec usu-fructu priventur filii ob patris contraventionem, Honded. *d. cons. 72. num. 45. seq. libr. 1.*

Idem quoque esse, si filii dispositivè vocati post patrem, & pater bona nondum obtineat, sed jus tantùm in spe habeat, ita, ut nec tunc patris contraventio filiis noceat, tradunt Ruin. *d. consil. 122.* Cephal. *d. consil. 282.* Honded. *d. cons. 72. dub. 2.* Fusar. *d. quæstion. 575. num. 5.* Peregrin. *d. art. 18. num. 30. vers. contra verò.* ubi hanc rationem addit, quod in jure quærendo pater minus possit præjudicare filiis suis, quàm in jure realiter quæsito, ideò pater feudi possessor in dominum delinquens, præjudicat filio, quod si tamen avus possideat, delictum patris non noceat filio, sed avo mortuo, nepos succedat, Bart. *in l. eum, qui col. pen. ff. de interdict. & relegat.* Zasius *de feud. part. 10. n. 107.*

165 Atque hinc etiam 6. quando quæstio incidit, cuinam sit applicanda pars contravenientis, vulgò traditum est, quod si testator disposuerit, cuinam ea cedere debeat, id meritò observandum, cum testatoris voluntas servanda, & tota privationis & translationis causa, à nudâ testatoris voluntate dependeat, & ab eâ dijudicare debeat, Rol. à Valle *cons. 70. num. 6. lib. 3.* Decian. *cons. 273. & cons. 290. num. 3.* Paris. *cons. 19. num. 135. vol. 2.* Menoch. *cons. 78. num. 7.* Surd. *decis. 194. n. 16.*

166 Si verò testator hac de re nihil specialiter disposuerit, privationis pœna parti obedienti debeatur, *l. si plures. 6. C. de condit. insert. tàm leg.* Paris. *consil. 19. num. 40. lib. 2.* Et quidem primum substitutis, & si hi rem istam, sive fideicommissum acceptare nolint, post eosdem cohæredibus, sicuti expressè decisum est, in *Novell. 1. cap. 1. §. si verò institutio. 3. auth. hoc amplius. C. de fideicommiss.* Dec. *cons. 584. & cons. 637.* Tusch. *lit. P. conclus. 902. num. 7. sequent.* Et quod applicatio fiat illis, quibus fideicommissum debetur post eum, qui alienavit, scribit Jason *in l. filiusfamilias. §. Divi. num. 17. & ibi* Ruin. *num. 10. vers. ex hoc potest.* Socin. jun. *numer. 42. seq. ff. de legat. 1.* Ita, ut licet unus filius testatoris gravatus sit restituere alteri filio, id tamen intelligatur, si gravatus filios non habeat, & filii alienantis nihilominus præferantur, Cephal. *d. cons. 282. num. 17.* Tusch. *d. conclus. 902. num. 9.* ubi *num. 10.* id etiam extendit, ut pro-

procedat, etiamsi nondum sint nati filii alienantis, Cephal. *d. cons. 282. num. 17. & cons. 6. n. 38. seq.*

Quibus non adversantur, quæ pro contraria opinione, & quidem primo loco sunt adducta, quia ea tunc procedunt & locum obtinent, quando hæres, sive successor, ex persona præcedente, sive à quâ derivatur, jus suum obtinet, secus verò, si jure proprio, & ex aliâ, quàm patris, vel prædefuncti personâ, veluti ex jure sanguinis, vel familiæ, jus aliquod quæsitum habeat, per tradita *infra num. 312.* & *supra cap. 11. num. 405. seq.* Et regulam illam, quod radice infectâ, non producantur fructus, sed hos quoque rejiciendos esse, non procedere, quando filius vel filia non repræsentat parentem, sed proprio suo, & aliunde quæsito jure nititur, quia tunc non curatur, an parens sit exclusus, veluti stante statuto, quod frater excludat matrem, sororem tamen non excludat, licet à matre veniat, probat post Decian. *cons. 71. num. 2. & in fin.* Tusch. *lit. R. conclus. 1. num. 10.* Confer Peregrin. *d. art. 18. num. 31. seq.* ubi demonstrat, non semper istam regulam procedere, quod exclusâ unâ personâ, exclusæ quoque censeantur illæ, quæ ab eâ derivantur, cum interdum pater excludatur facto suo, veluti repudiatione, tempore aut morte, & his casibus per successorium edictum, vel substitutionis jure, aperiatur locus filiis sequentibus in gradu, & sic jure suo veniant, Bart. *in l. qui superstitis. ff. de adquir. hæred.* Quandoque etiam excludatur pater propter ejus demeritum, veluti quod fuerit exhæredatus, & tunc patris exhæredatio filio non noceat, sed patre excluso, filius sive nepos hæreditatem petere, & vindicare possit, *l. si is, qui 31. l. pater filium. 14. & ibi* Bart. *ff. de inoff. testament. l. si quis filium. C. eod. l. non tantùm 3. §. si emancipatus. 5. ff. de poss. contra tab.* aliquando autem excludatur ob aliquam rationem, quæ etiam filiis congruit, veluti filia fœmina propter existentiam filiorum & agnatornm, & hoc casu filiâ, sive matre exclusâ, excluduntur etiam filii illius, propter eandem rationem, quod scilicet non sint de familiâ, sive agnatione, Bart. *in l. liberorum. num. 16. ff. de V. S.* Dec. *in l. venia. C. de in jus voc.* Alb. Brun. *de stat. exclud. fœmin. art. 12. num. 235.* Cùm igitur ratio & causa, ex quâ pater excluditur, nimirum contraventio, in filio locum non inveniat, ipse quoque effectus, sive fideicommissi privatio locum non obtinebit, per tradita *supra num. 18.*

Ex quo etiam apparet, quod hoc casu extinctum quidem jus patris, non verò filii, qui ex personâ & jure suo proprio, & à primo institutore concesso, non verò à patre adquisito utitur, & sic licet filius exclusus hic videatur à jure patris, non tamen exclusus est à jure proprio ab avo vel anterioribus adquisi-

to, siquidem exclusus à successione ex uno capite, nihilominus tamen ex alio capite admittitur, *l. 1. §. sed videndum. ff. de success. edict.* Tusch. *lit. E. conclus. 434. num. 1.*

170 Quod *secundo* loco adductum, id quidem jure feudali ita specialiter, in favorem domini constitutum est, ut delictum patris in dominum noceat filiis, sed hujusmodi constitutiones feudales, non esse trahendas in consequentiam, & ad hanc materiam, scribit Bart. *in l. ut jusjurandi. §. si liberi. ff. de oper. libert.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 18. numer. 32. vers. non etiam.*

171 Ad 3. respondet post Ruin. *cons. 122. num. 7.* Peregrin. *de fideicomm. art. 18. num. 29.* quod scilicet mortuo patre odii causâ, & consequenter privationis pœna cesset. Neque enim personæ odiosæ descendentes ipsi testatori statim odiosæ intelliguntur, cùm sæpè contingat, quod quis patre præterito, ejusdem filium vel nepotem instituat. Et cum hoc casu in filiis cesset ratio & causa exclusionis, sive privationis, nimirum contraventio, ipsa quoque exclusio & privatio cessat, cum cessante causâ, cesset effectus, per tradita *supra num. 19.*

172 Quæ *quarto* loco adducta sunt, illis opponimus rationes & Doctores pro nostrâ opinione adductos plures & longè firmiores, cùm & aliàs quoque non authoritatibus, sed rationibus & legibus judicandum sit, *infra num. 369.* & paulò ante *num. 166.* satis manifestè probatum est, quod fideicommissum ob contraventionem amissum, primum deferatur substituto, & si hic id acceptare nolit, tunc demum ad cohæredem perveniat, & sic præsumptiones & conjecturæ illæ, quæ ex dilectione instituti adductæ, in dubio tantùm, non autem hoc casu, ubi decisio juris est manifesta, locum non inveniat, cum in claris non opus sit conjecturis & præsumptionibus, *l. continuus. §. cum ita.*

173 *ff. de V. O. l. si alii. ff. de usufruct. legat. l. non aliter. ff. de legat. 3.* & testator in dubio se juris dispositioni accommodâsse, & casum omissum in dispositione juris communis relinquere voluisse præsumatur, *l. commodissimè. 10. ff. de liber. & posthum.* Jason *cons. 228. num. 7. & 8. vol. 2.* Cravet. *cons. 162. num. 10.* Decian. *cons. 100. n. 30. vol. 3.*

174 Observandum porrò hîc est, quod contraventionis pœna non committatur, nisi procedat ex dolo & culpâ, ac prorsùs inexcusabilis sit, *l. non putavit. 8. § non quævis. ff. de bon. poss. contra tab. l. 4. §. condemnatum. ff. de re jud.* Surd. *de aliment. tit. 9. quæst. 26. numer. 80. seq.* & non quælibet inobedientia hæredis, vel fideicommissarii privationis pœnam meretur, sed ea, quæ dolo procedit, Cephal. *cons. 24. num. 14. libr. 1.* Pruckman. *cons. 48. num. 51. part. 2.*

&pœ-

& pœnas à testatoribus impositas sine dolo & culpâ non committi, consuluit Bertazol. *cons. 37. n. 26. seq.*

Ex quo etiam allegans contraventionem, eam plenè probare tenetur, 175
adeò, ut in supplementum juramentum deferri non possit, Bertazol. *consil. 422. numer. 3. sequentib.* Cùm culpa & dolus non præsumatur, sed probari debeant, Mascard. *de probationib. conclus. 467. numer. 1. sequent. & conclus. 531. seq.*

Neque etiam omnia testatorum præcepta & jussa exequenda sunt, & 176
privationis pœnam merentur, sed ea tantum, quæ justa sunt, gloss. *in l. 1. C. de his. quæ pœn. nom.* Covarruv. *ad c. Raynaldus. §. 1. num. 17. X. de testament.* Pruckman. *cons. 48. num. 44. part. 2.* Et sic, si testator disponat contra jus publicum, contra pietatem & honestatem, & bonos mores, dispositio pro nulla, & conditio pro non adjecta habetur, *l. filius. 15. ff. de condit. & demonstrat. l. nemo. ff. de legat. 1. l. un. C. de his, quæ pœn. nom.* ita, ut si conditio impossibilis vel turpis, vel testatoris præceptum sit contra leges, etiamsi sub pœnâ fuerit factum, nihil efficiat, per tradita *supra cap. 6. numer. 408. seq.*

Quod si quoque utraque pars contraveniat, pœnarum fit compensatio, 177
Alex. *cons. 77. numer. 8. vol. 3.* Cephal. *cons. 35. num. 32. libr. 1.* Cravet. *consil. 929. num. 21.* Bertazol. *consil. 527. num. 3.* cum dolus cum dolo, culpa cum culpâ 178
compensetur, *l. viro. ff. solut. matrim. l. si ambo. ff. de compensat.* Pacian. *de probat. lib. 1. cap. 58. n. 2. seq.* Zanger. *de except. part. 3. cap. 6. num. 27. & 28.* Marpurg *1. cons. 24. n. 238.*

Multò minus autem is, qui prior contravenit, pœnam petere potest, De- 179
cian. *cons. 380. n. 4.* Farinac. *decis. 86. num. 15.*

Ut autem quis privetur fideicommisso ob non implementum sive con- 180
traventionem, requiri etiam videtur interpellatio & monitio, *auth. hoc amplius. C. de fideicomm.* Paris. *cons. 19. num. 15. seq. lib. 2.* Menoch. *consil. 131. num. 6. & cons. 265. num. 4. & adipiscend. poss. remed. 4. num. 76.* Jos. Ludov. *conclus. 16. illat. 74.* Hondedæ. *cons. 68. num. 25. lib. 2.* Fusar. *de fideicommiss. subst. quæst. 582. num. 10.* Tusch. *lit. H. conclus. 54. num 1. seq.* Quod tamen alii negant, Bart. *consil. 137. num. 1.* Corne. *cons. 208. num. 4. libr. 1.* Et interpellatione, sive monitione opus non est, 1. in modo, qui sine ullâ monitione impleri debet, Socin. sen. *cons. 174. col. pen. lib. 2.* Ruin. *cons. 43. num. 9. lib. 2.* Paris. *cons. 19. num. 197. seq. lib. 2.* Fusar. *d. quæst. 582. n. 13.*

Idem est 2. si in conditione apposita sit dies, vel certum tempus, Paris. *d. consil. 19. numer. 199. sequ. libr. 2.* Jos. Ludov. *d. conclusion. 16. illat. 82.* Cravet.

conf.293. num.4. Fusar. *d.quæstion.582. num.14.* Tusch. *d. conclusion.54. numer. 76. & 79.*

3. Quando testator disposuit, quod inobediens ipso jure & facto sit privatus, Alex. *consil.138. num. 24. lib.1.* Paris. *consil. 91. num.95. libr.1.* Fusar. *d. l. num.15.*

4. Monitio non requiritur in facto negativo, veluti si testator prohibeat alienare, vel aliud facere, & hæres, vel fideicommissarius contraveniat, quia statim pœnam incurrit absque ullâ præcedente monitione, Cravet. *cons.293. num.4.* Fusar. *d.quæst.582.num.16.* Tusch. *lit.H.conclus.54. num.77.* Quamvis enim ex non implemento quis pœnam non incurrat ipso jure, secus tamen est in contraventione, Bald. *in auth.hoc amplius.& ibi* Salicet. Jason *& alii. C.de fideic.* Tusch. *d.n.77.*

181 Porrò *XI.* fideicommissum amittitur & extinguitur, si conditio deficiat, vel non adimpleatur, nam conditione non adimpletâ, vel pendente, legatum vel fideicommissum non deberi, constat ex præcedentibus, & dictum est *supra cap.6. numer. 264.* & tradit Petra *de fideicommiss. quæst. 6. num.1. seq.* Confer Vinc. Fusar. *de fideicommiss. substit. quæst.454. per tot.* ubi pluribus demonstrat, quod substitutio, vel alia dispositio, sub conditione facta, si conditio deficiat, habeatur, ac si nunquam facta fuisset, *l. si quis ita hæres. ff. de condit. instit. l.1. & tot. tit. ff. de condit. & demonstrat.* Mantic. *de conject. ult. volunt. lib.11. tit.16.* Menoch. *4. præsumpt.175. num.10. & præs.183.* Peregrin. *de fideic. art. 16. num.11. seq.*

182 Vel si fideicommissum sub certæ conditionis eventum constitutum sit, ita ut conditione eâ adveniente, fideicommissum extinguatur, vel alienari, & in alios transferri possit, tunc enim conditione istâ existente, fideicommissum quoque solvitur, *arg. l. si adrogati.14. ff. de tutel. l. eum qui.56. §. quod ita. 4. ff. de V.O. l. quæro.54. §.1. ff. de locat.*

Quamdiu autem conditio non evenit, fideicommissum perdurat, quæ enim sub conditione aliquâ certâ resolubilia sunt, eadem quoque conditione istâ non existente, firma & valida permanent, per tradita Molinæi *in consuetud. Paris. §.5. numer.78. & §.6.* gloss. *3. num.15.* Atque inde etiam, si advocatiæ vel protectioni certus durationis eventus fuerit appositus, eo eveniente, protectitiam obligationem extingui, tradit Mager. *de Advocat. cap. 6. num.377 seqq.*

183 *XII.* Si ad certum tempus fideicommissum constitutum, vel alienatio prohibita sit, tunc tempore isto finito, fideicommissum quoque finitur, & alienationis prohibitio ultra tempus illud non protrahitur, *l. pater filium.*

§. fun-

§.*fundum.* & *ibi* Bart.*ff.de legat.3.* Decian. *consil.9.n.18.seq.lib.3.* Peregrin. *de fideicom.art.11.n.54.* & *art.52.n.3* Fusar.*de fideicom.substit.quaest.457.n.2.* & *quaest.720.n.1.* Prohibitum enim ad tempus, post tempus illud concessum intelligitur, *l. Titia.34.* §.*fin.ff. de legat.3.l.Imperator.ff.de postul.l.Pater filium.* §.*fundum.ff.de legat.3.l.statu liberum.11.* §.*Stichum.ff.de legat.2.* Tiraquel.*de retract. part.1.* §.*1.gloss.10.num.19.* & *part.2.* §.*1.gloss.2.n.48.* Et limitata prohibitio ultra limites non extenditur, *supra cap.11.num.354.seq.* sicuti etiam permissum 185 ad tempus, post tempus prohibitum censetur, *l.si unus.* §.*si cum reo.l.epistola.* §.*fin.ff.de pact.l.exempla.* §.*fin.* & *ibi* Castrens.*ff.de pact.l.statu liberum.11.* §.*Stichũ. ff. de legat. 2. l. sicuti.* §.*fin.ff. quib.mod.pign.solv.* Cravet.*cons.216.n.19.seq.* Tiraquel.*de retract.part.2.* §.*1.gloss.2.num.46.seq.* ac diversitas temporis inducit diversitatem in substantiâ, *l.1.* §.*si quis simpliciter.ff.de V.O.* Fusar. *d.quaest.457. n.2.* & contractus, ac quaelibet pacta, ad certum durationis tempus conventa, 186 eo elapso, solvuntur & cessant, *d.l.si unus.* §.*1.* & *d.l.epistola.* §.*fin.ff.de pact.l.eum qui.* §.*qui ita stipulatur.* & *ibi* Jason *n.7.ff. de V.O.* Sic etiam feudum concessum ad tempus, tempore praeterlapso ad dominum revertitur, Schrader. *de feud.2.part.9.sect.9.n.6.* & ex temporis lapsu specialiter definiti, jus protectionis finitur, Mager. *d.cap.16.n.353.* & *seq.*

184 (beside "...concessum intelligi-tur"); 187 (beside "...feudum conces-sum"); 188 (beside "...jus protectio-nis")

189 Superior tamen conclusio non procedit, si fideicommissum restrictum quidem sit ad certum tempus, testator tamen adjecerit rationem aptam, etiam alia tempora comprehendentem, quia tunc etiam ad illa tempora extensio erit permissa, Petra *de fideicom. quaest.5. num.43.* & *num.93.* Peregrin. *de fideicomm.art.11. num.54.* Fusar. *d. quaest. 457. num. 7.* Confer *supra cap. 11. numer. 355.*

190 *XIII.* Finitur fideicommissum per sententiam Judicis, si is pronunciet rem fideicommisso non esse subjectam, Petra *de fideicommiss.quaest.8.num. 549.vers.ultimus casus.* Et sic res alienari prohibita ex sententiâ judicis alienabilis efficitur, *l.sed si pecunia. 3.* §. *item quaeri. 2.* & *seq. de reb.eor.qui sub tut. l. alienationes.13.ff.famil.ercisc.* Molina *de Hispan.primogen. lib.4. cap.8. numer.1.* nec is alienare dicitur, qui latâ sententiâ à judice cogitur rem fideicommisso 191 suppositam adversario suo victori restituere, Ripa *in libr. filiusfamil.* §.*Divi. num.25.* & *58.ff. de legat.1.* Ruin. *cons.93.num.2.lib.1.* Alciat. *consil.506.num.5.* Ac 192 ita per sententiam judicis feudum amitti, scribunt Afflict. *in c.1.* §.*fin. num. 26. caus.72. quib.mod.feud. amitt.* Schneidewin. *de feud.part.8.cap.1.num.125. caus.21.* uti & jus patronatus, Paul.de Citadin.*tract.de jur.patron.14.n.10.* ac jus protectionis, Mager. *de advocat. cap.16. num. 214.* & ipsam quoque Nobilita-

tem per sententiam, quâ quis ignobilis declaratur, amitti, scribit Tiraquel. *de Nobilit. cap.37.n.2.seq.*

193 Ex quo nonnulli alienari prohibitas possidentibus, & easdem alienare volentibus, suadent, ut aliquem quærant, qui litem super iisdem moveat, & ipsi easdem à sevindicari patiantur, ut ita adversus testantium voluntates res istæ alienari possint, ut scripsit Bart. *in l. filiusfam. §.Divi.num.9. & ibi* Jason *num.46.* Ripa *num.59.* Loazes *num.125.ff.de legat.1.* Bald. *in l.2.num.4. C.si advers. vend.pign.* Cujusmodi tamen consilium neque in foro poli, neque soli sine contentioso, defendi posse, & ejusmodi collusores & fraudulentos litigatores mortaliter peccare, & bona ejusmodi nihilominus restitutioni obnoxia manere, scribit Molina *de Hispan.primogen. lib.4.cap.8.n.2. vers.quæ consulendi. & n.7.* ubi addit, quod fraude & collusione detectâ, sententia nec ipsi quidem noceat, contra quem lata est, post Guid.Papæ. *consil.147.n.5.* Marzar. *in epit. de fideicom quæst.72.*

194 Sed quæritur, anne hujusmodi sententia contra fideicommissi possessorem lata, aliis etiam agnatis & fideicommissi successoribus noceat? Et communis Dd. est conclusio, quod ejusmodi sententia reliquis etiam agnatis & successoribus, etiam non citatis, in maioratibus & fideicommissis præjudicet, sicuti docent per *l.1. §.denunciari.14. ibi: quos proxima spes successionis contingit.ff.de inspiciend.ventr. l.ex contractu.44.ff.de re judic. l.si patroni.55. §.fin.ff. ad SCt.Trebell. l.qui repudiatis.17.§fin. l.si suspecta.29. princ.ff. de inoffic. testam.* Bart. *in l.in diem.n.1.ff.de aq.pluv.arc.* Roman. *in l.in concedendo.n.6. & ibi* Castrens. *n.2.ff.eod.* Angel. *in l.filiusfam.§.Divi. vers.at etiam. & ibi* Alex. *n.9.* Jason *n.47.* Ripa *n.61.* Loazes *n.126.* Cort. *n.38.ff.de legat.1.* Tiraquel. *de primogen. quæst.35.n.17.* Boër. *decis.255.* Molina *de Hispan.primogen.lib.4.cap 8.n.3.* Mantic. *de conject.ult.vol.lib.11.tit.6.num.6.in med.* Peregrin. *de fideicomm. art.52.n.49.vers.& idem.* Fusar. *de fideicomm.subst.quæst.622.n.1.& ibi alleg.per tot.*

195 Regulare enim est in quocunque judicio illum solum citandum esse, ad quem defensio principaliter pertinet, nec illorum exigi citationem, qui ex eo judicio in consequentiam lædi possunt, *l.quod hæreditas.l.si suspecta.29.ff. de inoffic. test.* Gloss. *in l.de unoquoq;.verb.quos causa.ff.de re judicat.* Tiraquel. *tract. res inter alios gesta.col.1.* Fusar. *d.n.1.vers.secundo, quia.*

196 Et hinc instantiam cœptam cum majoratus, vel fideicommissi possessore, in successores sequentes transire, ita, ut lis de novo cum ipsis non inchoari, sed sequens successor in eo statu judicium subire debeat, in quo ab ipso majoratus, vel fideicommissi possessore defuncto relictum fuit, docent per *l.in*

l. in judicio. ff. famil. ercisc. Bart. *in l. si cum hominem n. 4. ff. de fidejussor.* Molina *d. c. 8. n. 6. & ibi alleg.*

Quæ tamen tum demum procedunt, si fideicommissi possessor litem diligenter & bonâ fide, citra dolum & collusionem prosequatur, si enim collusio cum adversario vel negligentia interveniat, vel lis ob possessoris contumaciam cum absente tractetur, litem hujusmodi successoribus præjudicium non adferre, asserunt per *d. l. ex contractu. 44. ff. de re judic. l. à sententiâ. l. si perlusorio. ff. de appellat. l. si servus plurium. §. 1. & §. si quis ante. ibi: vel minus plene. & ibi* Aretin. *ff. de legat. 1.* Bart. *in l. filiusfamil. §. Divi. num. 9. ff. de legat. 1.* Bald. *in l. 2. num. 5. C. quib. res. jud. c.* Pinell. *in l. 1 part. 3. num. 48. vers. limitatur. 4.* Valasc. *de jur. emphyteut. quæstion. 10. num. 3.* Molina *d. c. 8. numer. 7.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 52. num. 58.* Fusar. *d. quæst. 622. num. 13. & ibi alleg.* 197

Cujusmodi collusio detegitur & probatur, quando victus jura sua deducere non curavit, Intrigliol. *de substit. cent. 3. quæst. 73. n. 126. in fin.* Molin. *d. cap. 8. n. 9.* Menoch. *cons. 311. n. 25.* Fusar. *d. quæst. 622. n. 14.* Vel non appellavit, vel reductionem ad arbitrium boni viri non deduxit, Menoch. *d. cons. 311. n. 25.* Fusar. *d. l. n. 15.* Plures limitationes, quando sententia successori non noceat, vide apud Fusar. *d. qu 622. n. 11. & seq. per tot.* 189

XIV. Ex delicto quoque & infamiâ fideicommissum amitti, & agnatos à successione excludi, constat ex traditis *supra cap. 8. n. 442. seq.* 199

XV. Idem est. si agnati vitam venalitiariam agant, sive artes viles & mechanicas tractent, *supra d. cap. 8. n. 469. seq.* 200

XVI. Quamvis prohibitus alienare non censeatur prohibitus dividere inter cohæredes, Bald. *in c. 1. in princ. num. 11. de prohib. feud. alien per Frid.* Bero *cons. 89. num. 27. vol. 3.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. n. 517. seq.* Menoch. *cons. 522. num. 18. seq.* Decian. *cons. 55. n. 73. lib. 2.* Vinc. Fusar. *de fideicomm. subst. quæst. 707. n. 1. seq.* Cum enim fideicommissarii & alienari prohibiti bona ista inter sese alienare possint, ut dictum est *supra cap. 11. n. 417.* multò magis eadem inter sese dividere poterunt, Fusar. *d. quæst. 707. num. 3.* Cùm tamen per divisionem familiarum dignitas non conservetur, sed potius diminuatur, solent quandoque fideicommissorum institutores eorundem divisiones prohibere, ut dictum est *supra cap. 6. n. 320.* cujusmodi prohibitioni, si fideicommissi successores contraveniant, & contra institutoris præceptum & dispositionem bona fideicommisso subjecta dividant, ipsos dividentes jure suo privari, & bona illa ad reliquos agnatos & successores transferri constat ex dictis *supra 181. & cap. 6. n. 251. seq.* 201 202

Sed

203 Sed de hoc quæritur, si divisio ab institutore non sit prohibita, an per simplicem divisionem fideicommissum amittatur, eidemque renunciatum
204 esse censeatur? Pro cujus quæstionis affirmatione facere videtur, 1. quod divisio dicatur alienatio, & alienationis quædam sit species, *l. item quamvis. §. fin. ff. comm. divid. l. si pupillorum in princ. ff. de reb. eor. l. cum hi. §. sed si pluribus. ff. de transact.* Bart. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de V. O.* Ruin. *cons. 115. nu-*
205 *mer. 1. & 10. vol. 1.* Boër. *decis. 36.* Atque ita etiam, sicut bona alienari prohibita in bonorum confiscationem non veniunt, ita etiam bona dividi prohibita non confiscentur, Rol. à Valle *cons. 84. num 30. seq. vol. 1.* Ruin. *cons. 23. num. 15. lib. 5.* Hier. Gabriel. *cons. 184. num. 3. & seq.* Farinac. *de delict. & pœn. lib. 1. tit. 3. quæst. 25. num. 31.*

206 Et 2. emptionis venditionis vicem obtineat, *l. 1. C. commun. utr. jud. & ibi* Bart. Ruin. *cons. 137. num. 3. vol. 2.* Curt. jun. *cons. 115. in fin.* quemadmodum igitur fideicommissi familiæ venditio & alienatio prohibita, & per hanc fideicommissum amittitur, ita etiam per divisionem.

207 3. Quia fideicommissi remissio favorabilis esse censetur, *l. de fideicommisso. 11. C. de transact.* ita, ut etiam conjecturæ sufficiant, ut fideicommissum remissum esse dicatur, Alex. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 11. ff. de V. O.* Ant. Gabriel. *lib. 4. conclus. tit. de fideicommiss. concl. 1. num. 35.* Decian. *cons. 2. num. 84. lib. 2.* Menoch. *3. præs. 115. n. 2.*

208 4. Et ita per simplicem divisionem fideicommisso renunciatum, idque remissum esse, sentiunt per *l. qui Romæ. 122. §. duo fratres. 6. ff. de V. O.* Cephal. *cons. 313. num. 79. lib. 3.* Alex. *cons. 62. num. 4. vers. tertiò præsupponitur. & consil. 100. num. 11. vers. 3. principali fundamento. libr. 7.* Et si fideicommissum sit purum, vel tempore divisionis purificatum, ipsi per divisionem inter scientes fideicommissum esse renunciatum censeri, probant Bart. *in l. qui Romæ. §. duo fratres, & ibi* Ripa, *num. 17.* Castr. Alex. *&* Dd. *com. ff. de verb. oblig.* Honded. *consil. 33. num. 1. lib. 1.* Menoch. *3. præs. 115. n. 3.* Petra *de fideicom. quæst. 14. num. 126.* Marzar. *de fideicom. qu. 59. in fin.* Peregrin. *de fideicom. art. 52. n. 19.* Fusar. *de fideicom. subst. quæst. 593. num. 1. seq. & ibi alleg.*

209 5. Idque maximè procedere in fideicommisso reciproco, si dividentes fideicommissi scientiam habuerint, eique clausula de non contraveniendo adjecta sit, docent Signorol. de Homodeis. *cons. 117. num. 4. & 5.* Angel. *in l. qui Romæ. 122. §. duo fratres. num. 7. ff. de V. O.* Alex. *consil. 62. num. 4. & consil. 100. num. 11. lib. 7.* Natta *cons. 474. num. 32.* Cravet. *cons. 638. num. 9. seq.* Bursat. *cons. 173. num. 34. lib. 2.*

210 6. Vel si fideicommissum non sit conditionale, sed purificatum, Castrens.

strens. *in d.l. qui Romæ.§.duo fratres. & ibi* Alex.*ff.de V.O.* Gabriel.*l.4.tit. de fideicommiß.concl.1.n.28.* Ruin.*cons.139.n.6.7.& 9.lib.2.* Menoch.*d.præs.115.num.3.* Mascard.*de probat.concl.777.n.12.*

7. Vel si divisioni clausulæ prægnantes, generalissimæ & latissimæ adjectæ, Angel.*in d.l.qui Romæ.§.duo fratres.ff.de V.O.* Bursat.*cons.64.n.27.& cons. 86.num.12.lib.1.* 211

8. Veluti si dividentes sibi invicem promiserint, se nolle contravenire divisioni, per *l.qui Romæ.122.§.duo fratres.fin.ff.de V.O.* Boër.*decis.147.* Anton. Gabriel. *lib.4.n.47.* 212

9. Et maximè, si promissio de non contraveniendo facta fuerit verbis amplis & prægnantibus, veluti si promiserint non contravenire ulla aliqua ratione, jure vel causâ, quæ dici aut cogitari possit, tunc enim fideicommissum remissum esse præsumi, docent Johan.Andr. *in addit.ad Specul tit.de testato. §.imprimis.n.27.vers.sed quid si fideicommissarius.* Bald.*in d.l.qui Romæ. §.duo fratres.ff.de V.O.* Ant.Gabriel.*d.concl.1.n.20.* Menoch.*3.præs.115.n.28.& 29.* Marzar.*de fideicommiß.quæst.49.* Grass. *§.fideicommissum. quæst.63.n.6.* Mascard.*de probat.concl.777.n.9.* Peregrin.*de fideicomm.art.52.n.76.* Fach.*3.contr.cap.20.* Fusar.*d.quæst.593.n.82.seq. & ibi alleg.* 213

10. Vel si dividentes juraverint non contravenire divisioni, Menoch. *cons.313.n.32.* Bero.*cons.172.n.2.lib.1.* Bertrand.*cons.18.n.8. lib.2.* 214

11. Si dividentes divisionem perpetuò ratam habere velle promiserint, Ruin.*cons.119.n.21.vol.2.* Mascard.*de probat.concl.777.n.17.* Gabriel.*d. conclus.1. n.47.* Petra *de fideicommiß.quæst.14.n.21.& 75.* Intrigliol.*de subst.cent.3.quæst.92. n.69. vers. limitatur.* Fusar.*d.quæst.593.n.90.* 215

12. Si divisioni adjecta fuerit clausula, quod dividentes rem istam habere, tenere, & de eâ, quicquid voluerint, facere possint, tunc enim fideicommissum remissum censeri, asserunt Ruin. *cons.147.num.15.libr.2.* Bursat. *cons.64.num 30 lib.1.* Menoch.*cons.87.num.15.libr.1. & 3.præsumpt.115.num.63. & seq.* Angel.*in d.l.qui Romæ.§.duo fratres.quæst.5. ff.de V.O.* Mascard.*d.conclus. 777.num.13.* Tusch.*lit.D concl.543.n.63.* Peregrin.*de fideicom.art.52.n.41.* Grass. *§.fideicommissum.quæst.62.num.7.* Fusar.*d.quæst.593.num.11.& ibi alleg. & n. 19.* Vel si clausula adposita, quod singuli bona divisa quietè possidere, eaque suo arbitrio, sine ullius contradictione, administrare debeant, cùm hujusmodi clausulæ potestatem & facultatem liberæ alienationis continere, atque adeò fideicommissum extinguere videantur, secundum Bart. *in §.duo fratres, num. 21.seq.ff.de V.O.* Alex.*cons.11.num.10.libr.2.* Barth. Socin. *cons.43.num.1. vol.4.* Gail. *2. obs.139. num.13.* si enim fideicommissum duraret, liberè de eo dispo- 216

nere non possent, Angel. *in d.l. qui Romæ. §.duo fratres. & ibi* Crot.*n.133. ff. de*
V.O. Rol. à Valle *cons.55.n.44.vers.non obstat.lib.3.* Tusch. *d.n.63.*
13. Idem dicendum esse videtur, si in divisione dictum fuerit, quod di-
217 videntes bona divisa, vel portiones delatas, pleno jure tenere & possidere de-
beant, Socin. sen. *cons.43.n.10.& 12.lib.4.* Gabr. *lib.4.tit.de fideic.concl.1.n.37.* Pe-
tra *de fideic.quæst.17.n.72.* Cum is pleno jure rem habere dicatur, qui ejus do-
minium ita habet, ut ad libitum de eâ disponere, eamq; distrahere & alienare
possit, *l.fœminæ,§.illud.in fin.C.de nupt.* & quod res restitutioni non subjaceat,
l.mater.C.ad Sct.Tertull.& ibi Angel. *&* Castrens.
14. Si dividentes se ponant in statum bonorum propriorum & allodia-
218 lium, sive liberorum, & ut in rem propriam, his enim verbis fideicommissum
remissum præsumi, tenent Alex. *cons.8.n.6.lib.5.* Socin. jun. *cons.116.num.66.lib.1.*
Ruin. *cons.137.& cons.144.n.19.vers.dato.lib.2.* Crot. *in l.qui Romæ. §. duo fratres.*
n.133.ff.de V.O. Menoch. *cons.87.n.29.lib.1.& 3.præs.115.n.67.* Honded. *cons.33.n.*
26.lib.1. Petra *de fideicom.quæst.14.n.28.& 31.& 32.* Intrigliol. *de subst.cent.3. qu.*
92 n.64. Fusar. *d.quæst.593.n.129.* eo, quod res propria esse dicitur, cujus quis
dominium habet cum liberâ alienandi, donandi, vel alio quovis modo distra-
hendi facultate, *l.fœminæ.§.illud.& ibi* Bald. *C.de secund.nupt.* & verbum pro-
prietatis rectum dominium significet, Jason. *in l.hujusmodi.§.ædes.n.8.ff. de le-*
gat.1. Boër. *quæst.44.n.29.*
15. Si dividentes renuncient omni juri & legum auxilio competenti
219 & competituro, vel quod habent vel habere sperant, quo casu quoque fidei-
commissum remissum esse censent, Alex. *cons.11.n.14.lib.2.* Ruin. *cons.152.n.10.*
lib.2. Curt. jun. *cons.49.n.12.* confer. Fusar. *d.qu.593.n.116.seq.& n.124.seq.* maxi-
mè, si præter fideicommissum nullum aliud jus in re divisâ competat, Bart. *in*
l.qui Romæ. §.duo fratres.n.19. in fin. & ibi Crot. *127.& seq.ff.de V.O.* Menoch.
lib.3.præs.115.n.34. Grass. *§.fideicom.quæst.63.n.5.* Peregrin. *de fideicom.art.52.n.32,*
Fusar. *d.quæst.593.n.109.*
220 16. Si annulletur testamentum, in quo fideicommissum relictum, Boër.
quæst.147.n.11. Menoch. *3.præsumpt.115.n.73.* Intrigliol. *de subst.cent.3.quæst.92.*
n.70. Fusar. *d.quæst.593.n.148.*
17. Si ante divisionem rerũ dividendarũ æstimatio facta, & postea divisio
221 subsecuta, cùm æstimatio emptioni similis sit, & alienationis vim obtineat, *l.*
plerũq; l.cum post.§.in dot.ff.de jur.dot.l.æstimatæ.ff.solut.matr.l.1.ff.de æstim.act.
18. Si dividentes sibi invicem de evictione promiserint, verbis genera-
222 libus, ex quacunq; causâ vel modo subsecuta, Socin. jun. *cons.116.num.63.lib.1.*
Curt. jun. *cons.49.n.13.* Mascard. *concl.777.n.14.* Ant. Gab. *de fideic. concl.1.num.39.*
Jos.

Jos. Ludov. *Perus. decis. 19. part. 1. d. qu. 593. n. 61. & 66.* Maximè verò, si evictio in individuo & ex causâ fideicommissi promissa, Alex. *cons. 21. n. 6. in fin. lib. 5.* Corne. *cons. 339. lib. 1.* Menoch. *d. l. n. 18.* Fusar. *d. qu. 593. n. 69.*

17. Si dividentes sibi invicem liberam alienandi facultatem concesserint, tunc enim fideicommissore renunciatum censeri, docent Angel. *in l. qui Romæ, §. duo fratres. quæst. 5. & ibi* Crot. *133. ff. de V. O.* Dec. *cons. 17. num. 49. & cons. 60. n. 8. lib. 1.* Rol. à Valle, *cons. 34. n. 80. lib. 4.* Grassus *§. fideicommissum. qu. 63. n. 7.* Menoch. *3. præs. 115. n. 42. & n. 46.* Gail. *2. obs. 139. num. 10.* Honded. *consil. 33. n. 16. & cons. 36. n. 32. lib. 1.* Peregrin. *de fideicomm. art. 52. n. 38. seq.* Fusar. *d. qu. 593. n. 14. & 21. & ibi alleg.* Quia incomparabilia sunt, fideicommissum esse reservatum, & quod data sit licentia alienandi, Honded. *d. cons. 33. num. 18. seq. lib. 1.* Menoch. *d. præsumpt. 115. n. 47.* Fusar. *d. l. n. 22.* Et si dividentes volunt, bona posse alienari, ipsi fideicommisso renunciatum quoque esse volunt, quia qui vult consequens, necessarium quoque antecedens velle censetur, *l. ad rem. C. de procurat. c. cum quid. de R. I. in 6.* 223

20. Quando dividentes promiserunt, se nolle contravenire divisioni occasione fideicommissi, tunc enim fideicommissi scientia præsupposita, fideicommissum remissum censeri, tradunt Bart. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 27. & ibi* Ripa *n. 62. &* Crot. *num. 107. ff. de V. O.* Castr. *cons. 188. col. 2. libr. 2.* Menoch. *3. præs. 115. n. 31. seq.* Peregrin. *de fideicomm. art. 52. n. 29. seq.* Fusar. *d. quæst. 593. n. 87. seq.* Idque multò magis procedere, si dividentes promiserint, nihil se amplius petituros, vel contraventuros, substitutionis, vel fideicommissi, vel alio jure, nam & tunc, si fideicommissi scientiam habuerint, fideicommissum remissum censeri, docent Bart. *in d. §. duo fratres. num. 28. & ibi* Jason *&* Alex. Ruin. *cons. 137. num. 15. lib. 2.* Paris. *cons. 71. num. 2. lib. 3.* Alciat. *resp. 646. num. 2.* Menoch. *d. præs. 115. n. 32.* 224

21. Idem esse, si plura adsint fideicommissa, & dividentes unum reservent, nam tum reliqua remissa censeri, sentiunt Surd. *cons. 294. n. 18. lib. 2.* Menoch. *cons. 87. n. 34. & lib. 3. præs. 115. n. 74.* Ant. Gabr. *de fideic. concl. 1. n. 40.* 225

Verumtamen contrarium, & quod per simplicem divisionem fideicommisso conditionali non censeatur esse renunciatum, communis Doctorum est conclusio, & docent Bart. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 10. ff. d. V. O.* Castrens. *cons. 188. n. 1. part. 2.* Alex. *cons. 21. n. 4. lib. 5.* Jason *consil. 173. n. 6. vol. 4.* Gozadin. *cons. 36. n. 12.* Boër. *decis. 147. n. 9.* Tusch. *lit. D. concl. 543. n. 1. seq.* Mascard. *de probation. conclus. 777. n. 1.* Gail. *2. observ. 139. n. 1.* Ernest. Cothman. *1. consil. 18. numer. 17. seq.* Honded. *cons. 33. lib. 1.* Grass. *§. fideicommissum. quæst. 63. n. 1.* Menoch. *3. præsumpt. 115. num. 9.* Petra *de fideicommiss. quæstion. 14. num. 15.* Intrigliol. *de sub-* 226

substit.cent.3.quæst.92. Peregrin.*de fideicom.art.52.n.10.seq.* Joseph. Ludov. *Perus.decis.10.& 11.part.1.* Magon.*decis.Luc.5.num.42.seq.* Vinc. Fusar.*d.quæst.593.n.5.& seq.& ibi alleg.* eandemq; omnium interpretum communem esse opinionem, scribit Bart.Socin.*cons.251.num.18.vol.2.* Grass. *§.fideicomm. quæst.63.n.1.* etiamsi fideicommissum sit reciprocum, Ripa *in l.qui Romæ.§.duo fratres.n.46.& seq.ff.de V.O.* Cothman.*d.cons.80.num.17.* Petra *de fideicommiss.quæst.14.n.95.* Peregr.*de fideicom.art.52.n.27.* Intrigliol.*de substit.cent.3.quæst.92.n.6.* Fusar.*d.quæst.593.n.7.* Veluti divisioni clausulæ prægnantes sint adjectæ, quæ tamen fideicommissi renunciationem apertè non demonstrant, ut enim fideicommisso reciproco per divisionem renunciatum esse censeatur, requiritur dividentes ejusmodi clausulis esse usos, quæ apertè ostendant, fideicommisso vel ejusdem juri futuro renunciatum esse, Bart.*in l.qui Romæ. §.duo fratres.n.17.ff. de V.O.* Alex.*cons.8.n.8.lib.5.& cons.208.n.4.lib.6.* & quæ per dispositionem principalem sint appositæ, non verò per consequentiam vel accessoriæ tantum sint adjectæ, sicuti respondit Marzar.*cons.39.num.5.* Et non tantum civilis, sed & in naturâ positi & fundati juris esse, renunciationes factas, vel fideicommissum remissum esse, non ante pronunciari oportere, quàm de remissione ea ex contrahentium mente apertè constet, scribit Cothman.*d.cons.80.n.84.* Ac absurdum esse, ex clausulis istis, ut vocant, prægnantibus, fideicommissi remissionem augere, ait Simon de Præt.*de interpret.ult.vol.lib.3.solut.5.n.14.seq.* ubi *n.20.* addit, de renunciatione evidenter apparere debere, & nisi evidenter appareat, judicem pronunciare oportere, fideicommissum remissum non esse. Et alios scriptum reliquisse, se semper pro indubitato habuisse, quod verbis generalibus & prægnantibus divisioni adjectis fideicommisso non censeatur renunciatum, scribit Joseph.Ludovic.*decis.19.num.8 part.1.* Et hujusmodi clausulas, quamvis prolixè & magno apparatu coacervatas, ad solam divisionem esse referendas, & ad fideicommissum, si ejusdem mentio specialis non sit facta, non esse extendendas, certissimæ juris rationes comprobant, veluti quod si originem & præmium spectemus, negari nequeat, dividentes eâ potissimum mente fuisse, ut bona ista in communione non retinerent, sed dividerent, origo autem & prœmium rei cujusque potissima pars est, *l.1.ff.de orig.jur.* mentemque agentium denotat, *l.regula.§ fin.vers.nam initium.ff.de jur.& fact.ignor.l.fin.ff.de hæred.instit.* Socin.sen.*cons.68.num.10.vol.1.*
229 ac causam finalem demonstrat, & id, quod deinceps, subsequitur, regit & qualificat, Bart.Socin. *consil. 18. vol.4.* Atque ideò clausulæ istæ divisioni adjectæ, ultra mentem agentium & principalem intentionem extendendæ non erunt,

Tiber.

Tiber. Decian. *resp. 3. num. 116. & cons. 52. n. 7. vol. 1.* Zasius *in l. qui Romæ. §. duo fratres. n. 21. ff. de V. O.*

Deindè quia pacta & clausulæ accessoriæ, quæ in fine actus vel contractus celebrati adscribuntur, non solent, nec possunt actus principalis effectum augere, sed potius secundum actum principalem ejusque naturam regulandæ & intelligendæ sunt, gloss. *in clem. 1. X. de præbend.* Jason. *in l. jus civile. num. 8. ff. de just. & jur.* Socin. jun. *cons. 93. num. 24. vol. 3.* prout hoc in terminis nostris & in casu clausularum divisioni adjectarum tradunt, Bart. *in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 11. & ibi* Castrens. *num. 6.* Ripa *num. 45.* Crot. *num. 43. ff. de V. O.* Ruin. *cons. 137. n. 10. vol. 2.* 230

3. Quia clausula, quamvis generalissima, sese non extendit ad ea, quæ non sunt specificata, vel specialiter expressa, Zasius *d. §. duo fratres. num. 22.* 231

4. Quia separata sunt ipsa divisio eidemque pacta & clausulæ adpositæ, & fideicommissum, sive fideicommissi remissio, Bart. *in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 11. & ibi* Zasius *num. 16. & 17.* Bolognet. *num. 108. vers. secundo adducit. ff. de V. O.* Separatorum autem separata est ratio, & à separatis & diversis malè fit illatio, *l. fin. ff. de calumniat.* 232

5. Quia unus actus non infert alium, qui necessariò ex illo non sequitur, *l. fin. C. ne uxor pro marit.* Et ad positionem alicujus actus vel contractus non sequitur positio alterius, qui ab ipso potest esse remotus & separatus, *l. pro hærede. §. 1. l. Papinianus. §. fin. l. cum bonis. ff. de adquir. hæred. l. quæsitum. ff. de sepulchr. viol.* Menoch. *3. præsumpt. 6. num. 55.* At duo hæc simul stare possunt, quod bona dividantur & quilibet partem suam habeat, & fideicommissum duret, cum divisio fideicommisso non sit contraria, sed inter plures dividi possit fideicommissum. 233

6. Quia clausulæ istæ ad robur tantùm divisionis incidenter ponuntur, & sic secundum ejusdem, tanquam actus principalis, naturam intelligendæ sunt, ut tamdiu durent, quamdiu ipsa divisio, & casu fideicommissi restituendi eveniente, cessent, secundum Bald. *consil. 440. vers. in contrarium arguitur.* Ruin. *cons. 137. num. 10. vers. & confirmatur.* Petra *de fideicomm. quæst. 14. num. 97.* 234

7. Quia si dividentes fideicommisso renunciare voluissent, id utique nominatim dixissent, & expressissent; cum autem in divisione non fuerit dictum, vulgata juris obtinet regula, quod expressa noceant, & non expressa non noceant, *l. expressa. ff. de R. I.* 235

236 8. Atque ita etiam ei, qui ex clausulis istis generalibus fideicommissi remissionem prætendit, imputandum est, quod legem fideicommissi remissi apertius dici & scribi neglexerit, *l. veteribus. ff. de pact.* Zas. *d. §. duo fratres, n. 27. ff. de V. O.*

237 9. Quia notissima juris est regula, non per genus speciei, sed per speciem generi derogari, *l. generi. ff. de R. I.* undè vulgò traditur, clausulas generales specialibus non detrahere, Anton. Gabriel. *lib. 4. tit. de fideicommiss. conclus. 1. num. 10.*

238 10. Ad hæc, jure nostro proditum est, quod renunciationes, remissiones & prohibitiones, quantumvis generalibus, prægnantibus & effusis clausulis vestitæ, futuræ successioni, vel adquisitioni nihil præjudicent, *l. qui tutoribus. in fin. ff. de transact. l. Paulo Callimacho. §. 1. ff. de legat. 3. l. fin. § idem quæsivit. ff. de condict. indeb.*

239 11. Et quid multis, cum simplex divisio per se fideicommissum non tollat, multò minus clausulæ diffusæ & prægnantes divisioni adpositæ fideicommissum extinguere poterunt, ne clausulæ accessoriæ, & incidenter adjectæ, potentiores sint ipso actu principali, neve fideicommissum includant, quod ipsa divisio non includebat, quâ ratione in quæstione hac nostra utuntur, eandemque ita fortem esse, ut ad eam nullo modo responderi possit, disertè scribunt Castrens. *in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 6. & ibi* Zas. *num. 25. ff. de V. O.* Tiber. Decian. *cons. 1. num. 113. & cons. 52. n. 26. vol. 1.*

12. Et cum hæc sententia testantium ultimas voluntates, & ipsa fideicommissa familiarum Nobilium conservet, ea quoque contrariæ opinioni, eadem destruenti, meritò præferenda erit, cum in dubio ea opinio & interpretatio recipienda, quæ pro conservatione ultimarum voluntatum facit, per dicta *supra cap. 7. n. 87.*

240 Atque hinc 13. non censeri renunciatum fideicommisso, si in divisione ejusdem adjecta fuerit clausula, quod divisioni contravenire nolint, tradunt Bart. *in l. qui Romæ. §. duo fratres. quæst. 2. ff. & ibi* Ripa. *num. 38. ff. de V. O.* Bald. *in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de legat. 2.* Alex. *cons. 208. num. 4. libr. 6.* Mascard. *de probat. conclus. 777. n. 4. vers. secundo.* Menoch. *3. præsumpt. 115. n. 22.* Boër. *quæst. 147. num. 10.* Petra *de fideicommiss. quæst. 14. num. 77.* Tusch. *lit. D. conclus. 543. num. 8.* Grassus *§. fideicommissum. quæst. 63. num. 2.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 52. num. 19. & 26.* Intrigliol. *de substit. cent. 3. quæst. 92. n. 2.* Boër. *decis. 143. num. 10. seq.* Fusar. *d. quæst. 593. numer. 75. seq. & ibi alleg.* quam communem esse opinionem, testantur Crotus *in d. l. qui Romæ. duo fratres. n. 90. ff. de*

ff. de V. O. Castrens. *in l. tres fratres. ff. de pact. & cons. 188. lib. 2.* eamque veram & ab eâ non esse recedendum, scripsit Leonius *in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 345.* qui *num. 315. & seqq.* latissimè hanc quæstionem in utramque partem examinat & receptam esse opinionem, scribit Menoch. *3. præsumpt 115. num. 22.*

Nec his adversatur *d. l. qui Romæ 122. §. duo fratres. fin. ff. de V. O.* Siquidem ibi Jure-Consulto Scevolæ non fuit proposita quæstio, an per divisionem fideicommisso sit renunciatum, nec eandem ab ipso decisam esse, sed an pœna transactioni adjecta, si quid contra fieret, commissa sit, & respondet eam esse commissam; Cùm enim præter divisionem factam pœnali adjectâ stipulatione, transactum quoque fuisset de fideicommisso, ideò quæsitum fuit, an is, qui fideicommissum petiisset, in pœnam incidisset, videbatur dicendum, pœnam non fuisse commissam, quia illa promissa fuit, si contra divisionem aliquid fieret; at hæreditatem ex fideicommisso petens, non facit contra divisionem, sed contra transactionem de fideicommisso factam, & respondit Scævola, commissam esse pœnam, hâc ratione, quia transactio de fideicommisso facta fuit in ipsâ hæreditatis divisione, atque adeò pars divisionis fuit, & ad divisionem pertinuit, Fachin. *5. controv. cap. 20.* 241

Hæcque 14. in tantum procedere, ut licet dividentes promiserint verbis amplissimis & prægnantibus de non contraveniendo, veluti quod nullâ ex ratione, jure vel causâ, quæ excogitari possit, contravenire velint, asserunt Ruin. *cons. 147. numer. 15. lib. 2. & cons. 159. numer. 15 lib. 4.* Decian. *consil. 495. num. 17. & 18.* Grassus *§. fideicommissum, quæst. 63 numer. 6. vers. contrariam partem.* Petra *de fideicommiss. quæst. 14. num. 75. seq.* Jos. Ludov. *Perus. decis. 19.* Magon. *Lucens. decis. 5. num. 41. vers. neque nos.* Fusar. *d. quæst. 593. num. 81. & 82. vers. moventur.* & hanc esse veritatem, dicit Carol. Molinæ. *in addit. ad* Alex. *cons. 102. vol. 6.* 242

15. Adeò, ut si dividentes juraverint, se divisioni contravenire nolle, fideicommisso tamen non censeatur esse renunciatum, Ruin. *cons. 137. n. 16. libr. 2.* Corne. *cons. 150. lib. 3.* Decian. *cons. 346. num. 4.* Alex. *cons. 208 num. 6. lib. 6.* Alciat. *in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 15. & ibi* Ripa *numer 38. ff. de V. O.* Gozadin. *cons. 36. num. 15.* Gabriel *libr. 4. tit. de fideicommiss. conclus. 1. num. 2. vers. secundo amplia.* Grassus *§. fideicommissum, quæst. 63. numer. 3.* Tusch. *lit. D. conclus. 543. num. 1.* Menoch. *3. præsumpt. 115. num. 11. & 25.* Ernest. Cothman. *1. cons. 80. num. 79.* Petra *de fideicommiss. quæst. 14. num. 91* Fusar. *d. quæst. 593. numer. 10. & 79. & ibi alleg. & quæst. 594. num. 9. seqq.* Menoch. *d. præsumpt. 115. num.* 243

num.25. Intrigliol.*d.quæstion.92.num.3.* Peregrin. *d.art.52. num.49. verſ. ut autem,* quia juramentum ſequitur naturam actus, ſuper quo interponitur, *ſupra num.59.* & ideò conſenſum non auget, *l.fin. C. de non numer.pec.* Menoch. *d. num.11.& 25.*

244 16. Vel etiamſi dividentes promiſerint nullo unquam tempore, vel in perpetuum non contraveniente diviſioni, Bart.*in d.l.qui Romæ. §.duo fratres. num.11.& ibi* Caſtrenſ.*num.6.* Alberic.*num.24.* Cuman. *num.21.* Imol.*num.28.* Aretin.*num.29.* Ripa *num.44.* Jaſon *num.32.* Zaſ.*num.19.* Alciat.*num.13.ſeq.ff.de V.O.* Ant.Gabriel.*lib.4.tit.de fideicommiſſ. concluſ.1. num.2.& 3.* Pariſ. *conſ.46. num.9.ſeq.* Natta *conſ.372.num.18.* Joſeph.Ludov.*deciſ.19.num.12.* Boër.*deciſ.147.* Menoch. *3.præſumpt.115.num.26.* Tuſch.*lit.D.concluſ.543.num.6.* Erneſt.Cothman.*1.conſ.80.n.28.ſeq.*

245 17. Vel dixerint, quod quilibet ex dividentibus portionem ſuam habere, tenere, & de eâ, quicquid voluerit, facere poſſit, nam nec hoc caſu per diviſionem fideicommiſſo renunciatum eſſe, tenent Bart. *in d.l.qui Romæ.§. duo fratres, quæſt.8.& ibi* Alciat.*n.33.ff.de V.O.* Petra *de fideicommiſſ. quæſt.14.num. 67.* Ruin. *conſil.137.numer.7. & conſil.144.num.45. libr.2.* Decian.*conſ.52.num. 2.lib.1.* quia verba illa arbitrium tantum boni viri important, Riminald. jun. *conſ.204.num.40.ſeq.& n.92.ſeq.* Petra *d.num.67.*

246 18. Idem eſſe videtur, ſi dividentes dixerint, quod quilibet portionem ſuam pleno jure poſſidere & habere debeat, Crot.*in d.l.qui Romæ. §.duo fratres.num.75.ff.de V.O.* Ruin.*conſ.137.num.8.& conſil.138.num.6.libr.2* Menoch. *3.præſumpt.115.num.72.* Intrigliol. *de ſubſt. cent.3.quæſt.92. num.83.& ſequent.* Fuſar. *d.quæſtion.593.num.131.* Ita enim ſervus ſub conditione pendente, pleno jure hæredis eſſe dicitur gravati, & nihilominus conditione eveniente illum reſtituere tenetur, *l.generaliter.29 §.fin. ff.qui & à quib.manum.* quia verba hæc non important tranſlationem pleni juris, dominii & uſusfructus, *auth.hæc uſus præſtatio, C.de SS.Eccleſ.l.fin.§.ſimili modo. C.de bon.quæ lib.* Fuſar. *d.quæſt.593.num 9.*

247 19. Vel ſi dividentes portiones iſtas ſibi tanquam proprias & liberas aſſignaverint, Ruin. *conſ.137.num.7.libr.2.& conſil.99.numer.10.ſeq.vol.4.* Maſcard. *de probat. concluſ.777.num.7.* Socin. jun. *conſil.116.numer.60. verſ.præterea, libr.1.* Gozadin. *conſ.36.numer.14.* Prætor. *de interpret.ult.vol.373.numer.14.ſeq.*

248 20. Vel ſi dividentes omni juri & legum auxilio renunciaverint, tàm competenti, quàm competituro, ſive quod habent, vel habere poſſunt, & ſperant, nam nec tunc fideicommiſſo renunciatum eſſe, ſentiunt, Bart. *in l.*

qui

qui Romæ. §.*duo fratres. quæst.5. & ibi* Crot.*num.116.* Ripa *num. 78. ff. de V.O.* Petra *de fideicommiß. quæst. 14. num. 120.* Mascard. *de probat. conclus.777.num.5.* Peregrin.*de fideicommiß. art.52. num.32.* Fusar.*d.quæst.593. num.91. seq.* ubi id declarat, & *num.98.* testamenti, in quo fideicommissum constitutum, specialem mentionem fieri debere scribit, ad hoc, ut fideicommisso renunciatum intelligatur, post Imol. *in d.* §. *duo fratres. & ibi* Aretin. Alex. Jason. Paris. *cons. 12. num.83. libr. 2.* Ant. Gabriel *de fideicommiß. conclus.1. num.12.* Intrigl. *de subst. cent. 3. quæst. 92. num. 17.* vide Fusar. *d.quæst.593.* ubi *num.93.seqq.* distinctionem quoque refert inter scientiam & ignorantiam fideicommissi. Et hoc maximè procedit, si præter fideicommissum alia jura in re divisâ supersint, vel futuræ sperentur, tunc enim per generalem istiusmodi renunciationem fideicommisso non censeri esse renunciatum, docent Bart. *in d.* §. *duo fratres. num.19. vers. nunc ad propositum. & ibi* Aretin. Alex. Crot. *numer.126.* Ripa *num.78. ff. de V.O.* Grass. *d.num.5.* Menoch. *d.præsumpt.115. num.37.& seq.* Peregrin. *d.art.52.num.32.* Fusar. *d.quæst.593.num.111.seq. & num.120. & num. 136.seq.* Et ad hoc, ut clausulæ prædictæ, & aliæ renunciationem fideicommissi inducant, necessario requiri, quod renunciatio in alio verificari non possit, tradunt Cravet. *cons.638.num.9.* Peregrin.. *d. art.52.num.32.* Fusar. *d.quæst. 593.num.176.* Menoch. *d.præsumpt. 115. num.34.* Et ita si in divisione alter alteri remittat jura, quæ habet, vel habere sperat, non esse renunciatum fideicommisso, scribit Mascard. *d. conclus.777. num.5.* vel si remittat indefinitè omnia jura sibi ex testamento relicta, Bart. *in d.* §.*duo fratres num.18. ff. de V.O.* Mascard. *d. l. n.6.*

21. Vel si in divisione rerum dividendarum æstimatio fuerit facta, Cothman. *d.cons.80.num.101.* Petra *d.quæst.14.num.73.seq.* Fusar. *d.quæst.593.num.147.* 249
Quamvis enim quandoque æstimatio loco emptionis habeatur, inter cohæredes tamen tempore divisionis, ipsa non emendi, sed æqualiter dividendi causâ facta censetur, *l.servus inter.ff.famil. ercisc.* & ideò bona fideicommisso subjecta æstimari solent, ut sciatur, quantum singulis sit adjudicandum, Cothman. *d.num.101.*

22. Vel si dividentes sibi invicem de evictione caverint, secundum 250
Ruin. *consil.137. num.13. libr. 2.* Bart. *in d. l. qui Romæ,* §. *duo fratres. num. 10. vers. quartò dicit. & ibid.* Crot. *numer.77.* Ripa *num. 79.* Alciat. *numer.36. vers. cæterum illud. ff. de V. O.* Decian. *cons. 41. num. 158. lib.* Menoch. *3. præsumpt. 115. num. 12. & seq.* Peregrin. *de fideicommiß. art.52. num.69.* Petra *de fideicommiß. quæst.14. num. 35. seq. & num.392.* Fusar. *d.quæst.593. num.62. & ibi allegat.*

251 23. Imò, ne quidem ex clausulâ liberæ alienationis divisioni adjecta, fideicommisso renunciatum vel id extingui censeri, responderunt Surd. *consil.70.num.5.vol.1.* Gozadin.*cons.36.num.12.vers.tertio,& num.13.* Cephal. *consil.371.num,19.seq. libr.3.* Grat.*consil.29.num.41 seq.lib.1.* Et alienatione in divisione fideicommissi permissa, de eâ alienatione intelligenda erit, quæ est licita, & quæ fit inter ipsos agnatos, Cothman.*d. cons.80. num.53.* cùm per hanc interpretationem testatoris voluntas & ipsum fideicommissum in agnatione conservetur, atque ita tutissimum erit, eandem amplecti magis, quàm eam, per quam fideicommissum expugnatur, & evertitur, commodissima enim, & aliis anteferenda interpretatio, quâ res, de quâ agitur, in tuto & integrita-
252 te suâ relinquitur, *l. quoties stipulationibus, ff. de V. O.* Et qui ex hâc liberæ alienationis clausulâ, fideicommisso renunciatum esse sentiunt, id tùm demum obtinere tradunt, si alienatio fuerit subsecuta, Bart. *in d. l. qui Romæ, §. duo fratres, num.21. & ibi* Jason *num.58. & 13.* Alex.*num.73.* Socin.jun. *numer.127. vers.& absque dubio. & 130. ff. de V. O.* Menoch. *libr.3. præsumpt.115.num.48 seq.* Honded. *d.cons.33.num.12.lib.1.* Peregrin. *de fideicommiß.art.52.num.44.* Grass. *§. fideicommissum, quæst.63.in fin.* Petra *d. quæst.14. num.70.* Gail. *2.observ.139. n.14.* Fusar. *d. quæst 593. num.29. & ibi alleg.* Quo casu, si unus alienavit, purificatâ conditione, pretium esse restituendum sentiunt, per *l. si fundum. per fideicommißum. 92. in princ. ff. de legat.* Bart. *in l. qui Romæ, §. duo fratres. quæst.8. & ibi* Jason *num.113.* Alex. *num.8.* Ripa *num.48.* Alciat.*num.31. ff. de V. O.* Petra *de fideicommiß. quæst.14.num.68.* Peregrin. *d. art.52. num.47.* Fusar. *d. quæst.593. num 53. seq.* ubi etiam requiritur traditio, ita ut si nulla subsecuta fuerit traditio, sed res fideicommisso subjecta penes gravatum remanserit, jus fideicommissi adhuc salvum permaneat, per *l. sicut. §. supervacaneum. & §. penult. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. solv.* Bart. *in d. §. duo fratres. n.21. in fin.* Paris.*cons.46. num.23.* Gail. *2.obs. 139.n.14.*

253 Et hæc intelliguntur de alienatione particulari, ita ut per alienationem generalem inter vivos, vel per ultimam voluntatem, fideicommisso non censeatur præjudicatum, sed in salvum permaneat, Decian. *consil.3. numer.147. libr.1.* Menoch. *d. præsumpt. 115. num.57.* Fusar. *d. quæstion.593. num. 33. seq. & ibi allegat.*

254 24. Nec fideicommisso renunciatum videtur, si divisio, ut transactio, ex certâ scientiâ fuerit factâ, Boër. *decis. 147. numer.4.* Mascard. *de probat. conclus.777. num. 8.* Intrigliol. *de substit. cent. 3. quæstion. 92. num.23.* Boër. *decis.147. numer.4.* Fusar. *d. quæst.593. num.8.* & sive sciverint hæredes, sive ignorave-

rave-

raverint fideicommissum reciprocum testamento fuisse relictum, quemadmodum enim ignorantia non præjudicat, cum ignorans nihil remittere possit, *l. mater decedens, ff. de inoffic. testament. l. in repudianda. ff. de aquir. hæred.* Natta *cons. 501. num. 58. vol. 3.* ita sola fideicommissi scientia non sufficit, Gail. *2. observ. 139. num. 5.*

25. Idem est, si divisio facta per sententiam judicis, Bald. *cons. 440. num. 1. part. 3.* Rol. à Valle *consil. 34. num. 76. vol. 4.* Ripa *in l. qui Romæ, §. duo fratres. num. 97. ff. de V. O.* Petra *de fideicommiss. quæst. 14. num. 90.* Fusar. *d. quæstion. 593. num. 153.* Quia judex non potest derogare juri futuro, & actus, qui ex causa de præterito tantùm vim capiunt, non includunt actus futuros, *l. qui cum tutoribus, ff. de transact.* Bald. *d. cons. 440. num. 1.* Gail. *d. observ. 139. num. 6.* Nec est facienda differentia inter divisionem factam per judicem, & per partes, Petra *d. quæst. 14. num. 99.* 255

26. Vel si per arbitrum compromissarium divisio facta sit, Beroj. *consil. 130. numer. 14. 39. seq. vol. 2.* Gozadin. *consil. 30. numer. 13.* Tusch. *lit. D. conclusion. 543. numer. 5.* Decian. *consil. 3. numer. 115. libr. 1.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 52. numer. 43. vers. hæc autem.* Fusar. *d. quæstion. 593. numer. 153. & sequent.* 256

27. Vel facta sit per patrem inter filios, ut latè probat Menoch. *cons. 87. num. 82. & 98. vol. 1.* 257

28. Vel si plura sint fideicommissa, & dividentes unum reservent, nam tunc reliqua non censeri remissa, tenent Franc. Becc. *cons. 111. num. 76. seq.* Fusar. *d. quæstion. 593. numer. 180.* uti & renunciatio uni fideicommisso facta ostendit, alteri non esse renunciatum, Menoch. *cons. 1099. num. 21. seq. lib. 11.* Fusar. *d. l. quæst. 594. n. 27.* 258

His non adversantur ea, quæ supra in contrarium sunt adducta, nam primum & secundum quod attinet, quamvis divisio alienationis quædam esse species, & emptionis vicem obtinere videatur, favorabilior tamen ea est, & facilius admittitur, quàm aliæ alienationes, nec propriè est alienationis species, sicuti in feudis videre licet, ubi quamvis alienationes sint prohibitæ, nihilominus tamen, etiam absque domini consensu, dividi possunt, *§. si quis. 4. vers. omnis filii. si de feud. defunct. cōtr. inter dom. & agnat. 2. feud. tit. 26. §. præterea Ducat⁹. de prohib. feud. alien. per Frid. 2. feud. 55.* Mich. ab Aguir. *apol. part. 2. n. 15.* Vultej. *de feud. lib. 1. c. 8. n. 36.* ita, ut uno ex fratribus, vel hæredibus feudalibus ad divisionem provocantem, cæteri eam admittere cogantur, Rol. à Vall. *cons. 80.* 259

num.44.vol.1. Jaſon *in l.ſtipulationes non dividuntur.num.31.ff.de V.O.* Vultej. *d.num.36.* Gail. *2.obſ.153.in fin.* Quæ tamen diviſio reliquis agnatis in jure ſuo ex primâ inveſtiturâ quæſito, nihil præjudicat, *c.1.* §.*hoc quoque.de ſucceſſ.feud. 1.feud.8.* §.*ſi quis deceſſerit 5.verſ.Titius.ſi de feud.defunct.contr.inter dom.& a-*
260 *gnat.* cum diviſio futuros caſus non comprehendat, *l.cum pater.77.* §.*hæreditatem.ff.de legat.2.* Gœden. *conſ.21.num.4.*

261 Nec, quoad tertium, fideicommiſſi pro familiarum conſervatione conſtituti remiſſio favorabilis eſſe dici poterit, cum harum conſtitutio ſit favorabilis, ut demonſtratum eſt *ſupra cap.7.num.81.ſeq.* & ſic eorundem remiſſio & deſtructio potius odioſa & reſtringenda, quàm favorabilis dicenda erit, cum contrariorum contraria ſit ratio, & contraria operatio, & effectus contrarius, *l.qui accuſare.ff.de accuſat.l.fin.ff.de calumniat.* & quod operatur propoſitum in propoſito, id operatur oppoſitum in oppoſito, Nicol. Everhard. *in loc. à repugnant.& oppoſit.19.num.7.* Reliqua quod attinet, ea ex præcedentibus facilè diluuntur & ſpontè corruunt.

262 Quæ tamen hactenus dicta ſunt, non procedunt, ſi in diviſione nominatim & expreſsè fideicommiſſo renunciatum ſit, per tradita *ſupra numer.119.ſeq.*

263 Quod ſi fideicommiſſi inſtitutor rerum fideicommiſſo ſubjectarum diviſionem prohibuerit, nihilominus tamen fructus dividi poterunt, & prohibitio iſta quoad proprietatis tantùm diviſionem intelligenda erit, Rol. à Valle *conſ.80.num.33.vol.1.*

264 Obſervandum quoque hic venit, quod fideicommiſſi renunciatio, ſive remiſſio per diviſionem facta, ipſos tantùm dividentes, non etiam ipſorum ſucceſſores, vel alios agnatos obliget, ſicuti ſentiunt Ruin. *138. libr.2.* Natta *conſ.470.num.11.ſeq.* Caſtrenſ. *conſ.197.lib.2.* Peregrin. *de fideic. art.52.n.71.ſeq.* Fuſar. *d.quæſt.593.n.49.& n.164.* De quo confer plura *ſupra.num.131.& cap.11. num.386.ſeq.*

265 Ad hoc autem, ut valeat renunciatio fideicommiſſi tacita vel expreſſa, quæ reſultat ex diviſione vel tranſactione, requiritur, quod ſit facta viſis & cognitis teſtamenti verbis, per *l.de his.ff.de transact. & ibi* Bart. Bald. Angel. Pariſ. *conſil.24.num.121.lib.2.* Decian. *conſ.3.numer.120.lib.1.* Graſsus §. *fideicommiſſum.art.62 numer.4.* Peregrin. *de fideicommiſ. art.52.num.15. 20. ſeq.* latè Fuſar. *de fideicommiſ.ſubſt. quæſt.594.num.1.ſeq.per tot.* ubi *n.3.ſeq.* latè diſquirit, an neceſſarium ſit, in inſtrumento adjicere clauſulam: inſpectis & cognitis teſtamenti verbis, &c. & an per juramenti adpoſitionem renunciatio ſuſtineatur.

Requi-

Requiritur etiam fideicommissi scientia, ita, ut inter ignorantes per divisionem fideicommissi renunciatio non inducatur, Paris. *cons. 65. num. 10. & 17. lib. 3.* Decian. *resp. 52. dub. 1. lib. 1.* Ant. Gabriel. *de fideicommiss. conclusion. 1. num. 1.* Grass. §. *fideicomissum, quæst. 62. n. 6. in fin.* Jos. Ludov. *Perusin. decis. 19. num. 13.* Petra *de fideicommiss. quæst. 14. num. 121.* Fusar. *de fideicommiss. subst. qu. 594. num. 20. seq.* 266

An autem & quatenus fideicommissi scientia & ignorantia præsumatur, vide *supra cap. 11. num. 369. seq.*

XVII. Porrò quando fideicommissum est purum, vel purificatum, & fideicommissarius successor emit rem sibi ex fideicommisso debitam, ipse fideicommisso renunciâsse censetur, sicuti probant Jason *in l. qui Romæ. §. duo fratres, num. 64. & ibi* Alex. *num. 35.* Ripa *num. 93.* Alciat. *n. 37. vers. postremo. ff. de V.O.* Ruin. *cons. 146. n. 4. lib. 1.* Menoch. *3. præs. 117.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 40. n. 84.* Fusar. *de fideicomm. substit. quæst. 498. num. 1. seq.* Cùm enim legatarius sive fideicommissarius consentiendo hæredi rem sibi debitam alienanti, legato & fideicommisso renunciare dicatur, *l. codicillis. §. 1. ff. de legat. 2.* & emens scienter rem sibi pignori datam, jus pignoris remisisse censeatur, *l. Titius. ff. quib. mod. pign. vel hypot. solv.* quantò magis fideicommissarius, emendo rem fideicommissariam, fideicommisso renunciasse censebitur, Fusar. *d. quæst. 598. num. 1. vers. probatur.* Secus verò se res habere videtur, quoad fideicommissum conditionale, in quo emendo fideicommissarius sibi non præjudicat quoad pretium, sed hoc, conditione eveniente, ipsi restituendum erit, per *l. si à substituto. 45. & ibi* Gloss. *l. hujusmodi. 84. §. qui servum. 5. ff. de legat. 1. l. cui res, 29. ff. de act. empt.* Bart. *in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. num. 16. vers. secundo casu, & ibi* Alex. *num. 33. & 35.* Jason *n. 68.* Ripa *8. num. 92.* Bolognet. *num. 202. ff. de V. O.* Rol. à Valle *cons. 51. num. 10 seq. lib. 4.* Menoch. *3. præs. 117. n. 13.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 39. n. 7. & art. 40. n. 83.* Fusar. *d. quæst. 598. num. 5.* confer *supra cap. 13. num. 80. seq.* 267 268

Hoc autem casu pretium, non quod de præsenti res valet, sed tantum quod solutum est, repeti potest, & solvendum venit, per *d. l. hujusmodi. 84. §. qui servum. 3. & ibi* Bart. *ff. de legat. 1. d. l. cui res 29. ff. de act. emt. l. fin. §. emptor. C. commun. de legat.* Socin. sen. *cons. 16. n. 28. lib. 3.* Peregrin. *d. art. 39. n. 7. & art. 40. num. 83.* Fusar. *d. qu. 598. n. 7. & qu. 560. n. 45.* 269

Quod si quoque fideicommissarius rem per fideicommissum sibi restituendam, ab alio, quam hærede vel fideicommissario, ignoranter emerit, eum hoc ipso sibi non præjudicare, non dubitatur, & tenent per *d. l. hujusmodi. 84. §. qui servum. 5. ff. de legat. 1. & d. l. cui res. 29. ff. de act. empt.* Bolognet. 270

in d.l. qui Romæ, §.duo fratres. num.205. ff.de V.O. Cephal.*conſ.84.num.8.libr.1.* Fuſar. *d.quæſt.598. in fin.*

271 *XVIII.* Per confiſcationem bonorum, an etiam bona fideicommiſſo ſubjecta amittantur? non levis eſt controverſia. Ubi imprimis obſervandum venit, olim ante novas Imp. Juſtiniani Conſtitutiones conſtitutum fuiſſe, quod pro omni delicto, ex quo quis civitatem per deportationem, vel libertatem, aut vitam amittebat, bona ipſius fuerint publicata, *l.1. & ibi* Bart. *ff. de bon.damnat.3.l.in metallum. 4.C.de bon.proſcript.* Peregrin. *de jur.fiſc. lib.5.*
272 *tit.1.num.1.* hodie verò jure noviſſimo authenticarum delinquentium bona non confiſcari, ſed proximioribus ab inteſtato venientibus agnatis reſervari, conſtat ex *auh. bona damnatorum. C.de bon.proſcript. Novel.134. cap.ult.* Dec. *in l.2.num.13.C.qui teſtam.fac.poſſ.* Capyc.*deciſ.153.num.4.* Guid.Pap. *quæſt.437.*
273 *n.3.* Farinac.*de delict.& pœn.lib.1.tit.3.quæſt.52.num.1.* niſi in crimine hæreſeos, *l.Manichæos. 4.auth.Gazaros. C.de hæret.& Manich. cap. vergentis. X. de hæret. c. cum ſecundum. eod. in 6.* Menoch. *arbit.jud.caſ.374.num.3.* Clarus §. *hæreſis, num.10.* Peregrin.*de jur.fiſc. lib.5 lit.1.num.18.* Farinac.*d.quæſt.25 .num.12.* & læſæ Majeſtatis, *infra num.278.* Vel niſi conſuetudine, vel ſtatuto bonorum confiſcatio introducta ſit, Bart. *in l.cunctos, quæſt.ult. C. de SS. Eccleſ.* Bald. *in auth.bona damnatorum, verſ.hinc quæro, C. de bon.proſcript.* Farinac. *d. quæſt. 25.n.10.& 18.* Peregrin. *d.tit.1.n.20.*

Quod ſi ergò ex his cauſis bona alicujus confiſcentur, magna eſt controverſia, an bona alienari prohibita, fideicommiſſo ſubjecta, & reſtitutioni obnoxia, in confiſcationem veniant, & fiſco adjiciantur, an verò ad proxi-
274 miores agnatos devolvantur? Et hæc quoque bona confiſcationi ſubjacere, & bonis aliis confiſcatis, ad fiſcum transferri, ex ſequentibus concludendum videtur, & quidem 1. ex *l. filiusfamilias, 114. §.Divi.3.ff. de legat.1.* ubi JCtus Marcianus expreſsè ſcribit, prohibitionem alienationis à teſtatore certæ perſonæ contemplatione factam, validam quidem eſſe, ſed tamen neque creditoribus, neque fiſco fraudi eſſe debere.

275 2. Quia licet bona extra certum genus perſonarum, puta familiam, alienari prohibeantur, nihilominus tamen, eadem bona ſucceſſor etiam extraneus conſequi poteſt, *l. cum pater.77. §.cum inter.28.ff.de legat.2.* & ſic quoque eadem ad fiſcum tranſire poterunt, cum & hic ſit loco hæredis & ſucceſſoris, Peregrin.*de jur.fiſc.lib.1.n.53.*

276 3. Quia ſimplicia, ſive vulgaria fideicommiſſa in confiſcationem venire probat, *d.l.cum pater.77. §.hæreditatem.4.ff. de legat.2.*

277 4. Quia regulariter bona, quæ ut indigno auferuntur, fiſco cedunt & appli-

applicantur, *l. 2. princ. & §. 1. in fin. l. post legatum, 4. §. si servum, 4. §. si is, 6. in fin. l. si inimicitiæ, 9. §. 2. l. Claudius, 13. & seq. l. eum qui, 18. §. 1. l. ei qui. 20. & l. seq. ff. de his, quæ ut indign. l. 3. l. 4. l. 6. & 8. C. eod. l. 1. in princ. non intelligitur, 3. §. cum ex causa, 4. l. ejus qui, 59. §. 1. ff. de jur. fisc.*

5. Atque hæc quoad bona eorum, cui crimen læsæ Majestatis comittunt, 278
non adeò magnum videtur habere dubium, cum in hoc omnia omninò bona delinquentis confiscentur indistinctè, *l. quisquis. 5. C. ad L. Jul. Majest. l. quando. 10. & auth. bona damnatorum, C. de bon. proscript. nov. 134. c. ult. in fin. c. fœlicis. de pœn. in 6.* Aur. Bull. *tit. 1. §. 1. & tit. 24.* Ord. Camer. *part. 2. tit. 9. §.* So jemandt. Clar. *§. læsæ Majestatis. n. 9.* Gomez. *var. resol. tom. 3. cap. 2. tit. de crim. læsæ Majest. n. 11.* Farinac. *de delict. & pœn. lib. 1. tit. 3. quæst. 25. n. 11.*

6. Ex quo etiam propter læsæ Majestatis criminis imanitatem confiscari 279
quoq; bona, quæ non à patre, sed à genere proveniunt, scribit per *l. 1. C. de bon. liber. ibi* Bald. *n. 8.* ibidemq; limitat omnia jura dicentia jura libertorum, & ea, quæ non possunt transire in hæredes extraneos, non posse transire in fiscum, ut in crimine læsæ Majestatis locum non habeant, quod etiam asserunt Didac. Simanc. *de Cathol. instit. tit. 9. de bon. hæred. n. 257. seq.* Boër. *decis. 264. n. 7.*

7. Adeò ut in hoc læsæ Majestatis crimine non tantum ipsi delinquentes, 280
sed ipsorum quoque filii puniantur, bonis priventur, egestate & infamiâ perpetuâ laborare condemnentur, *d. l. quisquis. 5. C. ad L. Jul. Majest.* Aur. Bull. *tit. 24.*

Id quod juri divino contrarium non videtur, cum videamus totas interdum 281
familias propter parentum scelera eradicari, ita enim primorum parentum peccata tota sentit posteritas. Ruben ob incestam cum novercâ consuetudinem toti posteritati pœnas accersit, *Genes. 49.* Propter Achabi idololatriam, posteritas ipsius tollitur, septuaginta viris à Jehu interfectis. Assarabdon ob patris sui Senacherib blasphemias pœnas luit, & Regnum ab eo ad Chaldæos translatum est. Filiorum parvulorum Sodomitarum ætas vel ignorantia non prohibuit, quin unà involverentur parentum vindictæ, *Genes. 19.* Sicut & patre Cham peccante filius ipsius Chanaam maledicitur, *Genes. 9.* Ac pro Giezis peccato posteri ejus lepra puniti sunt, *4. Reg. 5.* Propter peccatum Achabi etiam posteri de Solio dejecti, *3. Reg. 19.* Sic Davidi remissum quidem peccatum, nihilominus tamen audivit: Non auferetur gladius de domo tuâ, *2. Reg. 12.* Idem quoque Ezechiæ dictum, ob ejus peccatum futuros quoq; ejus filios Eunuchos in Babylonis palatio, *4. Reg. 20.* Sic quoque cum Judæi clamarent, sanguis ejus super nos, & super filios nostros, etiam posteri eorum mortis Christi pœnæ obnoxii remanserunt, *Matth. 27. c. Ecclesia. 11. caus. 1. quæst. 4.*

Pro-

Propter peccatum filiorum Heli, & pater & populus hostili occubuerunt gladio, *1. Reg. 4.* Ob peccatum Achor plebs Israelitica in hostium manus devenit, *Josuæ 7.* Ob unum Jonam fugitivum tota navicula, & omnes, qui in eâ erant, periclitabantur, *Jon. 1.*

282 Idem quoque profanæ testantur historiæ, ita cum Grachi Civitatis statum conati essent convellere, Tyberius & Cajus tàm acerbam de ipsis sumpserunt vindictam, ut non tantum corpora eorum insepulta jacuerint, sed familiares quoque ipsorum, ne quis posthâc inimicus Reipubl. amico esset, de robore præcipitati sint, Plutarch. *in vit. Grachi.* Flor *in epit. lib. 3. cap. 14. & seq.* Valer. Maxim. *lib. 6. cap. 3.* Augustin. *de Civ. Dei 13. cap. 24.* L. Ælius Sejanus ob crimen Majestatis sub Tyberio damnatus & capite mulctatus est, caputque in Gemomonias scalas projectum, omnibus ejus liberis interfectis, Dion Cass. *58.* Cornel. Tacit. *n. 5.* Sic Ptolomæus Ægypti Rex de Cratesideâ matre & liberis Cleomenis, qui in salutem Principis conjurârat, supplicium sumpsit, Plutarch. *in Cleomede.* Ac Macedonum esse legem, ut propinqui eorum, qui Regi insidiati essent, cum ipsis necarentur, refert Quint. Curt. *de gest. Alex. lib. 6.* Habitum quoque fuisse judicium, & supplicium exactum de conjurantibus in vitam Artaxerxis Persarum Regis, & in uxores, & in eorum liberos, ne aliquid tanti sceleris vestigium superesset, scribit Justinus *ex Trogo lib. 10.* & Plutarch. *in Artaxerx.*

283 Et hujusmodi constitutionis, quod propter crimen læsæ Majestatis etiam filii coërceantur, rationes variæ redduntur, veluti 1. ut filiis idem scelus committendi materia subtrahatur, *d. l. quisquis. 5. C. ad L. Jul. majest.*

284 2. Quia etiam in filiis paterni & hæreditarii criminis exempla metuuntur, *d. l. quisquis. §. filii. C. ad L. Jul. Majest.* Cum verisimile sit, quod vel complices criminis, vel ultores & vindices necis paternæ, idem cum patre sint molituri, Gregor. Tholos. *lib. 35. cap. 1. num. 26.* Farinac. *quæst. 1. cap. 6. §. 2. num. 73.* solent enim parentum vitia etiam ad posteros transferri, *c. si gens Angelorum. 10. Dist. 56.* & filius patri esse similis, *arg. l. quod si nolit, 21. §. qui mancipia, 21. ff. de ædil. edict.* & qualis pater, talis filius plerumque præsumitur, Menoch. *6. præsumpt. 58. per tot.* confer *Tract. meum de Ord. Equestr. jur. lib. 1. cap. 8.*

285 *Sæpè solet similis filius esse patri*; Et sic timendum, ne filii vitia trahant à parentibus, *d. cap. si gens. 10. dist. 56.* sicuti trahuntur à sociis, *c. pervenit.*
286 *pen. caus. 2. quæst. 7. cap. literas. 14. X. de fil. præsbyter.* Mali siquidem corvi, malum ovum, & qualia sunt principia, talia præsumuntur principiata, per *lib.*

l. quod si nolit. §. si mancipia. ff. de ædil. edict. Gail.*de Pac publ.cap.13.num.23.* Et mala arbor non solet ferre bonos fructus, ac pauci filii patre meliores, plures pejores, ut videre licet apud Æl. Spartian. *in vita Sever.* Erasm. *in chiliad. de quo* Horat.*lib.4. Carm. od.4.*

Fortes creantur fortibus & bonis;
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.
Doctrina sed vim promovet insitam,
Rectiq; cultus pectora roborant:
Utcunq; defecére mores,
Dedecorant benè nata culpæ.

Et idem Horat. *lib.3. Carmin. Ode 6.*

Ætas parentum pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

3. Quia pater plus diligit filium, quam seipsum, *arg. l. isti quidem. 8. ff.* 287
quod met. caus. & filius est pars corporis, affectusque patris, *d. l. isti quidem. 8. §. 3. ff. quod met.* ideò dum punitur filius, magis ipse pater puniri videtur, Farinac. *quæst. 116. §. 2. num. 73.*

Atque ita 4. ut hoc modo parentes tantò magis absterreantur à crimi- 288
nibus, non ignari, tàm se, quàm filios suos pœnæ subjiciendos, adeoque ut charitas liberorum parentes Reipubl. amiciores redat, Cicer.*epist.12.ad Brut.* Tholosan.*lib.35. cap.1. num. 28.*

5. Quia macula patris inficit etiam sanguinem filiorum, Bajard.*in ad-* 289
dit.ad Clar. §.*læsæ Majestatis,num.25.* & infectum dicitur, quod à radice infecta descendit, per *Novell. 118. cap. 3. vers. ex adverso. l. quod si nolit. 31. §. qui mancipia. ff. de ædil. edict.*

Et denique 6. potissima ratio consistit in delicti atrocitate, nam hoc cri- 290
men omnium ferè quæ in homines committi possunt, atrocissimum esse reputatur, Farinac. *quæst.112.num.1.* Tib. Decian. *tract. crim. lib.7. cap.37. num.1.* Cùm offensionem Dei, cujus vicem Imperator tenet, contineat, *Novell. 105. cap.2. §. subjaceat.* Bened. Carpzov. *crim. quæst.41. n.1.* In atrocibus autem & enormibus delictis pœna etiam ultra delinquentes porrigi solet, *cap. fœlicis. 5. §. quum autem. vers. cæterum de pœn. in 6.*

8. Ideò quoque propter crimen læsæ Majestatis, bonis confiscatis, etiam fideicommisso subjecta in fiscum transire videntur, quod patre ob crimen hoc condemnato, filii perpetuò egentes & pauperes esse, eosque paterna semper infamia comitari, ipsique ad nullos prorsus honores, & ad nulla Sacramenta pervenire debeant, *d. l. quisquis. 5. §. filii. 1. C. ad L. Jul. Majest.* Aur. Bulla *tit. 24.* Infames autem ad hujusmodi fideicommissa non admitti, dictum est *supra cap. 8. n. 442.* Et cum liberi hujusmodi perpetuâ egestate & paupertate laborare debeant, quomodo in hisce fideicommissis succcedere poterunt, cùm hæc in eum finem concessa, ut familia indè splendidior reddatur, & melius sese sustentare possit, *supra cap. 7. n. 1. seq.*

292 9. Ad hæc bona, quæ in delinquentis, hæretici vel crimen læsæ Majestatis committentis dominio sunt, in confiscationem veniunt, *d. l quisquis 5. C. ad L. Jul. Majest.* Aur. Bull. *tit. 24.* Bona autem commissaria in domino ipsius possessoris esse, demonstratum est *supra cap. 10. n. 1. & seq.*

293 10. Qui in bonis hisce successoribus jus ante delatam successionem nondum plenè, sed in spe tantum quæsitum est, quod non est considerabile, per *l. §. denunciari. ff. de vent. inspic.* Et cùm spes illa juris sit positivi, & sic jus quærendum, ideò etiam per Principem tolli potest, cùm jus quærendum facilius tollatur, quàm quæsitum, Gail. *2. observat. 142. num. 15.* Et sic quoque Imperatorem jus hoc agnatorum & fideicommissi successorum, nondum plenè adquisitum, tollere, & bona delinquentium in fiscum redi-
294 gere posse, dicendum videtur, cum alias quoque in manu Principis supremi dominiorum distributiones esse dicantur, *l. deprecatio. 9. ff. ad L. Rhod. de jact. c. quo jure. 1. distinct. 8.* Ita, ut propriâ authoritate dominia transferre possit, *l. item si verberatum. 15. §. item si fortè. 2. ff. de rei vindic. l. Lucius. ff. de evict. l. benè à Zenone, C. de quadrien. præscript.* Cæval. *commun. opinion. quæst. 906. num. 24.*

295 11. Quia confiscatio est species alienationis necessariæ, cum delicto, in quo confiscatio locum habet, commisso, necessariò, & ex legis dispositione, confiscatio sequatur, per tradita Petræ. *de fideicommiss. quæst. 8. num. 128. sequent.* Necessariam autem alienationem fideicommissi non esse pro-
296 hibitam, dictum est *supra capite 11. numer. 453.* Indeque prohibitionem de non alienando per contractum, non impedire alienationem, quæ fit per delictum, docent per *l. peto. 69. §. prædium. 1. ff. de legat. 2.* Jason *in l. is, cui bona, col. 9. & ibi* Ripa, *num. 53. ff. de V. O.* Grammat. *decis. 105. numer. 40. & 41.*

Hinc

Hinc etiam 12. jus patronatus & libertorum in fiscum transit, *lib. 1. C. de bon. libert. & ibi* Bald. *num. 8.* Boër. *decis. 264. num. 7.* 297

Uti & 13. jus primogenituræ sive majoratus, cum hoc quoque propter crimen & scelus suum quis amittere possit, Rusdorff. *vindic. caus. Palat. cap. 4. num. 6.* Ita enim Cain propter fratricidium jus primogenituræ amisit, idque Seth nascendi ordine consecutus fuit, Rusdorff. *d. cap. 4. num. 22.* Et Ruben propter incestus crimen, & quod patris sui torum violavit, primogenituræ jure fuit privatus, *Genes. 48.* Rusdorff. *d. capit. 4. numer. 5. & 12.* Sic Adonias, Davidis filius, Salomone natu major, non est adeptus jure primogenituræ Regnum propterea, quod Patre vivente id usurpâsset, *3. Regum 1.* Petr. Gregor. Tholos. *part. 3. syntagm. lib. 41. cap. 7. num. 24.* Pater enim ipsi, qui Regnum præripere gestiebat, subtraxit, & eum, qui expectare voluit, elegit, illeque insolens & moræ impatiens depravatione & culpâ amittere, hic animi moderatione & sobrietate obtinere meruit, Rusdorff. *d. capit. 4. numer. 23.* 298

14. Ad hæc, à feudis ad fideicommissa validum duci argumentum, dictum est *supra cap. 15. numer. 12.* Feuda autem propter læsæ Majestatis tàm divinæ, quàm humanæ, crimen, etiam in præjudicium agnatorum confiscari, tenent per Aur. Bullam *tit. 24.* Ord. Camer. *part. 2. tit. 9.* §. So jemandt. *cap. 1. §. denique. Quæ fuit prima causa benef. amitt. & in cap. 1. §. si vasallus si de feud. fuer. controv. inter dom. & agnat.* Bart *in l. 2. num. 4. & ibi* Bald. *numer. 1.* Salicet. *num. 5. C. de libert. & eor. liber.* Bart. *in lib. 3. num. 1. ff. de interdict. & releg.* Quia per publicationem bonorum condemnatus, incapax redditur ad feudum obtinendum, Peregrin. *de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 112. vers. ratio est.* 299

15. Idem quoque de emphyteusi, & quod bonis emphyteutæ publicatis, emphyteusis quoque ad fiscum transeat, tradunt Villalob. *commun. opin. lit. E. num. 58.* Jul. Clar. § *emphyteusis, quæst. 29.* 300

16. Atque hæc in tantum procedere, ut licet expressa testatoris dispositio accesserit, ne bona ex delicto in fiscum transeant, nihilominus tamen hujusmodi bonorum confiscatio locum habeat, contendunt per *l. filiusfamilias, 114. §. Divi. ibi: neque fisco fraudi esse, ff. de legat. 2. ibid.* Ripa *num. 52.* Bart. *in l. post contractum. num. 9. vers. sextus. ff. de donat.* Alciat. *cons. 785.* Alba *consil. 1. numer. 13. seq.* cum hæc prohibitio in fraudem fisci facta intelligatur, fisco autem fraus fieri non debeat, *d. l. filiusfamilias. §. Divi. & ibi* Ripa *num. 52. ff. de legat. 1.* Adeò, ut nec Princeps quidem prohibere possit, ne bona 301

ex crimine læsæ Majestatis confiscentur, cum delinquenti causam præbeat, Bald *in l. 1. quæst. 52. ff. de rer. divis.* Molina *de Hispan. primogen. libr. 4. cap. 11. num. 27.* Cum enim contra leges sit, ut læsæ Majestatis Crimen committentium bona fisco non adjiciantur, ideò à fideicommissi institutore id præcipi non posse videtur, cum nemo facere possit, quod leges in suo testamento locum non habeatn, *l. nemo potest. 55. ff. de legat. 1.* Et si fieri posset, facilè omnes homines ita de bonis suis disponerent, ut in fiscum non deveniant, & sic pœnas criminum eluderent, quod nimis absurdum foret, cum præcipua condemnationis pars, & propter quam homines potius à criminum perpetratione deterrentur, bonorum sit confiscatio, Molina *d. cap. 11. num. 27. vers. quarto.*

302 Unde quoque non valere conventionem, ut propter ingratitudinem non revocetur donatio, concludunt Bald. *in lib. 3. numer. 4. C. de bon. libert.* Bart. *in l. fin. num. 3. & ibi* Bald. *num. 11.* Castr. *num. 12.* Jason *num. 17. ff. de pact.* Ripa *in l. fin. quæst. 54. C. de revoc. donat.* Tiraquel. *in l. si unquam. 8. in*
303 *princip. num. 133. C. de revocat. donat.* Sicuti nec pactum inter Dominum & Vasallum, ne propter feloniam feudum ad Dominum revertatur, Bald. *in l. fin. quæstion. 52. ff. de rer. divis.* Natta *in c. quamvis, n. 44. de pact. in 6.* Isern. *in cap. 1. Quæ sint regal.* Molina *d. cap. 11. num. 69.* Vel si inter duos fratres dividentes conveniat, ut altero eorum delictum committente, ex quo bonorum publicatio sequatur, ea bona delicto commisso, in alium fratrem, vel ejus filios perveniant, pactum hoc in fraudem fisci non valeat, Decian. *cons. 239.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 104.*

304 Atque ita 17. bona fideicommisso subjecta in confiscationem bonorum venire tradunt, Hier. Alban. *cons. 1. num. 13 seq.* Oldrad. *cons. 17.* *Roman. in l. si constante. §. ultim. ff. solut. matrim.* Ripa *in l. filiusfamil. §. Divi. num. 52. ff. de legat. 1. & ibi* Ruin. Alciat. *cons. 98. num. 10. lib. 2.* Et hanc communem esse opinionem, scribit Alciat. *cons. 783. num. 1.*

305 19. Ex quibus omnibus dicendum videtur, non tantùm ipsa bona fideicommisso subjecta, in confiscationem bonorum venire, sed etiam ob crimen læsæ Majestatis domos fideicommissarias dirui, & solo adæquari posse, cum Criminis læsæ Majestatis, tàm humanæ, quàm divinæ, reorum ædes quoq; dirui & solo adæquari, *c. fœlicis, ibi : dentur cuncta ædificia ipsius in ruinam.*

nam. de pœn. in 6. c. 1. §. conventiculas. ibi: *& domus ejus destruatur. de pac. juram. firm.* Guid. Benedict. *in c. Raynutius. verb. domum. n. 23. de testament.* & aratro subjici soleant, *l. si usufructus civitati. ff. de usufruct.* Imò etiam totæ aliquando civitates eversæ sunt, Bajard. *in addit. ad Clar.* §. *læsæ Majestatis, n. 25. special. 19. & 31.* Ita enim Caria urbs Peloponensium tota deleta est, quod cum Persis adversus Græcos fœderatos belli consilia iniisset, Vitruv. *cap. 1.* Salaminorum civitas ob proditionem Atheniensium decreto tota est subversa, Pausan. Carthago ob rebellionem excisa & exarata est, Livius *libr. 31.* Augustin. *de Civit. Dei, cap. 21.* Plin. *natur. hist. libr. 15. cap. 18.* Alba à Tullio Hostilio ob crimen proditorum Albanorum diruta, Virgil. *Æneid. 8.* Flor. *lib. 1. epit. cap. 3.* Talemque pœnam in idololatras à Deo decretam esse, *Deut. c. 13. c. si audieris. caus. 23. quæst. 5.* refert Tholosan. *syntagm. lib. 35. part. 3. cap. 1. num. 19. seq.*

Hæc licet non levis videantur esse ponderis, contrarium tamen, & quod 306
bona fideicommisso, pro familiâ conservanda, subjecta, in confiscationem non veniant, ex subsequentibus rationibus & fundamentis solidè demonstratur, veluti 1. per *l. eorum. 9. ff. ad L. Jul. Majestat.* ubi expresse deciditur, quod jura libertorum propter Crimen læsæ Majestatis non confiscentur, sed 307
filiis reserventur. Cujus ratio redditur, quod hæc jura sint personalia, & ad extraneos non transeant, Alciat. *cons. 67. lib. 8.* Castrens. *in l. 1. C. de bon. libert.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 97.*

Idem 2. probatur ex *l. jure libertorum 4. ff. de jure patronat.* ubi expressis 308
his verbis scribit JCtus Martianus: *Jura libertorum, patronorum liberis, cum pater eorum erat perduellionis damnatus, salva esse Divus Severus & Antoninus benignissimè rescripserunt: sicut ex alia causâ punitorum liberis jura libertorum salva sunt.* ubi observandum est, quod lex ista in crimine perduellionis, & sic primo capite criminis læsæ Majestatis loquatur, atque ideò multò magis in reliquis capitibus & criminibus levioribus, quibus bona confiscantur, locum obtineat, sicuti etiam expresse additur, quod etiam ex aliâ causâ punitorum liberis jura libertorum salva sint, & sic inter crimen læsæ Majestatis & alia crimina nullam esse differentiam.

Quod etiam 3. probat *c. Fœlicis. 5. § si qua verò feuda. de pœn. in 6.* ubi ho- 309
stiliter Cardinales persequentes eadem severitate, quâ crimen læsæ Majestatis committentes puniendi veniunt, & nihilominus tamen feuda, quæ habent

bent ab Ecclesiâ, & quæ ad hæredis extraneos transire non solent, non confiscantur, sed ad dominum revertuntur.

310 4. Quando libertus delinquit & bonis publicatis condemnatur, jus patronatus ad fiscum non transit, sed patrono reservatur, *l. cum ratio. l. si libertum. ff. de bon. damnat.* Sonsbec. *de feud. part 13. n. 53.*

311 Quod etiam 5. probatur ex *l. 1. vers. & ideo. C. de bon. libert.* ubi dicitur, jura patronatus illum, cui ab avo, vel aliis ulterioribus sunt quæsita, non amittere, nec in eis fiscum succedere, si bona illius postea publicentur, Capyc. *decision. 30. numer. 18. in fin.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. numer. 21.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 11. num. 2.* Bald. *in l. 1. num. 2. C. de bon. libert. & ibi* Castrens. *num. 4.* ubi addit, quod etiamsi quis condemnetur ex Crimine læsæ Majestatis in primo capite, jura tamen libertorum, quæ ad hæredes sanguinis tantùm transferri possunt, fisco adjici non possint, quod etiam asserunt Bart. *in l. 3. num. 2. ff. de interdict. & relegat. & in l. eorum. ff. ad L. Jul. Majestat.* Alex. *in d. l. 3. de interdict. & relegat.* Molina *d. capit. 11. num. 38.*

312 6. Quia filii, & reliqui agnati, & fideicommissi successores, bona hæc fideicommisso subjecta, non à patre, vel ipso delinquente, sed ab alio majore & primo institutore, & sic à genere sive jure sanguinis habent, ut dictum est *supra cap. 9. num. 77.* eademque agnati capiunt, ut agnati, etiamsi possessoris hæredes non sint, *supra cap. 8. num. 16. seq.* & sic jure sanguinis, deferri dicatur, in quo is, qui hæres non est, vel etiam qui hæres est, ex solâ agnatione, vel speciali vocatione, non autem jure hæreditario succedit, Bart. *in l. ut jusjurandi. §. si lueri. num. 4. ff. de bon. libert.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 1. cap. 8. num. 6.* ubi *num. 2. seq.* ex hoc jus majoratus non deferri jure hæreditario, sed jure sanguinis, & intuitus generis & familiæ concludit, & *num. 10.* addit, majoratus respectu primi institutoris jure hæredita-
313 rio, respectu autem ultimi possessoris jure sanguinis deferri. Certum autem est, filios, & sic quoque alios agnatos, propter delictum patris, vel alterius prædecessoris, non amittere ea bona, quæ non à patre, vel possessore, sed ab alio majore, vel à genere & jure sanguinis habent, *l. eum qui. 3. vers. quæ verò non à Patre. ff. de interdict. & relegat. l. emancipatum. §. fin. ff. de senator. l. si dotem. C. de jur. dot.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 11. numer. 9.* Gail. *de Pac. publ. 2. cap. 14. num 7.* Tholosan. *de Republ. lib. 7. cap. 4. numer. 12.* Besold.
lib. 1.

libr.1. nomicopolit. dissert.10.num.3. cùm jura successionum, vel sanguinis nullo jure, ne quidem à Principe, multò minus alterius delicto, mutari vel tolli possint, *l. jura sanguinis.8.ff. de R.I.* Rusdorff. *vindic. caus. Palat. cap.17. numer.5.sequent.* Et ne principem quidem, ex plenitudine potestatis, tollere posse jus alicui quæsitum ex ultimis voluntatibus, vel fideicommissis, docent per *l. si testamento. C. de testament. l. si donationem. C. de revoc. donat.* Covarruv. *3. var. resol. cap.6. num.5.* Menoch. *cons.103. num.53.* Peregrin. *de fideicommiss. art. 52. num. 250. in fin.* Vasqui. *illustr. quæst. cap.5. num.22.* Pinell. *de rescind. vend. part.1. cap.2. num.16.* Decian. *consil.357. num.3. & 5.* ubi concludit, quod Princeps non possit cuidam tertio domum fideicommisso subjacentem donare. 314

8. Quia fideicommissi bona jure singulari, & ex speciali institutoris dispositione ad agnatos & reliquos fideicommissi successores transeunt, ad fiscum, & in bonorum publicationem non venire, constat ex *l. Statius.48. §. fin. ff. de jur. fisc. l. Imperator.12. in princ. ff. de fideicommiss. libert. l. jura.4. ff. de jur. patronat.* Adeò, ut ne quidem ex perduellionis crimine hæc jura ad fiscum transeant, *l. jura libertorum, 4. ff. de jur. patronat.* Besold. *consil. 153. num.31.* 315

9. In hisce fideicommissis non succeditur ipsi possessori ultimo delinquenti, sed primo institutori, & ex ipsius dispositione, quæ omnino attendenda, *supra cap.9. num.77. & cap.3. num.2. seq.* Injuria igitur fieret ipsi institutori, & in fraudem ipsius voluntatis ageretur, si contra ipsius mentem bona hæc in fiscum, & sic alium, quàm agnatum ex ipsius familiâ descendentem, transferrentur, multò minus autem hoc casu ipse fideicommissi successor ex vitio prædecessoris tenebitur, vel in ejusdem vitia, & consequenter in ipsius pœnam succedet, vel eandem luere tenebitur, per ea, quæ tradit Gail. *2. de Pac. public. cap.14. numer.8.* ubi scribit, quod delictum Vasalli agnatis non debeat esse incommodo, cum proprio & sanguinis jure, ex pacto & providentia primi adquirentis, & sic jure contractus succedant, & quod agnati non sint hæredes vasalli delinquentis, sed primi adquirentis jure sanguinis, non jure successionis. 316 317

10. Atque hoc etiam satis apertè statuitur, in *l. cum ratio.6. ff. de bon. damnat.* ubi JCtus Paulus ita scribit: cum ratio naturalis, quasi lex quædam tacita liberis parentum hæreditatem addiceret, velut ad debitam successionem

eos

eos vocando, propter quod & in jure civili suorum hæredum nomen eis indictum est, ac ne judicio quidem parentis, nisi meritis de causis summoveri ab eâ successione possunt, æquissimum æstimatum est, eo quoque casu, quo propter pœnam parentis aufert bona damnatio, rationem haberi liberorum, ne alieno admisso graviorem pœnam luerent, quos nulla contingeret culpa interdum in summam egestatem devoluti, &c. ubi §. *si plures.3.* addit: Si plures filios damnatus habeat, feruntur exempla, per quæ pluribus liberis omnia bona damnati concessa sunt. Sed & Divus Hadrianus in hac sententia rescripsit: favorabilem apud me causam liberorum Albini filiorum numerus facit, cum ampliari Imperium hominum adjectione potiùs, quàm pecuniarum copia malim, ideoque illi paterna sua concedi volo, quæ manifestabunt tot possessores, etiamsi acceperint universa.

II. Quod etiam, & naturalis, & civilis dictitat ratio; cum enim filii, & reliqui agnati & fideicommissi successores, nihil deliquerint, nulla quo-
318 que confiscationis pœna afficiendi erunt, cùm pœnæ & delicta suos tantùm tenere debeant, auctores, *l. sancimus. 22. C. de pœn. d. l. cum ratio. in princip. ff. de bon. damnat. c. 2. X. de his, quæ fiunt à maj. part.* nemoque sine suâ culpâ puniendus, *c. sine. 23. de R. I. in 6.* Vel alieni criminis successor constituendus, sed unusquisque ex suo admisso sorti subjiciendus, *l. crimen. 26. ff. de pœn. c. crimen. 6. caus. 1. quæst. 4.* nec quis alieno odio prægravandus, *c. non debet. 22. de R. I. in 6. l. si quis. 23. §. 1. C. de inoffic. testament. c. sicut fuit. 33. c. si compromissarius. 37. de elect. in 6.* inhumanumque sit, alieni criminis infortunio alium adstringi, *l. res uxoris, 24. C. de donat. inter vir. & uxor.* sed ibi pœna esse debeat, ubi noxia est, *d. l. sancimus. 22. C. de pœn.* & pœna non sit sine delicto, *l. aliud fraus est, 31. in princ. ff. de V. S.* nec puniantur, qui non deliquerunt, liberi videlicet, & hæredes noxiorum, *l. si pœna, 20. ff. de pœn.* Quis enim innocentiæ relinqueretur locus, si alienum crimen innocentem macularet? *c. nullius. 1. c. quis locus. 2. caus. 1. quæst. 4.*

Quæ non tantùm in agnatis & successoribus in genere, sed etiam in parentibus & liberis obtinent, non enim parentum, sed propria culpa quem-
319 que condemnat, *c. novi. 5. Distinct. 26.* & paternum crimen nullam maculam filio infligere debet, *l. crimen. 26. ff. de pœn. c. crimen. 6. caus. 1. quæstion. 4.* Patrisque calamitas non debet nocere filio, *l. 3. §. quod pater. ff. de muner. & honor. l. Divi. 17. §. 1. ff. de jur. patronat.* nec vitia parentum filiis imputari, *c. 3. Dist. 56.* vel reatus patris filio obesse, *d. l. & qui. 3. §. quod pater. 9. ff. de muner. & honor.* nullumque patris delictum innocenti filio pœnæ esse, *l. qui ad tempus.*

pus.2.§.nullum.7.ff.de decurion. sed filio magis prodesse sua innocentia, quàm patris culpa nocere debeat, *l.3.§.si emancipatus. in fin. ff. de bonor. possess. contra tab.* Ac generaliter judicat lex irrationabile odio parentum, aliquem prægravari, *l. si quis suo.33.§.legis.1.ff.de inoffic. testam.*

Quæ etiam juri divino consentanea sunt, quo filius non portabit iniquitatem patris, *Ezech.18.vers.19.* nec occidentur patres pro filiis, nec filii pro patribus morientur, sed unusquisque pro suo peccato morietur, *Deut.24.vers.16. 2.Reg.14.v.16. 2.Paralip.25.v.4. c.judæi.7.caus.1.quæstion.4.* ac anima quæ peccavit, ipsa morietur, *Levit.13.* 320

Ex quo etiam acerbum esse, parentum scelera filiorum pœnis lui, ait Cicero *in Brut.* Idque exemplis plurimis, quibus ne quidem in perduellionis vel læsæ Majestatis criminibus filii pœnas ob parentum scelera luerunt, probat Rusdorff. *in vindic.caus.Palatin.cap.16.n.33.* Ita enim Marcus Antonius filiis Avidii Cassii, qui in eum conjuraverat, veniam dandam esse existimavit. Et Aurelius Cassii perduellionis damnati bona liberos possidere jussit, quod etiam Romani & Persarum Reges facere consueverunt. Sicuti etiam Poloni non modò proscriptiones nullas probant, sed ne perduellionis quidem damnatorum bona fisco addicunt. Ita quoque Julius Cæsar proscriptorum liberos ad honores admisit, Sueton. *in ejus vit. cap.41.* Et sic apud Lacedæmonios adeò stabile erat jus succedendi, ut & filii id retinerent, licet exilio mulctati vel capitis pœna affecti essent avi & patres, quibus successores quærebantur, uti refert ex Cragio, *2.de Republ.Lacedæmon.fol.56.* Besold. *de Reg.success. lib.1. diss.10.num.3.* 321

Ac proindè meritò damnatur Persarum illa consuetudo, de quâ Ammian. Marcellin. *libr.23.* Leges, inquit, apud eos impendio formidatæ, inter quas diritate exsuperant latæ contra ingratos & desertores, & abominandæ aliæ, per quas ob noxam unius, omnis propinquitas perit, Brisson. *libr.2.de regn. Persar.fol.268.* melius igitur vitiosæ partes sanantur, quàm exsecantur, Cicero *ad Attic.2.epist.1.* ac putridum illud familiæ membrum resecandum, ne pars syncera trahatur. 322

Atque hinc etiam non valere consuetudinem, insontes agnatos punientem constat, cùm nulla præscriptio contra bonos mores, contra æquitatem ac justitiam naturalem, & contra verbum Divinum currere possit, & consuetudo irationabilis, ac Sacris literis, Legibusque Divinis contraria non valeat, *c. ult. in fin. X.de consuet. c. cum causa.8.de sent. & re judic. c. jus naturale. in fin. dist.1.* Dec. *in c. quæ in Ecclesiarum. num.17. X. de constitut.* Et si filii ad fideicommissum vocati in casum mortis parentis, & parens per contraven- 323

tionem, vel delictum indignum se fecerit fideicommisso, quod tamen id libe-
ris non præjudicet, concludunt Ruin. *cons. 122. num. 7. vol. 2.* Cephal. *cons. 122. n.*
29. & 35. Peregrin. *de fideic. art. 18. num. 28.*

324 12. Hinc si navis à servis, inscio domino, illicitis mercibus onusta, & do-
mino mandante transmissa sit, merces quidem confiscantur, & servi puniun-
tur, navis tamen domino servatur, *l. cotem. 1. §. dominus. 2. ff. de publican. & ve-
ctigal.* Sonsbec. *de feud. part. 13. num. 53.*

325 13. Et si hæreticorum bona confiscantur, salva tamen permaneant ju-
ra Dominorum, à quibus dominia possident, *c. excommunicamus. 13. §.
moveantur. in fin. X. de hæretic. auth. si verò de hæret. & Manicha.* Sonsbec.
d. num. 53.

326 14. Uti & si decurio alienæ servæ nuptiis se conjungat, deportatur, &
omnia ejus bona illi civitati, cujus est curialis, mancipantur, si tamen in po-
testate adhuc patris sit, patri jura sua salva relinquuntur, *l. cum ancillis. 3. C. de
incest. nupt.*

15. Ad hæc, fideicommissorum pro conservatione familiarum Nobi-
lium constitutorum hæc est natura, ut perpetuò in familiâ conserventur, & ad
successores & agnatos à primo institutore descendentes in infinitum transe-
ant *supra cap. 9. n. 104.* Atque ita cum in hisce fideicommissis agnati jus quæ-
situm & radicatum habeant à primo institutore, illud ipsis invitis, & absque
legitimâ & sufficienti causâ vel culpâ & delicto proprio auferri nequit, cùm
supra quoque *cap. 11. numer. 48.* demonstratum sit, fideicommissi possessores &
successores naturam & conditionem fideicommisso à primo institutore an-
327 nexas, mutare vel tollere non posse. Et aliàs notum est, quod alteri per alte-
rum iniqua conditio inferri nequeat, *l. non debet. 74. ff. de R. I.* ac factum cuiq;
suum, non aliis obesse debeat, *l. factum. 155. princ. ff. de reg. jur.* neminiq; jus
suum etiam in spe quæsitum ab alio, ne quidem à Principe auferri possit, *su-
pra cap. 8. num. 381.*

16. Bona fideicommisso perpetuò subjecta non posse alienari extra fa-
miliam per contractum per se constat, & probatum est *supra cap. 11. num. 1. se-*
328 *quent. per tot.* Qui autem præjudicare, vel alienare non potest contrahendo,
is quoque delinquendo præjudicare nequit, *l. si filius. C. de bon. proscript.* Bart.
in l. si finita. §. si de vectigalibus. num. 12. ff de damn. infect. Alex. *cons. 23. numer.
6. lib. 1.* Molina *de Hispan. primogen. libr. 4 cap. 11. numer. 7.* Rosenthal. *de feud.
cap. 10. conclus. 4. numer. 4. & ibi in not. lit. E. & cap. 11. conclusion. 2 numer. 5. in not.
lit. C. & ibi alleg.* Quia delictum & contractus æquiparantur, *l. omnem. ff. de ju-
dic.*

dic. c. fin. X. de for. compet. Nicol. Everhard. *in loc. à delict. ad contract. 43. num. 1.* 329
Et publicatio bonorum alienationi æquivalet, per *l. Imperator. l. rogo. ff. de
fideicommiss. libert.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. numer. 100.* Ac quod juris est
in contractibus, idem etiam in delictis obtinet, & contra, nisi diversa subsit
ratio, vel contrarium expressè decisum reperiatur, Matth. Stephan. *in Dia-
lect. jur. libr. 2. loc. 102.* Atque ita quemadmodum fideicommissi possessor re-
liquis agnatis & successoribus per contractum nocere nequit, ita etiam per
delictum præjudicare non potest, cum delicta magis sint odiosa, quàm con-
tractus, & perpetuò verùm sit, quod nemo ex alieno delicto damnum sentiat,
& pœnæ suos tantùm tenere auctores, nec ulterius progredi debeant contra
eos, qui à calumniâ procul existunt, *l. si quis in suo. §. legis. C. de inoffic. testam.
l. legem. C. de natural. lib. l. ob maritorum. C. ne uxor pro marito. l. si pœna & cri-
men. ff. de pœn. l. 3. §. quod pater. ff. de muner. & honor.* nemoq; alieni criminis 330
infortunio jus suum perdere debeat, *l. res uxoris. C. de donat. inter vir. & uxor.
l. si quis præsbyter. C. de Episc. & Cleric.*

17. Quia delictum est voluntaria quædam alienatio, & delinquens ex 331
delicto cum fisco quasi contrahere, & in illum bona sua ex quasi contractu
alienare intelligitur, *l. Imperatores. 34. ibi: ipse te huic pœnæ subdidisti. ff. de ju-
re fisc. l. omnem. 20. ff. de judic.* Molina *de Hispan. primog. lib. 4. tit. 11. n. 8.* Fachin.
4. contr. 50. §. probatur ergò.

18. Unde quoque si ex delicto bona fideicommisso subjecta fisco es- 332
sent adjudicanda, in potestate hæredis gravati vel fideicommissi possesso-
ris esset, testatoris voluntati contravenire, & reliquis agnatis præjudi-
care, ex delicto suo fideicommissum evertere, quod tamen fieri non
posse, constat ex *l. id quod nostrum. ff. de R. I.* Gail. *de Pac. public. cap. 13.
num. 30.*

19. Unde quoque *supra cap. 11. num. 32.* dictum est, quod is, qui prohi- 333
bitus est alienare, prohibitus quoque censeatur omnem actum facere, ex quo
alienatio sequi potest, quod etiam de legali alienatione verum esse, per *l. im-
perator. 12. ff. de fideicommiss. libert.* Gloss. *in l. si ita quis. §. ea lege, & ibi* Imol.
ff. de V. O. Rol. à Valle *cons. 84. num. 36. seq. lib. 1.* Farinac. *de delict. & pœn. lib. 1.
tit. 3. quæst. 25. num. 31.* & sic quoque prohibitus ita delinquere, ut ex delicto bo-
na alienari prohibita in fiscum transeant, cum delinquendo aperiat viam a-
lienationi, Besold. *cons. 135. n. 50.*

20. Bona fideicommisso subjecta ad extraneos hæredes non transeunt,

ſed ad ſolos agnatos, & qui ſunt de familiâ inſtitutoris, pertinent, ut de-
334 monſtratum eſt *ſupra cap. 8. num. 1. & ſeq. & per tot.* Ea autem, quæ in extra-
neos hæredes non tranſeunt, in confiſcationem bonorum non veniunt, nec
bonis publicatis ad fiſcum pertinent, vel tranſeunt, *l. 2. C. ad L. Jul. Majeſt.*
l. jura libertorum. 4. ff. de jur. patronat. l. non intelligitur. 3. §. cum ex causâ. 4. ff.
de jur. fiſc. l. ſi marito. 31. princ. ff. ſolut. matrim. l. cum fiſco. 9. ad SCt. Sylan. Bart. *in*
l. 3. in princip. ff. de interdict. & releg. Clar. *§. fin. quæſtion. 78. num. 7.* Boër. *deciſ.*
278. num. 6. Molina *de Hiſpan. primogen. lib. 4. cap. 11. num. 2.* Peregrin. *de jur. fiſc.*
lib. 5. tit. 1. num. 68. Farinac. *de delict. & pœn. lib. 1. tit. 3. quæſt. 25. numer. 51.* Tuſch.
lit. C. concluſ. 719. num. 1. Gail. *2. de Pac. publ. cap. 14. numer. 3.* Menoch. *recu-*
per. poſſ. remed. 9. num. 82. quam communem opinionem eſſe teſtatur Alciat.
conſil. 522. num. 6. Rol à Valle *conſ. 8. num. 16. lib. 2.* Soarez. *in theſ. commun. opin.*
335 *lit. C. verb. confiſcantur.* etiam in crimine læſæ Majeſtatis, Gigas *de crimin. læ-*
ſæ Majeſt. in rubr. quæſt. 5. num. 1. Corbul. *de jur. emphyt. cap. 7. num. 24.* Quia fi-
ſcus in bonis delinquentis ſucceſſor & hæres eſt extraneus, vel ejusdem loco,
l. 1. C. de bon. libert. d. l. eorum. 9. ff. ad L. Jul. Majeſt. l. non intelligitur. 3. §. cum
ex cauſa. 9. ff. de jur. fiſc. l. ſi marito. 31. in princip. ff. ſolut. matr. l. cum fiſco. 9. ff. ad
SCt. Sylan. Gail. *d. l. num. 4.* Peregrin. *d. tit. 1. num. 53. 60. & 68.* Farinac. *d. num.*
51. & 169.

21. Hinc etiam, cum fiſcus in omni caſu, in quo bona delinquentis con-
336 fiſcata capit, habeatur loco hæredis, ideò ſicut bona cum ſuis cauſis, ſervi-
tutibus, vitiis, oneribus & conditionibus ad ſucceſſores extraneos per con-
tractum, vel per ultimam voluntatem tranſeunt, *l. hæredem. ff. de R. I. l. Pom-*
ponius. §. cum quis. ff. de adquir. poſſeſ. l. vitia. 11. C. eod. Ita etiam in fiſcum per
bonorum publicationem transferuntur, *l. ſi marito. in princ. ff. ſolut. matr. l. in*
facto: 60. §. 1. ff. de condit. & demonſtrat. l. Statius. 48. §. Cornelio. ff. de jur. fiſc. l.
cum fiſco. ff. ad SCt. Sylan. l. recuſare. §. ſi fiſco. ff. ad SCt. Trebell. Peregrin. *de jur.*
337 *fiſc. lib. 5. tit. 1. num. 47.* Farinac. *d. quæſt. 25. num. 169. ſeq.* Ita, ut ad debita & a-
lia onera hæreditaria, ad quæ ipſe condemnatus tenebatur, & ipſe fiſcus te-
neatur, Ripa *in l. ex facto. §. ex facto, numer. 5. ff. ad SCt. Trebell.* Rol. à Valle
conſ. 31. num. 33. lib. 1. Covarruv. *var. reſolut. lib. 1. cap. 16. numer. 8.* Farinac. *d.*
quæſtion. 25. numer. 170. & hodiè ex quacunque cauſâ bona cum onere caduca
fiant, ac fiſcus etiam ad legata & fideicommiſſa præſtanda obligatus ſit, *infra*
338 *num. 357.* Ita, ut ſicut onus alendi liberos & uxorem inopem, tranſit ad quem-
cunque, ad quem bona parentum vel mariti tranſeunt, *l. ſi quis à li-*
beris. §. dum reſcriptum. ff. de liber. alend. & agnoſc. Peregrin. *d. tit. 1. num. 75.* ita

etiam

etiam hoc onus ad fiscum transire, tenent Socin.sen. *cons.30. num.3.* Ripa *in d.l.ex facto. §. ex facto, num.8.& 9.* Peregrin. *d.num.75.* Et fiscum quoque teneri ad dotandum filias ejus, cujus bona sunt confiscata, tradunt Bald. *in l. fin.num.9.C.de dot.promiss.* Bart.*in l. quæsitum, §. 1. de privil. credit.* Peregrin. *d.lib.num.76.* Atque ideò etiam ad fideicommissi hujusmodi bona successoribus præstanda obligatus erit.

22. Hinc, cùm Emphyteusis Ecclesiastica ad extraneos hæredes non 239
transeat, Clar. *§ emphyteusis. quæst.28.vers.tertius est casus.* Ideò eandem in fiscum quoq; non transire, docent Bart. *in l.si finita. §. si de Vectigalibus. num. 6. ff. de damno infect.* Gigas *de crimin.læsæ Majestatis,lib.2.tit.de pœn.committ.crimin.læsæ Majestatis, quæst.6. num.1. & 2.* Nellus *de bannit.1.part. 2. temp. quæstion. 24.* Ruin. *consil.155.num.10.& 11.* Clarus *d.§.emphyteusis, quæst.29. in princ.* Farinac. *d.quæst.25.num.52.* Gail. *2 de pac.publ. c.14. n.16.& seq.* Boer. *decis.278. num.7.* Guid.Pap. *decis 438.num.3.* Quodetiam in emphyteusi privata proce- 240
dere, si ex pacto ad hæredes extraneos non transeat, ita, ut tunc quoque ad fiscum non devolvatur, ut sentiunt Bart. *in d.l. si finita, §. sic de vectalibus, numer. 6. ff.de damn.infect.* Alex.*consil.23. num. 10. lib.1.* Rol. à Valle *cons.98.num. 18. vol. 2.* Clar. *d. §.emphyteusis. quæst.29.in princip. vers.breviter si emphyteusis.* Farinac. *d. quæst.25. num. 60* Molina *de Hispan. primogen.libr.4.tit.1.numer.4.* Peregrin. *de jur.fisc.lib.5.tit.1. n.120.* Si verò pacto sit constitutum,ut emphyteusis Ecclesiastica ad extraneos quoque hæredes transferatur, hoc casu quoque in confiscationem bonorum veniet, per tradita Bocer. *de crimin Majest. cap.3.num.80.seq.*

23. Ita etiam, cum feuda ex pacto & providentiâ antiqua ad agnatos 241
tantùm, à primo adquirente descendentes, & non etiam ad hæredes extraneos transeant, & alienari nequeant, per *2. Feud. tit. 45. 52. & 55.* Peregrin. *de jur.fisc.libr.5. tit.1. numer.106.* Gail. *2. de pac.publ. cap.14. numer.3.* Molina *de Hispan.primog.libr.4. cap.11. num.3.* ideò etiam in confiscationem 242
bonorum non veniunt, vel bonis confiscatis ad fiscum non transeunt, Bart. *in l. si finita. §. si de vectigalibus, numer.3. vers. quærit glossa. & ibi* Alex. *ff. de damn.infect.* Laudens. *de crim. læsæ Majestatis, quæst.15. & de fisco, quæst. 263.* Jacob. de S. Georg. *feud. verb. dictiq; vasalli promiserunt.* Castrens. *consil. 154.* Gigas *de crim. læsæ Majestatis, quæst.5.* Hartman.Pistor. *libr.2. part.1. quæst. 15. num. . & 8.* Fach. *7.contovers.cap.20.* Sixtin. *de regalib.lib.2. cap. 20. numer. 63. sequent.* Gail. *d.cap.14.numer.1.& seq.per tot.* Peregrin. *d.num.106.* Molina *d. numer 3.* Besold. *cons.153.per tot.* Harpprecht. *ad § publica autem.3.num.103.seq.*

l.de publ.judic. Bocer.*de crim.Majestat.cap.3 numer. 4.seq. & de Regalib.cap.3.*
numer.112.seq. Rosenthal. *de feud.cap.11. conclusion.11.num.2. & ibi in not. lit.8.*
quam sententiam communem esse dicunt, Clar. §.*feudum.quæst.84.in princ.*
Alex.*in l.si finita.§.si de vectigalibus, numer.30.ff.de damn.infect.* Boër.*decis.*
343 *264.* Etiam in crimine læsæ Majestatis, Alex.*d.n 30.* Boër.*d.decis.264.numer.7.*
Curt.jun.*cons.5.num.20.* Bocer.*de Regal.cap.3.num.112.seq.& de crim. Majestat.*
cap.3.num.44.seq. Fach.*lib.7.cap.20.* Paul.Christinæ.*vol.1.decis.300.num.15.* Ro-
senthal.*de feud.cap.11.conclus.11.num.2.in not.lit.b.& conclus.13.* Harpprecht.*ad*
§.*publica autem judicia.3.n.103.& seq.9.de public.judic.* Sixtin.*de regal.lib. 2.*
cap.20.num.63.seq.
344 Sed bonis Vasalli confiscatis, feudum vel ad Dominum revertitur, vel
ad agnatos, ita, ut si adversus feudi Dominum delictum sit commissum, feu-
dum ad Dominum revertatur, si verò adversus alium, quàm Dominum, cri-
men perpetratum, ad proximiores agnatos devolvatur, *cap.1.§.denique quæ*
fuit prim.caus.benef.amitt.2.Feud.24.& tit.37.in princ.cap.fœlicis.§.si verò feu-
da.de pœn.in 6. Ordin.Camer.*part.2.tit.9.* §. So jemandt.*1.* Matth.de Afflict.
in cap.1.§.si quis hominem.notab.10.num.4.de pac.tenend. Isern.*in cap.1.§.de-*
niq; quæ fuer.prim.caus.benef.amitt. Curt.jun.*de feud.part.5.num.3.* Clar.§.
feudum.quæst.66.vers.an verò Vasallus. Sonsbec.*de feud.part.13.num.51.* Pere-
grin.*de fideicommiß.lib.5.tit.1.n.108.* Tholosan.*syntagm.part.3.libr.31.cap.31.n.8.*
Gail.*2.de Pac.publ.cap.14.num.1.* Sixtin.*de regal.lib.2.cap.20.num.63.seq.* Fachin.
7.contr.cap.20. Rumelin. *ad Aur.Bull.part.3.diss.4.conclus.7.* Hartm.Pistor.*libr.*
2.part.1.quæst.15.n.7.seq.
345 Quatenus autem feudum hoc casu ad Dominum transeat, an revocabi-
liter, an verò quoad vitam delinquentis, & quatenus id procedat in feudo no-
vo, hæreditario, & ex pacto & providentiâ, & an filii delinquentis perpetuò
excludantur, vide latè apud Berlich.*part.3.conclus.37.per tot.* Vultej.*de feud.*
lib.1.cap.11.num.69.seq.

24. Nec in confiscationem bonorum venit jus majoratus, sive pri-
mogenituræ, Hostiens.*in cap.licet.X.de voto.* Bald.*in l.executorem.num 39.*
ad fin.C.de execution.rei judic. Ant.Gomez.*in l.40.Tauri. num.91.* Boër.*de-*
cis.278.num.6.sequent. Molina *de Hispan.primogen.lib.4.cap.11.numer.10.& 34.*
Farinac.*de pœn.& delict.d.quæstion.25.numer.67.* Peregrin.*de jur.fisc.libr.5.tit.*
1.num.97. Jac.Simanc.*de cathol.instit.cap.9.numer.138.* Mich.Palaez.*tractat.*
de major.part.4.quæstion.23.col.1.& 2. Nicol.Betsius *de pact.famil.illustr.cap.8.*
fol.483.

25. Sicu-

25. Sicuti nec dos, & bona uxoris propter mariti delictum, vel etiam Crimen læsæ Majestatis confiscantur, *l. quisquis. 5. §. uxoris sanè. 5. C. ad L. Jul. Majest. l. si quis posthac. & ibi* Dd. *C. de bon. proscript.* Rol. à Valle *cons. 31. num. seq. vol. 1.* Clar. *pract. crim. quæst. 95. præs. quæro si bona.* Farinac. *d. quæst. 25. num. 111. seq.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 118. vers. circa quam.* Uti &, si propter uxoris delictum bona ipsius confiscentur, dos in præjudicium mariti in confi- 346 scationem non venit, Bart. *in l. si quis in tantam, col. 4. C. unde vi.* Peregrin. *d. n. 118. vers. ideò publicatis.*

26. Et quando filiusfamil. ita delinquit, ut bona ipsius publicentur, pe- 347 culium ejus profectitium in publicationem non venit, *lib. 1. l. si filius. C. de bon. proscript.* Peregrin. *d. tit. 1. num. 125.* Sonsbec. *de feud. part. 13. num. 52.* Gail. *2. de pac. publ. in fin.* Ac publicatis bonis paternis peculium profectitium filiofam. concessum non publicatur, *l. 3. § sed utrum. & ibi gloss.* Bart. *ff. de minorib.* Salicet. *in l. si quis posthac. § si quid. C. de bon. proscript.* Boër. *decis. 7. num. 11.* Peregrin. *d. tit. 1. num. 126.*

27. Quibus omnibus accedit, quod hæc sententia, bona scilicet fideicommisso subjecta, in confiscationem non venire, sed ad successores agnatos pertinere, benignior est, & humanior, in dubio autem benignior inter- 348 pretatio & sententia recipienda est, *l. semper. 56. ff. de R. I.* & in re dubiâ benigniorem sententiam & interpretationem sequi, non minus justius est, quàm tutius, *l. ea quæ. 192. §. 1. ff. de R. I. l. 3. in fin. ff. de his, quæ del. in test.* etiam in causis pœnalibus, *l. factum. 155. §. fin. ff. de R. I.* Eaque interpretatio facienda, quæ facit pro non caducitate, ut pœna evitetur, Surd. *cons. 86. numer. 21. seq. libr. 1.* Besold. *cons. 46. numer. 40.* & ne quis jure suo privatus damnum patiatur, *l. 2. C. de noxal. action. & ibi* Salicet. Bart. *in l. omnes populi, quæstion. 6. ff. de justit. & jur.* ita, ut in dubio etiam contra fiscum respondere liceat, *l. non pu- 349 to. 10. ff. de jur. fisc.*

28. Hæc multò fortius procedunt, si fideicommissi institutor in ipsâ 350 institutione expressè caverit, vel disposuerit, quod bona sua fideicommisso subjecta, ex delicto in fiscum transire vel confiscari non debeant, hujusmodi enim prohibitionem validam esse, & bona hoc casu in fiscum non transire, docent Ruin. *in l. filiusfamilias. §. Divi. notab 4. & ibi* Alciat. *ff. de legat. 1.* Bossius *de bonor. publicat. num. 30. in fin. sequent.* Rol. à Valle *consil. 98. numer. 26. vol. 2.* Socin. jun. *consil. 34. numer. 7. & 8. & consil. 49. libr. 3.* Marzar. *in Epit. fideicommiss. part. 2. quæst. 47.* Farinac. *d. quæstion. 25. numer. 23.* Ruin. *consil. 129. vol. 2.* Menoch. *consil. 77. numer. 6.* Alex. *consil. 23. vol. 1.*

Quia

Quia testator rei suæ, quam vult, legem imponere potest, ejusque dispositio pro lege observanda venit, *supra cap. 6. num. 251. seq.* Cùm id non in fraudem fisci, sed potius ex causâ conservationis familiæ factum intelligatur, Bald. *in l. parentes, num. 1. C. de testib.* ubi ait, non posse dici ex hoc fiscum lædi, quia pœnæ non irrogatæ indignatio solam duritiem continet, *l. servus ea lege, ff. de serv. exportand.*

351 29. Deniquè hanc sententiam, apud bona alienari prohibita & fideicommisso subjecta, non veniant in confiscationem bonorum, & ad fiscum non transire, communis Dd. est conclusio, & docent Bart. *in l. Imperator. in princ. ff. de fideicommiss. libert.* Alex. *cons. 23. lib. 1.* Jason *in l. filiusfam. §. Divi. not. 6. & ibi* Soarez. *num. 114.* Opizo, *num. 47.* Crot. *num. 32.* Ripa *num. 47. ff. de legat. 1.* Angel. *in l. quoties, C. de fideicommiss.* Ruin. *cons. 129. num. 3. & 4. libr. 2.* Natta *cons. 528. num. 19. seq. lib. 3.* Hippol. de Marsil. *sing. 314.* Gigas *de crim. læsæ Majest. tit. de pœn. quæst. 3. num. 1.* Bossius *de bon. publicat. num. 34.* Boer. *decis. 268. num. 6.* Rol. à Valle *cons. 98. num. 14. & per tot. vol. 2.* Hier. Gabriel. *cons. 184. num. 3. seq.* Soarez. *recept. opin. verb. alienari, numer. 160. seq.* Clar. *§. crim. quæst. 78. vers. item quæro nunquid.* Marzar. *in epit. fideicomm. part. 2. quæst. 47.* Tuschus *lit. C. concl. 719. num. 8. & seq. & lit. F. concl. 288. num. 3.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. numer. 110. seq.* Fachin. *4. controv. 50. vers. sed contraria.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 11. num. 5. & seq. & 32.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 98. seq. & de fideicommiss. lib. 5. tit. 1. num. 102.* Petr. Greg. Tholosan. *synt. lib. 31. cap. 31. num. 18.* Gail. *de pac. publ. cap. 13. num. 30. & cap. 14. num. 18.* Rosenthal. *de feud. cap. 11. concl. 13. num. 11.*

352 Huic nostræ ita firmatæ sententiæ non adversantur ea, quæ supra pro fisci causâ in contrarium sunt adducta; Nam primum quod attinet, variè ad *d. l. filiusfam. 114. §. Divi. 14. ff. de legat. 1.* respondetur, alii enim illam referunt ad causam tributi, vel aliam causam, ob quam fiscus esset creditor; alii eandem intelligunt de confiscatione, quæ fit ob delictum ab ipso fideicommissi institutore perpetratum, ita, ut si is post fideicommissi institutionem delictum committat, ex quo bona ipsius confiscentur, hujusmodi fideicomissi institutio fisco non sit fraudi, vel noceat, sed in ejusmodi confiscationem hæc quoque bona, si ad fideicommissarium nondum fuerint translata, veniant, de quo *infra num. 370. seq.* Alii legem istam interpretantur de vicesimâ, quæ fisco ex legatis & fideicommissis solvebatur, quam hujusmodi alienationis prohibitio impedire non debeat, sicuti explicant Cujac. *9. observ. 24.* Fach. *4. controv. 50. vers. nec difficile est.*

Ad

Ad 2. respondetur *in d. §. cum inter. 28.* familiæ vocabulum intelligendum esse in latissima significatione, non etiam quatenus strictè & pro agnatione accipitur, cùm ibidem fœmina etiam liberta ad legatum sit admissa, quæ tamen in fideicommissis pro familiæ conservatione perpetuâ constitutis non admittitur, atque ita de tali fideicommisso, vel legato loquitur, quod suâ naturâ etiam ad extraneos hæredes ab intestato descendentes, & sic etiam ad fiscum transire potest, secus autem se res habet in nostro casu, ubi de fideicommisso familiæ perpetuo, & tali agitur, quod ad hæredes extraneos suâ naturâ non est transitorium, sed in familiâ & agnatione perpetuo, & in infinitum permanere debeat. 353

Ex quo etiam 3. dubium facilè resolvitur, dum diversa sit ratio fideicommissorum simplicium, & eorum, quæ cum alienationis prohibitione ad perpetuam familiæ & agnationis conservationem constituta sunt; Cùm enim res alienari sunt prohibitæ extra familiam, ea testatoris est voluntas, ut si alienentur, & hæres testatoris præcepto non obediat, tunc bona vindicari possint ab illis, qui ex fideicommisso sunt vocati, quod secus est in fideicommisso simplici, quod post alienationem factam non revocatur, sed etiam in extraneos successores transire, & sic quoque confiscari potest. 354

Quarto loco adducta procedunt, quando bona incapacis & indigni nullo restitutionis, vel fideicommissi onere gravata, vel alienari non sunt prohibita, tunc enim bona ista in fiscum transeunt, secus autem est, si fideicommisso sint subjecta vel alienari prohibita, & restitutioni obnoxia, tunc enim eadem ad fiscum non transire, sed ad agnatos proximos spectare, ex præcedentibus constat, & ulterius demonstratur exemplo rei dotalis, quæ, si maritus uxorem interficiat, ejusque hæreditate se indignum facit, non ad fiscum, sed ad uxoris hæredes transit, *l. si ab hostibus. 10. §. si vir. 1. ff. solut. matrimon.* Ruin. *consil. 11. numer. 3. vol. 5.* Matth. Stephan. *de jurisdiction. libr. 2. part. 1. cap. 7. membr. 1. numer. 10.* Peregrin. *de jurisdict. fisc. libr. 2. tit. 3. numer. 6. & seq.* Besold. *consil. 235. num. 23.* Et quando hæreditas indigno aufertur, & fisco cedit, fiscus etiam legata & fideicommissa exsolvere tenetur, *l. cum tabulis. 16. §. de his, quæ ut indign. l. hæreditas. 4. C. eod. l. cancellaverat, 2. l. proximè. 3. ff. de his, quæ in testam. del.* Bocer. *de regal. cap. 3. num. 48.* Hodie enim ex quacunque causâ bona cum onere caduca fiunt, *l. 3. §. cum ex causa, 4. l. dicitur, 14. ff. de jur. fisc. l. Imperator. 12. §. fin. ff. de fideicommiss. libert. l. in facto. 60. §. fin. ff. de condit. & demonstrat.* Atque ita 355 356

 etiam

etiam, quando indignus ille substitutum habet, hæreditas fisco non applicatur, sed substitutus fiscum excludit, sicuti tradunt Duaren. *in Comment. ad tit. de vulgar. & pupill. subst. cap. 10. col. 1. ad fin. fol. 504.* Bocer. *de Regal. cap. 3. num. 47.*

358 Ad 5. respondetur, quamvis in Crimine læsæ Majestatis omnia delinquentis bona fisco cedant, id tamen in bonis fideicommisso perpetuo subjectis locum non habere, ex decidendi rationibus satis manifestè apparet, maximè ex ratione *23. num. 341. seq.* ubi bona feudalia in confiscationem ex crimine læsæ Majestatis non venire, sed ad feudi Dominum transire, liquidò demonstratum est, idque hisce potissimum rationibus, 1. quod feuda non possint alienari, *2. feud. 52. & 55.* Nec 2. ad extraneos hæredes vel successores transferri, *2. feud. 45.* 3. Feuda jure singulari ad agnatos primi adquirentis pertineant, *§. si capitaneus. 1. feud. 14.* Nec 4. delictum Vasalli unius ipsi Domino, vel reliquis agnatis nocere, nemoque alieni criminis infortunio jus suum perdere debeat, *supra num. 330.* sicuti rationes hasce & alias pro eâ sententia adducunt Dd. *supra num. 344.* allegati, & imprimis Gail. *d. cap. 14.* Besold. *cons. 153. per tot.* Quæ cum in fideicommissis familiarum locum quoque obtineant, idem quoque in iisdem jus obtinebit, cùm à feudis ad fideicommissa, maximè ubi eadem ratio obtinet, validum ducatur argumentum, *supra cap. 15. num. 12.*

359 Ad 6. respondetur *l. 1. C. de bon. libert.* loqui de juribus libertorum, quæ in hæredes extraneos sunt transitoria, de quibus agitur *in l. si non sortem. 26. §. libertus. 12. ff. de condit. indeb.* Secus autem est in illis, quæ ad solos hæredes sanguinis transire valent, has enim ad hæredes extraneos non transire, nec in confiscationem venire, probatum est *supra num. 310. seq.* & ita *d. l. 1. C. de bon. libert.* interpretantur *ibid.* Bald. *num. 2.* Castrens. *numer. 4.* Molina *de Hispan. primog. lib. 4. cap. 11. num. 38.*

360 *Septimum* quod attinet, lex quidem ista, quod in Crimine læsæ Majestatis etiam liberi innocentes puniantur, ita scripta est, cum tamen ipsa satis sit dura, interpretatione non erit extendenda, sed potius restringenda, per *cap. odia. d. R. I. in 6.* Et sic intelligenda venit, de bonis istis, quæ non aliunde, quam à patre proveniunt, secus autem erit, quod illa bona, quæ ad filium jure singulari & jure sanguinis à majoribus ad filios spectant, sicuti ex decidendi rationibus satis apertè apparet, nec ex jure Divino & historiis allegata exempla in contrarium faciunt, cùm ea singulari ratione, & contra ipsius juris

juris Divini constitutionem & regulas *supra num. 318. seq.* relatas introducta, atque ideò ad exempla, & consequentias non sunt producenda, *l. quod verò contra. 14. l. in his. 15. ff. de legib.*

Ex quo etiam ad 8. facilis est responsio, quod licet in allegatis legibus filii crimen læsæ Majestatis committentium, dicantur infamiâ & egestate laborare, id tantùm intelligendum veniat, quod honores & bona, quæ ab ipso patre delinquente habent, non etiam quoad fideicommissa, & alia bona & 361
jura, quæ ipsis jure singulari, vel à majoribus & jure sanguinis competunt, ex quo etiam Doctores communiter tradunt, quod filii Crimen læsæ Majestatis committentium & rebellium, ad hæreditates & alia bona, quæ ipsis ab intestato, vel ex testamento deferuntur, admittantur, Angel. *in l. quisquis. in fin. & ibi* Fulgos. *C. ad L. Jul. Majest.* Peregrin. *de jur. fisc. libr. 3. tit. 9. num. 1.* Fachin. *9. contr. 36.* Christinæ. *4. Belg. decision. 196. num. 17 sequent.* Bocer. *de Crim. læsæ Majestatis, cap. 3. num. 72. seq.* Harpprecht. *ad §. publica autem judicia, 3. num. 72. sequent. I. de public. judic.* Unde etiam *d. l. quisquis.* non ubique observari, maximè quoad filios innocentes, scribit Tholosan. *Syntagm. lib. 35. part. 3. cap. . num. 32.* ubi *num. 36.* ait, quod filii insontes non sint infames, vel inhabiles successionibus, sed capiant ex testamento, vel ab intestato, & ad honores possint promoveri, quod etiam de Regno Franciæ notat Boër. *de seditios. §. præsuppono etiam sexto. num. 23.* ubi dicit, quod licet in hoc Regno locum habeat Crimen læsæ Majestatis, contra Principem suum supremum, pœnam tamen *d. l. quisquis*, quoad filiorum incapacitatem, seu inhabilitatem ipsorum, non habere locum, quin possint succedere & capere eis relicta in testamento suorum parentum aliorum, & etiam ab intestato, nec effici infames, sed ad honores posse promoveri, sed locum tantùm habere quoad pœnam corporalem, & confiscationem bonorum omnium.

Nec obstat, quod supra *cap. 8. numer. 442.* dictum est, quod infames in 362
hisce fideicommissis non admittantur, cum hoc tantum de infamibus ex proprio delicto, & non de illis, qui alieno ex delicto labeculâ aliquâ asperguntur, intelligendum.

Quod 9. adductum, illud de pleno & absoluto dominio intelligendum venit, quod liberè & licitè à possessore in alium transferri & alienari potest, tale autem fideicommissi possessor non habet, sed dominium ipsius ad vitæ tempus restrictum est, ita ut rem fideicommisso subjectam, nec quoad vivit, nec post mortem suam alienare valeat. Ex quo etiam bona 363
illa,

illa, in quibus quis temporis tantum dominium, & ad dies vitæ usumfructum habet, non venire in confiscationem, scribunt Bald. *in l.1.C. de bon. libert.* Alex. *cons.23.num.24.vol.1.* Farinac. *de pœn. & delict. libr.1.tit.3.quæst.25.num.148.*

Ad 10. responsio patet ex dictis *supra cap.8.num.380. & seq.*

364 Ad 11. respondetur, quod licet delicto commisso necessariò fiat confiscatio, legibus ita disponentibus, delictum tamen, quod est causa confiscationis, voluntarium sit, cùm in delinquentis sit potestate, delictum committere, vel omittere, confer Petra *de fideicomm. quæst.8.num.114.* ubi hanc alienationem non esse necessariam, sed voluntariam, ex eo probat, quod illa dicatur necessitas, quæ principaliter necessarium principium habet, Riminald. *jun. cons.584.num.42.vol.4.* hæc autem alienatio non habeat principium sive derivativum necessarium, quia delictum fuit voluntarium, cum delinquens nihil ad delinquendum coëgerit, quia aliàs delictum ex necessitate fieret, Riminald. *d.l.num.44.seq.*

Ad 12. responsum est *supra num.359.*

365 Quod 13. adducitur, facilè conceditur, jus primogenituræ vel majoratus ex delicto amitti posse, quod etiam de fideicommissis nostris statuimus *supra num.199.& cap.8.num.442.seq.* Sed anne hæc jura ad fiscum, an verò ad secundogenitos & proximos agnatos devolvantur, quæstio est, & ipsa non ad fiscum, sed proximiores agnatos devolvi, exempla ibidem allata docent, & ex decidendi rationibus constat, & bona majoratus in confiscationem bonorum non venire, dictum est *supra num.345.*

366 Idem quoque ad 14. respondetur, & quod feuda in confiscationem non veniant, sed Crimine læsæ Majestatis commisso, vel ad Dominum, vel ad proximiores agnatos transferri, dictum est *supra, numer. 341. sequent.*

367 Quod 15. de Emphyteusi adducitur, id de illâ intelligendum est, quæ ad extraneos hæredes est transitoria, illam enim in confiscationem bonorum venire, facilè conceditur, & docent Bart. *in l. si finita. §. si de vectigalibus. col.3.ff. de damn. infect.* Bald. *consil.284.* Ruin. *cons.23.num.33. & cons.117.num.16. lib.1.* Peregrin. *de jur. fisc. lib.5.tit.1.num.70.* Secus autem se res habet quoad emphyteusin Ecclesiasticam, & eam, quæ ex pacto ad hæredes extraneos non transit, *supra num.339.*

368 Ad 16. responsio constat ex dictis *supra num.350.* cùm enim, ut ibi dictum est, ipse testator de rebus suis liberè disponere, iisdemque quam vult,

con-

conditionem adjicere possit, nihil in fraudem fisci fecisse dici poterit, cum jure suo fuerit usus, & is, quii jure suo utitur, nemini injuriam vel fraudem fecisse dicendus sit, *l. nemo damnum. l. nullus. ff. de R. I. l. Grachus. C. ad L. Jul. de adult.* Et sic jura & Doctores in contrarium allegati, ita intelligendi sunt, ut procedant, quando ita disponens ipse deliquerit, vel delinquere cogitaverit: secus autem si pater, vel alius testator, qui nihil deliquerit, vel delinquere nihil cogitaverit, ita disposuerit, ne bona sua ex delicto ad fiscum transeant, tunc enim valere hanc dispositionem, ita ut non solùm non dicatur in fraudem fisci, sed potius, ut filii & hæredes à delinquendo deterreantur, & sic ob publicam utilitatem & tranquillitatem facta, scribit Farinac. *d. quæst. 25. num. 25. & 26.* Et cum nullibi legibus expressum reperiatur, quod bona in fiscum propter delictum transferri à testatore prohiberi nequeat, ideò etiam hoc prohibendo contra leges egisse dici non poterit.

Ad 17. & ultimum facilis est responsio, non ex multitudine auctorum, 369 quod melius & æquius est judicari debere, *l. 1. §. sed neque. 6. C. de vet. jur. enucl.* nec sequentem turbam ad faciendum malum, nec in judicio plurimorum adquiescendum sententiæ, ut à verò devietur, *Exod. 23. v. 2.* ita, ut nec communi opinioni adhærendum, quando vel evidenter falsa apparet, vel probabili aliquâ ratione, erroris convinci potest, *c. Capellanus. 4. in fin. & ibi* Panormit. *X. de feriis.* Thöming. *decis. 4. n. 10.* Et hisce authoribus opponimus alias relatas *supra num. 351.*

Præcedenti quæstione satis clarè probatum esse puto, bona fideicommisso subjecta ex delicto possessoris in præjudicium reliquorum agnatorum confiscari non posse: Sed anne bona hæc confiscari possint tantùm quoad vitam delinquentis & quoad usumfructum, ita ut quamdiu delinquens vivit, bona fideicommissaria ad fiscum transeant, idque ex iisdem fructus & commoditates, quas habiturus fuisset ipse delinquens, percipere possit, dubio non caret? Pro cujus affirmatione facere videtur, *1. l. peto. 69. §. prædium. 1. ff. de legat. 2.* ubi statuitur, quod prædium familiæ relictum alienatum tamdiu retinere debeat, quamdiu debitor, sive fideicommissi possessor, bonis non venditis id haberet. 371

2. Per *Statius Florus. 84. §. Cornelio. 1. ff. de jur. fisc.* ubi mater ita hæres 372 instituta, ut post mortem suam Cornelio Felici hæreditatem restituat, sed postea ipsa mater hæres instituta à fisco fuit condemnata, ut omnia ipsius bona fisco cedant, quæsitum est, an bona ista restitutioni subjecta ad Cornelium Felicem, an verò ad fiscum pertineant, & repulsum esse fideicommissarium

Cornelium Felicem interim, id est, quamdiu hæres ista mater in vivis est, à petitione, respondetur.

373 3. Quia fideicommissi possessor in bonis fideicommisso subjectis ad dies vitæ jus habet utendi fruendi, eoque mortuo demum proximiori agnato successori jus in ipsis competit, uti constat ex traditis *supra cap. 10 num. 1. & seq.* fideicommissum autem sub conditione mortis relictum, verificatur in morte naturali, non verò in civili, quæ est ficta, Farinac. *de delict. & pœn. lib. 1. tit. 3. quæst. 25. num. 34.* Vincent. Fusar. *de fideicomm. substit. quæst. 442. num. 1. & 2.* Et ubicunque in dispositione hominis simpliciter de morte fit mentio, id intelligitur de morte naturali, & non de civili, nisi in casibus à jure expressis, *l. ex ea. §. insulam. ff. de V. O. c. susceptum. vers. non morte. de rescript. in 6.* Simon de Præt. *de interpret. ult. vol. lib. 2. interpret. 1. dub. 1. solut. 7. numer. 8.* Jason *in l. 1. vers. septimo limita. C. de hæred. instit.* Honded. *cons. 61. num. 3. & seq.* Cùm ergò hoc casu fideicommissum ad successorem nondum pertineat, nec apud ipsum possessorem delinquentem remaneat, cum ipsi omnia bona auferantur, consequens esse videtur, id ipsum, quamdiu delinquens vivit, ad fiscum pertinere.

4. Quia fideicommissi possessor plenus est commoditatum & fructuum Dominus, eosdemque quoad vitam suam liberè in alios etiam hæredes extraneos, transferre & alienare potest, *supra cap. 11. numer. 450.* Et sic quoque eandem utendi fruendi commoditatem & fructus fideicommissi, vitâ ipsius durante, delinquendo ad fiscum transferre poterit, *l. si postulaverit. 27. §.*
374 *jubet. 11. ff. ad L. Jul. de adulter.* Cùm ea, quæ in extraneos hæredes transeunt, in confiscationem quoque bonorum veniant, Peregrin. *de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 68.*

375 5. Exemplo feudi, ita enim vasalli bonis confiscatis, feudum quoque, quoad commoda & fructus, qui ex eo percipiuntur, confiscari, & ad fiscum transire, donec vasallus vixerit, tradunt Bald. *in c. 1. §. fin. in fin. per quos fiat investit.* Afflict. *decis. 282. num. 14.* Boër. *decis. 264. num. 7.* Gigas *de crim. læs. Majestat. tit. de pœn. committ. crim. læs. Majest. quæst. 5. num. 3.* Menoch. *recuper. poss. remed. 9. num. 260. seq.* Schrader. *de feud. part. 9. cap. 9. n. 16.*

376 Atque ita bona fideicommisso subjecta, quamdiu vivit delinquens, quoad usumfructum in fiscum transire, & substitutum ea post mortem demùm delinquentis à fisco revocare, sive vindicare posse, sentiunt Castrens. *in l. filiusfamilias. §. Divi. ff. de legat. 1. & ibi* Alciat. Ruin. Ripa *num. 47. & alii.* Romanus *in l. si constante. §. fin. ff. solut. matr.* Menoch. *cons. 116. n. 28. seq. & cons. 275.*
num.

num.32. Bart. *in l. ex facto. §. ex facto. & ibi* Alex. Castr. Imol. *& alii. ff. ad Sct. Trebell.* Gabriel. *lib.7. crim. conclus.24. num.5.* Clar. *in pract. quæst.78. vers. item quæro.* Boss. *in pract. tit. de bon. public. num.34. in fin.* Boer. *decis.268. num.3.* Bero *quæst.41. num.2.* & ita in dominio Veneto in practicâ servari, testatur Vinc. Fusar. *de fideic. subst. quæst.529. n.7.*

Hisce tamen non remorantibus, contrarium, & quod bonis fideicommissi possessoris publicatis, bona fideicommissaria ne quidem quoad usumfructum, dum vivit delinquens, ad fiscum transire, sed statim eadem à fideicommissi successoribus vindicari & revocari posse, verius mihi videtur, siquidem 1. præcedenti quæstione satis apertè, ut opinor, probatum est, bona hæc fideicommissaria in præjudicium agnatorum in confiscationem bonorum non venire, atque ideò etiam nec fructuum commoditates ad eundem transire 377
consequens est, cum ipsæ fructuum commoditates unitæ & conjunctæ sint cum jure dominii, & ab eo inseparabiles, *& ex diverso 35. §. 1. ff. de rei vindic.* Peregrin. *de jur. fisc. lib.5. tit.1. num.99. in fin. & num.114. vers. tertiò quia.* Et sic fru- 378
ctus ipsius rei dominium sequantur, *d. l. & ex diverso 35. §. 1. ff. de rei vind.* Atque ita cum rei fideicommissariæ dominium ob naturam suam & vim prohibitæ alienationis in fiscum non transeat, sed in agnatos successores, ideò nec ususfructus, vel fructuum commoditas ad fiscum transit, per tradita Rosenthal. *de feud. cap.11. conclus.9. n.22. & seq. & conclus.11. n.9.*

2. Quia ususfructus est pars rei, *l. qui usumfructum. ff. de V. O. l. si à reo. 70. §.* 379
si reo. 2. ff. de fidejuss. Fusar. *de fideic. substit. quæst.527. n.3.* Et ususfructus dicitur pars dominii, *l. ususfructus 4. ff. de usufr.* Is autem qui prohibitus est alienare, 380
nec partem minimam ejus rei alienare potest, Bald. *in l. fin. C. de reb. alien. non alien.* Tiraquel. *in l. si unquam. verb. partem aliquam. n.14. C. de revoc. donat.*

Cui accedit 3. quod ususfructus est jus in re, *d. l. si à reo. 70. § si reo. 2. ff. de fi-* 381
dejussor. prohibitus autem alienare, nec jus in re in alium transferre potest, Bart. *in l. fin. in sum. C. de reb. alien. non alien.* Fab. de mont. *de empt. quæst.3. art. 22. num.12.* Fusar. *d. quæst.527. n.3.*

4. Quia in fideicommissis puris, & quæ non solùm in casum mortis, 382
sed etiam alienationis constituta, vel in quibus alienatio bonorum extra familiam prohibita, statim post alienationem, etiam per delictum factam, purificata est fideicommissi conditio, & sic non expectatâ morte delinquentis, substitutus, fisco excluso, in bonis alienari prohibitis succedit, sicuti in specie docent Alex. *cons.23. per tot. vol.1.* Rol. à Valle *cons.98. per tot. libr.2.* Gabriel. *lib.7. crim. conclus.24. num.3.5. seq.* Clar. *pract. crim. quæst.78. vers. item quæro nun-*

ro nunquid. Ripa *in l. filiusfamil. §. Divi, num. 47. vers. item expreßa. ff. de legat. 1.* Farinac. *de delict. & pœn. lib. 1. tit. 3. quæst. 25. n. 35.*

383 5. Idem probat, *l. fin. § sed quia. 2. in fin. C. commun. de legat.* ubi expresse statuitur, quòd si legata, vel fideicommissa, vel alia bona restitutioni supposita, contra testatoris voluntatem & dispositionem fuerint alienata, fideicommissario omnis licentia pateat rem vindicare, & sibi assignare, nullo obstaculo ei à detentatoribus opponendo, nec aliqua differentia statuitur, an alienatio valida sit quoad vitam alienantis, nec ne, sed generalis ibi additur ratio, quod satis absurdum sit & irrationabile, rem quam in suis bonis purè non possidet, eam ad alios posse transferre; & cum nullum fideicommissario vindicanti à detentatoribus obstaculum opponi possit, eidem quoq; nec opponi poterit vita alienantis. Atque ita fideicomissum in casum alienationis, sive contraventionis inductum, statim alienatione in extraneum secutâ, quia casus evenit, committi ac purificari, ac ideò non expectatâ alienantis morte, rem statim vindicari posse, tradunt per *l. peto. 69. §. fratre, 3. l. cum pater. 77. §. libertis. 27. ff. de legat. 2. l. cum fidei. l. rogo. ff. de fideicomm. libert.* Bart. *in l. qui Romæ. §. cohæredes. & ibi* Socin. *num. 13. ff. de V. O.* Peregrin. *de fideicommiß. art. 14. num. 8. & numer. 51. in fin.* Et quod, quando ultra prohibitionem legis concurrit prohibitio hominis, fideicommissarius statim rei vindicatione agere, & bona alienata recuperare possit, non expectatâ morte alienatoris, docent Castrens. *in l. filiusfamilias. §. Divi. & ibi* Crot. *numer. 27.* Claud. *num. 12. ff. de legat. 1.* Socin. *consil. 43. numer. 11. libr. 4.* Castrens. *cons. 238. lib. 2.* Marzar. *de fideicommiß. part. 2. quæst. 37.* Tusch. *lit. F. conclus. 264. num. 2.*

384 6. Ad hæc, qui propter Crimen læsæ Majestatis, vel aliud crimen damnati, ut bona ipsorum publicentur, & in fiscum redigantur, pro civiliter mortuis habentur, *l. actione. 65. §. publicatione. ff. pro soc. l. edicto. 13. ff. de bon. poss. l. 1. §. filium. ff. de bonor. poss. contra tab.* Bald. *in auth. habita. num. 7. C. ne fil. pro patr.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 114.* Gail. *2. de pac. publ. cap. 1. num. 18. seq.* Amittunt enim omnia, quæ sunt juris civilis, *l. amißione. §. qui deficiunt. ff. de capit. minut.* Et bonorum publicatio omnibus fortunis condemnatos spoliat, *d. l. actione. 65. §. publicatione. 12. ff. pro soc. l. 3. ff. ad L. Jul. pecul.* Ac quod propter Crimen læsæ Majestatis damnati & banniti, pro mortuis habentur, vel exindè apparet, quod cum illis nulla conversatio fieri, nemo eosdem tecto recipere vel tolerare, cibum & potum eis subministrare, sed quilibet eos aversari, detestari, & velut hostes persequi debeat, *Ord. Camer.*

Camer. part. 2. tit. 10. in princ. adeò, ut ipsorum receptatores eâdem cum ipsis pœna teneantur, & in bannum incidant, Landfrieds-Ordn. zu Wormbs/ *de anno 1521. tit.* Friedbrecher und Thäter. §. welche Obrigkeit aber.

Et quamvis, ut *supra num. 371.* dictum, fideicommissum sub conditione mortis relictum, de morte naturali intelligendum sit, illud tamen non procedere, & mortem civilem pro naturali haberi, cum utrobiq; eadem militet ratio, docent Mastril. *decis. 283. n. 61. & seq.* Besold. *cons. 153. n. 73. seq.* ubi id exemplo declarat Monachi fratrum Minorum, qui si Monasterium ingrediatur, statim post factam professionem, morte ipsius naturali non expectatâ, fideicomissum ad successorem & proximiorem agnatum transit, de quo *supra cap. 8. num. 80.* Uti mariti, cujus bonis publicatis, vel eodem bannito, licet matrimonium indè non solvatur, nihilominus tamen quoad effectum recuperandi dotem, aliaque jura dotalia, pro verè mortuo habeatur, Besold. *d. cons. 153. n. 75.*

Ex quo etiam secutâ capitali condemnatione hæredis gravati, purificatum dici fideicommissum, scribit per *l. Paula Callinico, 27. §. Pompejus. 1. ff. de legat. 3. & l. res uxoris. C. de donat. inter vir. & uxor.* Socin. *in l. Gallus. §. & quid si tantùm. not. 2. ff. de liber. & posthum.* & substitutum statim admitti, docent Bursat. *cons. 48. num. 72. lib. 1.* Alex. *cons. 23. num. 15. vol. 1.* Cephal. *cons. 359. in princ. lib. 3.* Boër. *decis. 278. num. 8.* Ac quod bonis publicatis ex delicto, fideicommissi bona gradu proximioribus agnatis statim deferatur, etiam quoad utile dominium, probari per *l. jura libertorum. 4. ff. de jur. patronat. l. eum qui. 3. ff. de interdict. & releg.* scribit Besold. *cons. 153. in fin.* 385

Et hanc sententiam, quod bonis delinquentis confiscatis & ad fiscum delatis, bona fideicommisso subjecta, statim à fideicommissi successoribus vindicari possint, nec quoad usumfructum in vitâ delinquentis, fisco cedere, tenent Bart. *in l. Imperator. ff. de fideicommiss. libert.* Jason *in l. filiusfam. §. Divi. num. 19. ff. de legat. 1.* Rol. à Valle *cons. 30. num. 11. lib. 2.* Boss. *tit. de bon. public. num. 42.* Alex. *cons. 23. num. 3. lib. 1.* Dec. *cons. 442.* Socin. jun. *cons. 77. num. 15. libr. 2.* Riminald. sen. *cons. 243. lib. 3.* Beroj. *quæst. 41. num. 5. & 6.* Grammat. *decis. 105. num. 31.* Clar. *§. fin. quæstion. 78. vers. item quæro.* Natta *cons. 528. num. 19.* Rosenthal. *de feud. cap. 11. conclus. 9. num. 20. seq. & conclus. 11. num. 10. & ibi in not. lit. q.* Tuschus *lit. F. conclus. 288. num. 1. seq.* Alciat. *cons. 533. num. 1. & cons. 560.* Peregrin. *cons. 44. lib. 2. & cons. 2. num. 40. & seq. lib. 5. & de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 98. & de fideicommiss. art. 14. numer. 51. in fin.* Fachin. *4. contr. cap. 50.* Petra *de fideicommiss. quæst. 8. num. 110. seq. & num. 289. & quæst. 3. numer. 11.* Marzar. *de fideicommiss. part. 1. qu. 47.* Mantic. *de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 2. numer. 2.* Molina *de Hispan. primogen. lib. 4. cap. 11. num. 5.* Farinac. *pract. crim. quæst. 25. num. 22.* Vinc. Fusar. *de fideicommiss.* 386

substitut. quæst. 529. num. 6. Adeò, ut ne quidem in crimine hæreſeos, vel læſæ Majeſtatis, fructus confiſcentur, Cephal. *conſil. 670. n. 9.* Petra *de fideic. quæſt. 8. n. 289.* Fuſar. *d. quæſt. 529. n. 8.*

387 His non adverſantur in contrarium adducta, nam primum & ſecundum quod attinet, leges ibidem allatæ loquuntur de fideicommiſſo in caſum tantùm & conditionem mortis cõſtituto, in quo bona fideicommiſſo ſub iſtâ conditione mortis relicta, ſi bona durante hæredis vita, & ante mortem ipſius & ſic conditionis exiſtentiam confiſcentur, pendente conditione ad fiſcum tranſeunt, cum evenire poſſit, ut fideicommiſſarius, ante hæredis mortem, ipſe moriatur, & ſic ipſa conditio non exiſtat, *d. l. Statius. 48. §. fin. ff. de jur. fiſc.* Secus verò ſe res habet in fideicommiſſis puris, & in caſum etiam alienationis, & ut bona in familiâ permaneant, inductis, & quando poſt fideicommiſſum teſtatoris expreſſa bonorum alienationis prohibitio concurrit, tunc enim bona fideicomiſſaria nec in vitâ gravati delinquentis, & per delictum alienantis, ad fiſcum tranſire, tradunt Rol. à Valle *conſ. 98 num. 19. & ſeq. lib. 2.* Ruin. *conſ. 23. num. 13. lib. 5.* Gabriel. *lib. 7. crim. concluſ. 24. num. 6.* Clar. *§. fin. quæſt. 78. verſ. item quæro.* Beroj. *quæſt. 41. num. 5. & 6.* Caſtrenſ. *in l. filiusfamil. §. Divi. & ibid.* Crot. *num. 36.* Ripa *num. 47. ff. de legat.* Clar. *d. quæſt. 78. verſ. item quæro.* Peregrin. *de jure fiſc. lib. 5. tit. 1. n. 102.* Tuſch. *lit. F. concluſ. 288. n. 1. ſeq.* Farinac. *de delict. & pœn. lib. 1. tit. 3. quæſt. 25. n. 35.* ubi expreſsè ſcribit, conſtituendam eſſe differentiam inter caſum, quando bona ſimpliciter ſubjecta ſunt reſtitutioni in eventum mortis, & ſic tacitè ſolum ſunt alienari prohibita, & inter caſum, quando expreſsè prohibita eſt alienatio à teſtatore, ita ut primo caſu alienatio facta ante eventum conditionis & mortis interim valeat, *l. ſervo legato. §. ſi ſervum. ff. de legat. 1.* Peregrin. *de fiddeicom. art. 14. num. 8.* Et tunc etiam bona remaneant apud fiſcum, donec mortis conditio veniat, *d. l. Statius. 48. §. Cornelio. ff. de jur. fiſc. l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de legat. 2.* Secundo verò caſu expreſsè à teſtatore alienatione prohibitâ, ſtatim ipsâ alienatione factâ, etiam per delictum, cum conditio venerit fiſco excluſo, ſubſtitutus, ſive proximior agnatus ſuccedat, *l. Imperator. & ibi* Bart. *num. 1. & alii. ff. de fideicomm. libert.* confer *ſupra cap. 6. n. 375.* Quam diſtinctionem etiam probant Alex. *d. conſ. 28. n. 3. ſeq. lib. 1.* Socin. *conſ. 77. n. 15. lib. 2.* Ripa *in l. filiusfamil. §. Divi. num. 47 ff. de legat. 1.* Molina *de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 20. n 9.* Beſold. *conſ. 153. num. 163. & ſeq.* Peregrin *d. n. 8.* eandemque communem dicit Andr. Rube. *conſ. 154. n. 1.* Grammat. *deciſ. 105. n. 31.*

Ad 3. reſponſio pateſcit ex decidendi ratione 4. *ſupra num. 384.* quo me brevitatis ſtudio remitto.

Ad 4.

Ad 4. respondetur, distinguendo inter usumfructum formalem, qui à proprietate separatus est, & per se existere potest, & causalem, qui cum proprietate & dominio ipsius rei usufructuariæ conjunctus est; Quamvis enim delinquentes fideicommissarii in re fideicommissaria & restitutioni subjectâ usumfructum quendam habeant, ille tamen non est formalis, sed causalis, & cum ipso dominio conjunctus, & ab eo inseparabilis, *l. ex diverso. §. 1. ff. de rei vind.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 99.* Besold. *d. consil. 153. n. 60.* Rosenthal. *de feud. cap. 11. conf. 11. n. 22.* Cùm autem ipsi delinquentes possessores dominium hoc amittant, idque apud fiscum pedem figere non possit, nec in pendenti esse, vel in aëre volitare valeat, necesse est, ut ad proximiores agnatos & successores devolvatur, & consequenter usufructus quoque, qui ab ipso dominio separari nequit, ad ipsos successores statim transeat, Besold. *d. n. 160 seq.* Rosenthal. *de feud. cap. 11. concl. 11. num. 9.* ubi causalem hunc, & cum ipso utili dominio conjunctum usumfructum rectà ipsum dominium sequi, & ut umbram corpus comitari scribit, per *d. l. & ex diverso. §. 1. ff. de rei vind.* ubi etiam addit, quod nec simplex & formalis ususfructus, si ob capitis mediam vel maximam diminutionem exspiret, ad fiscum pertineat, sed ad dominum proprietatis redeat, per *l. corruptionem. C. de usufruct. Roman. in l. si finita. 15. ff. de vectigalibus. ff. de damno infect.* Menoch. *recuper. poss. remed. 9. n. 334.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 116.* 388

Quod 5. de feudis adductum, & à nonnullis asseritur, quod licet feuda non confiscentur, comoditatem tamen utendi & usumfructum Vasalli delinquentis vità durante, ad fiscum spectare, solido & certo fundamento caret, & rejicitur ab aliis, qui nec usumfructum hoc casu, dum vivit delinquens, ad fiscum spectare asserunt, Alex. *in l. si finita. §. si de vectigalibus. & ibi* Bart. *ff. de damn. infect.* Boss. *in tit. de bonor. publ. n. 53.* Farinac. *d. quæst. 25. n. 68. seq.* Besold. *d. cons. 153. num. 157.* Rosenthal. *de feud. cap. 11. concl. 9. n. 22. seqq.* sed feudum vel ad Dominum, vel ad proximiores agnatos devolvatur, ita, ut si delictum commissum sit adversus Dominum, feudum statim ad Dominum, si verò adversus alios commissum, ad proximiores agnatos pertineat, *§. denique. quæ fuit prim. caus. benefic. amit. tit. 24. & tit. 37. lib. 2. feud. c. fœlicis. § si quæ verò feuda. de pœn. in 6.* Ord. Camer. *part. 2. tit. 9. §.* So jemands. *1.* Matt. de Afflict. *in c. 1. §. si quis hominem. n. 4. de pac. tenend.* Sonsbec. *de feud. 13. n. 51.* Fachin. *7. contr. 20.* Hartm. Pist. *lib. 2. part. 1. quæst. 15. n. 7. seq.* Gail. *2. de pac. publ. c. 14. n. 1.* etiam in crimine læsæ Majestatis, Sixt. *de regal. lib. 2. c. 20. n. 63. seq. & n. 67.* 389

Sunt tamen certi nonnulli casus, quibus etiam bona fideicommisso subjecta, & alienari prohibita, in bonorum confiscationem veniunt, & ad fiscum 389

feruntur, veluti 1. Si ipse fideicommissi institutor delictum committat, ex quo bona publicantur, & in fiscum transeunt, tunc enim si fideicommissum testamento sit constitutum, cum testamentum non valeat, nec fideicommissum in eo relictum validum existit, sed cum reliquis bonis ad fiscum transit, *l. ejus qui, §. si cui. ff. de testament.* Molina *de Hispan. primog. lib. 4. cap. 11. n. 20.* Bart. *in l. res uxoris. n. 1. C. de donat. inter vir.* Sicuti etiam si per donationem mortis causâ fideicommissum relictum, quia & hæc donante ad mortem damnato revocatur, *l. si aliquis. ff. de don. mort. caus.* Molina *d. l. n. 22.*

390 2. Idem est, si vel alienationis prohibitio in favorem tantùm ipsius delinquentis facta, vel ipsi nullus alius fuerit datus substitutus, tunc enim prohibitio alienare delinquente, favorem istum perdi, & bona illa in fiscum transire, concludunt Bart. *in l. si quis in tantam, vers. quæro an dominus. C. unde vi. & in l. si finita. § si de vectigalibus. ff. de damn. infect.* Alex. *cons. 23. n. 11. vers. quarto pro hoc facit. vol. 1.* Ruin. *cons. 123. col. 4. vol. 5.* Natta *cons. 528. n. 5. seq. & n. 13. seq. lib. 3.* Grammat. *decis. 105. n. 39.* Farinac. *d. quæst. 25. n. 46.* Molina *de Hispan. primog. lib. 4. cap. 11. n. 5.* Jason *in l. filiusfam. §. Divi. num. 9. & ibi* Ripa *n. 47. ff. de legat. 1.* Peregrin. *de jur. fisc. lib. 5. tit. 1. n. 99.* Tusch. *lit. C. concl. 719. n. 22.*

391 3. Quando fideicommissum in ipsius delinquentis persona finitur, & nulli agnati de familiâ supersunt, Marsil. *singul. 314.* Farinac. *d. quæst. 25. num. 49.*

392 4. Tacitam quoque alienationis prohibitionem fiscum non excludere, dictum est *supra cap. 6. num. 379.*

F I N I S.





INDEX RERUM ET VERBORUM MEMO-RABILIUM.

Prior numerus Disputationem, posterior Disputationis Numerum, a. initium, b. medium, c. finem numeri designat.

A.

Æstima-

Appella-

Articulos

B.

C.

Cautio

Citandi

Citatio

 tio-

Citatus

Consti-

D.

Dare

Dilatio

Execu-

Expen-

Frater

G.

H:

de actis

Jura-

K.

L.

Liberi

N.

O.

P.

 emtione

Positio-

Præsum-

fus

Q.


R.


m quæ

S.

V.

FINIS.




005646946